Subſtitutio reciproca quæ dicatur et quare, n. 1. et an ſit diſtincta ſpecies ſubſtitutionis, n. 2. p. 250. quib. uerbis fiat, n. 1. 2. et 3. p. 251. et quid comprehendat, q. 54. p. 25. et q. 55. pag. 252. et q. 56. p. 252. Et an ſubſtitutiones comprehēſæ in reciproca ſint expreſſæ uel tacitæ, n. 1. dec. n. 2. 3. p. 262

Subſtitutio cōpendioſa an propriè ſit ſpecies ſubſtitutionis per ſe, q. 58. et quid ſit, q. 39. p. 256. Quibus uerbis fiat, et quib. perſonis et num ſub cōditione, q. 60. qui ſint eius effectus, q. 61. p. 258. et hæc facta à milite uerbis cōib. quas ſubſtones contineat, nu. 2. p. 263. quid matre exiſtente in medio, n. 3. ib. et an milites ſingulari priuilegio directò ſubſtituere ēt puberi poſſint, n. 1. ib. Facta à milite uerbis obliquis quas comprehendat, q. 64. Facta uerbis directis q. 65. p. 264. et hoc priuilegiū directo ſubſtituendi, quib. competat hodie, p. 265. Hæc item ſubſtō uerbis obliquis facta nō cōtinet directam, n. 1. p. 269

Subſtō compendioſa per uerba cōia quas cōtineat ſubſtōnes, n. 1. 2. et 3. p. 271. procedit n. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. et 13. p. 272. et hęc qn̄ contineat pupillarem, n. 1. 2. p. 273. n. 1. dec. n. 2. et 3. p. 274. p uerba directa et communia quas contineat. q. 78. p. 275

Subſtō iſta: quandocunque filius meus deceſſerit bona mea diſtribuantur pauperibus, an ſit pupillaris, n. 2. 3. et 4. p. 269. et hinc num hæres duas quartas detrahere poſſit, q. 73. p. 270

Statutum uel conſuetudo quòd quis non poſſit teſtari ſine alicuius cōſenſu, an ualeat, n. 7. p. 3

Statutum ſimpliciter excludēs a ſucceſſione, an intelligatur excludere à legitima, n. 1. p. 460. et an ſtante ſtatuto, excludēte dotatam. ſupplemti petitio datur, n. 2. p. 461

Statutum quo permittitur teſtamenti factio inter patrem et filium, an ualeat, n. 3. p. 601

Succeſſio et hæreditas quo iure introducta, n. 1. 2. 3. et 4. p. 2. n. 27. p. 6

Succeſſio alia uniuerſalis, alia particularis, n. 18. p. 5

Succeſſor particularis uel ſingularis an ſimpliciter ueniat appellatione ſucceſſoris, n. 19. p. 5

Succeſſio alia teſtamentaria, alia legitima, n. 21. p. 5

Succeſſionis legitimę appellatione an ueniat teſtamētaria, n. 22. p. 5. emphiteuſis uel feudū alicui ēt legitimis hęredibus ſuis cōceſſum, an ad extraneos hæredes ex teſtō pertineat, n. 23. p. 5

Succeſſionis ſola appellatione an contineatur teſtamētaria, n. 24. p. 6. lex admittēs aliquē ad ſucceſſionē, an admittat tā ex teſtō quam ab inteſtato, nu. 25. p. 6. et an excludens à ſucceſſione excludat à legitima, n. 26. ibid.

Suitas

Suitas quid ſit,q.1.p.465. quo iure introducta,q.2. ibi. quæ ad hanc requirantur,et ibi certos caſus,q.4. ibi. et pag. 466.et q.5.p.467.et an hodie in filio locum habeat,q.8.p.471. et quid operetur in ſuo qui nec abſtinuit, nec ſe immiſcuit,q.9.p. 472. et quib. modis tollat,q.10.ibi.per tot.et q.11.p.475
Suitas manet hodie in filijs, in his quæ concernunt eius commodum nõ in alijs,n.7.p.8.

T

Teſtamenti ſolemnitas ſit diminuta, an cenſeatur ẽt diminuta illa quæ requiritur in codicillis, n.4.p.160
Teſtamento inter liberos conditio coram 5.teſtibus,an legata extraneis relicta ſuſtineantur in vim codicillorum, nu. 27.p.172
Teſtator certum hæredem nuncupare dicitur,n.1.& 2.p.186
Teſtatoris uoluntas & poteſtas pręcipuè conſideranda,q.67.per tot.p.594
Teſtator grauatus ad dotem pręſtandã, ſi legauerit,imputatur in dotem, n. 7. p.97
Teſtamẽtum ſi principaliter ad pias cauſas factum ſit, an legata relicta valeant,n.8.p.133
Teſtamentum in quo filius ſuus præteritus ipſo iure nullum eſt,n.5.p. 470
Teſtator an poſſit prohibere filio legitimę ſuæ detractionem,q.63.p.552. an ius accreſcendi,q.64.p.553. an teſtm̃ inſinuationẽ,q.65.ibi.an poſſit diſponere quòd bona eius non ſint hypothecata pro legatis,q.66.ib.an poſſit dare licẽtiã legatario capiendi propria authoritate rem legatã,q.67.ibi.an poßit remittere vſufructuario confectionẽ inuentarij,n.1.decl.n.2.& 3.p.553.an hæres poßit remittere,n.4.p.554.quæ ſit uſufructuarij nolẽtis præſtare cautionem ſi de facto remiſſa ſit,n.5. ibi. an poſſit iubere ne hæredes utant exceptione nõ numeratæ pecuniæ,q.70.ib. an tutori poßit remittere confectionẽ inuentarij;n.1.decl.n.2. & ſeq.an poſſit iubere vt hæredes perpetuo ſtent in communione,q.82. an poſſit diſponere de rebus hæredis,n.1.p.556.an poſſit expreſſe obligare,remißiue, nu. 2. an poßit facere ut breuiori tempore actiones finiantur,q.74.ibi.
Teſtator legans uni quod alteri legauit, an cenſeatur adimere,& quando,n.1. 2.3.& 4.p.147
Teſtator filio inſtituto pupillariter ſubſtituit Titium,& quãdocunq; Titius deceſſerit,ſubſtituit ei Semproniũ, Titio prædefuncto pupillo, Sempronius admittitur ſubſt.pupillari,n.5.p.279
Teſtator ſi grauatus ſit legatis particularib.& fideicõiſſo uniuerſali, qualiter ſit facienda computatio,q.13.p. 413
Teſtm̃ quid ſit,q.1.p.477.& quod non p̃ſumatur factũ præſertim plura,n.1.et 2.ibid. unde dicat,q.2.p.478.& quot eius genera,q.3.ib.& quòd eius caput ſit hæredis inſtó,n.1.p.513.& quæ p̃terea ad ſolemnitatem teſtamentorũ requirunt uide q.35.dicta p. & ſeptẽ in teſtõ requirunt teſtes, exceptis tamen aliquot caſib.quos uide ibi q. 54. p.538.& an hoc procedat de iure canonico,diſtinguit q.56.p.542. qui poſſint eſſe teſtes,qui uero nõ,q.57. pag. 543.& hi debent eſſe rogati, nu.1.p. 545.quid ve iure canonico,n.2.quid ẽ teſtõ ad pias cauſas,n.3.ibi.& an ſpecialiter rogandi,n.4.p.544.an ab iſto teſtatore,n.5.ibi.rogitus autem per 2. teſtes probatur,n.6.ibi.& teſtes debet eſſe præſentes,q.59.p.164
Teſtm̃ uno contextu fieri dẽt, n.1.p.548. & num in hoc poßint celebrari cõtractus,n.2.ibid.& poteſt publicari corã iudice ordinario loci ad hoc deſtinato,

n.1.&

nu.1.& 2.p.548.Vino etiã adhuc teſtatore, diſting.n.3.& ſic publicatũ facit fidem, aſque originali, n.4.ibi.

Teſtamentum filio præterito dicitur nullum, & quid ſit præterito, n.1. & ſeq. p.533

Teſtamentum ad pias cauſas an dicatur priuilegiũ quoad perſonas, alias inhabiles, n.2.p.494. & quando dicaĩ relictum ad pias cauſas, n.1.ibi.& qui ad pias cauſas teſtari poſſint.n.3.4.5.& ſeq.ib.n.2.et 3.& ſeq.p.499.et q.24 ibi.an clericus vel prælatus.p.508.& in quibus bonis, ibid.an Monachus & de hoc præterea, q.34.p.511

Teſtm̃ an rumpaĩ legitimatione filij, q.77.p.561.an per capitis ſnĩam, q.78. ibi.an per pœnitentiã filij exhæredati, q.79.ibi.an teſtium cõtradictione, q.80.ibi.an mortuis teſtib.tpe aperturæ q.81.ibi. quid ſi hæres teſtatorem occidat, q.82.ibi.quid de teſtõ metu facto, q.83.p.562. quid de cõtraria teſtatoris volũtate, q.84.ibi. An per cãcellationẽ q.85.pa 562. an primũ tollaĩ p ſecundum, q. 86.p.564. quid ſi primũ iuramento firmatum, q.87.p.567

Teſtamenta plura fieri poſſunt in vna charta, nu.1.p.571.& an alter poſſit hoc caſo reuocare. & duo teſtamenta eodem die facta, ſi producantur vtrum præualeat, q.91.p.571

Trebellianica an naturaliter debeaĩ fidei cõiſſarys, q.1 p.397.& an ſit quarta pars hæreditatis vel bonorum, q.2.ib. Et huius detractio quibus competat, q.3.ibi.et q.4 p.398.& de quibus relictis detrahatur, q.5.p.401. & q.6.p. 402.& q.9.p.407.per tot.

Tributa & collectas num ſoluere teneatur hæres an legatarius, n.1.p. 91. & quid ſi tanta ſint onera vt abſorbeãt legatum, ibi.nu.2. & quid ſi bona ſint priuilegiata, n.3.ib.

Tranſuerſalium ſucceſsio, q.30.& ſeq.p. 609.& ſeq.

V

Veſtibus legatis quæ & quomodo valeant, n.1.2.& 3.p.73

Vir & vxor an inuicem poſſint donare cã mortis, n.1.& 2.p.156. & quid ſi donatio ſit iuramento firmata, n.3

Viri & vxoris ſucceſſio quando & quib. caſibus locum habeat, q.36.& ſeq. p. 14.& ſeq.

Vniformiter & difformiter quando capiatur, n.1.p.390

Vniuerſaliter an legari poſſit, n.1.p. 58

Voluntas teſtatoris primum locum obtinet, n.1.p.557.& quæ præterea de uoluntate & interpretatione teſtatoris ſcitu neceſſaria ſunt, vide per tot.q.76 dicta pag.

Vſusfructus legato cõtinetur proprietas qñ teſtator voluit reſtitui, nu.1.p.92. Item ſi reliquit rem ad vſumfructum vel vtendum & fruendum, n.2. Item quando reliquit cum probibitione alienationis, n.3.ibi.

Vſusfructus legari poteſt, n.1.p.74

Vſufructuarius & legatarius concurrũt in legato certæ rei, n.5.declaratur nu. 6.& 7.p.90

Vſufructuarius an poſſit arbores incidere, n.1.p.85.an poſſit debita exigere, n.2.p.86

Vſufructuarius non tenet onus legatorũ ſed hæres, n.1. & nunquid debeat ſoluere legata annua, n.2.& 3.p.89

Vſurarius manifeſtus an poſſit donare cauſa mortis, n.1.p.155

Finis Tabulæ.

MICHAELIS CRASSI IVRISCONSVLTI LIBER.

Receptarum Sententiarum.

VLTIMARVM voluntatum, & ſucceſſionum, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato materia, præ alijs in hominum actibus frequentiſsima eſt: præcipuæ enim lites, & inſignes uerſantur in teſtamentis, atque ultimis uoluntatibus, circa inſtitutiones hæredum, legata, & fideicommiſſa, reſtitutiones, ſubſtitutiones, & ſimilia, ut quotidiana rerum experientia docet. Sicut autem utilis, ita quoque non minus difficilis hæc iuris pars eſt, & plus quàm ulla alia iuris materia, controuerſiarum habet: Ex quibus præcipuas, & magis practicabiles quæſtiones ſub communibus interpretum placitis reſoluere pro uirili conabor.

§. Primus.

SVMMARIA.

1 *Succeſſio, & hæreditas quo iure introducta. & nu. 2. 3 4.*

5 *Parentum hæreditas iure naturæ debetur, & ius legitimarum hæreditatum omnibus gentibus notum.*

6 *Princeps, uel ius municipale non poteſt aliquē ſiplicıter priuare facultate teſtādi.*

7 *An ualeat ſtatutum, uel conſuetudo ꝙ quis non poſſit teſtari ſine alicuius conſenſu.*

8 *An princeps poſſit mutare uoluntatem teſtatoris.*

9 *Legitima filijs debita an poſſit per ſtatutum tolli.*

13 *Bona per teſtatorem alienari prohibita, an confiſcentur.*

11 *Princeps an poſſit illegitimū per reſcriptū legitimare ad feudum; et quid ſi ex teſtamento ſuccedere in feudo prohiberetur.*

12 *Ex minus ſolenni. uoluntate oritur naturalis obligatio.*

13 *Legata ex minus ſolenni uoluntate debētur naturaliter, & legatarius poſſidens tutus eſt exceptione.*

14 *Et quid in hærede ſcripto ſi poſſideat.*

15 *Quid in foro conſcientiæ.*

16 *Quid in hærede legitimo, an in foro conſciētiæ poſſit hæreditatem retinere, an uerò ex minus ſolēni uoluntate tenetur reſtituere.*

17 *Hæres relictus in minus ſolenni teſtō ex ſtipulatione, uel pacto tenetur præſtare.*

18 *Succeſſio alia uniuerſalis, alia particularis.*

19 *Appellatione ſucceſſoris ſimpliciter, an ueniat ſingularis ſucceſſor.*

20 *Emphiteuſis alicui & ſucceſſoribus ſuis cōceſſa, ad ſingularem ſucceſſorem an pertineat.*

21 *Succeſſio alia teſtamētaria, alia legitima.*

22 *Appellatione legitimæ ſucceſſionis an ueniat teſtamentaria.*

23 *Emphiteuſis uel feudū alicui, & legitimis hæredibus ſuis conceſſum, an ad extraneos hæredes ex teſtamento pertineat.*

24 *An ſola ſucceſſionis appellatione cōtineatur teſtamentaria.*

25 *Lex admittens aliquem ad ſucceſſionē, an admittat tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato. Et an excludens a ſucceſſione excludat a legitima. nu 26.*

27 *Succeſſio deferi aut iure ciuili, aut prætorio.*

PRO intelligentia terminorum præmitto quædam generalia, & primò, Ex quo iu-
1 re deſcendant ſucceſſiones, hæreditates, & teſtamenta. De qua q. valde controuerſim, & acutè, multumque diſputatum ab interpretibus, & tandem in triplicem opinionem deducta eſt.

2 Alij, & primi, exiſtimarunt ſucceſſiones & hæreditates origine iuris diuini eſſe, adducunt tex. veteris teſtamenti Leuit. 25 & Num. 27. quibus de hæreditatibus ad paſtores tranſmittenda ſtatuitur, & Gene. 27. vbi Iacob conſequitur à patre moriente ius primogenituræ & benedictionem, quæ fratri ſuo Eſau vt primo genito debebatur. Huius opinionis authores refert Gulie. Bened. in Repet. c. Rainut. par. 1. verb. teſtamentum, ext. de teſtam. Alex. conſil. 1. nu. 7. lib. 1.

3 Alij, ſucceſſiones à iure ciuili poſitiuo introductas conſtanter aſſerunt. Huius opinionis princeps auctor eſt Accurſ. in glo. l. ex hoc iure, verb. dominia. & ibi Bar. ff. de iuſtit. & iur. & hanc opinioné dicit eſſe communem Porcius in inſtit. tit. de teſta. ordi. Bal. l. duodecim tabularum. C. de legi. hæred. Eandem dicit eſſe communem Gulie. Benedict. repet. d. c. Rainutius. verb. teſtamentum, nu. 2. & numer. 6. & latè defendit eam nouiſſimè Fernand Vaſq. de ſucceſ. crea. li. 1. §. 1. num. 1. & ſeq.

4 Tertij, ſucceſſiones, inuentione, & origine eſſe iuriſgentium, naturalique ratione, & equitate inductas, quò ad formá verò, & ſolemnia addita à iure ciuili, & eius approbationé eſſe iuris ciuilis. ita tenet glo. c. ius naturale, diſt. 1. Theophi. §. ius autem ciuile. inſtit. de iure nat. gen. & ciu. & hanc dicit eſſe commun. opin. Iaſ. l. interdum. num. 4. ff. de cond. indeb. Rom. Fulg. & idem Iaſ. nu. 6. l. ſi teſtamentum. C. de teſt. & ibi Cor. eandem dicit eſſe communem. Hanc etiam concluſionem dicit eſſe communé Iaſ. rubr. ff. de acq. hæred. & l. ex hoc iure num. 49. ff de iuſt. & iur. Fortu. Garz. l. Gallus. § & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthu. Hanc eandem opinionem frequentiori calculo probatam fatetur Didac. Coua. varia. reſolut. li. 3. c. 6. num. 7. & ita communiter teneſſe Doc. in Rub. extr. de teſta. dicit Turzan. in ſuis concluſ. concluſ. 100. Bar. Romule. in repe. ſuper l. filius familias. §. Diui. ff. de leg. 3. nu. 245. verſ. vltimo. & latè in ſuo compendio teſtamentorum, in princ. Et hác eſſe receptiſſima ſententiam aſſeuerat Maturi. Montan. trac. ſuper Nouell. de hered. ab inteſt. veni. Communem dicit Ant. Gomez. varia. reſol. lib. 1. c. 1. nu. 2. & ibid. in add. Soarez. verb. ex quo venit. Valét. Forſter. tract. de ſucceſ. ab inteſta. in princ. libr. rubr. 2. nouiſſimè Ioann. Schneidevvein inſt. de teſt. ord. num. 14. & ſeq. Et hæc ſententia verior eſt.

5 Ratio enim naturalis ſempiterna, & immota quaſi tacita quędam lex, ex qua ius gentium metimur, liberis parentum hæreditatem addicit, eademque inhumanū eſſe dictat, viuos habere de rebus ſuis diſponendi facultatem, eam autem morientibus denegari. Neque vnquam tam barbara & inculta gens fuit, quæ ius legitimarum hæreditatum ignoraret, & bona propinquorum in proximum capacem transferti debere non agnoſceret.

6 Huius inueſtigationis magna vtilitas eſt. Nam ſi iure gentium libera teſtandi facultas data eſt, & iure naturali competat, nec princeps, nec ius municipale poteſt ſimpliciter aliquem priuare facultate teſtandi, vel ſtatuere, vt aliquis teſtari non poſſit, ita tenet Pau. de Caſtr. & communiter DD. leg. ex facto. ff. de vul. & pupil. ſubſtit. vt dicit Romul. leg. filiusfamilias. §. Diui. nu. 237. & num. 242. dicit hactenus à nullo aſſignatum fuiſſe modum, vt quis non poſſit condere teſtamentum: in his enim quæ ſunt iuris gentium in totum diſponendi poteſtatem non habet, ita tenet Bart. gloſ. & omnes Doct. leg. ſi. C. ſi contra ius & vtilit. pub. vt dicit Romul. d. §. Diui. nu. 229. & alibi dixi.

7 Hinc infertur etiam, non valere ſtatutum aut conſuetudinem, vt quis nó poſſit teſtari abſque alicuius conſenſu, vt ſi ſtatutum diſponeret, vt mulier non poſſit teſtari ſine conſenſu viri, Pau. de Caſtr. l. Stipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. cuius ſententiam à Doc. communiter receptā dicit Iaſ. l. ex facto. ff. de vulga. nu. 8. latè Vaſqui. de ſucceſ. progreſ. §. 3. nu.

§.3.nu. 17. & ſeq. & dicam in alio loco.

Infertur etiam ex ſuperioribus, principem non poſſe immutare voluntatem teſtatoris circa leges, clauſulas, & conditiones in teſtamento appoſitas, abſq; iuſta & rationabili cauſa. ¶ Voluntas enim illius quo ad ſubſtantiam, eſt iuris gentium, & non poſitiui, ita tenet Archid. c. Epiſcopus, 88. diſtin. & eam dicit eſſe communem opinionem Corn. d.l. ſi teſtamentum. Eandem dicit eſſe communem Aim. Crauet. conſi. 296. lib. 2. Dida. Couar. d. tract. Variar. Reſolut. c. 6. & æquiorem & ueriorem dicit Romul. d. §. Diui. nu. 235. & ita ex cõi refert nouiſſimè Fernand. Vaſq. lib. 1. de ſucceſſ. creat. §. j. num. 29. licet ipſe rõnem hanc cõmunem rejciat, & putet ſucceſſiones & teſtamẽta eſſe inuẽtione iuris poſitiui.

9 Hac communi ratione recte quoq; deducitur, lege municipali legitimam filiis debitam minui, non autem prorſus tolli poſſe; ut eſt communis opinio, de qua tamen dixi infra §. legitima.

10 Inde etiam eſt, quod bona per teſtatorem alienari p[r]ohibita non cadunt in cõmiſſum, ita vt propter delictũ prohibiti confiſcari debeant, etiam in crimine læſæ maieſtatis. ita tenet Bar. l. Imperator. ff. de fideic. libert. & eã dicit eſſe communẽ opinionẽ Alex. conſi. 23. incip. opportunè ponderatis, lib. 1. & conſi. 88. lib. 2. Soc. conſ. 121. incip. præmittẽda eſt, col. 4. verſ. ſed regula eſt, vol. 4. Dec. cõſ. 442 hanc quoq; dicit communẽ eſſe opinionẽ Cur. iun. cõſ. 120. incip. præſupponitur in facto, Cæpol. conſ. 55. Auguſt. Berous in ſuis quæſt. famil. nu. 41. Gigas in ſuo tract. de crim. læſ. maieſt. rubric. de pœn. commit. crimen læſ. maieſt. & nouiſſimè Romul. d. §. Diui. dicit Bart. ſententiam communiter receptã, & quod communis ſententia apud Italos ſeruatur. Ratio, quod nullo modo vltima voluntas defunctorum tolli poſſit, ſed inuiolata ſeruari debeat.

11 Infertur etiam principem poſſe illegitimum reſcripto legitimum efficere expreſſim, ad feudum conſequendum, licet alioquin naturalis illegitimus & reſcripto principis legitimatus, non poſſit feudum habere, ut eſt gl. celebris, & ibi ab omnibus communiter recepta, c. 1. §. naturalis, ſi de feud. fuerit controuer. inter domi. & agna. in vſib. feud. Secus tamen eſſet, ſi ex teſtamento prohiberetur ſuccedere in feudis, vt dicã alibi.

12 Ex eodem fonte eſt, quod traditur ex minus ſolemni teſtamento obligationẽ naturalem oriri, ita tenet Bartol. l. 1. ff. de cõdict. indeb. in l. cum quis, C. de iur. & fact. ignor. & hanc opinionem dicit communem Iaſon. in l. interdum, num. 4. C. eod. titu. & d. l. cum quis, num. 13. dicit magis communem. idem Iaſon. l. 1. num. 16. & conſil. 82. num. 3. libr. 3. Dec. conſi. 348. nu. 1. Communem quoque dicit opinionem eſſe Fran. Rip. l. nemo poteſt, nu. 96. ff. de leg. 1. & ibi Iaſ. idem Iaſ. in l. ſi pacto, nu. 6. C. de pact. Corn. l. 2. C. de fideic. & hanc communẽ dicit Alex. l. non dubium, nu. 2. C. de teſta. Gram. deciſ. 106. nu. 22. Didac. Couar. c. cum eſſes, nu. 5. in ſi. magis communem aſſerit. idem dicit nouiſſimè Vaſq. licet ipſe contrarium teneat, lib. 2. de ſucceſ. creat. §. 1. nu. 22. ¶ Contrarium quoque tenet Bal. d. l. cum quis, & hanc eſſe communem opinionem dicit Iaſ. in l. ſi poſt diuiſionem, nu. 5. C. de iuris & facti ignor. Sed fallitur, à prima igitur opin. non eſt recedendum in iudicando, & conſulendo, quæ vti magis communis, ita æquior, & honeſtior eſt.

13 Et hæc communis opi. procedit in legatis: Nam in teſtamẽto minus ſolemni relicta, naturaliter debentur, vt no. glo. & Bar. d. l. cum quis, Imo. & Doct. cõiter c. ſi. ext. de ſol. ut dicit Iaſ. in d. l. cũ quis. Ideoque legatarius poſſidẽs rem ſibi in teſtõ minus ſolemni relictam, poteſt eã ope exceptionis retinere, & tueri ſe aduerſus legitimum hæredẽ. ita tenẽt Alc. Imol. & Iaſon. l. nemo poteſt. vbi Iaſ. in 2. lect. nu. 70. & in 2. lect. nu. 94. hanc dicit eſſe com. op. Eandem dicit eſſe com. Ant. Capi. deciſ. Neapol. 89. nu. 2. Quamuis contrarium teneat Couar. d. c. cum eſſes. cuius ſententia uidetur probari per tex. l. ſi creditoris C. de fideic. ſed à communi non eſt recedendum.

14 Sed quid in hærede ſcripto? Reſpon. Doct. communiter concludũt, ꝙ hæres ſcriptus non poteſt retinere hæreditatem, ſed debet condemnari ad reſtitutionem, & quod hæc ſit communis opi-

nio dicit Alex.d. l. nemo poteſt, ibi. Iaſ. lectu.nu.75.& Rip.nu.102.Capic.d.deci.Neap.89.

15 Et hæc quidem in foro iudiciali procedunt,ſed quid in foro conſcientiæ, an ibi hæres ſcriptus poterit retinere hæreditatem ex minus ſolenni teſtamento?Reſp. Imo.& Iaſ.d.l.nemo poteſt, tenēt quod ſit, & illa eſt communis opinio, vt dicit Rip.d.l.nemo.nu 99

16 Quid autem è contra, an ne heredes ab inteſtato in foro conſcientiæ ſcriptis hæredibus,& legatarijs reſtituent?Reſp. Abb.in cap.pleriique. extr. de immu. eccle. tenet, quod hæres ſit obligatus ex minus ſolenni teſtō ad reſtitutionem, quia in foro conſcientiæ ſola uoluntas teſtatoris ſufficit manifeſta. Hanc opinionem dicit eſſe magis communē Conar.c.cum eſſes.nu.5. in fi.licet ipſe contrarium teneat. Hanc quoque dicit eſſe magis communem opinionem Bartho. Rom.d.§.Diui.nu.238.& in l.nemo poteſt.ff.de leg.1. Eandem communem eſſe Doct.ſententiam atteſtatur Corn.conſil.10.nu.1.lib.1.Lud. Zūtus conſil. pro vxore inſcripto,nu.41.

Sed contrarium, quòd hæres non teneatur ex minus ſolenni teſtamento hæreditatem præſtare, tenet Bald. in repetit l.1.nu.55.C.de ſacroſan. eccl. & eam dicit eſſe communem ſententiam Iaſ.d.leg. poſt diuiſionem. nume.5.Rip. d. l.nemo poteſt. nume. 107. & ad hanc videtur inclinare Clarus. §. teſtament. quæſt. 90.

Poſſunt tamen hæ duæ opiniones diſtinguendo concordari, ut vltima procedat in dubio, quia tunc hæres ſicut in foro ciuili vni,vel duobus teſtibus in teſtamento, quo ſeptem teſtes requiruntur,ita nec in foro conſcientiæ fidem habere tenetur. Lex enim iuſta,in iudicio animæ etiam ſeruanda eſt, vt eſt communis opinio,quæ ita debet intelligi. Vnde dubius hæres ab inteſtato ſuccedens in conſcientia ſua tutus eſſe poteſt.

Sed ſi certò conſtaret hæredi de uolūtate teſtatoris,quia fortè interfuit & audiuit,prior opinio, vt magis communis verior eſt, & conſcientiæ ſuæ conſulit hæres, ſi ultimam uoluntatem exequatur,& hoc eſt de mente Doctor. communiter in hoc articulo loquentium,ut patet ex Roma.d.§.Diui.nu.238.Lud.Zūtus d.conſ.nu.42. a qua in iudicando nō eſſe recedendum ibidem dicit. & amplexata communi opinione, & ipſo Didac. reprobato, cēſuit Vaſqui.de ſucceſ.cred. §.1.nu.23.§.2.nu.9.

17 Scias etiam, quòd ſi hæres relictus in minus ſolenni teſtamento, ſtipulatione, vel nudo pacto promiſerit,ad ea præſtanda efficaciter tenetur, etiam in foro iudiciali; quamuis ille, qui ſimpliciter eiuſmodi relicta in minus ſolenni teſtamento agnouerit, ciuiliter non obligetur,ita magis communem eſſe opinionē dicit Cor.ad fi. Ale.in prin.Iaſ.nu.4.leg. non dubium. C. de legibus. idem Iaſon,conſil. 82. libr. 3. refert & ſequitur Eman. Soar. recep. ſent. theſauro, verb. hæres.

18 Secundo præmitto,quòd ſucceſſio alia eſt vniuerſalis,alia particularis. Hinc ſucceſſor vniuerſalis, qui in vniuerſum ius ſuccedit, tex. l.hæreditas. §. ſuſtinet. Succeſſor verò particularis,vel ſingularis,qui in aliqua parte,uel titulo ſpeciali legati, fideicommiſſi, uel donationis ſuccedit.

19 Sed dubitatur, vtrum appellatione ſucceſſoris ſimpliciter,veniat ſingularis ſucceſſor?Reſp.communis eſt opin.vniuerſalem tantum comprehendi,non ſingularem.ita tenēt Alex.Iaſ.n.3. & Doct. alij,l.quędam.§.nihil intereſt.ff.de eden. Alex.conſi.194.nu.1.li.2.Burſ.conſ. 12. num.22.

20 Ex quo infertur,ſi alicui,& ſucceſſoribus ſuis conceſſa ſit emphiteuſis, vel feudum, intelligi hoc debere de ſucceſſoribus vniuerſalibus,qui iure ciuili, uel prętorio hæredes ſunt,ita tenet Alex.d.§ nihil,& ibi.Iaſ.nu.4.idem Ale.cōſ.9.col.4. vol.5.hanc dicit eſſe com.opi. Pariſ. cōſ. 20.nu.28.vol.1.conſ.27.nu. 192. conſil. 28.nu.179.vol.eo.& nu. 182.Rol.à Val. conſ.79.n.42.lib.1.conſ.17.nu.31.lib.2. vbi magis com. opi.aſſerit idem Rip. reſpon.26.lib.2.faciunt quæ dixi inf. §.hæreditatis, q.an appellatione hæredis,ueniat hæres in re certa.

21 Tertio præmitto, quòd ſucceſſio defertur aut ex teſtō, uel ultima teſtatoris uoluntate, aut ab ipſa lege ex tacita defuncti voluntate, quæ legitima dicitur

ſuc-

2 ſucceſſio. Et ſciendum eſt, quod appellatione legitimæ ſucceſſionis ſolum cõtinetur ea, quæ ab inteſtato fit, ſecundum propriam & ſtrictam ſignificationem ita omnium interpretum conſenſu receptũ eſſe dixit Cur. iun. l. 1. & ibi. Cag. nu. 1. C. quand. non peten. par. & hanc receptiorem concluſionem dicit Sapia. d. l. 1. nu. 17. Pinel. l. 2. nu. 5. C. de bon. mater. Tiraq. in trac. le mort. lim. 2. declar. 7. nu. 6. & 8. & hanc dicit receptã, & cõ. Bello. lib. 3. ſupput. & nouiſſimè Valen. Forſter. tract. de ſucceſ. ab inteſt. rub. quid, & quotuplex ſit ſucceſſio. q. a ſucceſſio ex teſtamento ante leges 12. tabul. fuit ualida ſucceſſio, unde ſucceſſit cõis opi. quod confirmãs actum ualidũ, non uidetur de nouo dare, vt dicit commun. teneri Sapia. d. l. 1. d. nu. 17.

Contrarium quod ẽt teſtamentaria ſucceſſio nõ impropriè dici poſſit legitima ſucceſſio, tenet Alc. li. 4. παραδόξων, ſed à cõi non recedas, quæ expreſſis legibus probatur. l. 2. §. de illo. ff. pro ſoc.

23 Hinc infertur, ſi emphiteuſis alicui conceſſa ſit pro ſe, & ſuis legitimis hæredibus, comprehendi illos tantum, qui ueniunt ab inteſtato, & omnes in infinitum, non extraneos ex teſtamento, ita tenet Alex. conſi. 56. inc. uiſo proceſſu, vol. 2. & ita cõmuniter teneri dicit Cur. iun. l. fi. nume. 11. C. quando non peten. par. Pinel. l. 2. nu. 9. communem idem enunciat, C. de bon. mater. idẽ dicit Oliuer. Textor, in tract. de ſuc ceſ. ab inteſt. in prin. nu. 11. Valen. Forſter. in tract. ſuc. ab ĩteſt. rub. quid, & quo tuplex ſit ſucceſſio, verſi. differentia, dicens, quod omnes ita tenent in c. 1. §. cũ uero, & §. hoc quoque. qui feud. da. poſ. in uſib. feud. & nouiſſimè receptam & veram aſſerit Ferdinan. Vaſq. de ſucceſ. creat. in præfat. nu. 20. quamuis ipſe non ex ui & proprietate verbi, ſed interpretatione & communi vſu loquendi fieri velit. Contrarium tamen tenet Dec. d. l. vnica, Alexan. d. l. lege obuenire, quod ſi in emphiteuſi ita conceſſa legitimi etiã hæredes ex teſtamento intelligantur, cũ affectio ex perſona accipientis non concedentis tunc inſpiciatur. Sed a communi non eſt tutum recedere.

24 Sed dubium eſt, An ſola etiam ſucceſſionis appellatione comprehendatur teſtamẽtaria? Reſpon. cõmuniter receptũ eſt vtrumque venire, per l. fi. C. unde legitimi. & tenent Doctor. ſupra allegati, licet cõtrariũ uelit Soc. ſibi cõtrarius in conſi. 120. lib. 3. cuius opin. communiter damnatã eſſe dicit Vaſqu. d. §. 1. de ſucceſ. creat. num. 19.

25 Hinc eſt quod lex admittens aliquẽ ad ſucceſſionem, illum uocare in ſolidum vniuerſaliter, & tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, & ad plenum ius tam iuris prætorij, quam iuris ciuilis, cẽſetur. ita tenẽt Doctor. i l. Cẽturio. ff. de uulg. & pup. hanc dicit eſſe commun. opin. Rolan. à Val. cõſi. 72. art. vlt. num. 59. volum. 2.

26 Et lex excludens aliquem à ſucceſſione, etiam a legitima excludit. ita dicit cõmu. eſſ. opin. & ueriorem Soc. conſil. 150. Ceph. cõſi. 5. num. 43. uol. 1. Alciat. conſi. 56. num. 16. quos refert Fran. Burſat. conſi. 12. nu. 23. p. 1. ſecundum unã opinionem, de qua inſ. §. legitima, q. 5.

27 Quarto præmitto, quod omnis ſucceſſio, aut de iure ciuili defertur, & hereditas appellatur: aut de iure prtorio, & bonorũ poſſeſſio dicitur. Et hec premiſſa ſufficiant. Nũc de ſingulis videamus.

§. Hæreditas.

Quæſtio Prima.

1 *Quid ſit hæreditas.*

2 *An appellatione hæreditatis res ipſæ, uel ius ipſum ſuccedens contineatur.*

3 *An ualeat donatio ſi quis donet hæreditatẽ.*

4 *Hæreditas prout eſt ius ſuccedens, eſt iuris poſitiui.*

Superiore §. diximus ſucceſſionem, quæ iure ciuili nobis defertur, hæreditatem appellari. 1 Quæro itaque, quid ſit hæreditas? Reſpond. hæreditas nihil aliud eſt, quàm ſucceſſio in uniuerſum ius, quod defunctus habuit. ita definit Iuriſconſ. in l. nihil aliud. ff. de uerb. ſignif. eſtq; aptior hæc definitio, quam ut pluribus inculcari debeat.

2 Sed de hoc tamen maximè dubitari ſolet, appellatione hæreditatis res ne ipſæ in hæreditate exiſtentes, an uero ius ipſum

 ipſum

ipſum ſuccedens intelligatur? Reſpond. Doct. uarie loquuti ſunt. Bart. in rub. ff. de acq. her. tenet hereditatem ipſum ius ſuccedens appellari, quod ſcilicet poſt mortem defuncti ante hæreditatem aditam loco defuncti ſubrogatur, & illius perſonam repreſentat. Itaque definiri hæreditatem iacentē, prout eſt ius quoddam intellectuale, quod ius mediāte aditione acquiritur, & cum Bart. tranſeunt communiter Doc. in d. rub. ut dicit Iaſ. ibi, & Cag. in l. hæreditas. ff. de reg. iur. Eandem dicit à plerisque communiter receptam. Alc. lib. 4. παρέργων c. 1. Dec. conſ. 428. Valēt. Forſter. in trac. de ſucceſ. ab inteſt. li. 1. rub. quid ſit hæreditas.

Alciatus tamen contra Bart. & communem inſurgens, docet appellatione hæreditatis res ipſas uenire, quas defunctus poſt ſe reliquit, eaſq; ſimul iūctas, conſtituere ius, quod hereditas appellatur. Sed nō eſt à communi recedendum, quia hæreditas etiam ſine ullo corpore iuris intellectum habet, & defuncti perſonam ſuſtinet, nō hæredis. Non igitur de iure ſuccedendi, nec de ipſo actu ſucceſſionis accipi debet, ſiue de iure adeundi, uel immiſcendi, quod non eſt in bonis & hereditate defuncti, ſed de iure ſuccedente & repreſentāte defunctum donec adeatur hæreditas.

3 Vnde traditur non ualere donationem ſi quis donet alicui hæreditatem ſuam: idem enim eſſet ac ſi diceret præſentia, atque futura, & ita eſt com. opin. ut teſtatur Pet. à Duen. in reg. 219. amplia. 4. & cum allegatis laudat Iul. Clar. §. donatio. q. 19. ueſ. ſed quæro nunquid.

4 Et nota, quòd hæreditas, ut hic ſumitur pro iure, quod refert & ſuſtinet perſonam defuncti, eſt iuris poſitiui, ſicut teſtamentum, quò ad ſui formam, quia ius illud ex ciuili iure formatum & ordinatum eſt. è iure gētium verò primo natum & ortum: Nam mortuo aliquo, à lege omnia defuncti iura in vnū cumulum colliguntur, & fit ius uniuerſum, & quia caret dominio, lex facit quandam ſucceſſionem, cui nomen eſt hæreditas, ita tenet Bar. d. rub. ff. de acq. hær. & omnes conueniunt, vt aſſerit Vaſqui. de ſucceſ. crea. §. 1. nu. 9. faciunt quæ dixi præcedē. num. 1. & ſequen.

Quæſtio Secunda.

SVMMARIA.

1 *Quamdiu dicatur propriè hæreditas.*
2 *Aditione acquiritur rerum hæreditariarū dominium, & fructus ex re legata ad quem pertineant.*
3 *Filia renuncians hæreditati paternæ non prohibetur ſuccedere fratri, qui patri defuncto ſucceſſit.*
4 *Quid ſtāte ſtatuto excludēte fœminas dotatas exiſtentibus maſculis.*
5 *Mulier prohibita nubere extra territoriū cū hæreditate, an prohibeatur adire hæreditatem.*
6 *Hæreditas iacens non datur quando quis decedit ſuo hærede relicto.*
7 *Suitas manet hodie in filiis in his quæ concernūnt eius commodum, non in aliis.*
8 *Creditores patris an poſſint conuenire filiū ſtatim poſt mortem patris non probata immixtione.*
9 *Filius etiam ſi ſubeat conuentus iudicia, & non negat ſe hæredem, non dicitur pro hærede gerere.*

1 QVæro etiam quamdiu maneat & propriè dici poſſit hæreditas? Reſpond. Are. d. rub. opinatus eſt hæreditatem propriè dici adhuc, donec fuerit apprehēſa rerum hæreditariarum poſſeſſio, per glo. in l. 1. ff. de fideicom. hæred.

Contrarium ſ. hæreditatem ſola aditione facta confundi cum hæredis patrimonio, & non dici amplius hæreditatem proprie, ſed patrimonium eius qui adiuit, tenet glo. l. 1. §. ueteres. ff. de acq. poſ. quam ſequitur Bar. l. 3. in princip. ff. de bon. poſſ. & l. 1. ff. de acq. hære. Hanc dicit eſſe comm. opin. Iaſ. d. l. 1. §. ueteres & d. rubr. de acq. hæred. addit ad Dec. l. hæreditas. ff. reg. iur. communē dicit quoque Corra. l. poſt aditam. C. de impub. & aliis ſubſt. numer. 16. & ueriorem dicit Dec. d. leg. hæreditas, communem quoque aſſerit Cur. iuni. conſil. 101. numero 4. & quod ita ſe habeat communis ſententia dicit Franciſ. Becius conſ. 1. num. 8. & Roland. à Val. conſ. 75. n. 22. lib. 2. & conſil. 99. num. 1. lib. 1. dicit communem & indubitatam Gribald. in tractа. legitimationis, concl. 2. uerſic. prædi

ctu. com-

ſti. communiorem apud interpretes & receptiorem fatetur Forſter. tract. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 1. rubric. hæreditas quãdiu dicatur.

Hinc traditur poſt aditam hæreditatem rerum in hæreditate contentarum verum dominium acquiri, & fructus perceptos ex re legata ad legatariũ pertinere. ita tenet Bar. l. in legatis. C. de vſufr. antea vero hæreditati iacenti acquiſitos, & ita communiter receptum eſſe enunciat Alex. l. ſi tibi. §. cum ſeruus. ff. de leg. 1. l. Herennius. ff. de vſufruct. & communiter approbatam dicit Ceph. conſil. 49. lib. 1. nu. 5. Corraſ. cóſi. 2. vol. 4. Forſter. d. tract.

3 Infertur etiam ex hoc, quòd filia quę renunciauit hæreditati paternæ, nõ prohibetur ſuccedere fratri etiam in bonis paternis, qui adijt hereditatem patris, & deceſſit inteſtatus ſine liberis, quia poſt aditionem non dicuntur amplius bona paterna, ſed fraterna. ita tenet Alex. d. l. 1. §. veteres. ff. de acqui. poſſ. & hanc dicit eſſe comm. opin. Dec. conſil. 306. incip. viſo puncto. Rob. Maran. in diſpu. 10. nu. 10. Rom. & ibi addit conſil. 148. incip. circa primũ. Matt. de Afflic. deciſ. Neap. 179. dixi infra §. pactum futuræ ſucceſſionis.

4 Et hæc procedunt etiam in ſtatuto, ſiue iure municipali excludẽte fœminam dotatam a ſucceſſione patris extantibus maſculis, ſi frater ſucceſſerit patri. Poteſt enim filia dotata fratri mortuo, ſuccedere ſtatim poſt aditam, agnitamque hereditatem, ita tenẽt omnes ſupradicti Doct. & dicit Iaſ. d. §. veteres, ab hac ſententia neminem vnquam diſcrepaſſe. idem firmat Corraſ. d. l. poſt aditam, num. 21. Alb. Bru. in ſtatuto excludente fœminas, artic. 8. q. 18. & hanc dicit eſſe commu. opin. Dec. d. conſil. 309. & ita crebrius reſponſum & traditum eſſe enũciat Forſter. d. tract. de ſucceſſ. rub. quamdiu hæreditas dicatur.

5 Infertur etiam ſecundũ aliquos, ſtante ſtatuto, quòd mulier non poſſit nubere cum hereditate extra territoriũ, ſi mulier adijt hæreditatem, quia tunc non eſt amplius hæreditas, ſed patrimonium ipſius mulieris, quod mulier poſſit cũ hæreditate adita nubere extra territorium.

Sed in hoc tenet contrarium Soc. d. l. 1. §. veteres. ff. de acq. poſ. quam dicit cómunem Fab. l. qui ſe patris C. vnde liberi nu. 57. hæreditas enim hoc loco nõ accipitur propriè, alias ſtatutum eſſet eluſorium, vt dixi alibi.

6 Scias etiam, quod prædicta de hereditate repræſentante perſonam defuncti ante aditionem, procedunt in herede extraneo. Secus ſi pater decedit relicto filio in poteſtate, quia ſtatim ipſo iure continuatur dominium bonorum patris in ipſum filium, etiam ignorantem, & non dicitur nec eſt hereditas iacens. ita tenet glo. l. cũ hæreditas. C. depoſiti. & ibi Cy. Alb. Bal. & Doct. commun. Bart. & Docto. l. Iulianus. ff. de cond. & demon. ita frequentius placitum enunciat Gomez. tract. uar. reſol. libr. 1. cap. 9. numer. 17. quem refert & ſequitur Ema. Soa. in theſauro recep. ſen. verb. hæres. num. 3. dixi inf. §. ſucceſſio ab inteſt. q. 10.

7 Et illud procedit & intelligitur hodie in his quæ filio fauorabilia ſunt, ſecus quò ad incommoda, attento iure prætorio, quo ius abſtinendi introductum eſt, vt dicit Bart. & omnes, l. ſi filius qui patri. eſt de vulg. & pup. vt teſtatur Alex. l. neceſſarijs. nu. 5. ff. de acq. hæred. quia per beneficium abſtinendi ſublata eſt neceſſitas, per quam filius præciſè tenebatur ſuccedere patri, ideo declaratio voluntatis requiritur, quæ fit immixtione.

8 Hinc eſt, quod creditores patris filios ante immixtionem propter debita patris conuenire non poſſunt, & ſi conueniant, probare tenentur immixtionem tanquam fundamentum ſuæ intentionis. ita tenet glo. d. l. neceſſarijs. uerb. teneantur, & ſequitur Bart. ib. & hanc dicit eſſe com. op. ibi Alex. num. 5. Imol. l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſol. mat. Ale. l. is qui ſe. num. 3. ff. de acq. hær. communem quoque dicit Alex. in l. impuberibus. ff. ſol. mat. Bald. l. 1. C. comm. de leg. Raph. Cum. d. l. neceſſarijs; ſubdit tamen, quòd licet contra communẽ in practica non ſit calcitrandum, tamen hanc communem in puncto iuris non eſſe ueram. Hanc dicit quoq; communẽ Rol. a. Val. conſ. 20. num. 18. lib. 1. & magis com. eſſe Doct. concl. tradit Soc. conſil. 60. volu. 1. Hanc dicit etiam commu-

nem Tiraque in tract. le mort. par. 7. de c. 1. 2. num. 8. Gomez. d. cap. 9. num. 25. verſ. 6. & magis receptam aſſeuerat Menoch. tract. de adipiſc. poſſeſ. remed. 4. num. 86. & ab ea in iudicando non eſt recedédum, ut patet obſeruari per Andr. Geyll. lib. 2. pract. obſer. li. 2. obſer. 128. num. 2

9 Et nota, quòd hęc communis procedi, etiam ſi filius trahaẽ in iudiciũ, conuentus per legatarios, & non neget ſe hęredem, quia per hoc non videtur ſe gerere pro hærede. ita tenet Raph. Cum. d. l. neceſſarijs, & dicit ibi Alexand. hoc eſſe verius, & quod iſta ſit communis opinio, refert Ant. de Alexan. l. 1. C. ſi vt ſe abſt. ab hered. Imol. d. §. tranſgrediamur. & ibi Alex. firmat eam magis communẽ, refert & ſequitur Roland. à Valle d. cõſil. 26. num. 20. lib. 1. in fine. & hãc dicit eſſe communem. Teſtatur quoque Gomez. d. c. 9. d. nũ. 25. Vbi dicit id intelligẽdum, quando comparet vt filius ſimpliciter, ſecus ſi cóparcat & reſpondeat, vel faciat actum vt hæres patris. Quod dicit vtile in practica, licet contrarium teneat Bald. l. 1. C. com. de legat.

Quæſtio Tertia.

SVMMARIA.

1 *Inſtitutus in re certa, an, & quando ſit hæres vel legatarius. & nu 2. 3. 4. & 6.*

5 *Hæredi in re certa, an detrahatur falcidia.*

7 *An appellatione hæredis ſimpliciter, propriè comprehendatur inſtitutus in re certa, & num. 8.*

9 *Emphiteuſis eccleſiaſtica conceſſa alicui ex hæredibus, non tranſit ad hæredem in re certa.*

10 *Quid ſi dictum ſit, hæredibus quibuſcũq;*

1 DIxi hæreditatem eſſe ſucceſſionem in vniuerſum ius. Quæro igitur, an in certa re vel certo corpore ſuccedẽs, propriè hæres dici debeat? reſpond. variæ ſunt Doct. opiniones, alij inſtitutũ in re certa legatarium eſſe arbitrantur, & pro eo habendũ. Hanc dicit eſſe communem Ant. Gomez. li. 1. variar. reſolut. c. 2. n. 16. & ſequitur Bellon. li. 4. ſupput. c. 19. communem dicit Gabriel. Rom. li. 6. com. concl. concluſione 16. Quia hæreditas nomen iuris eſt, inſtitutus autem in re certa, non iuris, ſed rei, vel corporis eſt ſucceſſor, ſicut legatarius.

Alij contrarium opinati ſunt, ꝙ talis inſtitutus proximè ad vniuerſalem hæredẽ accedat. ita tenet Cur. iun. conſil. 62. Dec. d. l. ſi. C. de edict. diui. Adr. tollẽdo. quia inſtitutus in re ſingulari, propria authoritate poteſt rẽ apprehẽdere, vt receptã dicit opinionẽ Menoch. in tract. adipiſ. poſſ. reme. 4. num. 134. legatarius vero de manu hæredis capere tenetur.

Tertij mixtũ genus cõſtituũt, vt talis hæres in certa re partim vniuerſaliũ hæredũ naturam participet, partim legatariorũ, & ſit quaſi ſub tertia ſpecie: ita nũcupati voluit Bar. l. ex facto, la 2. ff. de hæred. inſtit. & in l. quoties. C. eo. tit. & hãc dicũt ibid. cõiter teneri Alex. & Iaſ. & tenẽt quãplures laudati per Tiraq. trac. le mort ſaiſit. 2. p. declarat. 4. nu. 2. & ſeq.

Sed vt intelligas hanc materiam quæ prima facie confuſa uidetur, diſtinguendi ſunt nonnulli caſus.

2 Aliquando enim hæres in certa re inſtitutus eſt, nullo dato ei cohærede, & tunc hic hæres in re certa perinde eſt, ac ſi ſolus fuiſſet ſcriptus hæres, & ob id detracta rei mentione, hæres in ſolidũ manet, ac habetur loco hæredis per omnia. Hanc dicit eſſe communem opinionem Alexan. d. l. quoties. C. de hæred. inſtit. Imo. l. 1. §. ex facto, uerſ. 3. ff. de hæred. inſt. Maine l. ius noſtrũ, nu. 6. ff. de reg. iur. hanc, ẽt communẽ atteſtatur Scar. addi. ad Gomez. d. c. 2. ver. item quæro ſi hæres Menoch. d. 4. remed. nu. 122. ita etiã communiter teneri aſſerit Achilles Perſonalis in trac. adipiſ. poſſ. ex edic. diui. Had. nu. 180. verſ. ſi nullus, & crebriorẽ opi. eſſe enũciat Soc. iun. conſ. 10. nu. 16. lib. 1. & hoc ideo, ne teſtator pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedat. Hinc eſt, quod tali hæredi in re certa detur remedium l. vltim. C. de edict. diui. Hadr. ut eſt communis opinio, vt dixi inf. §. lex vlt. C. edic. D. Adr.

3 Aliquãdo vero hæres inſtitutus eſt in re certa, dato ei coherede vniuerſali vel ex parte, qui hæreditatem non adiuit, ſed repudiauit, & tunc idem eſt per omnia, ac ſi à principio fuiſſet hæres vniuerſalis inſtitutus. Hanc dicit eſſe magis

commu-

ommunem opinionem Alex. d. l. quo
ies,& ibi Iaſ. Imol. d. l. 1. §. ſi ex fundo.
d. l. ex facto, & quod ita ſe habeat com
munis opinio atteſtatur Corneus con-
l. 31. circa primum, vol. 4. Addit. ad Fe-
in. c. quia G. nu. 5. ext. de iudic. Menoch.
.4. Remed. num. 116. & ſeq. Bell. ſup-
ut. lib. 4. cap. 18. in princip. & hanc cre-
riorem eſſe ſententiam aſſerit Achil.
Perſonalis d. tract. adipiſ. poſſeſ. numero.
80. verſ. vel & communem quoque di-
it Couar. capit. Rainutius. §. 1. num. 9.
orſter. tract. ſucceſ. rubr. 3. verſic. po-
tea dubium non eſt. Nam paria ſunt, hæ
edem à principio fuiſſe nõ inſtitutum,
fuiſſe inſtitutum & repudiare. Accre-
cit enim tali inſtituto tota hæreditas
ecundum crebriorem ſententiam, quã
enét omnes ſupradicti, & dixi inf. §. ius
ccreſcendi. Ius autem accreſcendi ue-
it ex tacita teſtatoris voluntate, ſecun-
um receptam opinionem, de qua dixi
. §. ius accreſcendi. Itaque deprehendi-
r teſtatorem voluiſſe illum inſtitutũ
re certa eſſe ſuum hæredem in illis ca-
bus.

Aliquando & tertio hęres eſt inſtitu-
s ex certa re, dato cohærede vniuerſa-
, qui hæreditatem adiuit, & hoc caſu
ontrouerſia eſt, quibuſdam exiſtiman-
bus inſtitutum in re certa, potius lega-
rium, quàm hæredem eſſe, quam com-
unem eſſe dicit Gomez. ſupradicto
co.

Sed Bart. d. leg. ex facto contrarium
net, quod ſcilicet talis inſtitutus nec
mpliciter hæres, nec omnino legata-
s cenſebitur, ſed ſpecie vtrinque com
unicante ponetur, & Bart. ſequuntur
D. communiter, ut atteſtatur Iaſ. d. l.
oties, & ita frequentius placuiſſe enũ
Curt. iunior, conſil. 190. numero 4.
em refert & ſequitur Emanuel Soa-
z. addit. ad Gomez. d. c. 2. Verb. item
æro, & longe veriorem arbitratur idẽ
arez in Theſau. recep. ſent. verb. hæ-
nu. 49. & hanc ſibi ſententiam magis
acere cum multis per eum laudatis di-
Tiraq. d. trac. le mort. nu. 7.

Scias autem, quòd talis hæres quoad
n ipſam in qua eſt inſtitutus, ſiue quę
piciunt rem ipſam habeatur pro lega-
io, ita tenet Bar. d. l. quoties, quem cõ
muniter approbatum dicit Cyet. in l. 1.
nu. 69. ff. de leg. 1. quod ſit communis o-
pinio dicit Bello. d. lib. 4. Supput. nu. 11.

5 Hinc eſt, quod talis inſtitutus in re i'-
la certa, patitur falcidiam, vt eſt com u
nis opinio, dixi inf. §. falcidia. Item non
datur ei remedium l. fin. C. de edict. di-
ui Hadrian. tollend. quod datur hæredi
in totum, uel pro parte inſtituto, ut dixi
d. §. l. vltima.

6 Sed pro hærede habetur filius ĩ re cer
ta hæres, quoad hoc, ne poſſit quaſi prę-
teritus teſtamentum infirmare. ita do-
cet Bart. l. filio præterito. num. 12. ff. de
iniuſto rup. teſt. atque ita ſe habet com-
munis opinio, vt dicit Alc. l. ſi quis prio-
re, nu. 3. ff. ad Senatuſc. Treb. & in Auth.
ex cauſa, C. de lib. præter. num. 7. ibi Ioa.
Igneus repet. ex nu. 179. vſque ad num.
191. refert cum multis per eum laudatis
Ema. à Coſta. c. ſi pater, par 1. nu. 12. di-
cens ſupradictam communem reſolutio
nem eſſe tenendam.

7 Sed occurrit dubitatio, ſi in ſtatuto,
contractu, vel alia diſpoſitione ſimplici-
ter hæredis fiat mentio, nunquid in du-
bio appellatione hæredis proprie veniat
hæres in re certa? Reſpond. Communis
eſt Doct. ſententia, quod non veniat, nõ
modo in ſtatutis quæ ſtricte ſunt inter-
pretanda. Sed & contractibus & vltimis
voluntatibus, in quibus fit latior inter-
prætatio, eo enim caſu omnes conclu-
dunt pro legatario habendum eſſe. ita
communem eſſe opinionem dicit Imo-
la d. l. ex facto. Bellon. lib. 4. ſupput. cap.
18. num. 10. & 11. & hunc caſum apud
maiores noſtros in dubium dicit Cor-
neus conſ. 103. in cauſa vertente. Nam
hereditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius,
& hæres iuris ſucceſſor: v le intelligi-
tur nomen hęredis hęres uerſalis to-
tæ vel quotæ, in qua repræſentatur hæ-
redum definitio, ideſt iuris ſucceſſor.

Et hoc quidem non habet dubium in
materia trãſitoria de ſui natura ad extra-
neos hæredes, ſiue in his, quib. ſuccedi-
tur iure hęreditario, vel ſit diuiſio in por
tiones hæreditarias; vt communiter te-
neri dicunt ſupradicti doctores.

Ideoque Emphiteuſis priuata quę hę
reditaria eſt ad inſtitutum in re certa da-
ta cohæredi vniuerſali nequaquã perti-
net.

net. Ita communem eſſe opinionem dicit Alex.d.l.quædam.§.nihil.& d.l.quoties.ibi,& Iaſ.& ita inter omnes dicit cõuenire Couar.lib.2. variar. reſolut. cap. 18.nu.5.Bellon.lib.4.ſup.cap. 18. nunu 14.& 16.

8 Sed quid in materia de ſui natura non tranſitoria ad extraneos heredes? Reſp. Hic controuerſia eſt, Bart. vt quida eum intelligunt, d.l.& iuriſiurandi.§.ſi liberi. ff.de oper.libert.decidit, quod hoc caſu admittitur etiam ſingularis hæres, & quod ita ſit communis Doct. ſententia dicit Imola d.l.ex facto. ff. de hæred. inſtit. Alex.d.l.quoties. ubi aſſerit opinionem Imol. de qua in d. l. ex facto magis communem eſſe, Bellon.d. lib.4. ſuppu. cap.18.nu.14.Cur.iunior, in tract.feud. 3.parte,nu.8.& quod illa ſit veritas dicit Pau.de Caſt. l. quædam,§. nihil. ff. de edend.communem quoque dicit Crauet. repet.rubr. de leg.1. nu. 18. & ſubdit ab ea non eſſe recedendum.

Sed contrarium, quod hæres in re certa non admittatur etiam in materia non tranſitoria tenet Alex.ſibi contrarius,d. l.quædam §.nihil,& in conſi.124.& conſil.19.lib.5.& dicit Iaſ.in conſ.157.lib.4. quod opinio Bar.contraria in d. §.ſi liberi,magis communiter damnatur,& hanc eſſe magis communem opinionem dicit Pariſ.conſ.23.nu.192.lib.1. & veriorem & magis communẽ atteſtatur Roland.a Valle, conſ.23.nu.47.lib.1.& veriorem laudant Mod. Pariſien. in add, ad Alex.conſ.128.lib. 2. magis communem Roland.à Valle conſ. 67. num. 31. lib.2.Barbat.conſ.87.vol.3. Iaſ. cõſ. 89, uol.3.Roland.à Val.conſ. 53. nu.14.lib. 3.magis communem quoque dicit Burſat.conſ.92.nu.27.Matth. de afflict. deciſ.195.num.7. & ita iudicatum in Rota Romana etiam ſi eſſet dictum hæredibus maſculis not. Gabri.libr. 6.concl. 3. tit.de verb.ſig.nu. 5. & 7. & reuera Bart. in d. §. ſi liberi, male ad hoc allegatur, quia ſi bene aduertatur, ipſe loquitur, vbi non eſt facta mentio hæredis prout ſonant verba caſus quem proponit, ut recte adnotant ſupradicti Doct.

9 Hinc ſi quis acceperit emphiteuſim eccleſiaſticam, quæ non tranſit ad heredes extraneos, ut eſt magis communis opinio, de qua alibi, uel feudũ pro ſe & heredibus, & facto teſtamẽto inſtituerit alios filios in re certa, alios i quotis, iſti inſtituti in re certa minime ueniunt ad emphiteuſim eccleſiaſticã. ita dicũt omnes Doctores ſupra in locis allegatis.

10 Prædicta minus habent dubium, ſi dicatur hæredibus quibuſcunque, quia tũc ſemper venit hæres ſingularis, vt ſi feudum conceſſum ſit alicui pro ſe & hæredibus quibuſcunque, veniũt & extranei, licet inſtituti cũ filiis vel in re certa, ita decidit Rui.conſ.16.n.5.uol.1. quã ſententiam communiter approbatam dicit Cur.iun.conſ.1.crebrio.em dicit.Pariſ. conſ.72.nu.42.uol.3. Curt. iun. conſil, 183.Socin.iun.cõſ.72.uol. 1. communẽ quoque dicit Roland. à Valle conſ. 96. num.36.uol.1. & in tract. de inuent. lib. 12.q.nunquid hæres.nu.5.

Quæſtio Quarta.

SVMMARIA.

1 *An viuentis proprie ſit hæres.*
2 *An legitima debeatur in uita patris.*
3 *An pater filij & hæredes inſtituti, ſuccedãt ſimul uel ordine ſucceſſiuo. & quid ſi pater et filij hæredes ſimpliciter inſtituantur.*
4 *Quid in contractibus.*
5 *Si princeps conceſſit alicui & filijs & hæredibus immunitatem, an filij uiuente patre illa gaudebunt.*

NOta quoque, quòd uiuentis non
1 ſit aliqua hæreditas, vnde nemo niſi defuncti proprie & effectualiter heres eſſe poteſt tex.eſt l.j.C.de hær.& act.
2 uend. Et viuente teſtatore non debetur legitima, ut dixi infra, §.legitima.

3 Infertur etiam ſi quis inſtituat me, meos filios, & hæredes, filios meos non mecum, ſed ordine ſucceſſiuo ſuccedere propter adiectionem nominis, & hæredes, quia hæredem viuus habere non poſſum. ita tenet Bart. l. ſi quis filio. ff. de vſufruct.accreſc. & eſt communis opinio, vt dicit Dec.l.1.num.14. C. quando non petent par. Alex. l.Gallus. §.etiam, ibi Iaſ.nu.36.ff.de liber.& poſthu.communem quoque dicit Socin. conſil.22. col.3.vol.3.& quod Bart.omnes ſequuntur communiter, teſtatur Couar. capit.

Rainutius §.2.nu.5. Anton. Rub. repet. d.§.qdã recte, n.119. Alc.§.qdã.n.28.lib.

Secus uero quando me & filios meos hæredes ſimpliciter inſtituit, quia tunc ego & filij mei ad hæreditatem illam ſimul, & non ordine ſucceſſiuo uocamur. ut dixi inf.§. inſtitutio.q.

Intellige etiam prædicta in contractibus, nam ſi pater emit rem pro ſe, ſuiſq; filijs & hæredibus, intelligitur non ſimul, ſed ordine ſucceſſiuo, præſertim in filijs in poteſtate, quibus profectitium nihil acquiritur, quin ſtatim patri acquiritur. ita tenet Bar. in d.§. quidam recte. num.8. & eſt communis opinio, vt dicit Galiau. ibi, nu.74. Fortun. Garzia. n.48. & nu.54. & 55. Soc. num. 51. iſta tamen procedunt in rebus corporeis, vel incorporeis, quarum ius & dominium ſimul apud plures eſſe nō poteſt, non ſic in iure immunitatis, & ſimilib. libertatibus, quæ ſimul apud plures eſſe poſſunt in ſolidum.¶ Vnde ſi princeps cōcedat alicui & filiis ſuis & hæredibus, immunitatem, etiam viuente patre filij ſui gaudebunt illa immunitate, non ſecus quàm poſt mortem patris ita tenet Barto. d.§. quidam recte. nu. 12. & eſt communis opinio, vt dicit Iaſ. ibi. nu.36. & 46. Ga..a. nu.32. Garzia. num. 67. Socin. num. 1. & ſeq. & dixi alibi.

Quæſtio quinta.

S V M M A R I A.

Hæres proprie intelligitur cum effectu, ſcilicet adita hæreditate.

Hæres proprie dicitur, qui ſuccedit ex expreſſa uel tacita uolantate defuncti.

An & quando fiſcus proprie dicatur hæres.

Fiſcus quādo ex delicto bona publicata accipit, habetur loco hæredis que ad onera legatorum & debita.

Item quando bona auferuntur hæredi ut indigno.

EX his quæ in præcedentib. quæſtionibus dicta ſunt, habes declaratam definitionem hæreditatis, & quis proprie heres dicatur. ſ. qui in vniuerſum ius defuncti ſuccedit. hoc intelligendum eſt cum effectu, ſcilicet adita hęreditate, quia per aditionem primum dominium, & ius actualiter ei quæritur, ut dixi ſupra q. 2. Is igitur proprie hæres dicitur, qui nomine, & re adeoq; cum effectu hæres eſt, i. quē facto & uerbis hæredem declarauit. ita tenet Bart. l. is poteſt. & l. gerit. ff. de acquir. hær. quem cæteri ſequuntur, vt dicit Rol. a Val. conſi. 59. nu. 19. lib. 2. Ideoque ſi hæres iuſſus fuerit aliquid facere intra certum tempus poſt mortem teſtatoris, id ſemper intelligitur, vt poſt aditam hæreditatem, id eſt per hæredem, qui adiuerit id fiat, & infra tempus præfixum a die ſ. aditionis computādum, tex. eſt qui ab omnibus ad hoc allegatur, l.3. §. ſi quis hæredi. ff. de ſtatu liber. & decidit Alex. in conſi. 36. lib. 4. quem ad hoc omnes allegāt. & cōmunem dicit eſſe opin. Gab. Rom. lib. 2. com. concluſ. tit. de arb. concl. 2. num. 10.

Hinc etiam tempus conficiendi inuentarii hæredi non currit, niſi ab adita hæreditate, vt eſt communis opinio, de qua dixi inf. §. fi.

2 Prędicta quoque procedunt, quādo quis ſuccedit ſecundum expreſſam, vel etiam tacitam defuncti voluntatē, quia ſic ex teſtamento, ille ab inteſtato ſuccedit, & proprie quoque hæres eſt. 2

3 Sed quero, quid ſi fiſcus defuncto ſuccedat, nunquid proprie hæres ſit, & dici debeat? Reſpond. diſtinguēdum eſt, aut ſuccedit fiſcus, vt quilibet inſtitutus, poteſt enim heres inſtitui, & tunc ſine dubio hæres eſt, quia induit perſonam defuncti. ideoque tenetur vltra vires hæreditarias non confecto inuentario. ita tenet Alexan. rubri. de acquiren. hæred. & eſt cōis opinio, vt dicit Boſ. in ſuo tract. crimi. tit. vlt. de bon. vacan. nu. 10. in fi. Aut uero ſuccedit non tanquam hæres, vt cum ex delicto bona alicuius publicata accipit, vel etiam cum accipit, vt bona vacantia, vt quia venientes ex teſtō, uel ab inteſtato repudiauerunt, & tunc non proprie dicitur hæres, nec in hæreditate ſuccedere, ſed bonorū poſſeſſor eſt, nec tenetur vltra vires hereditarias, ita tenet gloſ. Bar. l. inter eos. §. fi. ff. de fideiuſ. & hanc eſſe communem opin. dicit idem Boſ. d. tit. vlti. & quod omnes Doct. ubi que ita teneant teſtatur Tiraq. in tract. la mort. Saiſit. par. 2. declar. 15. num. 16. & ſeq. Iul. Clar. cū aliis laudatis per eū pract. cri. q. 78. verſ. vtrum ſcias. Rolan.

à Val.

à Val.in tract. de inuent. q. 11. faciunt quæ dixi infra.§.fin.q.an fiſcus teneatur inuentarium facere.

4 Scias tamen quod fiſcus, quando ſuccedit ex confiſcatione, tenet locum hæredis quo ad onera legatorum & debita,iuxta vires hæreditatis ,tenetur.n.legata & fideicommiſſa, ita vt æs alienum ſoluere. ita communiter receptum eſſe aſſerit Crau.conſi.265.nume. 7. Alb. l. actione.§.publicat. ff. pro ſoc. Tiraq. d. trac.le mort.2.par.15.declar.nu.16.Eandem dicit communiter teneri Vaſq. de ſucceſ.reſol.lib.1.§.3.num.37.

5 Idem eſt, quando bona auferuntur hæredi tanquam indigno,& ita pp culpam,& defectum hæredis, vt quia non vindicauit necem defuncti, & ſimilia. Nam tranſeunt cum onere legatorum & fideicommiſſorum, eſt cómunis opinio,vt dixi alibi.

Quæſtio Sexta.

SVMMARIVM.

1 *An monaſterium ſuccedens monacho ſit proprie hæres.*

1 QVæro, monaſterium ſuccedens Monacho, caſu quo poteſt ſuccedere,an ſit hæres?Reſpond. Communis eſt Doct.opinio,quod monaſterium ſuccedit non iure hæreditario, ſed iure cuiuſdam acquiſitionis naturalis. ita tenet Bart.auth.ſi qua mulier,nu.5. C. de ſacroſanct. eccle. & ita communiter teneri dicit Vaſqui.libr.1.de ſucceſſ.creat. §.10.num.13. Roland. à Valle tract. de inuent.q. 12. nu. 19. unde inuentarium conficere non tenetur,ut dixi inf. §. fin.

Quæſtio Septima.

SVMMARIVM.

1 *An appellatione hæredis propriè ueniat bonorum poſſeſſor.*

1 QVæro an appellatione hæredis ꝑpriè ueniat bonorum poſſeſſor? Reſp .dixi §.ſeq.bonorum poſſ.

Quæſtio Octaua.

SVMMARIA.

1 *An filius habẽs legitimam tantum,propriè ſit hæres.*

2 *An beneficium legis finalis, C.de edict. D. Adr. cõpetat inſtituto filio in legitimã.*

3 *Inſtitutus in legitima, quando fiat hæres, uniuerſalis.*

1 QVæro an filius in legitima tantum inſtitutus, vel alio modo habẽs legitimam,propriè hæres dicatur? Reſpond. quod non.ita tenet gloſ. l. cum à matre. C. de rei vend. quæ communiter approbatur, vt dicit Pinel.d.l.1.part. 3. nume...gloſ.& docto.l.fi. §.in computatione,C.de iure deliber. ita dicit Ang. l. quiſquis,C.ad l.Iul.Maieſt. Fabian. repet.authẽ.nouiſſima quæſt.22. Quia uere legitimam non habet à patre, ſed ex legis diſpoſitione, neque in hunc filiũ in ſua legitima inſtitutum iura hæreditaria actiue & paſſiue tranſeunt. Sed illa (deducto ære alieno) filio debetur, & eſt quarta bonorum non hæreditatis,ſecundum crebriorem Doctor. ſentẽtiam, vt dixi inf.§.legitima.

2 Vnde etiam huic filio in legitima inſtituto beneficium l.fina.C. de edict. D. Adria.non competere pluribus placuit, & videtur eſſe receptiſſima Doctor.ſententia,vt dixi infra, §.actio ex edicto D. Adriani.

3 Bene tamen verum, eſt quod ſi filius in ſua legitima inſtitutus ſit, nullo dato ſohærede vniuerſali, vel dato,& illã repudiante, vel moriente adhuc viuo teſtatore, tunc ipſi accreſcat tota hæreditas,& fit hæres per omnia,

Quæſtio Nona.

SVMMARIA.

1 *An fideicommiſſarius propriè ſit hæres.*

2 *Et quid in ſtatuto.*

3 *Fideicommiſſarius ſicut hæres traſmittit ius deliberandi ad hæredes.*

1 QVæro,an hęredis appellatione ꝑpriè veniat fideicõmiſſarius?Reſp. quod non:ita tenet.Bar. l.ſi is qui. ff. de vſucap.& eſt communis opinio, vt dicit Alex.rubr.C. de impuber, & aliis ſubſtit.& in l.1.§.de illo,ff.ad Trebel.& cõſil.82.incip.perſpectis, uol.2. eadẽ dicit cõmunem eſſe opi. Bellon. conſi. 4. nu. 13.& li.4.ſupput. c. 29. nu. 13. Sapia.d. rubri.C.de impub. & aliis ſubſtit.& patet hanç eſſe cõmunem ex relatis per Tiraq.

riq. in diſtrac. Lemott. par. 2. declari 1 L. nu. 10. nam ante reſtitutionem in effectu nihil eſt, ſicut hæres quoque non eſt ante aditam hæreditatem. Et quamuis quo ad iura vtilia tantum conſequutur quantum hæres directus per aditionem, tamen id eſt perfictionem, & ita ficte & improprie hæres eſt. Ideoque diſpoſitio vel ſtatutum loquens in hærede, non cõprehendit fideicommiſſarium, ita tenent omnes.

2 Intellige tamen prædictam communẽ ſententiã procedere in diſpoſitione vel ſtatuto, quod eſt contra ius commune ſiue correctorium iuris communis. Namque talis diſpoſitio regulariter non extenditur ad caſum fictum. Ideoque ſtatutum de continuanda poſſeſſione in hæredem, quod eſt correctorium iuris communis non habet locum in fideicommiſſario vniuerſali, ita tenet Alex. cõnſ. 82. n. 6. & ibi Moder. Pariſ. in add. verb. fideicõmiſſarius, dicit ita tenere omnes, & eſſe veriſſimam opin. Secus vero ſi diſpoſitio ſiue ſtatutum ſecundum ius commune, vel præter. ita dicit eſſe communem Doct. reſolutionem Bellon. lib. 4. ſupputat. c. 19. n. 15. Alc. d. conſ. 82. & ibi Mod. Pariſien. in addit. ver. fideicommiſſarius. Nam tunc etiam largo modo appellatione hæredis fideicommiſſarius comprehenditur.

3 Hac ratione ſicut hæres ius deliberandi ad hæredes tranſmittit, ita & fideicommiſſarius vniuerſalis, & non ſolum fideicommiſſarius moriens poſt aditam hæreditatem, ſed & ante fideicommiſſi reſtitutionem illud ad hæredes trãſmittit, ſecundum receptiſſimam Doct. opinionem, faciunt quæ dixi infra, §. actio ex edicto D. Hadr. q. an fideicommiſſario competat d. beneficium.

Quæſtio Decima.

SVMMARIA.

1 *An hæres hæredis proprie ſit hæres.*
2 *An ualeat libellus in quo quis petit hæreditatem Titij tanquam hæres eius, cum ſit hæres hæredis Titij.*
3 *An appellatione hæredis ueniat hæres hæredis in ultimis uolũtatib. & contractibus.*
4 *Quid in ſtatutis.*
5 *Quid in prohibitione facta hæredi de non alienando.*

1 IVxta prædicta, Quæro etiam, an hæres hæredis proprie hæres ſit, & appellatione hæredis contineatur? Reſp. quòd ſic, text. eſt l. hæredis appellatio. ff. de verb. ſignif. ideoque, & primus hæres, & hæres hæredis, ambo ſunt defuncti hæredes verè ac propriè: ita eſt communis opinio, ut teſtatur Iaſ. l. ſi quis filium, §. fin. colum. 2. uerſic. ſecundo ad iſtam regulam. ff. de acquir. hæred. Soc. l. cùm filiofam. num. 7. verſic. 4. concl. ff. de leg. 1. conſ. 116. col. 3. lib. 3. Alciat. d. l. hæredis appellatio. communẽ quoq; dicit Bellon. ſupputat. lib. 4. c. 16. num. 2. Cephal. conſ. 393. nu. 64. lib. 3. & conſil. 392. nu. 40. eod. lib. conſ. 499. lib. 4. nu. 21. uerſic. nec obſtat. Corn. conſ. 182. nu. 2. lib. 2. conſ. 76. num. 2. eod. lib. conſ. 74. nu. 5. conſ. 97. nu. 22. lib. 1. Et quód hæres hæredis primi teſtatoris hæres ſit, communiter tenere Doct. aſſerit Vaſq. lib. 3. de ſucceſſ. progreſ. §. 3. nu. 11. hanc etiam communem eſſe opinionem teſtatur Achilles Perſonalis in tract. adipiſc. poſſeſſ. remed. 1. nu. 177. verſ. Zucchard. & magis communem opinionem eſſe dicit Alex. l. 3. §. ex pluribus. num. 3. ff. de acquir. poſſeſſ. ea enim quæ iuris ſunt: ut eſt hæredem eſſe, verè & propriè ad hæredes tranſmittuntur.

2 Hinc ſuſtinetur libellus, in quo quis petit hæreditatem Titij tanquam hęres ipſius dicendo ſcilicet ſe hęredẽ Titij, licet ſit hæres hæredis Titij, & poteſt ſeq. condemnatio. ita tenet Iaſ. l. fi. ff. de hæred. inſtit. & quod ſic cõiter concludunt Doctores, teſtatur Cagnol. l. qui per ſucceſſionem, nu. 7. ff. de reg. iur. & ita tenere omnes dicit Andr. Tiraquel. tráct. de retract. conuent. §. 1. gl. 6. nu. 21. Iaſ. l. paterfamili. 5. ff. de vulg. & pupil.

3 Et hæc quidem concluſio prædicta non tantum procedit in diſpoſitione legis, ſed etiam in diſpoſitione hominis, ut puta ultimis uoluntatibus, & contractibus, ita tenet glo. not. d. l. hæredis appellatio, & communẽ eſſe hanc opinionem teſtatur Cephal. d. conſil. 392. num. 57.

4 Quinimo etiam in materia ſtricte intelligenda, & odioſa, ut puta ſtatutis

tutis quæ proprie & ſtricte intelligi debent, maxime exorbitantia & contra ius commune. ita tenet Bart. l. fin. C. de hæred. inſtitut. & quod omnes communiter ſequuntur, teſtatur Bellon. d. lib. 7. ſupput. cap. 16. nu. 6. & 7.

5 Hinc eſt, quod prohibitio quæ odioſa eſt, facta hæredi de non alienando intelligitur facta hæredi hæredis. ita tenet Bar. l. filiusfamil. §. 1. nu. 21. ff. de leg. 1. & hanc eſſe communem opinionem dicit Roma. conſil. 457. circa propoſitam conſultationem. Alex. conſi. 36. lib. 3. & ab omnibus communiter receptam aſſerit Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glo. 6. nu. 24. Alex. conſ. 56. lib. 1. communem quoque dicit opinionem Petrus à Duena regul. 39. in prin. Romul. d. l. filiusfamilias. §. diui. num. 166. & quod omnes ſequuntur dicit Bellon. d. c. 16. num. 7. quam tamen intellige, maxime quando hæredis, per nomen appellatiuum eſt facta mentio, non per nomé proprium, & conſtat teſtatorem ad familiæ & agnationis nomen habuiſſe rationem: hanc eſſe communem teſtantur Iaſ. l. fi. C. de hær. inſtit. nu. 4. Tiraq. de retract. conu. d. gl. 6. nu. 24. Duen. de reg. in prin. & verſi. tertio limitatur. Ioan. Cephal. ex communi refert conſ. 318. lib. 3. nu. 84.

Quæſtio Vndecima.

SVMMARIA.

1 *Appellatione hæredis ſimpliciter an ueniat extraneus hæres.*
2 *Quid ſi dicatur de ſuo hærede.*
3 *Quid ſi de hæredibus maſculis fiat mentio.*
4 *An etiam in contractibus pro ſe & filijs & hæredibus celebrato.*
5 *Declaratur ut procedat in materia ſua natura tranſitoria ad hæredes extraneos.*
6 *In emphiteuſi priuata appellatione hæredis ſimpliciter uenit hæres hæredis.*
7 *An in iure patronatus verbum hæres comprehendat extraneum.*
8 *Quid in materia de ſui natura non tranſitoria ad extraneos.*
9 *In feudo verbum hæres, non comprehendit extraneum.*
10 *Idem in emphiteuſi Eccleſiaſtica.*
11 *Quid ſi dicatur quibuſcunque hæredibus.*
12 *Vel ſi dictum fuerit, & quibus dederis.*
13 *Si dicatur in diſpoſitione filijs & hæredibus, an ſufficiat quod ſint deſcendentes, an requiratur, quod etiam ſint hæredes.*
14 *Appellatione hæredis an ueniat extraneus quando coniecturis conſtaret de contraria diſponentis uoluntate.*

1 SVcceſiue nunc iuxta prædicta quæro, an nomé hæredis ſimpliciter prolatum extendatur etiam ad hæredes extraneos? Reſpond. quod appellatione hęredis de ſui ꝓprietate extraneus quoque hæres continetur. ita tenet Bart. leg. Gallus. §. etiam ſi parenti. ff. de liber. & poſthu. & ibi Iaſon dicit hanc eſſe communem opinionem.

2 Et hæc concluſio procedit etiam ſi dicatur de ſuo hærede. ita tenet Alexand. l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. & dicit hanc eſſe communem opinionem. idem dicit Decius cap. in præſentia, verb. circa primum, ext. de probat. n. 48 Ale. conſil. 19. conſ. 189. num. 15. vol. 2. & quod ſit communis opin. teſtatur Pin. l. 1. par. 3. n. 89. & l. 2. n. 12. C. de bon. mater. Nam illa verba de ſuo hærede, non intelligun tur de ſolis conſanguineis ſeu hæredibus iure ſanguinis, ſed ex communi vſu loquendi pro quibuſcunq; ex teſtamento, vel ab inteſtato in bona ſuccedentib. non ſpectata qualitate ſuitatis.

3 Sed quæro, ſi dicatur de hæredib. maſculis, nunquid comprehendatur hæres extraneus? Reſp. quod non. ita tenet Bal. d. §. etiam. & hanc eſſe communem opinionem dicit Alexand. conſ. 105. vol. 1. Gratus conſil. 55. vol. 1. conſil. 31. nu. 17. volum. 2. & ex communi refert Viuius, li. 1. com. opin. verb. Empehiteuta. verſ. regula eſt. num. 1. Gabriel. Roma. lib. 9. com. concluſ. tit. de verb. ſignif. concluſ. 2. num. 1.

4 Quæro item nunquid locum habeat in contractu pro ſe, & filijs, & hæredibus celebrato? Reſpon. ad hęredes extraneos non extendi. ita communiter receptum teſtatur Alex. conſi. 56. nu. 2. lib. 2.

5 Scias etiam, quòd hæc concluſio quæ habet, hæredis appellatione uenire omnem hæredem, etiam extraneum, intelligenda eſt, procedere in quacunque re, ſiue materia qu[illegible] de ſui natura eſt tranſitoria ad hæredes omnes, etiam extraneos,

traneos, ita eſt communis opinio, ut dicunt ſupradicti doctores. Communem etiam dicit Feli.d. ca.in præſentia, extra de probat. Alex. d. l. quod dicitur ff. de uerb.obl.refert ex communi Gabriel.Roma.concluſ.2.lib.6.

6 Vnde nomine generali hæredum ad Emphyteuſim, eo caſu quo eſt tranſitoria, admittitur omnis hæres extraneus, ex teſtamento, vel ab inteſtato, ita communem eſſe opinionem dicit Pinel. l. 2. num.11.C. de bonis mater. Alexan. d. l. quod dicitur.

7 Idem dic in iure patronatus. Nam verbum hæres extraneum comprehendit. Hanc eſſe communem opinionem teſtatur Abbas, cap.1.num.2.extr.de iure patron. & hoc adeò, vt ius patronatus potius ad extraneum, quàm filium, qui patris hæres non eſt, tranſeat. ita tenet idem Abb.d.c 1. & communem opinionem dicit Benedict.c.Rainutius, ver. in eo teſtaméto, el 1.nu.261. communé quoque dicit Lamber. tract. de iure patron.lib.1.2.p.art.46.nu.13.

8 Secus vero eſt, ſi res talis eſt, quæ de ſui natura non eſt tranſitoria ad omnes extraneos. Namque appellatione hæredum non ueniunt extranei. ita tenet Bart.d.l.Gall.§.etiam, & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Dec. d. c. in præſentia, ſub nu.45.verſic. uel ſecundo & ibi Felin. Dec. in conſil. 171. num. 5. Imol. d. §. etiam, & quod ſit communis opinio, dicit Bal.l.etiam, in fin.ff.ſoluto matr.Port.libr.4. commun. opin. concl. 40.uerſic.2.limita, Arius Pinel.l. 2.n.32. verſ. infertur nono. C. de bon. matern. & quod ſupra dicta diſtinctio ſit communiter recepta, refert Cęphal. conſi. 400. num.22.

9 Hinc infertur, ſi feudum quod de ſui natura tantum tranſit ad hæredes deſcendentes, vt eſt communis opinio, conceſſum ſit alicui & hæredibus eius, illud ad ſolos filios, non autem extraneos hæredes pertinere, ita cõmũniter tenere Doctores dicit Dec. conſi. 516. num. 10. & Franciſ. Becius magis receptam teſtatur conſil.88.num.7. & 8. addit. ad Paul. de Caſtr.conſil.10.num.15.lib.3.non enim propterea feudum mutat naturam ſuam propriam, ſed tantum requiritur vt is, qui vult admitti, ſit hæres.

10 Idem eſt in emphyteuſi Eccleſiaſtica, quæ de ſui natura non eſt tranſitoria ad extraneos hæredes, ſecundum magis cõmunem opinionem, de qua per Clarũ. §. Emphyteuſis, q. 28. & vltra laudatos ibi late per Cęphalum conſil.400. num. 5.libr.3. Si enim alicui, & hæredibus conceſſa ſit, ad extraneos non pertinet.

11 Sed quid ſi dicatur in diſpoſitione de heredibus quibuſcunque, nunquid etiã uenient extranei in materia aliàs non tranſitoria ad extraneos? Reſpond. Controuerſia eſt inter interpretes: Alij enim exiſtimant diſpoſitionem, quæ de hæredibus quibuſcunque concepta ſit, licet materia aliàs de ſui natura tranſitoria non ſit, tamen ex proprietate huius vocabuli ad extraneos quoque extendi. ita tenet Bald. cap. imperialem, de prohib. ſeud.alien. per Frider. & hanc eſſe communem Doctorum opinionem dicit Iaſon, l. quidé. §. nihil. ff.de edend. Curt. iun. tract. feud. 3.part.4.part. prin. Eandem dicit eſſe communem Pariſ. conſil. 23.vol.1.conſil.71.vol.1.Gratus conſil. 28.Socin.iunior.conſi.103.vol.3. Communem quoque dicit Claud. in l. Gallus, §.etiam. ff. de libr. & poſthu. Curt. iun.conſ. 4.in fin.Brun.conſil.10. col.1. refert quoque ex communi Gabriel. Roman.commu.opin.libr. 6. concluſ. 4. tit. de uerb.ſig.

Alij vero multi contrarium aſſerunt, quòd non obſtantibus verbis vniuerſalibus, quibuſcunque hæredibus, in materia non tranſitoria, excludantur hæredes extranei, ita uoluit Bald. capit. 1. §. donare, vel ſ. dubitari poſſet, qualiter olim ſeud. alien. pot.& hanc de iure ueriorem ſententiam dicit Dec. d. capitul. in præſentia, licet conſulendo cauſæ magis ſeruiat. Quia dictio vniuerſalis quibuſcunque, inquit, non immutat, naturam rei, ſed reſtringitur potius ad habiles, ſecundum ſubiectam materiam. & Modern. Pariſ.in Apoſtil. ad Alexandr. conſ. 30. numer.19. Verb. quibuſcunque, dicit, quòd in hoc puncto quãto plura legit, tanto minus diſcernere facile potuit, quæ ſit crebrior opinio, adeo Doctores Doctoribus, imo ijdem ſibijpſis contradicunt. Sed in fine tamen primam opinio-

opinionem crebriorem & veriorem dicit. Quare in practica non recedas ab ea, Nam non dubium eſt, quin uerba geminata, & vniuerſalia, (quibuſcunque hæredibus,) comprehendant etiam extraneos in quacunque materia poſita ſint.

12 Idem dices & magis etiam procedere, ſi conceſſio facta fuerit alicui, ex hæredibus, & quibus dederit. Quia hæc uerba, (& quibus dederit,) comprehendunt nō modo extraneos hæredes uniuerſali titulo uenientes, ſed etiam ſingulares ſucceſſores. ita dicit eſſe communē opinionem Cur. iunior, conſi. 4. verſ. ſed quoniam, in prin. & conſi. 130. num. 2. quæ nota, quia ſunt quotidiana in praxi.

13 Sed quæro, nunquid in materia non tranſitoria ſi dictum ſit, filiis & heredibus, ſufficiat quod ſint deſcendentes, an uero requiratur quod ſint hæredes? Reſpond. Aut dicitur de liberis hæredibus, & tunc vtraque qualitas requiritur. hāc dicit eſſe communem opinionem Alex. conſi. 19. volum. 5. Idem Alexan. in Emphiteuſi eccleſiaſtica pro ſe, filiis, & hæredibus accepta, l. quod dicitur, numer. 21. ff. de uerbor. oblig. Aut ſimpliciter fit mentio de hæredibus maſculis, & tūc non requiritur, quod ſint hæredes. ita dicit communem opinionem idem Alex. l. ex facto. §. ſi quis. ff. ad Trebellia. & cōſil. 110. num. 5. Gabriel. Rom. d. lib. 6. concluſ. 3.

14 Scias etiam, quod prædicta cōcluſio, quæ habet, appellatione hæredis venire extraneum, non procedit, ſi eſſet coniectura de contraria diſponentis voluntate, vel reſultaret abſurdum, vel impoſſibile: Vt ſi dixerit teſtator, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, volo hæreditatem meam reſtitui fratri meo, & heredibus eius. Namq; tūc verbum (hæredibus,) ex veriſimili mente teſtatoris de liberis debet intelligi, quia non creditur magis dilexiſſe extraneos hæredes fratris, quā filii. Sicut enim prædilexit filium & eius liberos, & poſtea fratrem, ita creditur prędilexiſſe extraneos hæredes filii. ita tenet Bart. d. l. Gallus. §. etiam. & hanc eſſe communem opinionem dicit Areti. l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebellian. ibi quoque idem teſtatur Socin. Alexan. conſi. 93. num. 7. lib. 3. & ita ſe habere communem opinionem dicit Fulg. l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſ. Iaſon. d. l. ex facto. §. fin. Port. com. opin. lib. 4. concluſ. 40. Gabriel. Roman. lib. 6. titu. de verb. ſignificat. concluſ. 2. faciunt quæ dixi infra. §. ſubſtitutio.

Pro complemēto huius materię quæro, ſi uel volūtate teſtatoris expreſſum, vel lege muncipali prohibitum, vel inter liberos conuentum ſit, ne fundus in extraneum alienetur, extraneus quis tunc dici putetur? Reſpond. Variè extraneus accipitur, interdum reſpectu filii, interdum reſpectu agnati vel propinqui. Sed crebrius exiſtimatum eſt, de eo intelligi oportere, qui in eadem non eſt familia. Ang. Faber, & Vigl. §. cæteri. Inſtit. de hæred. qualit. & differ. ubi ita communiter receptum aſſerit idem Vigl. & idem fatetur Forlter. de ſucceſ. ab inteſt. libr. 1. Rubric. hæredes extranei qui dicantur.

Quæſtio Duodecima.

S V M M A R I A.

1 *Hæres propriè, repreſentat perſonam defuncti, & factum eius probare tenetur.*
2 *An creditor poſſit vti remedio l. creditores, aduerſus hæredem uniuerſalē debitoris.*
3 *Stante ſtatuto, quod debitor capiatur, an et hæres capi poſſit.*
4 *An inſtrumenta habētia executionem paratam, poſſint mandari executioni contra hæredem.*
5 *An hæres poſſit petere executionem inſtrumenti, ſicut ipſe creditor ex forma ſtatuti.*
6 *An hæres hæredis teneatur approbare factum defuncti.*
7 *An hæres ex propria perſona uel iure proprio poſſit contrauenire. declaratur. n. 8.*
9 *Euictio proueniens ex præordinatione communis authoris uidetur promiſſa.*
10 *Concluſio procedit in dubio, ſecus ſi cōſtet de contraria partium uoluntate, uel etiā ex coniecturis, ut ſit libera alienandi poteſtas data.*
11 *An hæres poſſit uincere ſi promiſſio tantum de facto, & dato ſuo ſit facta.*
12 *Quid ſi pro parte tantum ſit hæres, & quibus caſibus pro parte uel inſolidum teneatur, num. 13. 14. & ſequen.*
20 *Hæres pro quota, an repellatur in totum, ſi*

portio

portio ſua plus ualet quàm res alienata.
21 *Quid hodie, facto inuentario.*
22 *Si deſunctus alienauit hoc acto, ut non teneatur de euictione, an hæres poſſit reuocare rem alienatam, ſi pater nõ tenetur de euictione.*
23 *Declaratur ut non procedat reſpectu cohæredum.*
24 *Quid ſi legitimam habet ut rem certam.*
25 *An diſpoſitio l. cum a matre habeat locũ facto inuentario.*
26 *Concluſio quod hæres tenetur factum defuncti præſtare, intelligitur de iure ualido & non improbato, ut exemplis declaratur.*
27 *Idem ſi reſpectu tertij ſit inualida alienatio.*
28 *Filius rem alienatam a patre hæres eius, non poteſt reuocare.*
29 *Hæres feudum cum conſenſu domini alienatum non poteſt reuocare.*
30 *Filius rem ſubiectam fideicommiſſo alienatam à patre non reuocat.*
31 *Filij & hæredes renunciantis an poſſint ex proprio iure contrauenire.*
32 *Conſenſus ſuper alterius contractu an extendatur ad ius alterius.*

Vidimus quis proprie heres dicatur & qui appellatione hæredis ſimpliciter comprehendantur, nunc de effectu & iuribus hæredum quedam ſubnectemus. Et uulgata eſt concluſio, heredem
1 proprie dictum, repreſentare non tantum perſonam defuncti, ſed unam eandemq; iuris & cõditionis cenſeri. Ideoque teneri factum, ſiue diſpoſitionem defuncti approbaret de hoc tex. eſt ordinarius l. cum a matre C. de rei uend.
2 Ex quo infertur, quod creditor poteſt remedio l. creditores uti aduerſus hæredem uniuerſalem debitoris, ut docet Bar. d. l. creditores, cum quo trãſeũt communiter omnes, ut teſtatur Menoc. tract. de adipiſ. poſſ. remed. 5. num. 106.
3 Infertur ſecundo, quòd ſtante ſtatuto municipali, vt vel debitor capiatur propria authoritate, uel quod executio contra eum fiat, poterit & hæres eius capi uel executio contra eum inſtitui licet in ſtatuto de hærede non fiat mẽtio: ita tenet Bar. l. poſtulante. ff. ad Treb. & hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Vaſqui. tract. de ſucceſ. creat. li. 1. §. 6. num. 39. ex quo hæres perſonam defuncti repreſentat in omnibus, & per omnia; & conſequenter eodem iure uti debet quo ille, ut eſt ulgata iuris regula, is qui in ius ſuccedit alterius illo iure quo ille uti debebit.
4 Infertur tertiò, ſtante ſtatuto quòd inſtrumenta habeant executionem paratam, non ſolum contra debitorẽ principalem, ſed etiam eius ſucceſſorem fieri poſſe executionem, hanc eſſe ueram & cõem opinionem dicit Alex. d. l. poſtulãte. Vaſq. d. li. 1. §. 6. nu. 40. Quinimo hoc procedit etiam ſi in ſtatuto diceretur, ꝙ inſtrumentum haberet executionem paratam contra debitorem ſcriptum in ipſo teſtamẽto, ita dicit communem & veram eſſe doctorum opinionem Vaſqui. d. lib. 1 de ſucceſ. creat. 36. nu. 42. Nam licet ex propria ſignificatione uerborum hæres debitoris non comprehendatur, aut re uera ſcriptus non ſit in teſtamento, tamen ex mente & ſententia ſtatuti venit, quia cum eadem eius ſit perſona cũ defuncto, non uidetur fieri extenſio.
5 Infertur quartò, quod quemadmodũ ex forma ſtatuti poteſt creditor ipſe petere executionem inſtrumenti, ita quoque heres eius eandem executionem petere poteſt, hanc dicit eſſe communem opinionem Alex. d. l. poſtulante, & ueram eſſe & communem teſtatur Vaſq. d. §. 6. nu. 40. Quin idem omnes Doctores tenere in ſingulari quoque ſucceſſore aſſerit Vaſqui. ibid. nu. 41.
6 Prædicta concluſio quod hæres repreſentat perſonam defuncti & factum eius approbare tenetur, procedit etiam in hærede hæredis, quia & is defuncti propriè hæres eſt, ut dixi ſupra q. 10. & obligationes defuncti tranſeunt in ſecũdum & ulteriores hæredes, ſecundũ omnes, ut dicit Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gl. 6. nu. 1. & hanc opinionem pleriq; tenent, ut patet ex alleg. per Pinel. l. 1. par. 3. nu. 18. uerſ. ampliatur quartò regula. Et quod hoc caret omni dubitatione dicit Phanut. de Phan. in tract. de inuent. part. 7. nu. 267.
7 Item habet locum ne heres ex propria quidem perſona, uel proprio iure

poſſit cõtrarie facto defuncti, ſit eſt tex. ſecundum omnes d. l. cũ a matre, ideoque filius hęres patris, qui rẽ eius aduẽticiã alienauit, reuocare non poteſt dicendo, quòd repetat non ex perſona patris, ſed tanquã propria. ita tenet gloſſ. d. l. cum a matre, quam communiter approbatam dicit Roder. Suarez. repet. l. quoniã in prioribus ampl. 7. nu. 6. verſ. obtinet. C. de inofficioſo teſtamento, & receptam dicit doctorum ſententiam Pinel. d. l. 1. par. 3. nu. 79.

8 Aduerte tamen hoc procedere quando dici vel conſtare poteſt actũ eſſe non tantum de iure defuncti, ſed etiã de alterius iure trãsferendo, ſecus quando aliter conſtare & dici poteſt. Namque tũc hæres ſuo iure vti poteſt, & cõtra factũ defuncti venire, vt ſi forte euictio ſecuta eſt ex facto & ordinatione cõmunis authoris vel ex facto ipſius, cui euicta fuit, ita tenẽt cõmuniter DD. l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de verbo. obli. vt teſtatur

9 Becius conſil. 124. nu. 31. Pone enim fratres diuidũt bona communia, inter quæ eſt domus emphyteutica, vel alia res feudalis, vel fideicõmiſſaria, quæ ex pręordinatione communis authoris debet ad ſuperſtites, vel eorum filios hæredes, aut alios de familia peruenire. Iſta domus, vel res, vni adiudicatur, & inuicẽ promittunt de euictione, poſtea contingit poſſidentem mori, An ne alter frater ex diuidentibus, vel eius filij ſuperſtites hæredes ad iſtam rem admittẽtur? Reſponde. Sanè dicendum eſt, quòd ſic, nec poteſt filijs hæredibus obijci factum patris: quia non videtur cogitatum, nec promiſſum iſto caſu pro euictione, quando ſcilicet euictio ſequuta eſt ex facto communis authoris, vt text. eſt ſecundum communem intellectum. l. qui Romæ. §. duo fratres, vt dicit Alexand. conſil. 21. viſo compromiſſo nume. 3. volu. 5. Pariſius conſil. 72. numer. 11. lib. 3. & eſt gloſſ. de hoc communiter approbata l. ſi familiæ. C. famil. hereiſcun. vt dicit Phan. de Phan. tracta. de inuent. part. 7. numer. 203. ſubdens per doctores ferè omnes frequentiſſimè ita eſſe concluſum. hanc dicit eſſe magis communem opinionem Alex. conſi. 40. num. 3. lib. 4. vbi loquitur in fideicõmiſſo. quod nedum per ſimplicẽ diuiſionẽ non intelligatur renunciatum iuri futuro, ſed etiam quãdo in diuiſione eſſent adiectæ clauſulæ generales de non veniendo contra diuiſionem, & in d. §. duo fratres. nu. 26. ibi Soc. nu. 51. & ſeq. & quòd Bart. opinio d. §. duo fratres. 1. & 2. q communiter tenetur, dicit Pau. de Caſt. l. tres fratres ff. de pact. Communem quoque dicit Becius conſi. 44. nu. 15. & nu. 21. Rip. d. §. duo fratres. nu. 38. Corn. conſi. 102. lib. 4. Bertrand. conſi. 437. nu. 4. lib. 1.

10 Et hoc procedit in caſu dubio, quando non conſtat de partium voluntate contraria: ſecus vero ſi conſtaret, quòd partes quoque iſto caſu voluerint renunciare, & ſe obligare quando euincetur ex præordinatione communis authoris. Quod non tantum verbis expreſſis inſtrumentorum, ſed ex conjecturis, & præſumptionibus colligi poteſt, vt notant Doctores omnes dictis locis, vt quia data eſſet poteſtas alienandi, vel diſponendi de rę pro libitu, ſicut apponi ſolet illa clauſula ad habendum tenẽdum, alienandum, &c. Apparet enim tũc renũciatio talis iuris futuri ex pręordinatione authoris competentis, & ſic actum eſſe, vt ſecuta alienatione acquirens inquietari non poſſit. ita decidit Barto. d. §. duo fratres q. 8. loquens in fideicommiſſo, & dicit ibi communem Ripa. nume. 83. Zuchard. l. 1. num. 60. C. de pact. vbi ſemper memoriæ tenendum ait. & hanc dicit eſſe communem Becius conſ. 28. nume. 3. ſubdens iſto caſu, quãdo conceſſa eſt facultas alienandi, & alienatio ſecuta eſt, neminẽ diſcrepare, quin fideicommiſſum cenſeatur remiſſum, faciunt quę dixi infra. §. fideicommiſſum. q. an per diuiſionem videatur remiſſum ius fideicommiſſi futuri.

11 Sed quæro, quid ſi venditor de euictione, de ſuo facto, & dato tantum promiſit, nunquid etiam de iure proprio hæredis actum, & promiſſum eſſe cenſebitur? Reſpond. receptior eſt & verior ſententia per eiuſmodi clauſulam, non exceptum ius proprium hæredis, ſed ſolum caſum, quo ab extraneo euictio fieret, & ita ius extraneorum ab obligatione euictionis

exce-

exceptum. Nam alienationis natura eſt, vt de omnium iure actum videatur. text. eſt l. non dubitatur, C. de euict. vnde ſtricte talis clauſula eſt intelligenda, ut minus detrahat naturę contractus ita tenet Bar. l. ſtipulatio iſta habere. ff. de verb. oblig. & hãc eſſe communẽ ſcribentium opi. atteſtatur Ruin. cóſ. 94. verſ. nec obſtat, lib. 1. refert & ſequitur Phanut. de Phanut. tract. de muent. part. 7. nu. 221.

12 Quæro vlterius, numquid ſupradicta concluſio quòd hæres repreſentat perſonam defuncti in omnibus, & factũ eius præſtare tenetur, habeat locum, nõ tantum in hęrede vniuerſali, ſed etiam in hęrede pro parte tantũ? Reſpond. qđ ſic, pro ea. n. parte pro qua hęres, eſt repreſentat quoq; eius perſonam, quod alias partes vero pro extraneo habetur & nõ prohibetur agere & cõtrauenire, cum pro illis nõ deſcendat in ipſum obligatio a defuncto, nec alicuius iuris cõfuſio. text. d. l. cum à matre. & gl. recepta l. 2. ad fi. ff. de præto. ſtipul. & hanc eſſe communem opi. atteſtatur Nicol. Arelat. in l. generaliter. nu. 120. C. de ſecũd. nup. Arrius Pinel. l. 1. part. 3. nu. 79 verſ. eadem concluſio. Anton. Gomez. tract. variar. reſolut. lib. 2. c. 10. num. 3. Eſtq; hoc adeo verum, quod hæres pro parte hæreditaria tantum repreſentat perſonam defuncti, vt defunctus non poſſit vnum hæredem grauare, vt ipſe ſolus ſoluat totum creditori, quia creditores non poſſunt in ſolidum agere contra eum, ſed pro parte contra omnes, cum iam per legem fuerit obligatio diuiſa: licet tali caſu alij cohęredes poſſint agere contra grauatum pro ſuo intereſſe vt ſoluant. ita tenent communiter Doct. Gomez. d. l. loco. nu. 4. & dicit communem, elegantem, & probabilem eſſe ſententiam Zaſ. l. auus. ff. de pact. numer. 10.

13 Et habet locum hæc cõcluſio in actionibus perſonalibus. Nam illæ diuiduntur ipſo iure inter hæredes, hoc dicit indubitatum eſſe Neguſan. in tract. de pignor. & hypothe. 5. par. 2. mem. nu. 34. circa finem. Secus eſt in actione hypothecaria quæ inter hæredes non diuiditur, ſed datur in ſolidum contra omnem hæredem. tex. eſt in l. 2. C. de hęredi. act. & ibi notant omnes, vt tradit Neguſan. in tract. de pigno. & hypo. 5. par. 2. memb. nu. 35. Roderi. Soarez repet. d. l. quoniam. nu. 8. dicens menti tenendũ in practica, & quod ita multoties obtinuit, idq; ſibi honorem & vtilitatem in practica præbuit plurimam. & quoniam in omnibus ferè contractibus hypotheca vel ſpecialis vel generalis adijci ſolet, poteſt hoc caſu hæres conuentus debitum ſoluere, & à cohæredibus repetere, vt tradunt Doc. d. locis.

14 Item habet locum in contractibus vel obligationibus diuiduis, vt quia in contractu deducitur res merè diuidua, quæ pondere, numero, mẽſura conſtat. vt eſt communis opi. de qua dixi alibi. Namq; tunc quilibet hæres tenetur tãtum pro parte, & ipſo iure diuiditur actio, tex. in l. executione. ff. de verb. oblig. & ita tenent communiter Doct. d. l. cum à matre, vt teſtatur Gomez. variar. reſolut. d. c. 10. n. 3. Io. Nicol. l. generaliter. nu. 120. C. de ſecund. nupt.

15 Sed quid in obligationibus vel contractibus indiuiduis? Reſpondi. quòd hęres pro parte in ſolidum tenetur & cõueniri poteſt. ita tenent communiter Doct. vt teſtatur Socin. iun. d. l. 4. §. Cato. num. 41. ff. de verb. oblig. Zaſi. l. 2. §. ex his. num. 5. vbi oſtendit practicam huius communis doctrinæ. ff. eod. tit. Gomez. d. cap. 10.

16 Infertur ex hoc, quòd ſi defunctus tenetur ad tradendam rem, quæ obligatio eſt indiuidua, hæredes defuncti in ſolidum ſinguli tenentur Bart. d. §. Cato. & eſt communis opin. vt dicit Socin. ibi quem refert Maria. Socin. iunior. num. 42.

17 Infertur ſecundo, quòd hæres vnuſquiſque in ſolidum tenetur adimplere factum indiuiduum, ad quod tenebatur defunctus. ita dicit eſſe communem opinionem Alciat. d. §. Cato. num. 41. Socin. iunior. num. 14. Gomez. d. cap. 10. nu. 23. verſi. ſecundo modo.

18 Tertio infertur, quòd ſi quis vendat rem certo pretio cum pacto de retrouendendo, & decedat relictis pluribus hæredibus, non poterit vnus pro parte rem redimere, ſicut nec ipſe venditor pro parte potuit reemere. Nam talis fa-

culcas redimẽdi eſt indiuidua, quia ſi aliqua quantitas vel res poſita ſit in conditione ſolutionis, ſemper cenſetur indiuidua, quia reputatur factum. tex. eſt not. l. ſtitulas. §. qui fundum. ff. de contrah. empt. & eſt doctrina Bar. l. cui vſus fructus. n. 4. ff. de vſufruct. legato, quam communiter approbatam dicit Iaſo. l. ſtipulationes non diuiduntur, num. 20. ff. de verb. oblig. Decius l. eius qui in prouincia. §. quas vero. num. 5. ff. ſi cert. pet. Alciat. d. §. Cato. num. 74. hanc dicit quoque communem opinionem Gomez. d. c. 10. n. 23. verſ. quinto infero. & ibi Soarez. in addit. verb. quinto frequẽtibus interpretum ſuffragijs, Bar. doctrinam approbatam fatetur.

19 Infertur quartò, quòd ſi Emphiteuta tenetur ſoluere cenſum vel canonẽ, & decedat pluribus relictis hæredibus, quia talis obligatio dicitur indiuidua, licet vnus hæredum pro parte ſoluerit, alter non, elapſo termino emphiteuſis cadit in commiſſum, ac ſi nullus ſoluiſſet. ita decidit glo. l. communi diuidundo. ff. com. diuid. & cõmunem dicit Gomez. d. c. 10. n. 25. Quando enim pœna obligationi ſubiecta eſt, obligationem reddit indiuiduam.

20 Succeſſiue quæro, pone defunctus alienauit rem eius, qui hæres eſt pro parte, & contingit quòd portio illa in qua eſt hæres, plus vtilitatis & valoris contineat, quàm quota rei alienatæ: numquid in totum repelletur talis hæres pro parte? Reſpond. quòd non repellitur, niſi pro quota hæreditatis, vt ſi fuerit hæres pro dimidia, vel tertia, quæ excedit ſummam mille aureorum, repellitur, vel obligatur tantum pro dimidia, vel tertia parte rei, de qua agitur, licet res alienata tantum centum valeat, & econtra, ſi res excedat valorem quotæ, hæreditatis, cum non inſpiciatur quantitas ſed quotitas. tex. eſt d. l. cum à matre. & tenet glo. d. §. in computatione, & omnes doctores ibi, vt teſtatur Roder. Soarez. repet. l. quoniam in prioribus, ampliatione. 7. nu. 16. C. de inoff. teſta. & hanc eſſe communem opinionem dicit Arrius Pinel. d. l. 1. part. 3. num. 79. ver. eadem concluſio. Nicol. Arela d. l. generaliter. num. 123.

Hodie tamen facto inuentario hæres repellitur reſpectu quantitatis, vt ſi portio in qua hæres eſt, tantum valet, quantum res alienata per defunctum repellitur in totum; ſin autem minus valet pro quantitate ſuæ portionis. ita tenent omnes d. l. cum à matre, & d. §. in computatione, vt dicit Alex. ibi nu. 8. Corn. num. 7. Boer. deciſ. 23. num. 27. Pinel. d. l. 1. par. 3. num. 79. verſ. prędicta autem. beneficium enim inuentarij, quantitatem & emolumentum hęreditatis reſpicit, & hoc caſu hæres repellitur ex illa regula: ex qua perſona lucrum capſo, &c. verum tamen Pinel. d. loco hanc concluſionem, quod hodie facto inuentario, repellatur hęres à vindicanda re ſua pro quantitate portionis hæreditariæ, tantum procedere exiſtimat, quando ei hoc vtile eſt, alias non, quia inuentarium introductum eſt in fauorem hæredis & non ad eius incommodum & diminutionem iuris ſui, quod habet in repetenda re ſua alienata, pro parte, in qua hæres eſt, ideoque illud ius ei auferri non debet, & ſequitur Phanut. de Phanut. in trac. de inuent. par. 5. num. 72. circa finem, dicẽs quòd ſibi videtur res indubitabilis. quæ ſententia quidem ſatis ęqua mihi uiſa fuit, & ſecundum eam, ſi caſus contingeret, facile iudicarem.

21 Quæro etiam ſi defunctus alienauit rem hęredis hoc acto, ut non teneatur de euictione, vel donauit eo modo quo donans non tenetur de euictione, vel emptor ſciuit rem alienam, numquid hæres poterit venire contra factũ defuncti uindicando rem ſuam? Reſpond. quod non, ita eſt gloſſ. d. l. cum à matre. quam communiter approbatam dicit Alex. ibi & Iaſon. Roderi. Soarez Repet. d. l. quoniam in prioribus, ampl. 7. num. 15. verſ. ſecũdo eſt ibi glo. expreſſa approbata, & hanc dicit eſſe communem opi. Socin. l. 5. §. Cato. num. 221. ff. de verb. oblig. Tiraq. de retract. lib. 1. §. 1. glo. 9. num. 47. & Arrius Pinel. d. l. 1. par. 3. num. 79. licet enim ceſſet illa regula, quem de euictione tenet actio, tamen obſtat altera, ex qua perſona lucrum ſentio. &c.

Et hæc concluſio non habet dubium

in

in extraneo hærede, ſed quid dicendum in filio hærede? qui non habet ex hæreditate patris niſi legitimam vel debitum naturæ ſubſidiũ? Reſpond. quæſtio hæc ardua eſt, in qua magna defecerunt ingenia, vt fatetur. Fulgoſ. alij exiſtimarũt filium ſalua legitima fundum ſuum alienatum repetere poſſe. Bart. d. §. in cõputatione, intelligendo ita gloſſ. ibi. hanc dicit eſſe communem opinionem Boer. deciſ. 23. nu. 17. in fin. & magis communem & continere meram veritatem aſſerit Alciat. conſil. 559. incip. teſtamento. Eandem dicit communem Nicol. Arelat. d. l. generaliter, num. 125. verſi. ſaluari tamen poteſt, vbi inquit quòd non eſſet ſani capitis recedere ab hac ſententia propter fantaſiam ſolius Iaſonis contrarium atteſtantis. d. §. in cõputatione, vt refert, & ſequitur Rolãd. a Valle in tract. de inuentario, par. 4. quæſtione. Quid ſi pater. nu. 10. quia tũc filio propter pactũ nõ obſtat exceptio, quem de euictione tenet actio, nec reg. ex qua perſona lucrum capio, &c. quia, legitimam vt debitum accipit, & non lucrum ſentit.

Contrariã ſententiã cõtra Bar. tenet Bald. d. §. in cõputatione, quod imo etiã ſi nec pater nec filius tenerentur de euictione, nihilominus tamẽ filius repellatur a vindicãda re ſua, ẽt reſpectu legitimę, & quod Bar. opinionẽ reprobẽt omnes doctores vſq; ad ſua tẽpora atteſtatur Arrius Pinel. d. l. 1. part. 3. nu. 8. licet ipſe primã partẽ defendere uelit, in effectu tamẽ nõ diſſentit ab hac ſecũda ſentẽtia, dum vult emptori dari regreſſum contra hæredes, pro ſuo intereſſe rei euictæ etiam in præiudicium legitimæ. hanc dicit quoque communem opinionem Natt. in conſ. 214. col. 1. vol. 1. vbi tradit practicam, fundum æſtimandum eſſe, & ſecundum illius æſtimationem fieri compenſationem cum bonis æquiualentibus hæreditatis paternæ, quę penes filium hæredem reperiuntur etiam ſub nomine legitimæ. refert & ſequitur Phanut. de Phanut. trac. de inuent. par. 5. nu. 76. dicens, quòd maior pars ſcribentium ſtat pro hac ſententia, & eam eſſe ſequendam non modo quod ſit cõmunis, ſed ẽt q. eſt vera in iure, & altera falſa. Eandẽ ſententiam dicit communiter teneri Additionator ad Bar. d. §. in cõputatione verb. tantum. lit D. & hoc verius dicit & bene menti tenendũ, quia quotidie in practica verſatur Roder. Suareſi. d. repet. l. quoniã in prioribus, ampl. 7. nu. 15. verſi. concluſiue igitur. & nu. 11. in fin. vbi dicit quòd ſit hec communis veritas & ſit vera, & approbata gloſſ. d. l. cum à matre. Non recedas igitur ab hac ſententia, ſiue filius fecerit inuentariũ, ſiue nõ. quia text. eſt expreſſus, d. l. cum à matre. & ibi gloſſ. approbata. vbi filius hæres, repellitur etiam vbi de euictione non tenetur defunctus. ergo ubi iura non diſtinguunt nobis quoque in legitimam limitare non permittitur, & quia hæres repreſentat perſonam defuncti. ſicut igitur ipſe pater, licet de euictione non teneatur non poſſet uenire contra proprium factum ſuum: ita nec eius hęres filius perſonam eius repreſentans.

Hanc concluſionem tamen intellige reſpectu emptoris, ut ſcilicet in præiudicium eius fundum a patre alienatum & legitimam ſimul habere non poſſit. Secus uero reſpectu cohæredum & legatariorum uel ſimilium. Namque datur ei regreſſus cõtra cohæredes uel legatarios, ita tenet gl. d. l. cum à matre, & dicit communiter teneri Fran. Turza. in collecta. commu. opi. c. 23. & quod nemo contradicit in hoc atteſtatur Phanut. de Phanut. d. trac. de inuent. par. 5. Quia legitima debetur filio deducto ære alieno, vnde qeod ei debetur ratione fundi alienati per patrem, prius deducendum eſt, alias non dicitur integram legitimam habere, ſed tantum abeſſe de ſua legitima quantum eſt pretium fundi, quem non potrſt vendicare.

Intellige etiam prædicta, quando filius ſucceſſit patri uniuerſaliter in tota hæreditate, uel in quota ipſius hereditatis: ſecus ſi inſtitutus in re certa pro ſua legitima uel in quota bonorum competente pro legitima, dato cohærede uniuerſali: non enim tenetur ex contractu paterno, ſed illi contrauenire poteſt: ita tenet Barto. d. §. in computatione, & eſt communis opinio, vt dicit Torz in ſua collecta, capitul. 23. Quia hoc caſu le-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

garanti eſt. Vnde ſicut actiones creditorum non dantur contra eum, ita nec exceptio ex perſona defuncti contra eum opponi poteſt.

Quæro etiam, ſi hæres fecit inuentarium, nunquid ei proſit quo minus teneatur reſpondere pro uiribus hæreditatis, uel factum defuncti præſtare? Reſp. quod in rebus ſiue bonis quæ fuerunt defuncti nihil ſuffragatur, ſed quatenus ſe bona hæreditaria extendunt ſatisfacere tenetur. Quia inuentarium tantum prodeſt, ne ultra uires hæreditarias teneatur, nec prodeſt ei, quo minus defuncti factũ præſtare teneatur, ſi defunctus res ſuas alienaſſet, uel alium cõtractum de eis celebraſſet, ita tenẽt Doct. d. l. ſi. §. in computatione. C. de iur. deliber. & hoc tranſit abſque vllius ſcribentis controuerſia, ut dicit Phanu. de Phanu. trac. de inuent. part. 6. nu. 6.

Sed nunquid hoc etiam procedit in alienatione rei ipſius hæredis, uel quæ non eſt hæreditaria, & ita in terminis d. l. cum à matre? Reſpond. quod ſic. ita tenent Doct. d. §. in computatione, receptam eſſe ſcribentium opinionem tradit Dec. l. debitori. numer. 20. C. de pac. quẽ refert & ſequitur Pinel. d. l. 1. part. 3. numer. 81. ampliat. 7. C. de bon. mater. Cõmunem quoque dicit Roderic. Suar. Repet. d. l. quoniam in prioribus, ampliat. 7. numer. 11. faciunt quæ dixi ſupra q. numer. 21. Vbi filius etiam habens legitimam tantum non iuuatur inuentario, quo magis rem alienatam a patre poſſit reuocare. Nam quatenus bona hęreditaria, quæ habet à defuncto ſe extẽdunt, confunditur actio hæredis, quam habet aduerſus defunctum, nec ei permittitur beneficio inuentarii factum ſiue contractum illum impugnare.

Stat ergo firma concluſio, quòd hæres repręſentat perſonã defuncti in omnibus obligationibus actiue & paſſiue, & factũ eius præſtare cogitur. Quæ quidem procedit, & locum habet, quando diſpoſitio ſiue factum defuncti de iure ualidum eſt, neque legis diſpoſitioni refragatur. ita tenent omnes in d. l. cum à matre. & quod iſta ſit clara & indubitata concluſio, dicit Roland. à Valle conſil. 71. libr. 2. numer. 38. Pariſ. conſi. 34. libr. 2. & quod confeſſione omnium de efficaci obligatione & factis, quæ iure conſiſtunt intelligitur, fatetur Marzar. conſil. 65. numer. 3. & conſil. 67. nume. 11. & patet ex l. quod ipſis. ff. de reg. iur. Nam regula præcipit, id quod ipſis qui contraxerunt obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtare.

Infertur, quòd ſi defunctus in teſtamento diſpoſuit de re hæredis, legando eam alteri, quod iure ei permittitur, ut dixi infra §. legatum, hæres certè non poterit tali diſpoſitioni contra uenire. poſtquam ſimpliciter adiuerit eius hereditatem, ſed ſeruare tenetur: quia per aditionem confunditur actio eius, ut omnes Doct. tenere aſſerit Pariſ. conſil. 19. par. 2. numer. 49. & conſi. 33. & quòd ita eſt communis opinio aſſerit idem Pariſ. conſil. 33. numer. 99. lib. 3.

Idem eſt, quando teſtator res heredis obligauit, vt puta, quia dixit in teſtamẽto, quòd bona hæredis ſint obligata, & hypothecata pro legatis, & debitis hæreditariis, quod facere poteſt, vt dixi infra. §. teſtamentum. Nanque heres obligatur ad hypotecandum, & diſpoſitionẽ defuncti infringere nequit. Hanc dicit eſſe magis communem opinionem Alex. l. ſi hæredis ſeruus. ff. de leg. 1. Matt. de afflict. deciſ. Neap. 3. vbi refert ita fuiſſe notandum. Pariſ. conſil 2. n. 35. lib. 3.

Infertur etiam, ſi pater in vita donauit filio in caſu, quo talis donatio inter patrem & filium valere poteſt, & poſt donationem inſtituat filios hæredes, & in rebus donatis appoſuit fideicommiſſum, filium non poſſe aduerſus factum ſiue diſpoſitionem patris venire ita dicit eſſe communem opinionem Pariſi. conſi. 33. num. 79. lib. 3.

Prędictam concluſionem intellige vt etiam procedat, quando alienatio reſpectu tertii eſt inualida, dummodo valeat reſpectu contrahentiũ, ita quod in perſona alienantis ius, & obligatio ſit formata. Namque tunc quoque hęres in iure, &, obligatione formata in perſona defuncti eius perſonam repreſentat, & ſicut ipſe defunctus aduerſus factum ſuũ venire non potuiſſet, heredi eius id quoque minime permittitur. ita loquuntur omnes in d. l. cum à matre. & ita com-

munem

munē eſſe opinionē dicit Alex. loquens in feudo. conſil. 3. vol. 5. Rol. à Val. cōſ. 6. nu. 15. lib. 3. & omnes locis infra alleg. circa feudum.

Infertur quòd ſi pater alienet rē filij aduentitia cōtra l. prohibitionē, licet filius nō factus hæres indubitáter poſſit reuocare, tamen ſi hæres fiat patri, non poteſt venire contra factū, ſiue contractū patris, quia nec ipſe pater infringere poſſet. Bar. d. §. in cōputatione. & gl. d. l. cū à matre, quam cōmuniter approbatam eſſe dicit Roder. Soarez repet. d. l. quoniā in prioribus, amplia. 7. n. 6. & Pinel. d. l. 1. par. 3. nu. 79. dicit hanc eſſe receptam doctorum ſententiam.

Infertur ſecundò ad feudum. Nam ſi defunctus vaſallus alienauit feudū licitè cū Domini conſenſu, talis alienatio valet quo ad præiudiciū alienantis, vt contrauenire nō poſſit: ſecus quo ad filios, vel agnatos, vt eſt communis opinio. Ideoq; ſi filius vel agnatus fuerit hæres defuncti, alienationem quoque impugnare nequit. ita tenet Mat. Afflic. c. 1. nu. 5. An agnat. & hanc dicit eſſe cōmunem opinionem Cur. iun. in tract. feud. 4. par. nu. 148. quem refert Pariſ. conſil. 12. nu. 8. lib. 1. Clar. §. feudum. q. 42. verſicul ſucceſſiue, vltra Clarum, & ibi laudatos per eum. communem dicit hanc eſſe opinionem Matth. de Afflict. deciſio. 112. Cur. iun. conſil. 155. Rol. à Val. conſil. 97. nu. 44. & nu. 46. dicens, quòd omnes ita cōcordant. Quia adeundo intelligitur approbare geſta per eū, & regulariter factum valet in præiudicium hæredis.

Et hoc tātò magis dicendū eſt, cū vaſallus alienás promittit nō contrauenire, & obligat ſe, & eius hæredes, Alex. cōſ. 13. vbi dicit hāc eſſe cōmunē opinionē. vol. 5. & q Doct. communiter. ita tenent. c. Titius ſi de feudo defuncti controu. atteſtatur Rol. à Val. conſil. 97. nu. 74. Pariſ. conſil. 16. n. 42. lib. 1. Habetq; locum hæc concluſio, tam in feudo ex pacto & prouidentia, quàm hæreditario, vt tenent omnes ſupradicti.

Sed dubium eſt, ſi hæres inuētarium legitime conſcripſerit, nunquid ei hoc caſu proſit quo magis contrauenire poſſit alienationi feudi per defunctum factę? Reſp. Doct. uarie locuti ſunt in hoc articulo, ſed pro veritate eius habēda, diſtinguendum eſt. aut enim loquimur in feudo ex pacto, & prouidentia, quod cōceſſum eſt alicui pro ſe, & ſuis liberis, & tranſit ad liberos, ut liberos, nō ut heredes, uel pro hæredibus maſculis, uel legitimis hæredibus, ut eſt cōmunis opinio, & hoc caſu quibuſdam placuit, factum defuncti non nocere, nec præiudicare filiis, uel agnatis hæredibus, quatenus hæreditas non eſt ſoluendo, itaque uolunt hæredem in tali feudo etiā conſcripto inuentario pro uiribus hæreditatis factū defuncti impugnare non poſſe. ita tenet Matth. de Afflict. cap. 1. §. ſi Titius num. 16. de feudo fuerit cōtrouerſia, & ita cōmuniter diſtingui dicit Cur. iun. tract. feud. 4. par. nu. 150. & ita notiſſimi iuris eſſe aſſerit Bero. conſil. 68. nu. 49. & 76. & cōſ. 70. nu. 42. ſubdēs verbū notandū in practica, quod ita volunt communiter Doct. refert, & ſequitur Rol. à Val. in tracta. de inuē. par. 4. q. incip. nūquid mouentur per glo. cōmuniter approbatā. l. fi. §. in cōputatione. C. de hæred. inſt. qua traditur hæredes etiā in illis, in quibus ipſi ex perſona, atque iure proprio contra defuncti factum venire poſſunt, defuncti factum impugnare non poſſe quatenus defuncti hæreditas ſoluendo eſt, etiam ſi ipſi inuentarium cōſcripſiſſent, vt dixi ſupra. nu. 21.

Alij verò contrarium tenent hæredem cum inuentario indiſtinctè factum defuncti impugnare poſſe, licet hæreditas illius cui hæredes extiterunt ſit ſoluendo. ita voluit Iaco. de S. Georg. tracta. feud. verb. ita quod ipſi inueſtiti. nume. 8. & ita eſt magis communis, vt atteſtatur Alex. conſil. 28. num. 18. lib. 5. Sylua. conſil. 20. num. 33. & 34. & Couar. lib. varia. reſolu. 2. cap. 18. nume. 4. verſicul. octauo infertur, dicit hoc eſſe ex mente & reſolutione omnium, qui rem iſtam diligenter examinarunt. hanc quoque dicit eſſe magis communem Pinel. d. l. par. 3. num. 95. Pariſi. conſil. 65. nume. 48. lib. 3. & conſil. 63. nume. 26. lib. 1. ſubdens ita limitari d. l. cum à matre. Inuentarium enim hæredi hoc caſu omnia iura illæſa conſeruat, atque ſi hæreditatem non adiuiſſet, itaq; permittitur

mittitur ei alienationem feudi infringere, nec obſtat cómunis cóclusio glo. d. §. in cóputatione, quia procedit in allodialibus, ſecus in feudalibus, quæ debentur ex legis diſpoſitione. Vnde ſuccedit regula, quæ vult hæredi indiſtinctè permitti venire contra factũ defuncti, quo excluditur à legis beneficio, vel potius, vt aliquid operetur conſuetudo vltra jus commune.

Aut loquimur in feudo hæreditario nõ ſimpliciter, ſed mixto, vt quod conceſſum eſt alicui pro ſe, & ſuis hæredibus. Et plerique exiſtimant in tali feudo filio, vel agnato prodeſſe inuentarij confectionem, vt poſſit venire aduerſus alienationem. quam ſententiam vti communiter approbatã ſequitur Curt. iun. tract. feud. 3. par. verſicul. igitur eſt regula, Zaſ. trac. feud. 9. par. nu. 29. & vt magis cómunem amplexus Soc. iunior conſi. 112. nu. 12. vol. 2.

Contrarium quòd in feudo mixto nihil proſit inuentarium, cum in eo hæres ſemper factum defuncti approbare teneatur. dicit magis communem Alc. conſil. 28 conſil. 13. nume. 11. lib. 5. & communé, ac receptã Doctorũ eſſe ſententiã fatetur Grat. conſi. 4. nu. 50. volú. 1. Didac. Couar. lib. 2. varia. reſolu. c. 8. verſicul. octauo infertur. Camer. c. Imperialé. §. præterea. columna. 14. de prohibit. feud. alienat. & magis communem dicit Roland. à Val. conſil. 44. volum. 3. quem refert, & ſequitur Franciſ. Burſat. conſil. 9. nu. 28. & frequentius receptam atteſtatur Grat. conſil. 9. nu. 18. volu. 1. Ioſeph. Cumc. in tract. feud. numer. 65. nume. 197. & 303. Alciat. veriorem dicit conſil. 16. par. 1. ſubdens, quòd non audet contrariam partem firmare. & conſil. 160. num. 15. ubi inquit Bald. dictum. l. qui ſe patris. C. unde. libe. ita intelligi ab omnibus Moder. Eandem dicit communem Arrius Pinel. d. l. 1. num. 93. C. de bon. mater Roland. à Val. in tracta. de inuentario. par. 4. q. incip. nunquid hæres. num. 27. Burſat. conſil. 3. nume. 27. lib. 1. Port. libr. 3. communem opinionem. concluſio. 8. Marin. Frecia. de feud. libr. 3. tract. 7. Clar. §. feudum, q. 48. circa finem. hanc quoque communem dicit Pariſ. conſil. 2. num. 31. uol. 1. Gabr. cõmun. concluſio. lib. 6. de regul. iur. concluſio. 11. nu. 21. & ſeq. & hanc eſſe receptiorẽ, & dictũ ſine cõtrouerſia procedere ait Tho. Marin. de feud. tit. 5. de feud. hæred. lib. 1. nu. 39. & ſeq. & tit. 3. nu. 18. Mouetur Docto. quia tale feudũ ſuccedés abtinere nó poteſt, niſi ſit hæres, quaſi qualitas illa faciat feudũ hæreditariũ, quod iure hæreditario cõtingat: in re autem hæreditaria inuentarium non prodeſt. Ego uero contrarium tenui in mea collecta receptarũ Sententiarum, lib. 2. c. 2. Licet enim requiratur illa qualitas in ſuccedẽte quod ſit hæres alienantis ſaltem in bonis allodialibus, uel primi authoris mediate, & feudum quo ad hoc dicatur hæreditarium, tamen non facit ipſam rem feudalem hæreditariam, ut deferatur iure hereditario, & uaſallus de eo, ut de alia quacunque re hæreditaria libere diſponere poſſit: quia defertur iure inueſtituræ prouidentia concedentis, itaque poteſt ſuccedens ſibi conſeruare facto inuentario ſeparatim a bonis defuncti. Eã ſententiam quoque amplectitur Clarus d. q. 42. Phanut. de Phanut. tract. de inuen. par. 6. nu. 17.

Aut loquimur in feudo merè hæreditario, ut ſi cõceſſum eſt pro ſe, & ſuis hæredibus quibuſcunque, & tunc magis communis eſt Doctorum reſolutio factum uaſalli hæredi ſuo obeſſe, ut contrauenire non poſſit, tam in diſpoſitione per ultimam uoluntatem, quàm inter uiuos, etiam inuentario legitime cõſcripto. & ita procedit ſupradicta communis Doctorum opinio, ut tradit recte aduertens Pariſ. conſi. 65. num. 54. Quia de iſto feudo iudicatur, ut de qualibet alia re hæreditaria, & eſt unum cum defuncti hæreditate, & poteſt alienari in quemcunque extraneum, computatur in legitimam, & in petitionem hæreditatis uenit. Inuentarium autem conſeruat hæredi ea dumtaxat quæ iure hæreditario illius defuncti non capit: non autem quæ capit iure hæreditario, ut eſt communis opinio Docto. in d. §. in computatione.

Infertur tertiò, filium, vel alium quã uis in fideicommiſſo uocatus ſit ſtante prohibitione teſtatoris, rem fideicom-

nuſſa-

miſſariā alienatā, ſi hæres defuncti factus fuerit, reuocare non poſſe, ut admittunt omnes ex d. l. cum à matre. ita dicit Burſat. conſi. 195. num. 14. uolu. 2. Nam talis alienatio ſecundum omnium ſententiam pro iure nulla eſt, adeo ut uocatus ex fideicommiſſo ſtatim ad rem admittatur. ut teſtatur Phanut. de Phanut. par. 7. num. 149. & dixi. §. fideicom. Sed ipſe alienans reſpectu ſuæ perſonę, tamen obligatus. Vnde hæres alienantis quoque repellitur, quia obligatio in perſona defuncti formata in eum deſcendit, & ita eiuſdem iuris & conditionis efficitur.

Porrò factū ſiue diſpoſitio defuncti ſi fuerit a iure improbata, & de per ſe nulla, tunc factū illud ſiue diſpoſitionē impugnare hæredi permittitur iſta eſt cōmunis opinio, vt dicit Alex. l. Lucius. ff. ſolut. matrim. & omniū confeſſione expedita cōcluſio, vt dicit Marzari. d. cōſi. & hoc indubitatū eſſe dicit Becius cōſil. 72. nu. 17. Vnde a doctoribus pro limitatione traditur ad d. l. cū à matre. Quod hęres indiſtinctè factum defuncti quod tendit ad excludendum ipſum à legis beneficio, vel quia ei non relinquitur quod relinqui debet impugnare poſſit. ita tradit Bal. l. 2. C. ſi in fraud. patro. hanc communem eſſe opinionem atteſtatur Pinel. d. l. 1. part. 3. nu. 83. & quod ita tenent communiter DD. dicit Mandel. conſil. 73. nu. 2.

Ex quo infertur ad caſum l. hac edictali, C. de ſecund. nup. quā prohibetur mulier tranſiens ad ſecunda vota alteri marito plus relinquere, quàm vnus ex prioris matrimonij filijs habiturus ſit. Namque ſi vltra quam lege permiſſum coniugi alteri relictum fuerit, filius etiam ſi hæres extiterit, non tamen prohibetur illud relictum, ſiue diſpoſitionem impugnare, nec facit ſibi præiudicium circa beneficium d. l. hac edictali. ita tenet Bald. conſ. 161. lib. 5. & hanc eſſe veriorem & magis receptam doctorum ſententiam fatetur Ant. Crau. in conſ. 200. quē refert & ſequitur Phanu. de Phan. in trac. de inuent. par. 7. n. 113.

Infertur ſecundò, tu ſcis quòd pater filijs certam partem bonorum pro legitima relinquere tenetur, & lex contra nam eius voluntatem improbat, quod ſi minus filio reliquerit permittitur filio, etiam ſi heredi atem adiuit diſpoſitionem patris defuncti impugnare & agere ad ſupplementum ita tenet Bar. d. l. 2. num. 7. vbi dicit d. l. cum à matre, non procedere quando hæres ſuccedit ex neceſſitate iuris. & d. l. 2. procedere etiam in legitima dicit receptus eſſe Pinel. d. l. 1. §. 3. num. 83. verſ. limitatur duodecimo, & ita magis communiter teneri teſtatur Mandel. conſ. 73. num. 2.

Habetque hoc locum etiam, ſi pater ſuo teſtamento, idipſum quod alteri vltra quā lex permittit relinquere vult ſe ei debere confeſſus fuerit. Namque talis confeſſio quatenus tendit in præiudicium legitimæ filiorum non valet, neque attenditur, niſi aliter conſtet; & filio contra eiuſmodi confeſſionem venire permittitur, iſta eſt aperta deciſ. Ioan. Dilect. in tract. de art. teſt. tit. de leg. caut. 6. in fin. & hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Dec. conſ. 426. num. 8. quem refert & ſequitur Io. Cephal. conſil. 85. nu. 21. lib. 1.

Scias tamen prædicta procedere quando filius ſimpliciter adiuit hæreditatem, quia tunc per aditionem ex qua reſultat tacita approbatio non præiudicatur ei, ſecus ſi expreſſe approbet teſtamentum patris. Quia tunc diſpoſitio inualida confirmatur, vt amplius eam filius impugnare nequeat, dummodo expreſſe legitimæ in renunciatione fuerit facta mentio. Nam generalis renunciatio non includit legitimam, nec præiudicat filio niſi ſpecifica fiat eius mentio, ita eſt tex. l. ſi quando. §. & generaliter, C. de inoff. teſt. & ibi oēs tenent Doct. vt teſtatur Roder. Suarez Repet. d. l. quoniam in prioribus. ampliat. 10. num. 50. in fin. & num. 52. & dixi infra. §. legitima.

Aduerte quoq; iuxta hoc, quòd dixi, hæredem indiſtinctè factum defuncti poſſe improbare, quando hæres non habet illud, quod ei teſtatur, relinquere debet, quod ſit ſpeciale, & procedat tantum in illis perſonis, quibus debetur aliquid ex diſpoſitione legis, & non reperiunt in hæreditate quantum eis debetur ex ea legis diſpoſitione. Nam eo caſu

ſi quamuis ſint hæredes, admittuntur contra factum defuncti, non quidem abſolute, ſed duntaxat ad reuocandum quantum eis ſufficit proportione debita per legem, & id conceditur. quia duæ rationes ſimul concurrunt, videlicet, quia videtur facta fraus legi, & quia talis hæres nullum ſentit cómodum ex hereditate defuncti tanquam hæres. extra vero eum caſum manet Reg. quod hæres non poteſt venire contra factum defuncti, ita concludunt magis cõmuniter dd. vt teſtatur Mandel. conſil. 73. nu. 2.

Dixi ſupra hæredem non poſſe impugnare factum defuncti etiam ex iure proprio, quod quidem procedit in alienatione; ſed quæro nunquid hoc etiam locum habeat in renunciatione, Ponit enim, filia renunciauit hæreditati patris cum iuramento, eaque mortua, nepotes auo ſuccedere volunt, quibus obijcitur matris renũciatio? Reſpon. Communis reſolutio eſt, quòd renunciatio præiudicat hæredi renunciantis quo ad ipſum ius renunciantis, Secus quo ad ius proprium, ideoq; ſi filia renuncians deceſſit, viuo patre, nepotes eius non prohibentur legitimam ex bonis aui petere ex proprio iure, & propria perſona. ita tenet Bar. l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hæredit. & hanc dicit eſſe communem opinionem Alex. & Dec. in l. pactum quod dotali, C. de pact. Dec. conſ. 181. Bertrand. conſil. 63. Gozad. conſ. 75. quia filia tantum ſuum ius renunciaſſe intelligitur, itaque habet renunciatio tacitam conditionem, ſi hæreditas ſibi fuerit delata, & ſi illa conditio non euenerit, habeatur pro non facta.

Et hoc procedit etiam, ſi mater in vita accepit aliquid, puta dotem vel legitimam. Paul. de Caſtr. d. l. qui ſuperſtitis. Alex. d. l. pactum quod dotali. Aym. Crauet. conſ. 84. Vbi dicit, quod ita in practica ſeruatur, & hanc dicit eſſe communem opinionem Gozad. d. conſil. 75. Roland. à Valle conſil. 11. lib. 1. nu. 7. & dixi infra. §. pactum futuræ ſucceſſionis.

Et nota, quòd renunciatio non tantum non extendatur ad ius filiorum proprium, vel alterius perſonæ: Sed nec etiam ad ius ipſi renuncianti de nouo ſuperueniẽti. Ideoque ſi vaſallus alteri vaſallo renũciauit feudum vel Emphiteuſim, isq; poſtea ſine liberis deceſſerit non prohibetur vaſallus renunciás in feudo ſuccedere, quia ius ſuperueniẽs de nouo per mortem alterius, nõ intelligitur renunciatum. ita eſt gloſſ. cõmuniter approbata. c. 1. tit. Lothar. Imper. vt dicit Soc. cõſi. 50. nu. 6. lib. 1. & ita magis cõmuniter tenere dd. teſtatur Socin. Iun. l. qui Romæ. §. duo fratres nu. 138. refert & ſequitur Phanut. de Phanut. tract. de inuent. p. 7. nu. 234. & ſicut hoc caſu renunciatio non obſtat ipſi renunnicianti, ita nec eius hæredibus, quo minus non tãtum ex iure proprio, ſed etiã ex perſona patris obtinere queant non obſtancte dicta renunciatione.

Quæro item, quid in conſenſu præſtito ſuper alienatione, Pone enim quidam non alienauit, Sed alteri alienanti cõſenſit, Nũquid hęredibus eius qui nõ alienauit, Sed alienationi cõſenſit, nocebit ille cõſenſus defuncti vaſalli, quo minus feudũ alienatũ repetere poſſint? Reſpond. Cõmunis eſt Doctorum opinio, quod cõſẽſu, tantũ ad ius conſentientis, nõ autẽ alterius perſonæ reſtringatur, ſi talis conſenſus fuerit ſimplex & nudus. Ideoque filius vel agnatus conſentientis feudũ alienatũ repetere non prohibetur. ita tenet Bald. Aluarot. & Doct. cõmuniter. §. 1. hoc quoque de ſucceſſ. feud. in vſib. feud. Bald. quem cõmuniter ſequuntur cæteri. l. qui ſe patris, nu. 12. C. Vnd. liber. & hanc eſſe communem opinioné fatetur Curt. Iun. tract. feud. 4. part. nu. 150. Pariſ. conſil. 5. nu. 25. dicens ita vbique tenere Doct. lib. 1. Zaſ. tract. feud. 9. par. nu. 23. vbi dicit hoc eſſe notatu digum. hanc quoque dicit communé Ioan. Cephal. conſ. 151. nu. 14. lib. 2.

Sin vero is, qui alienationi conſenſit, inſuper ſe obligauit non contrauenire uel quicquam contra huiuſmodi contractum facere, hæres quoque ius feudum alienatum repetere non poteſt. Quia factum defuncti impugnare ei non pmittitur ita cõmuniter diſtingui dicit Curt. Iun. d. tract. 4. Part. nu. 150. Iacob. de S. Georg. tract. feud. uerſ. & cum pacto. cl. 2. nu. 37. hoc intellige tamen niſi

in

in illis caſibus, in quibus illi, qui alienatori ſuccedit, contrauenire permittitur, vt dixit ſupra, & alibi in materia feudali.

§. Bonorum poſſeſ.

DIctũ eſt ſucceſsionẽ uniuerſalem acquiri uel de iure ciuili, ſcilicet hęreditatis aditione uel de iure prętorio bonorũ poßeßionis agnitione. Etenim ius leges nẽpe XII. Tab. ius aliquod uniuerſale, quod includeret uniuerſale dominiũ totius defuncti patrimonij, omniaque iura tã actiua quã paſſiua, introduxit, id hæreditas appellatur, & aditione acquiritur, & in hęredem cũ omnibus iuribus tranſit. Ius prætoriũ quoniã ius ciuile percipiendarum hæreditatũ anguſtis finibus per l. 12. Tabu. Erat conſtitutum, illud dilatauit, & ex æquo & bono quibuſdam perſonis, quas ius ciuile repellebat ſucceſsiones detulit, et ſaltẽ hæredis loco eße uoluit, & bonorum ſucceſſores: beneficium autem illud bonorum poſſeſsionem appellauit, quæ uniuerſitatem iuris importat, omniaq; iura tam actiua, quàm paſsiua complectitur ſicut hęreditas.

Quæſtio Prima.

SVMMARIA.

1 *Quid ſit bonorum poßeßio.*

2 *Iuris uocabulũ an p̃ iure quo perſequimur patrimonium, an pp quod accipiendum ſit.*

QVæro itaque quid ſit bonorũ poſſeſſio? Rñ. quod ius perſequendi, retinendi ve patrimonij, uel rei, quæ cuiuſque cũ moritur fuit. ita eſt text. l. 3. §. bonorum poſſeſſio ff. de bonorum poſſeſſio.

2 Sed quæritur an illud ius ſit mediatũ pp quod, vel quo pſequimur hæreditatem defuncti? Interpretes in Rub. C. q admitti mire ſe torquẽt circa illud iuris vocabulum, alij exiſtimant ius eſſe quo perſequimur, cuius autor. Deci. d. Rubr. in cuius ſententiam inclinare & recidere videtur Hyp. Riminal. ibidẽ, licet Decium refutare conetur, dum inquit, bonorum poſſeſſionẽ eſſe facultatem perſequendi patrimonij tam contra poſſeſſores, quã retinẽdi, caſu quo poſſideat.

Gloſſator vero in d. Rubr. & d. l. 3. dicit ius propter quod perſequimur hereditatem, & retinemus, bonorum poſſeſſoria hęreditatis petitione, & hec ſentẽtia crebriori calculo à Doctorib. recepta & ap̃probata eſt, vt fatetur Alex. Iaſ. Cur. q. 4. & Deci. d. Rubr. nu. 10. lect. 1. & Lectur. 2. nu. 25. Nouiſſima, nu. 40. Bulgar. nu. 5. Riminal d. nu. 6. Cagno. n. 80. hanc etiam dicit cõem ſententiam nouiſſimè Valẽt. Forſter. trac. de ſucceſ. ab inteſ. Rubri. quid. ſit honor. poſſeſ. & ab ea nõ eſſe recedendum, eſt. n. bonorum poſſeſſio ius quoddã à prætore introductũ repræſentans ipſam perſonam defuncti.

Quæſtio Secunda.

SVMMARIVM.

1 *Quo iure introducta ſit bonorum poßeßio.*

QVæro itẽ quo iure ĩtroducta ſit bonorũ poſſeſſio? Reſ. gl. d. Rub. & d. l. 3. exiſtimat q̃ oĩs bonorũ poſſeſſio ſit indiſtinctè de iure p̃torio, nõ aũt iure ci.

Sed cõtrariũ tenet Bart. quaſi etiã de iure ciuili reperiatur bonorũ poſſeſſio, hanc ſententiã dicit eſſe cõmunẽ Alex. d. Rubr. Curt. Senior in addit. ad Alex. Iaco. de Nigris d. Rubr. C. qui admitti. nu. 23. qui dicit bonorũ poſſeſſionẽ, vt ex legib. eſſe de iure ciuili, & ita cõmuniter teneri: itẽ Sebaſtianus Sapia d. Rub. gloſſ. opinionem communiter reprobari, & quod ſeptima bonorum poſſeſſio extraordinaria ſit de iure ciuili, affirmat communiter receptum, nu. 16. Sed Hubert. Zuchard. ibid. nu. 61. & 64. opinionem gloſſ. nunc videri magis communem & veriorem, itaque tenendam eſſe teſtatur; & mihi ſemper placuit, quia nulla eſt eius generis poſſeſſio, quam non det prætor, §. ſeptima, inſtit. eod. & nudam prætorum indulgentiam appellat I. C. l. 1. ff. vnde cogna & hanc videri receptiorem ſententiam dicit Cagnol. d. Rubr. C. qui admitti.

admitti.nu.90. dicēs ab ea non eſſe recedendum. Licet enim permiſſione ſit iuris ciuilis, inuentione tamen & eſſentia eſt ius prætoriū, & cum lex deferat ſpecialiter bonorum poſſeſſ. à prætore originaliter inuētam, non mutato nomine à prætore dato, neque forma, cū mandet per prætorem dari, certum eſt, quòd ius ciuile noluit vti iure ciuili faciendo hæredem quod potuiſſet, ſed vti remedio iuris prætorij, cōſequēter prætoria eſt, cum conſtat de intentione iubentis dari bonorum poſſeſſ. & hanc ſententiam probat Bellon. lib. 1. Supput. c. 16.

Quæſtio Tertia.

SVMMARIVM.

1 *Quotuplex ſit bonorum poſſeſſio.*

1 QVæro quotuplex ſit bonorū poſſeſſio? Reſpond. Gloſſæ variant, Namque gloſſ. inſtit. de bonor. poſſ. & in l. 1. C. qui admitti. diuidit in edictalem & decretalem. Edictalis illa dicitur, quæ ex edicto prætoris mortui competebat abſque prætoris decreto, & ius quærendum reſpicit, oriturq; ex eius petēdi decretalem. Decretalis, quæ olim concedebatur per prætorem viuum, & in ea agitur de iure quæſito. ex hac decretali oritur bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitio: oportebat enim prætorē adire ac petere ſolennibus verbis bonorum poſſeſſ. qui tum pro iure decernebat eam, ex quo decretalis bonorū poſſeſſio nuncupatur, & ita plerique interpretū crebriori calculo aſſerunt, ut teſtatur Sebaſtianus ſapia. de Rubr. nu. 17. C. qui admitti. Iaco. de Nigris ibid. nu. 29. & hanc dicit magis cōmunē opinionem Zuchardus nu. 9. Hypol. Riminald. nu. 10. Dec. nu. 83. & crebriorē & magis receptā nouiſſimè aſſerit opinionē Iacob. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. Remed. 1. nu. 9. 10. & ſeq. Zuchard. d. Rubr. C. qui admitti. nu. 25.

Contrarium tamen tenet gloſ. l. 3. §. Municipalis. Verb. prætoris. ff. de bonorum poſſeſſ. quod ſcilicet vna tātum in ſubſtantia ſit bonorum poſſeſſio, licet nominibus ex accidenti differant, vt quæ à prætore decreta eſt, & nondū decreta. ita tenet Zuchard. & Valent. Forſter, d. locis. & quod communis & receptior de decretali & edictali a per multis viris eruditiſſimis reiecta ſit, aſſerit Menoch. in præcitato loco, vbi & ipſe ſuam ſententiā profert, quæ iuri non videtur inconueniens; ſed à communi non eſſe recedendum dicit Dec. vbi ſupra.

Quæſtio Quarta.

SVMMARIVM.

1 *Quare introducta ſit bonorum poſſeſſio.*

1 QVæro quare inducta ſit bonorum poſſeſſio? Reſpond. Ius prætoriū introductū fuit gratia adiuuandi, ſupplendi, & corrigendi ius ciuile. Ea propter bonorū poſſeſſionem etiā vocatis per ius ciuile, detulit. §. adhuc. Inſtit. eo. tit. Bald. Paul. & omnes Moder. d. Rubr. C. qui admitti. ibi Cag. n. 12. Nā prætor non habebat poteſtatē legis condendæ per prius, prout princip., plebi, ſenatui, vel iurecōſultis cōceſſum eſt, ſed per poſterius vt redderet ius inter partes ſecūdum ll. ſcriptas, & in his, in quibus illæ deficiebāt ſecundū quod ſibi videbatur iuſtum & æquū, & ideo prætores in caſibus à iure ciuili non prouiſis, ad hoc vt quilibet ſciret, quale iura erant reddituri, faciebant edictum, & in albo in loco publico ponebant, & illa edicta poſtea accipiebantur à populo pro legibus, ſi placebant & ſic erat lex per poſterius, ſecuto ſcilicet conſenſu populi, iſta eſt communis opinio, vt dicit Alexan. Riminald. Iacob. de Nigris. nu. 4. & 5. Zuchard. nu. 6. Cagnol. nu. 32. C. qui admitti. Ripa. l. 1. bonorum. ff. ad Trebell.

Quæſtio Quinta.

SVMMARIA.

1 *An bonorum poſſeſſiones hodie ſint neceſſariæ.*

2 *Bonorum poſſeſſio contra tab. etiam hodie neceſſaria eſt in filio emancipato, & nu. 4.*

3 *Differentia emancipationis an hodie ſublata*

ta ſit quo ad teſtamentum.

5 *Bonorum poſſeſſio hodie in filio præterito ne ceſſaria eſt.*

6 *Item in poſthumo.*

7 *Item in hærede inſtituto ſub conditione.*

8 *Item in ſucceſſione uiri & uxoris.*

9 *Quando hodie etiam in prædictis caſibus ceſſet illa neceſſitas.*

10 *Bonorum poſſeſſiones etiam in caſibus qui bus ciuilia competunt remedia hodie uti les ſunt, & nu. 11.12.13.14.15.*

TV ſcis q̄ hodie ſublata eſt differentia emãcipationis, & patriæ poteſtatis, item differentia agnationis & cognationis, quæ erant cauſa bonorum poſſeſſionis. ut eſt communis opinio ſecundum Doct. l. ſi emancipati. C. de collat.

1 Quæro itaque utrum bonorum poſſeſſio prætoria hodie ſit neceſſaria? Reſpond. Dixi præcedenti quæſt. quòd prætor etiam confirmandi uel adiuuandi iuris ciuilis gratia conceſſit bonorum poſſeſſionem illis quoque qui vel ex teſtamento, vel ab inteſtato legitime ſuccedere poſſunt, vt tradit Bald. Paul. & omnes Moderni Rubr. C. qui admitti. ibi Cagnol. num. 12. Quæ quidem neceſſariæ non ſint, vt eſt communis opinio. Deinde emendauit etiam ius ciuile in ſucceſſione tam ex teſtamento quàm ab inteſtato, & tribuit ius ſuccedendi ijs, qui de iure ciuili non admittebantur. Et ex his caſibus quamplurimis hodie etiam neceſſaria eſt bonorum poſſeſſio omnino tam ſecundum, quàm contra tabulas.

2 Primus caſus eſt in filio emancipato præterito in teſtamento, cui hodie etiã non datur niſi contra Tab. bonorum poſſeſſio. vt eſt gloſſ. mag. verb. Veniẽtem. l. ſi emancipati. C. de collat. quæ communiter approbatur ſecundum Iaſonem. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 53. lect. 1. & lectio. 2. nume. 19. & hanc ſententiam communem dicit Zuchard. Rubri. C. qui admitti, numero ſeptimo houiſſ. Fernand. Vaſqui. de ſucceſſ. Reſolut. libro primo. §. 3. numero

3 27. Licet. n. hodie ſublata ſit differentia emãcipationis quo ad ſucceſſionẽ ab inteſtato: Tamẽ nõ ex teſtamento, vt communem opinionem eſſe ait Sapia. dict. Rubr. nu. 21. Quod notandũ eſt ad mores Germaniæ, quibus hodie omnes filij habentur pro emancipatis, qui habent proprium focum, id eſt, qui per nuptias transferunt domicilium aliò.

4 Intellige tamen hanc communem hodie procedere in filio emancipato, ſi prætereatur cum cauſæ expreſſione. ita dicit communem opinionem Paul. de Caſtr. nu. 7. Corn. nu. 21. Iaſon. nu. 8. Curt. Iunior. nu. 44. Auth. ex cauſa. C. de. liber. præterit. & firmat Zuchardus d. Rubr.

5 Secundus caſus eſt in terminis l. filio præterito. ff. de iniuſto rupt. & irrit. facto teſtamento, Si filius in poteſtate ſit præteritus. Nam ibi teſtamentum inſpecto iure ciuili omni tempore ab inuito fuit nullum, vel ruptum ſine ſpe conualeſcentiæ, ſi tamen filius præteritus abſtinuit, ex æquo & bono conualeſcit, & hodie neceſſaria eſt bonorum poſſeſſio ſecundum Tab. cum talis hæres de iure ciuili minime ſuccedat. Ita communiter Docto. firmare dicit Vaſqui. dict. §. 3. nu. 25. idem dic in teſtamento iniuſto, filij præteritione, qui viuo patre deceſſit. l. poſthumus. ff. de iniuſt. rupt. Verſ. idem & circa. ita magis communiter teneri dicit Alexander. l. certum. nu. 8. C. Vnde legit.

6 Tertius caſus eſt in poſthumo præterito, ſi viuo teſtatore dicit decedat. Nãque teſtamentum illud de iure ciuili nullum eſt, vel rumpitur. Sed ex æquitate iuris prætorij reconualeſcit: itaque de iure ciuili hæres ſcriptus ſuccedere non poteſt, ſed de iure prætorio habet bonorum poſſeſſionem ſecundum Tabul. hanc dicit eſſe communem opinionem Alexander. dict. l. certum. num. 9. C. Vnde. legitimi. & ita communiter Doct. tenere ait Vaſqui. d. §. 3. nu. 25.

7 Quartus caſus eſt in hærede inſtituto ſub conditione, Namque de iure ciuili nullum eſt proditũ remedium, quo hic hæres pendente conditione ſuccedere poſſit, nec eſt ei quæſitum aliquod ius adeundi nec repudiandi, cum pendente conditione non ſit delata hæreditas. De iure autem prætorio pendente conditione datur ei bonorum poſſeſſio. ſecundum

cundum Tabul. per quam non conſequitur ius vel dominium hæreditatis, ſed tātum nudam & ſimplicem poſſeſſionē & detentionem bonorum, ita vt ſi exiſtat conditio pleno iure habeat: ſi vero deficiat, teneatur reſtituere veniētibus ab inteſtato, vel ſubſtituto, vel alij qui debet de iure ſuccedere. tex. l. 2. §. ſi ſub cōditione, ff. de bo. poſſ. ſecundum tab. & ita dicit cōmuniter tenere Doct. Alex. & Iaſ. d. l. certum, C. Vnde legit. Ant. Gomez. Variar. reſolut. lib. 1. c. 2. nu. 63. vbi dicit, ꝙ licet ille tex. loquatur in filio, tamen vera & communis opinio ſit, quod procedat etiam in extraneo.

8 Quintus caſus eſt in ſucceſſione viri & vxoris. quia tātum iuuantur beneficio prætoris. l. 1. C. vnd. vir & vxor. Et hoc procedit qñ vxor ſuccedit marito, vel cōtra, non exiſtentibus liberis nec agnatis vel cognatis, ſecus ſi cum liberis, agnatis vel cognatis ſuccedunt in quartam, quia tunc habēt remedium iuris ciuilis Auth. præterea d. tit. & ibi tenent omnes, ut dicit Iaſ. nu. 11.

9 Aduerte tamen, ꝙ omnibus iſtis caſibus & ſimilibus, quibus bon. poſſ. ſecūd. tab. hodie eſt neceſſoria ſcripto hæredi, ſi teſtamentū eſt factum in præſentia principis, vel et inſinuatum, poſſet hæres ſcriptus ſuccedere de iure ciuili, & ſic bon. poſ. non eſſet neceſſaria. ita eſt glo. ſing. l. omnium. ver. teſtibus. C. de teſt. & hanc dicit eſſe communem opinionem Iaſ. d. l. certum. num. 8. & dictam gloſſam magis communiter approbari dicit Alex. l. omnium. nu. 6. de teſtament.

10 Scias ēt quamuis hodie ſublata differentia agnationis & cognationis itē emācipationis, hiſce & alijs caſibus omnibus, quibus iuris ciuilis remedia competunt neceſſariæ non ſint bon. poſſ. Tamen omnino etiam vſum illarum non eſſe ſublatum, ſed & vtiles admodum eſſe.

11 Nam primo certum eſt, ſtatuta Ducum, Marchionum, Comitum, & Epiſcoporum eſſe ius prętorium, ut not. Doctores communiter. l. omnes populi ff. de iuſtitia & iura, & communem dicit Riminald. Iaſon, Aquenſ. Zuchard. dict. Rubr. C. qui admitti. Sicut & actiones deſcendentes ex ſtatutis Ducum, Marchionum, & Epiſcoporum ſunt prętoriæ, ex quo talia ſtatuta prætoria, vt eſt communis opinio ſecūdum Gomez. §. Sed iſtæ. num. 23. de actionibus. Rol. à Valle conſil. 86. num. 6. li. 1. Si iſti de ſucceſſionum modo diſpoſuerint præter vel contra ius ciuile, non poſſet peti ſucceſſio de iure ciuili, ſed tantum bonorum poſſeſſio de iure prætorio. ita communiter teneri dicit idem Riminald. Curt. Alexander, Iaſon, Cagnol. nu. 141. & nouiſſime Zuchard. n. 15. dict. Rub. C. qui admitti. Quod vtile eſt ſcire, quia ſi eiuſmodi diſpoſitiones eſſent ciuiles, intra 30. annos admitteretur quis ad ſucceſſionē, ſed quia prætoriæ ſunt, intra annum vtilem cogitur petere bonorum poſſeſſionem, ſi fuerit aſcendens vel deſcendens, ſin extraneos intra 100. dies.

12 Secunda vtilitas, quia ius adeundi 30. annis præſcribitur, ut dixi infra §. fin. & illud tempus eſt continuū. & currit ignoranti l. Licet. C. de iur. deliber. vt dixi d. §. Si igitur fuerit excluſus de iure ciuili, poteſt poſt 30. annos, de iure prætorio intra annum & diem, vel 100. dies adhuc petere bonorū poſſeſſionem, quia illud tempus eſt vtile. ut infra dicam text. aper. l. utile. C. quis ordo in bon. poſſ.

13 Tertia vtilitas, Pupillus ſine tutoris authoritate non poteſt de iure ciuili adire hæreditatem. ſi igitur de facili non poſſet haberi tutor & ægrotaret, poſſent amici vel coniuncti ſui petere bonorum poſſeſſionem. pro eo coram iudice, & tunc iudice ſupplente ſiue decernente acquiritur ei abſque ratihabitione. & ſi interim moreretur poſt petitam bon. poſſ. tranſmitteret tanquam acquiſitam, Bart. l. pen. ibi Doct. ff. de bonorum poſſ. Ang. de exhæredat. lib. 11. caſu. & communiter ſequūtur Doct. vt teſtatur Cagnol. Cubr. C. qui admitti. nu. 13. Corn. l. fi. ibi Alex. nu. 11. C. Vnd. legit. omnes Doct. l. infantis. C. qui admitti.

14 Quarta vtilitas, ſi abſenti & vagabundo delata ſit hæreditas, poſſunt amici & propinqui petere bonorum poſſeſſionē, & ad requiſitionem illorum iudex decernere & ei acquiritur, & ſi moriatur tranſmittit abſque ratificatione, ſi iudex intēdat ſupplere pro abſente, alias requiritur ratificatio. ita tenent Doct. communiter vt dicit Ang. d. tit. de exhæredat. liber. inſtit.

inſtit. & Corn. d. l. fi. Aret. l. qui in aliena. in princ. de acq. hær. Cagnol. d. Rubr. C. qui admitti nu. 137.

15 Quinta vtilitas eſt, Nam hæreditas non poteſt adiri per procuratorem etiam ſpecialem. l. Paulus alias per procuratorem ff. de acquirend. hæredit. bonorum poſſeſſio tamen per procuratorem peti poteſt. Vnde ſi quis eſſet abſens & de viribus hæreditatis certus eſſe non poſſit, non poteſt procuratorem conſtituere ad adeundum, facta prius inquiſitione, ſed ad petend. bonorum poſſeſſionem vel agnoſcendum bene poteſt. ita communiter Doct. tenere aſſerit idem Ang. Aret. d. tit. de exhæred. liber. Corn. dict. l. fi. Vnd. legit Aret. d. l. Paul. Soc. l. 1. §. Veteres. ff. de acqui. poſſ. Cagnol. d. Rub. C. qui admitti. nu. 139.

Queſtio Sexta.

SVMMARIA.

1 *Quomodo fiat agnitio bonorum poſſeſſ.*
2 *An hodie etiam requiratur decretum.*

VVlgaris eſt concluſio, quod ſicut hæreditas acquiritur aditione de iure ciuili: ita bonorum poſſeſſio agnitione de iure prætorio.

1 Sed quæro quomodo fiat ille agnitio, vel quæ requirantur, vt dicatur agnouiſſe? Reſp. Olim ſi non apparebat legitimus contradictor, prætor ſine cauſæ cognitione decernebat bon. poſſ. quia alijs in ſucceſſione ius prætendentibus nullum inferebatur præiudicium, interueniente tamen aliquali tantum cognitione ad informationem iudicis, an petens eſſet talis qui admitti deberet: & illa conceſſio dicebatur decretũ, licet impropriè. Sin autem apparebat contradictor legitimus, tunc cum plena cauſæ cognitione & interpoſitione decreti res ſolebat expediri, & iudicium quod erat extraordinarium efficiebatur ordinarium. ita communis opinio Bart. & aliorum. Cagnol. d. Rub. nu. 128. & ſeq. Idem Cagnol. l. fi. C. qui admitt. nu. 18. Vnde decretalis dicebat bo. poſ. licet cõtrariũ, quod oli quoque non requiratur decretum tenet Bulg. Rubri. eod. titu. & quidam Modern.

2 ¶ Sed hodie non requiritur decretum, ſed ſufficit ſimpliciter agnoſcere bonorum poſſeſſ. & demonſtrare quomodo apud iudicem animum agnoſcendi, & nihil petitur a iudice, text. l. fi. C. eod. & in hanc frequentius iſtum eſſe ſententiam teſtatur Alciat. lib. 4. parad. cap. 1. num. 10. Communem quoque dicit Sebaſt. Sapia. ibi nume. 10. & Cagnol. d. Rubri. numero 30. Vnde dicitur hodie iudicialis, gloſſ. §. fin. inſtitu. de bonorum poſſeſſ. ibi communiter approbata per Docto. ut teſtatur Cagnol. d. l. fina. numer. 7.

Quæſtio Septima.

SVMMARIA.

1 *Bonorum poſſeſſionis agnitio intra debitũ tempus fieri debet.*
2 *An filius elapſo anno ad ſuccedendum per unde liberi, poſſit ſuccedere per Vnde cognati.*
3 *Et quid ſi ſuccedere uelit de iure ciuili.*
4 *An agnoſcens teneatur probare, debito tẽpore agnouiſſe.*

1 REquiritur etiam, quod talis declaratio uoluntatis agnoſcentis fiat intra legitimum tempus, §. fin. inſtitu. eod. titu. & illud eſt in deſcendentibus, & aſcendentibus, qui ex dicto prætoris patri uel filius uolunt ſuccedere, annus, in extraneis qui non ſunt aſcendentes uel deſcendentes, 100. dies, l. 1. C. qui admitti. & quod annum non excedat, dicit eſſe com. opin. Cag. d. Rub. num. 89.

2 Sed tu ſcis, quod filii poſſunt ſuccedere etiam ex capite, Vnde agnati & cognati. Quæro igitur ſi annus elapſus ſit ad ſuccedendũ Vnde liberi, An alius annus ſibi competat? Reſpond. Ex quocunque capite ueniat filius annus ei conceditur: Na primum annum habet ex capite. Vnde liberi, ſecundum ex capite, Vnde agnati, tertium ex capite, Vnde cognati, & ſic habet filius tres annos ad hoc, vt excludatur a tribus capitibus. gl.

l.1.Verb.trãſacto.C. qui admitti.& hæc eſt cõmunis opinio, vt dicit Igne.ibid. num.32.

3 Sed quid hodie, ſi filius vellet de iure ciuili adire excluſus.30.an. ex capite vnde liberi, an alios 30. annos habeat? Reſp.quæſtio eſt egregia.dixi infra.§.ſi.

4 Quæro etiã, an agnoſcẽs bonorũ poſſeſſionẽ ſi agat poſtea quorũ bonorum vel poſſeſſoria hæreditatis petitione aduerſus poſſeſſores rerũ hæreditariũ, teneatur probare ſe debito tpe agnouiſſe? Reſp.Cõmunis eſt ſentẽtia q ſic, quam tenet Barbat.d.Rubr.& ſequitur Dec.& dd.cõiter, vt teſtatur Curt. ibid. & Cagnol.58 prout eſt glo.cõmuniter approbata, vt dicit ibid.Cag.in ſi. in l. cũ actũ. ff. de neg. geſt. Eandẽ dicit communem Bellon.li.3.Supput.cap.20. quòd quando tempus eſt fundamentum intentionis ali[illegible]bandum eſt.

Intellige tamẽ prædicta niſi interueniſſet decretũ iudicis, & pars fuiſſet citata vel pſens, omnia enim tũc præſumerẽtur p decretũ, ita omnes Doct.l. ſciẽdũ. ff.de verb.oblig.Cagnol.d.Rubr.nu.64.

Quæſtio Octaua.

SVMMARIVM.

1 *An citato requiratur in petitione uel agnitione bonorum poſseſsionis.*

1 QVero etiã an in petitione vel agnitione bono. poſſ. hodie requiratur citatio partis? Reſpõd. And.Barba.d. Rubr. C. qui admitti.tenet q tã de iure antiquo, quàm hodierno requiratur. Sed quod olim nõ fuit neceſſaria, cõmunis eſt opi.ita tenet B.Bal.& cæteri.d. §. ſi cauſa cognita.Bald.Alex.d.l.ſi.C. qui admitti, vt teſtatur.Cagnol. d. Rub. nu. 126.hodie indubitatũ eſt nõ requiri, cũ poſſit agnoſcere, parte etiã contradicente, nec ſit hodie petitio. text. ibi communiter Doct.d.l.fin.C.qui admitti.

Quæſtio Nona.

SVMMARIVM.

1 *An agnoſcens debeat exprimere, ex quo capite agnoſcat.*

QVæro nunquid ille quid agnoſcit bonorum poſſeſſionem coram iudice tenetur exprimere ex quo capite agnoſcit? Reſ. Bart.l.1.C.qui admitti, dicit q ſic, ſi interrogetur. Sed communi 1 opinio eſt in contrarium, quòd ſufficit generalis declaratio. Nã cũ hodie iudex decretũ ſuũ non interponat, & ita nihil faciat, niſi ut audiat declarantẽ ſuã uoluntatẽ poſſum me declarare iudice inuito, ita cõiter tenere Doc.dicit Richar. Rub. C.qui admitti.num.29. hanc dicit communem ſententiam Alex.l.quamdiu, C. qui admitti.& Dec.Iaſ.ibid. & idem fatetur Cag.d.Rub. num.97.

Hinc eſt, quòd etiam per actum facti, puta per receptionem ſolutionis a debitoribus hæreditariis coram iudice ſciente & intelligẽte factã, inducatur agnitio bonorũ poſſeſſionis: & tantũ iudici non cõſtabat ex quo capite agnoſcere, ſi quidẽ ut proximior defuncti recipiebat ſimpliciter ſolutionẽ.ita tenet Bal.l.1.Cod. qui admitti.quem communiter approbari dicit Cag.d. Rub.eodem num. 104.

Quæſtio Decima.

SVMMARIVM.

1 *An intentans poſſeſsoriam hæreditatis petitionem uideatur agnouiſſe.*

1 SEd iterũ quæritur, ſi ille cui delata 1 eſt bonorũ poſſeſſio intẽtauerit bonorũ poſſeſſoriã hæreditatis petitionẽ, abſq; eo q expreſſe agnouerit ſaltẽ hodie corã iudice bonorũ poſſeſſionẽ, an cẽſeatur antea agnouiſſe, vt recte agere poſſit? Reſp. Alij aliter ſentiũt, ſed communis eſt opinio, q agẽs poſſeſſoria hæreditatis petitione, cẽſeatur prius agnouiſſe bonorũ poſſeſſionẽ. ita tenet Ale. d.Rubr. C.qui adimitti. Corn.l. ſi.eod. tit.col.1.quod hãc ſententiã Doct. communiter ſequãtur, aſſeritq́ Iac.de S. Geo. d.Rub.Curt.Rimin. Cag.ibid.nu. 100. qui dicit ab ea non eſſe recedendũ.Cum n.hodie ſufficiat ſimplex agnitio & declaratio animi quomodo facta, id ſatisfacit intentando hanc actionem, dicit tamen cautelam eſſe, quòd volens agere, prius proteſtetur, quòd per

prius

prius velit bono. poſſeſ. agnoſcere. & quam coram ipſo agnoſcit.

Quæſtio Vndecima.

SVMMARIVM.

An agnoſcens bonorum poſſeſſionem uideatur etiam adire de iure ciuili.

IVxta prædicta pulchra oritur etiam queſtio: Nunquid agnoſcens bonorũ poſſeſſionem cenſeatur etiam adire & efficaciter hæres de iure ciuili, in his caſibus, quibus tã de iure prętorio, quam ciuili delata eſt ſucceſſio? Reſp. Punctus eſt arduus & diſputabilis. Bald. Rubr. C. qui admitti. tenet q̃ nõ. & hęc ſententia communis eſt, vt dicit Alex. Cor. Aret. & Iaſ. l. puberé. C. de iure deliber. hanc etiam communi approbatam fatetur. And. Barbat. Rubr. C. quand. nõ petent. par. idem dicit Cagnol. d. Rubr. nu. 142. Sed contrariam tenet Bart. d. l. Vni. C. quand. non peter. par. & eam forte veriorem fatentur prædicti doctores ibidem.

Quæſtio Duodecima.

SVMMARIA.

1 *An filiusfam. poſſit agnoſcere bonorum poſſeſſionem ignorante patre.*
2 *Quid ſi appareat contradictor.*
3 *An ratificatio etiam patris ſit neceſſaria.*
4 *Quomodo pater poſſit ratificare.*
5 *An ex ſcientia & taciturnitate patris præſumatur ratificatio.*
6 *An filio currat annus, patre volente ratificare.*

NVnc videndum qui poſſint agnoſcere & indubitatũ eſt omnes admitti, qui expreſſe de iure ciuili nõ prohibẽtur ſuccedere, tex. eſt in l. nõ eſt ambigẽdũ, §. Vbicũq; ff. de bonorũ poſſeſſ.

1 Sed quæro nunquid filiusfam. poſſit agnoſcere bono. poſſeſſ. ex teſtamento, vel ab inteſtato ſibi delatã, patre ignorãte? Reſp. Cõmunis eſt opinio q̃ ſic, ita tenet glo. l. 1. C. qui admitti, & ibi cõmunẽ dicit eſſe ſententiã Alex. nu. 10. Igne. num. 16. licet enim filius ſine conſenſu patris non poſſit eſſe in iudicio, vt eſt communis opinio: Tamen quia hæc agnito non fit in forma iudicij, ſed per viam extraordinariam permittitur id filio. gloſſ. & doct. communiter d. l. 1. Et d. glo. communiter approbatam teſtatur nouiſſime Vaſq. de ſucceſſ. Reſolut. §. 18. nu. 69.

2 Sed quid ſi in agnoſcenda bonorum poſſeſſione appareat contradictor legitimus? Reſpon. Bald. d. l. 1. tenet tũc etiã filiũ admittendum eſſe, quẽ alij ſequũtur. Sed cõmunis eſt in cõtrariũ opinio, quòd hoc caſu res cũ plena cauſæ cognitione & interpoſitione decreti debeat expediri, & ita forma iudicij, & tunc filius vlterius nõ admittatur ſine patris cõſenſu, ita dicit cõmuniter tenere Doct. Signorol. in Repet. d. l. 1. idem ibi teſtatur Aret. Alex. Riminald. Iaſ. Deci. & nouiſſimè Cagnol. nu. 129. ita etiã omnes modernos tenere dicit Igne. d. l. 1. num. 18. poſt Ang. ibid. Iaco. de Nigris. nu. 32.

3 Intellige etiam ſupradictam concluſionem, quod talis agnitio per filium ignorante patre facta olim erat in ſuſpenſo, & patris ratificatio erat neceſſaria, quo non ratificante, reddebatur inutilis & patri & filio, text. l. fin. ff. quis ordo in bon. poſſeſſ. hodie tamen ſecus eſt, quia ſi filius patre ignorante agnoſcat, vtilis erit agnitio etiam patre non ratificante, & tunc bonorum illius poſſeſſionis emolumentum & commodum ad filium pleno iure pertinebit, ita gloſ. d. l. 1. C. qui admitti. velle dicit Alex. ibi. nu. 16. & communiter enim ea tranſire Doct. idem teſtatur ibi, Iaſon num. 17. Licet ipſe contrariam opinionem dicit eſſe ipſam veritatem, & quòd ita iudicaret & conſuleret Eandem dicit eſſe communem, & ab ea non eſſe recedendum aſſerit Raph. Cumã. l. qui in aliena. ff. de acquir. hæred. Eandem dicit communem & d. l. 1. hodie correctam eſſe per l. fin. C. de bono. quæ liber. Alex. d. l. 1. ibi Igne. ita quoque cõmuniter tranſire Doct. teſtatur Cor. Riminald. & Cagnol. d. l. 1. nu. 70. ſubdens ab ea non eſſe recedendum, quæ habet reg. iur. pro ſe l. qui poteſt. ff. de reg. iur. Sed hoc procedit in aduentitijs, ſecus in profectitijs. Quia ſi filio ſit delata hæreditas profectitia contemplatione patris non poteſt patre ignorante agnoſcere, vt dicam infra. §. fin.

Sed dubium eſt, quomodo pater
4 poſſit ratificare agnitionem bonorum

C poſſeſ-

poſſeſſionis, eo ignorante factam, cum filius ſibi delatam bonorum poſſeſſioné, & ſuó nomine non patris agnouit. Nam communis eſt Reg. quod illud quod nó eſt geſtum nomine meo non poſſum ratificare? Reſp. patrem poſſe ratificare agnitionem per filium factam, nó ex eo quod filius agnouit nomine ſuo, ſed ex eo qđ dum filius agnouit, acquirit ratificando ſibi emolumentũ, & ſic poteſt ratificare tanquam geſtum á filio ſuo, non tanquá geſtũ nomine ſuo, & ita non obſtat Reg. communis. ita tenet Bart. Bal. & cæteri d. l. j. C. qui admitti. & ibi. Igneus nu. 12. dicit hanc eſſe communem opinionem.

5 Iuxta prędicta etiam quæritur ſi filius agnouit bonorum poſſeſſionem patre ſciente & tacente, & longo tempore poſſederit, An præſſumatur iuſſus patris interueniſſe, vel patrem ratam habuiſſe agnitionem bon. poſ. debito tépore? Reſp. ꝗ ſic, ita tenet gl. d. l. 1. C. qui admitti. & ſequitur Bar. Ang. Sal. Raph. Ro. Alex. l. 1. C. de legit. hær. & hanc communé ſententiam & ſequendam eſſe dicit Igneus d. l. 1. nu. 23. Eandem dicit communem ibid. Cagnol. nu. 62. & hodie minus dubia eſt, quum abſque patre ſolus filius agnoſcere poſſit.

Quæro ſi pater certioratus per filium noluit ratificare petitam bon. poſſ. an ei currat tempus anni de quo ſupra? Reſp. Olim non currebat donec factus ſui iuris potuit agnoſcere, ita tenet glo. d. l. 1. Verb. ignoráte, & eam ſequuntur Doct. communiter, vt dicit Fulgo. Riminald. & Cagno. nu. 48. ibi, hodie ſecus, quia filius ignorante & recuſante patre poteſt agnoſcere. Alex. d. l. 1. & Cag. Idem hic hodie etiam ſi patrem non poſſet certiorare filius. hác dicit eſſe communem opinionem Alex. d. l. 1. nu. 14.

Quæſtio Decimatertia.

S V M M A R I A.

1 *An patre inuito poſſit filius agnoſcere bonorum poſſeſſionem.*

2 *Et quid è contra, an pater poſſit inuito filio agnoſcere.*

3 *Quando dicatur delata hæreditas.*

4 *Quomodo poſſit deferri filio, exiſtente patre in medio, & num. 5. & 6.*

QVAERO nunquid etiam patre inuito filiusfam. poſſit ex teſtamento, vel ab inteſtato delatam bonorum poſſeſſionem agnoſcere? Reſpond. Iure digeſtorum non potuit, quia vt ſuprà diximus ratificatio patris requirebatur, ſed hodie id permitti voluit glo. communiter approbata. d. l. 1. C. qui admitti, vt ibi teſtatur Alex. num. 16. Iaſ. nu. 17. Ná hoc ſtatutũ eſt in additione, l. j. C. de bo. quæ lib. & trahit ad agnitionem. Quia ét in l. corrigente de ſtricta ſignificatione ad latam fit extenſio, & bonorum poſſeſſor large dicitur hęres. Et hanc ſiuam quod d. l. 1. C. de bon. quæ libe. Correctoria extendatur ad agnitioné dicit eſſe communé Igneus d. l. 1. C. q admitti. Eandé dicit eſſe cõem Bellon. Supput. lib. 3. c. 8. nu. j. licet ipſe aliter ſentiat.

2 Sed quid è contra, an pater poſſit bonorum poſſeſſionem filio delatá, eo inuito agnoſcere? Reſp. de iure antiquo digeſtorum non potuit. Sed iure Codicis ei permittitur. l. 1. C. de bon. quæ libe. quæ lex loquitur in aditione, & trahitur ad agnitionem, vt tenet glo. communiter approbata, d. l. 1. C. qui admitti. vt ſupra diximus, & firmat Fernand. Vaſq. lib. 2. de ſucceſ. reſol. §. 18. num. 75.

3 Quæro etiam quando dicatur delata bonorum poſſeſſio filio, vt poſſit agnoſcere? Reſpó. Diuerſæ ſunt interpretum ſententiæ: quibuſdá exiſtimantibus, tunc dici propriè delatam, quando quis adeũdo conſequi poſſit, ita vt nullum ſit impedimentum nec ratione rei, nec ratione perſonæ. Sed communis eſt ſententia, quòd hæreditas, ſiue ſucceſſio dicatur propriè delata, licet ſubſit impedimétum patriæ poteſtatis, infantiæ, vel ignorantiæ, quando non eſt impedimentum aliquod in ipſa hæreditate, quin nobis competat etiam ſi ex parte perſonæ ſubſit, ita tenet B. l. is poteſt, ff. de acquir. hæred. & communiter ſequuntur Docto. vt dicit Cagno. d. l. 1. C. qui admitti. nume. 24. Vnde quelibet etiam diſpoſitio faciens mentionem de hæreditate delatá, comprehendit eam, quę pure competit, & a lege defertur, licet ſubſit aliquod impedimentum ex parte perſonarum, quibus defertur, ita tenet Imo. Alexand. Docto. & Curt. d. l. 1. & ibi dicit Cagnol. quòd

ista

iſta videtur eſſe communis concluſio, numero 25.

4 Iuxta prædicta quæro, quomodo poſſit deferri hæreditas filio cum pater eum præcedat? Reſpon. glo. d. l. 1. C. qui admitti, dat caſum in bonorum poſſeſſione vnde legitimi, delata in bonis matris, cum ſuccedit filius ex Senatuſconſulto Orficiano, & prætor ius ciuile imitando dat illi bonorum poſſeſſionem, quæ non poteſt patri competere, quia maritus eſt vltimus in ſucceſſione, & ſequitur Bartol. & Doctor. communiter, vt dicit Cagnol. ibid. nume. 44.

5 Secundus caſus eſſe poteſt, in bonorum poſſeſſione, ſecundum tabulas, ſiue ex teſtamento, quæ præfertur omni ſucceſſioni ab inteſtato, ita gl. prædicta, quã communiter ad hoc approbant Docto. vt teſtatur idem Cagno. ibid. nu. 45.

6 Tertium caſum ponit glo. in aduentitia hæreditate, ſed communiter reprobatur, quia iſto caſu nõ erat differentia inter aduentitia, & profectitia, vt eſt communis opinio, ſecundum Curt. Riminal. ibid. & ibi Cagno. teſtatur, licet hodie ſecus ſit, vt dixi infra, §. fin.

Quæſtio Decimaquarta.

SVMMARIA.

1 *Repudiatio fit expreſſè, vel tacitè.*

2 *An per verba iſta, nolo adire, vel nego me hæredem, inducatur repudiatio.*

3 *Tacita repudiatio quomodo fiat, & an ipſo iure fiat excluſio, num. 4.*

5 *An repudians hæreditatem ſimpliciter cēſeatur etiam repudiare bonorum poſſeſſionem.*

6 *Quid ſi ſimpliciter repudiet remedium ciuile, & è contra, num. 7.*

1 VIſum eſt qualiter. & per quos acquiratur, nunc etiam qualiter repudietur dicendum. Repudiatio itaque fit, aut expreſſim, aut tacitè. Expreſſa eſt, quæ fit verbis repudiationē inducẽtibus.

2 An autem per iſta verba nego me hæredem, item nolo adire, inducatur repudiatio hæreditatis, dixi infra §. ſi.

4 Tacita repudiatio inducitur ex lapſu temporis, quod datur liberis ad agnoſcẽdam bonorum poſſeſſionem, ſ. anni, vel centum dierum, ſi fuerit extraneus, ita tenet glo. l. ſi ego, ff. de nego. geſt. & ſequuntur Doct. communiter d. l. 1. C. qui admitti. vt teſtatur Igne. ibi nu. 14. quamuis tamen nõ excludatur a iure adeundi, de iure ciuili, vt ſupra q. Ideoq; ſi ſunt plures liberi, & vnus repudiet per vnde liberi, poteſt ſuccedere ſimul de iure ciuili. hãc dicit eſſe communem ſententiam Sebaſtian. Sapia. d. l. 1. C. quando non petent. partes, nume. 23.

4 Sed nunquid excluſio fit ipſo iure, an vero ope exceptionis? Reſp. ipſo iure, ita tenet glo. ſingularis, quam commendant omnes, l. ſi duo, §. iuraſſe, ff. de iureiur. & hanc eſſe communem Doc. ſententiam dicit Igneus d. l. 1. C. quand. non petẽ. par. num. 14. Quia ſi opus eſſet excipere nunquam locum haberet ius accreſcendi inter ipſos ſuccedentes de iure prætorio, quod tamen aliter ſe habet, l. j. C. quan. nõ pet. par. vt dixi, §. ius accreſcendi. Vide etiam de his, quæ dixi infra, §. fi. circa aditionẽ.

5 Sed quæro ſi quis cui competat ius adeundi de iure ciuili, & immiſcendi de iure prætorio, repudiat hæreditatem, vel dicat ſe non velle hæreditatem acquirere, an videatur omne ius ſibi competens, tam de iure ciuili, quam prætorio repudiare? Reſpond. Barto. in l. necis, §. 1. ff. de acquiren. hæredit. tenet, quòd ſic, & eius doctrinam ibi communiter eſſe approbatam dicit Sapia. l. 1. C. quando non petent. par. num. 26. hanc quoque communem eſſe Doct. ſententiam dicit Alexan. l. ſuum, C. de iure deliberã. Deci. l. j. C. qui admitti. & in conſilio 266. communem etiam dicit Cagnol. d. l. qui ſe patris, numero 34. C. vnde liberi. Quia appellatione hæreditatis continetur bonorum poſſeſſio, vt infra. Eandem dicit eſſe communem Barbat. d. Rubr. C. qui admitti, licet ipſe contrarium teneat, numero 114.

6 Sed quid ſi ſimpliciter repudiat remedium ciuile, vt ſi declaret ſe coram iudice, quod renunciet iuri adeũdi? Reſpon. Barto. dicit d. §. 1. quod repudians ciuile remedium, poteſt amplecti prætorium, & agnoſcere bonorum poſſeſſionem, & hæc doctrina approbata eſt, vt Doct. ſupra allegati teſtantur.

Idem dic de eo, qui bonorum poſſeſſionem omiſit, poteſt enim hæreditatem adire de iure ciuili. tex. l. ſuum. ibi, Alex. C. de iur. delib. hanc eſſe communem ſententiam dicit Sebaſt. Sapia. l. 1. nu. 24. C. quand. non petent. part.

Quæſtio Decimaquinta.

S V M M A R I V M.

An filius repudiando bonorum poſſeſsionem præiudicat patri.

QVæro, An filius poſſit bonorum poſſeſsionem ſibi delatam repudiare in præiudiciũ patris? Reſp. expreſsim filium non poſſe repudiare iure digeſtorum. ita tenet gl. communiter approbata. l. fi. C. de repud. bo. poſ. Cum enim id patri non liceat, ergo nec filio in præiudicium patris licere debet. ita communiter teneri dicit Vaſq. de reſolut. ſucceſſ. §. 18. nu. 72. tacite autem filius bene poteſt repudiare. ita tenet d. gl. approbata. l. fi. C. repud. bon. poſſ. & ita tenere oẽs Doct. dicit Iaſ. d. l. 1. C. qui admitti. nu. 6. Vaſqui. vbi ſupra, & ita vides ꝙ tacita repudiatio filij plus nocet & præiudicat patri, quam expreſſa, tenet B. & Doct. communiter. l. is qui hæres. §. fi. ff. de acquir. hæred. ut dicit Igneus d. l. 1. nu. 39. C. qui admitti.

Intellige tamen hanc communem procedere, niſi filius fraudulenter negligeret agnoſcere, & ita preiudicaret patri in bo. poſſ. ita tenet Bar. d. l. is qui heres, & ſequũtur communiter Doct. ut dicit Igne. d. l. 1. nu. 39.

Quæſtio Decimaſexta.

S V M M A R I V M.

An pater poſſit repudiare in præiudicium filij bonorum poſſeſsionem filio delatam.

QVæro quid ẽ contra, An pater poſſit repudiare bon. poſ. delatã filio in præiudicium filij? Reſp. ꝙ nõ. tex. l. 2. C. de repud. bon. poſ. Ratio eſt, quia bonorum poſſeſſio delata eſt filio non patri, vt eſt communis opinio, licet ſucceſſio patri per filium acquiratur. ita cõiter teneri dicit Curt. d. l. 1. qui admitti, & oẽs in l. legatum. ff. de leg. j. Çagnol. d. l. j. nu. 12. & hoc non tantum in aduentitijs, ſed nec etiam in profectitijs. ita dicit eſſe cõem opinionem Iaſ. l. Emancipatus. num. 1. C. de Repud. bo. poſſeſſionẽ.

Hoc tamen intellige, quod pater repudiare non poſſit expreſsè: Nam tacitè & iure digeſtorum & C. põt repudiare, que tacita repudiatio tñ non præiudicat etiã filio, Alex. nu. 16. Iaſ. nu. 17. d. l. j. C. qui admitti. In ſuum aũt preiudicium poterat tacite iure digeſtorum, expreſſe non. Iure autem Codicis etiam expreſsè repudiare poteſt. Vaſq; d §. 18. num. 77.

Sed nũquid pater poterit cogere filiũ vt bo. poſſ. delatam ſibi ex cauſa profectitia repudiet? Reſp. ꝙ ſic. ita eſt tex. l. idemque §. ſi cui. ff. mandat. hãc dicit eſſe communem Igne. d. l. j. C. qui admitti. nu. 44.

Quæſtio Decimaſeptima.

S V M M A R I V M.

An dominus poſſit bonorum poſſeſsionem ſeruo delatam repudiare.

QVæro item, An dominus poſſit bonor. poſſ. ſeruo delatam repudiare? Reſp. gl. d. l. is qui heres, tenet ꝙ ſic, idem tenet gl. & Bar. l. tutor. ff. de bon. poſſ. ita communiter teneri dicit Igneus d. l. 1. n. 42. Sed dicit ſemper ei fuiſſe dubiam hanc ſententiam, & contrariũ tenet Iaſ. d. l. Legatum. ff. de leg. 1. Vaſq. vbi ſupra §. 18. nu. 76.

Quæſtio Decimaoctaua.

S V M M A R I A.

1 *Bonorum poſſeſſor habetur loco hæredis.*
2 *An per agnitionem acquiratur dominium.*
3 *Conditio ſi hæres non erit, an poſſit impleri in bonorum poſſeſſore.*
4 *Ius accreſcendi an habeat locum in bonorum poſſeſſione.*
5 *An edictum ſucceſſorium locum habeat.*
6 *An bonorum poſſeſſione tranſmittatur.*
7 *Bonorum poſſeſſor an ſit loco hæredis in acquirenda poſſeſſione.*
8 *Quid quo ad exercendas actiones.*
9 *An appellatione hæredis contineatur bonorum poſſeſſor propriè, an impropriè.*

1 REſtat vt de effectu bonorum poſſ. dicamus. Regulariter itaq; bon. poſſeſ-

poſſeſſor loco hæredis eſt in omnibus. l. 2. ff. de bonor. poſſeſ. & effectu cõſequẽdi ius illud, qđ defunctus habuit, nõ differũt hæres & bonor. poſſeſ. Sicut enim hæres qui de iure ciuili hæreditaté cõſequitur, hæres dicitur ita beneficio prætoris per bon. poſſeſſioné, bono. poſſeſſor appellatur, nõ q̃ hęres non ſit, ſed quia prætor ipſo iure hæredem facere non põt. Vnde bonorum facit poſſeſſores, qui hæredes fiunt ex eo, q̃ in vniuerſum ius ſuccedunt. ita cõmuniter Doct. §. quos autem inſtit. de bon. poſſeſſ.

Sic igitur agnita bon. poſſeſſ. bono. poſſeſſor acquirit dominium vniuerſorum bonorum: Sicut hæres de iure ciuili hæreditatis dominium. Et hoc dominium proprium eſt, vt dicit cõem opinionem Alex. l. cum hæredes, ff. de acquir. poſ. Vaſq. vbi ſupra. §. 10. nu. 4.

3 Inde eſt etiã, quòd conditio quæ ſtricte intelligitur hæc, ſi hæres nõ erit põt impleri, & locũ habet in bonorũ poſſeſſore. ita tenet Bar. & cõmuniter Doct. l. 1. §. bonorũ. ff. de bon. poſſeſſ. & dicit Forſter. tract. ſucceſ. ab inteſt. lib. 1. Rubr. bonorum poſſeſſores hæredes ne ſint.

4 Item ius accreſcendi habet locum in bonorum poſſeſſione ſicut in hæreditate, vt dixi infra. §. ius accreſcendi q.

5 Item ſucceſſorium edictum habet locum in bonorum poſſeſſione contra tabul. item ſecundum tabul. vt dixi. §. ſucceſſ. edictum q.

6 Item ſicut hæreditas, ita & bonorum poſſeſſio tranſmittitur gloſſa communiter approbata in l. emancipata. C. qui ad mitti. vt dixi infra. §. fin.

7 Item in acquirenda poſſeſſione rerũ defuncti loco hæredis eſt. Nanque remediũ ex l. fina. C. de edict. Diui Adrian. conceditur etiam inſtituto in teſtamento, quod ſolũ iure prætorio ſuſtinetur, ita tenet glo. d. l. fin. Verb. legitimo. ibi ſequitur B. nu. 16. Iaſ. nu. 14. Deci. nu. 39. Curt. Iun. nu. 68. Sebaſtiã. Sapia. nu. 85. Zuchar. nu. 35. Tiraq. Le mort. par. 2. declar. & hanc receptiſſimam eſſe ſententiam dicit Menoch. tit. de adipiſc. poſſeſ. remed. 4. nu. 335.

Item loco hæredis eſt quo ad exercendas actiones l. 1. & 2. de poſſeſ. hæred. pet. & cõiter receptã dicit Vaſq. de ſucceſſ. Reſolut. lib. 1. §. 10. nu. 8.

Succeſſiuè iuxta prædicta quæro, an appellatione hæredis contineatur bonorũ poſſeſſor propriè, an vero impropriè? Hæc quæſtio valde dubia in diuerſas ſententias traxit interpretes. Et non contineri propriè tenet gloſ. l. in ſubſtit. ff. de vulg. quam ibi ſequitur Bal. Alber. Ang. de Caſtr. & alij, Bart. l. 1. ff. de vulg. & hãc dicit eſſe communem Frãc. Ripa. l. 1. §. bonorum. nu. 12. ff. de vulg. & pupil. Polit. de vulg. ſubſtit. verſ. & illud in diſceptationem, Vaſq. vbi ſupra nu. 11. Andr. Barbat. Rubr. C. qui admitti. nũ. 51. & ſeq.

Contrarium nimirum bonorum poſſeſſorem eſſe veré & propriè hæredem, tenet Bar. d. l. 1. §. bonorum. ff. ad Treb. Cagnol. l. prætor. ff. de reg. iur. Et eſt cõmunis opinio, vt per Iaſ. l. 1. ff. de vulg. idem Iaſ. & Roma d. §. bonorum, & tenet Bar. Bald. & Aret. Alex. l. 1. C. Vnde liberi. Soci. l. conditionibus. §. ſi patronus. ff. de condit. & demon. Dec. d. l. prætor. Alex. l. 1. & l. emancipata. C. qui admitti, & eam dicit eſſe communem Sebaſtian. Sapia. d. Rubr. C. qui admitti. nu. 24. Andr. Barbat. ibid. nu. 51. & multis rationibus contendit. Vaſcon. libr. 3. declar. Iuris cap. 48. nu. 2. Probatur hæc communis opinio per text. l. hæreditatis appellatione. ff. de verb. ſig. Vbi dicitur hæreditatis appellatione bonorum poſſeſſionem contineri. Verbum enim, cõtineatur, p olatum à lege importat de propria ſignificatione vocabuli. Hoc nõ reperiſſe ab aliquo de mundo reprobatum dicit Iaſon. l. emancipata. C. qui admitti.

Hinc eſt q̃ etiam in diſpoſitionibus, quæ ſtrictã admittunt interpretationé, Verbum hæres verificatur in bonorum poſſeſſore, vt firmat Cagnol. d. l. prętor. item in materia correctoria, vt l. final. C. de edict. D. Adri. quæ lex correctoriè loquens in hærede inſtituto, habet locum in bonorum poſſeſſore, vt ibi cõmuniter Doct. ſupra alleg.

Hinc etiã ſtatutũ de hærede verba faciens, & bonorũ poſſeſſoré cõplectitur, ita tenet B. d. §. bonorũ. l. 3. ff. de bono. poſſeſſ. Aret. Soc. l. 1, ff. de vulg. Iaſ. l. nec is. §. 1. ff. de acq. hęred. Alex. & Iaſ. l. emancipata.

 cipata.

cipata. C. qui admitti. Barbat. Rub. C. qui admitti. nu. 51. Dec. l. vlt. C. de edend. & d. l. prætor. Alciat. d. l. j. ff. de vulg. & ita communiter tenere Doct. dicit Bellon. lib. 4. Supput. cap. 19. num. 4.

Ego tamé exiſtimo hoc procedere nõ de proprietate, ſed propter æquiparatio nem hæreditatis, & bonorum poſſeſſionis ꝑ lege factam. Quoties enim caſus fictus æquiparatur, vero a lege, Statutum loquens in caſu vero, extenditur ad caſum fictum etiam in materia exorbitanti & ſtricta, & primam opinionem veriorem puto, vt nõ intelligatur propriè hæres bonorum poſſeſſor: Attamen hæredis appellatione veniat in quacunq; materia, vbi eadem eſt ratio, ſed tantum ex legis interpretatione, vt latè comprobat Fernand. Vaſq; de ſucceſ. Reſolut. lib. 1. §. 10. nu. 12.

Quæſtio Decimanona.

SVMMARIA.

1 *Septem ſunt bonorum poſſeſſiones, quæ ius tribuunt.*
2 *Bonorum poſſeſſiones aliæ ordinariæ, aliæ extraordinariæ.*
3 *Tres ſunt bonorum poſſeſſiones, quæ non tribuunt ius.*

HActenus de bon. poſſeſ. in genere dictum eſt: Nunc in ſpecie dicendũ foret. Sed qm̃ in ſequentibus §§. multa cõmodius dici poſſunt, & nunc ius ſuccedẽdi prorſus in aliã formã redactũ eſt, ero breuis, vt ad vtiliora perueniamus.

1 Scias autem quòd hodie ſeptem ſunt bon. poſſ. quæ ius tribuunt, ut eſt tex. §. ſunt autem, inſtit. de bon. poſſ. harũ duæ ad teſtamentum pertinent, ſcilicet contra tab. & ſecundum tab. quatuor ab inteſtato dantur, Vnde liberi, Vnde agnati, Vnde cognati, & Vnde vir & vxor, & hæ

2 ſex dicuntur ordinariæ. Septima bonor. poſſeſſio quæ datur ei, qui ex noua lege ad ſucceſſionem admittitur, & competit tam ex teſtamẽto, quàm ab inteſtato, Vnde extraordinaria dicitur, ita dicit gl. l. fi. C. Vnd. legit. quam communiter approbatam ait Fernand. Vaſq. de ſucceſ. creat.

3 §. 30. nu. 145. Præter has ſeptem, ſunt & tres aliæ bonorum poſſeſſiones, quę non tribuunt ius, hoc eſt, non faciunt hæredem, vel dominum eum, qui agnouit, vt puta Carboniana, & quæ ventri datur, item litis agnoſcendæ gratia gl. communiter approbata. d. l. fin. Vaſqui. d. §. 30. nu. 145.

Quæſtio Vigeſima.

SVMMARIA.

1 *Bonorum poſſeſſio contra tab. vt detur filijs in poteſtate præteritis.*
2 *Quomodo poſſit contratabulari teſtamentum ſi ſit omni iure nullum.*

1 NVnc igitur de bonorum poſſeſſione cõtra tabul. q̃ro, Nunquid illa cõpetat & det liberis ĩ poteſtate p̃teritis? Reſp. ꝙ ſic. tex. §. nõ ſolũ. inſt. de bo. poſ. & ita tenẽt Doctores cõmuniter ĩ l. poſthumo, C. e. tit. vt ſatetur ibi Alc. & Iaſ. & cæteri ferè oẽs. Non enim tm̃ habet filius ĩn poteſtate p̃teritus ius dicẽdi nullum, ſed ẽt contra tabulas bon. poſſ. accipere ei permittitur de iure prætorio ita eſt tex. d. l. poſthumo. Effectus huius cõcluſionis maximus eſt, quia remedium & tempus de iure ciuili competens continuum eſt, & currit etiam ignoranti; Sed remedium de iure prætorio conceſſum, & tps datum eſt vtile, & non currit niſi à tempore ſcientiæ, vt dixi ſupra, & §. fin.

2 Sed valde cõuertitur, quomodo filio in poteſtate præterito hæc bonorum poſſeſſio dari poſſit, quæ eſt remedium reſciſſorium, cum teſtamentum ratione p̃teritionis ipſo iure nullum ſit, itaq; rumpi non poſſit. Et gl. in d. l. poſthumo. reſpondet. teſtamẽtum propter præteritionem eſſe quidem nullum de iure ciuili, ſed de iure prætorio eſſe validum. Quæ opinio communiter damnatur, quia teſtamentum ratione præteritionis utroq; iure tàm prætorio, quàm ciuili, nullum eſt. ita dicit eſſe magis communem opinionem Alex. nu. 19. & Iaſon d. l. poſthumo, num. 28. Dec. num. 11. Hubert. Zucchard. num. 114. & d. gl. communiter damnari aſſerit Anto. Gomez. tract. Variat. Reſolut. Tom. 1. c. 10. num. 5. & hæc ſententia verior eſt, quicquid dixerunt doctores ibi ad nauſeam diſputantes, quos tu in practica non curabis. Vtilitas eius maxima eſt, ut dixi §. teſtament.

Bar.

Bart. verò dicta l. poſthumo opinatur ꝙ filius præteritus petens pon. poſſ. contra tab. vř tacitè approbare & confirmare teſtamentũ, itaq; ſumpitur per contra tabulas bon. poſ. Quę opinio ſimiliter communi interpretum uoto reijcitur, ut teſtatur Alex. d. l. poſthumo. nu. 20. Gomez. d. c. 10. n. 5. & in eam magis communiter itum eſt ſententiam, quod bon. poſſeſſio contra tabulas, quę datur filio in poteſtate præterito, detur ad dicendum & declarandum teſtamentum nullum, Sicut ius dicendi nullum, quod datur de iure ciuili, & ſatis dicitur reſcindere teſtamentũ, quatenus de facto proceſſit, & quod iſta eſt communis Doctorum ſentẽtia teſtatur Iaſ. nu. 31. Cur. iunior. nu. 56. Anto. Gome. d. tract. Variar reſolu. c. 10. nu. 5. & hoc vulgo receptius docuit Paul. de Caſtro l. ſi filius præteritus. ff. de lib. & poſthum. quem refert & ſequitur Emanuel. à Coſta, in l. Gallus, §. & quid ſi tãtum, nu. 141. ff. eod. tit.

Quæſtio Vigeſimaprima.

SVMMARIVM.

1 *An bonorum poſſeſſio contra tabul. detur emancipato, & nu. 2.*

QVæro, an hæc bonorum poſſeſſio contra tabulas detur filio emãcipato? Reſp. d iure antiquo ſiue ſine ſiue 1 cum cã eſſet præteritus emancipatus, dabatur ei contra tabulas bo. poſſ. tex. d. l. 1. de cõtra tabul. bon. poſ. Sed hodie ſine cã præterito emancipato competit ẽt ius dicendi nullum, quia teſtm̃ de iure nouiſſimo ipſo iure nullũ eſt, vt dixi §. teſtm̃. Sin vero cum cauſa ſit præteritus, valet hodie teſtamentum, ſed datur ſolum de iure prætorio remediũ contra tabul. bon. poſſ. nec aliud de iure competit remediũ, vt dixi ſupra q. 5. & eſt gl. quæ adhoc reputatur ſing. Auth. de hæred. & falcid. §. exhæredatos, Verb. noluit. quam communiter approbatam dicit Alex. d. l. poſthumo, Emanuel. à Coſta d. §. & quid ſi tantum nu. 164. & nouiſſime dicit hanc eſſe communem opinionem Minſing. §. emãcipatos. nu. 4. inſtit. de exhæred. liber. Ex quo patet limitatio ad communem illam concluſionem de qua ſupra, quod ſublata non ſit hodie differentia emancipationis & patriæ poteſtatis ex teſtamento, ut non procedat ſi ſine cauſa ſit præteritus emancipatus, quia tunc etiam non eſt differentia, ut docet Bal. Auth. ex cauſa nu. 12. C. de liber. præter. & quod ita cõiter tenent Doctores dixit Ant. Gomez. d. tract. Varia. Reſolut. c. 10. nu. 34.

2 Sed quid ſi emancipatus legitima cauſa inſerta fuerit ſub conditione exhæredatus, & pendente conditione pater decedat, nunquid bonorum poſſeſſio contra tabul. ei erit neceſſaria: an verò erit nullũ teſtamentum? Reſp. Communis, & recepta eſt Doctorum ſententia, teſtamentũ hoc caſu nullum eſſe, ut teſtatur Ema. à Coſta d. §. & quid ſi tantum. num. 142. quia quo ad exhæreditionem inter filios emancipatos & filios in poteſtatę nulla eſt differentia, ut eſt communis opinio, de qua dixi infra teſtamentum. q. 4. n. 11. ubi iſta declarantur. Licet ipſe Coſta cõtrarium ſentiat, quod ſcilicet hic emancipatus ad parentis ſucceſſionem peruenire nequeat ſine bonorum poſſeſſione cõtra tab. quaſi teſtm̃ illud ualeat, quod exhæredationis formę à Iuſtiniano ĩtroductæ ſit ſatisfactum adiecta legitima cauſa.

Quęſtio Vigeſimaſecunda.

SVMMARIVM.

An liberis naturalibus detur contratab. bon. poſſeſſio.

QVæro nunquid liberis naturalibus tantũ detur hęc bonorum poſſeſſio contra tabul.? Reſp. quod non, ita dicit gl. l. j. in prin. Verb. naturalis, ff. de contra tabul. bon. poſ. quia tales non poſſunt patris uoluntatem impugnare, & hãc gl. dicit cõiter ap ꝓbatã Matth. l. hęc cõſultiſſima. §. ex imꝑfecto. C. de ĩoſ. teſ.

Quæſtio. Vigeſimatertia.

SVMMARIVM.

An filia excluſa per ſtatutum, præterita poſſit contratabulare.

QVæro ſtante ſtatuto, quod exiſtentibus maſculis. fęmina non ſuccedat, nunquid præterita patris teſtamẽtũ

poſſit contratabulare? Reſp. ardua quæſtio eſt, an hoc caſu impugnari poſſit p præteritum teſtamentum: Sed quo ad bonorum poſſeſſionem Ang. in l. filiæ dotem. C. de collat. opinatur, quòd filia poteſt expectare quòd adita ſit hæreditas, deinde uenire per contratab. Sed cõmunis reſolutio doctorum eſt in contrarium, ut dicit A ex. d. l. filiæ dotem. nu. 6. quia excluſus ab inteſtato eſt etiã excluſus a bonorum poſſeſſione cõtratab. faciunt quę dixi infra §. teſtament.

Quæſtio Vigeſimaquarta.

SVMMARIA.

1 *An inſtituto detur contratab. bonorum poſſeßio. & quando, & nu. 2.*

3 *Quid ſi filius præteritus approbet patris teſtamentum.*

1 QVæro, an cõtratab. bonorum poſſeſſio habeat locum in inſtituto in teſtamento? Reſp. quòd non ita eſt text. in l. non putauit. §. exhæredatus, ff. de cõtratabul. bonorum poſſeſſ. & tranſeunt communiter Doctores.

2 Sed hoc intellige procedere niſi beneficio præteriti inſtitutus habeat bonorũ poſſeſſionem. Nam ſi unus ex pluribus filiis ſit præteritus, reliqui inſtituti, ſed inæqualiter, is qui minus conſecutus eſt ex teſtamento, quam ab inteſtato eſſet habiturus, poteſt contratabulare, & cũ præterito conſequi partem uirilem, vel dicere teſtamentum nullum, & reducere omnia ad cauſam inteſtati. text. l. poſt mortem. §. fin. ff. de bono. poſſeſ. contratab. & iſta eſt magis communis Doctorũ opinio, vt fatetur Guliel. Benedic. c. Rainutius uerb. in eodem teſtamento relinquens, el nu. 100.

3 Sed quid ſi filius præteritus conſentiat, & approbet patris teſtamentum, nũquid inſtituto poterit præiudicare? Reſ. quod non: Sed poteſt inſtitutus non obſtante approbatione filij præteriti pro ſuo iure contratabulare ex perſona pręteriti, glo. eſt ordi. l. poſt mortem. §. fi. ff. de contratab. & hanc eſſe magis communem opinionem dicit Iaſ. d. l. poſthumo. nume. 9. C. de contratab. bonor. poſſeſſ. Antonius Gomez. Varia. Reſolutio. li. 1. cap. 10. nu. 6. & ab in practica licet dura videatur non eſſe recedẽdũ dicit Clarius §. teſtamentũ. q. 43. Verſ. ſed pone. Quia quando filius eſt præteritus, teſtamentũ eſt ipſo iure nullum ratione defectus ſolennitatis, & omnibus ſtatim defuncto patre ius nullitatis quæſitum eſt, quod per filium præteritum eis auferri nõ põt, vt recte aduotauit Cur. d. l. poſthu. n. 26.

Quæſtio Vigeſimaquinta.

SVMMARIVM.

1 *An ſucceßorium edictum habeat locum in bonorum poſſeßione contratab.*

QVæro ulterius, Si emancipatus teſtamento parentis adiecta legitima cauſa fuerit pręteritus, isq; ſuperuixit patri, ſed bonorum poſſeſſionem cõtratab, non agnouit, intra annum, uel repudiauit, aut iure eam accipere non potuit propter cauſam ueram, an ſequentibus in gradu liberis eius præteritis contratabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem accipere permiſſum ſit? Reſp. Ardua hæc quæſtio eſt, deſcendens ex eo, an in bonorum poſſeſſione contratabu. Edicto ſucceſſorio locus ſit: magis communiter tenetur, quòd ſucceſſorium Edictum locum habeat, ut teſtatur Alex. l. ſi quis poſthumos §. filium. nume. 4. ff. 1
de liber. & poſthum. & dixi infra §. ſucceſſorium edictum.

Quæſtio Vigeſimoſexta.

SVMMARIVM.

An bonorum poſſeßio contratabul. detur contra matris teſtamentum.

PRædicta procedunt in præteritis per patrẽ, ſed quæro quid ſi filius a matre ſit præteritus, an teſtamentum eius poſſit impugnare per contratabulas bonorum poſſeſſionem? Reſp. Olim ſiue præteritus erat ſine uel cum cauſa, Pręteritio habebatur pro exhæredatione, & nòn dabatur ei remedium contratabulandi, nec ullum aliud præter querelam inoffic. teſtamenti. tex. & gl. ord. l. illud. §. ad teſtamenta, ff. de contratab. bono. poſſeſſ. Communem dicit Vaſqui. l. filiam. C de inoffi. teſtam. in lib. 3. de ſucceſ. reſolut.

Sed an hodie detur dubium eſt, cum iure nouiſſimo teſtamentum, in quo filius a matre ſine cauſa expreſſa præteri-

tus

tas eſt, nullam ſit: ut dixi ſupra. §. teſtamentum. & quod detur ius dicendi nullum, & contratab. bono. poſſeſſio, tenet Iaſon l. poſthumo. nu. 21. & nu. 18. C. de contratab. bonor. poſſeſſ. dum leniter firmat hoc correctum eſſe: quod hodie ex præteritione matris ipſo iure teſtamentum uitiatur. & dicit Fernand. Vaſq. d. l. filiam. quod hæc uide ur cõis opinio.

Contrarium tamen tenet Alex. d. l. poſthumo, quòd hodie etiam immutatũ non ſit, ita communiter teneri teſtatur idem Alex. d. l. 1. C. qui admitti, & Rub. C. Vnd. liber. & ex communi refert Cag. d. l. 1. nu. 1. nu. 45. & ueriorem dicit Fernand. Vaſqui. d. l. filiã, nu. 3. licet enim teſtamentũ matris in quo filium ſine iuſtæ cauſæ expreſſione præteriit hodie ipſo iure uitietur: Tamen nõ ſtatim ſequitur inde ꝙ contratabulas detur bonorũ poſſeſſio quæ nunquam competiit de iure liberis contra matris teſtamentum.

Quæſtio Vigeſimaſeptima.

SVMMARIA.

1 *An per contratabul. bonorum poſſeſſionem res deducatur ad cauſam inteſtati.*

2 *Emancipatus cum cauſa præteritus accepta bonorum poſſeſſ. contratab. non ſuccedit ab inteſtato per unde liberi.*

3 *Emancipatus repelli tur ab emolumento bonorum poſſeſſionis, ſi hæres ſcriptus probauerit cauſam.*

4 *An pænitentia extinguatur cauſa ingratitudinis.*

Effectus bonorum poſſeſſionis contratabulas patet ex illis, quæ ſupra dixi q. 18. Nam reſciſſo parentis iudicio filius præteritus omnia patris bona ac-
1 quirit. & hæredis loco habetur. Sed quæro, An per contratabulas bonorum poſſeſſionem res reducatur ad cauſam inteſtati? Reſp. Accurſ. in prin. inſtit. de hær. quæ ab inteſt. defer. Credidit inteſtatum fieri patremſam. ſi ante aditam hæreditatem bonorum poſſeſſio contratabulas acciperetur, ꝙ probauit Bal. l. fin. uerſ. iuxta hoc quæritur. C. Vnd. legit. & ꝙ accepta bonorum poſſeſſione contratabulas res ad cauſam inteſtati deducatur noluit Decius. l. filiæ dotem. C. de colla. Sed communis & recepta eſt Doct. ſententia in cõtrarium, nempe ſiue ante ſiue poſt aditam hæreditatem accepta ſit bonorum poſſeſſio, contratabulas, non reduci rem ad cauſam inteſtati: Namque ut prætor directum hæredẽ facere non põt, ita adita hæreditate eum qui ſemel factus eſt hæres, de iure ciuili nõ poteſt facere eum deſinere eſſe hæredẽ per interuentum bonorum poſſeſſoris, licet quoad cõmoditates actionesq; omnes, hæres iã eſſe non uideatur, & ueluti hæres ipſe bonorum poſſeſſor habeatur. ut eſt communis opinio de qua dixi infra, §. fin. Sin autem non eſt adita hæreditas, antea acceptã bon. poſſeſſionẽ contratabulas non impeditur ſcriptus hæres adire de iure ciuili. Vnde ſi adiuit non reducitur ad cauſam inteſtati: Quia bono poſſeſſio contratabulas accepta, licet iudicium teſtantis reſcindat, non utique tamen teſtamentũ, ita frequentius ſentire iuris interpretes teſtatur Ema. à Coſta d. l. Gall. §. & quid ſi tantũ. n. 121. & ſeq. & hanc eſſe com. opi. dicit Cag. l. prætor. ff. de reg. iur. & oẽs Doct. ita ſentire dicit Iaſ. l. ut liberis. n. 15. C. de colla. Fernãd. Vaſqui. de ſucceſſ. reſolut. §. 10. num. 45.

2 Et hæc concluſio quidem procedit in emancipato: Secus ſi filius in poteſtate ſit præteritus, quia teſtamentum ipſo iure nullum eſt, ut cõis opinio. & defectus præteritionis oſtendit rem eſſe ipſo iure in cauſa inteſtati, ut adiri ex teſtamento non poſſit. ita loquuntur omnes in locis præcatis.

Ex quo infertur emancipatum bonorum poſſeſſione contratabulas accepta non ſuccedere ab inteſtato per bonorũ poſſeſſionem, Vnde liberi, vt quamplu ribus placuit. ita frequentius receptum probauit Alex, l. certum. C. Vnde legit quem refert & ſequitur Ema. a Coſta. d. §. & quid ſi tantum. nu. 137. ſubdens, ꝙ hæc ſententia quoque ſit uerior: Namq; ſi ex teſtamento hæreditas adiri poteſt accepta bonorum poſſeſſione contratabulas; neceſſariò ſequitur ipſi, bonorum poſſeſſioni annexam eſſe ſucceſſionem, cum ipſa bonorum poſſeſſio ſit ius perſequendi retinendi ve patrimonij, & bonorum poſſeſſio. Vnde liberi induci nõ poſſit, ne teſtati cauſa cum inteſtati cauſa concurrat contra Reg. l. ius noſtrum.

Scias etiam, quòd ſi accepta contra tabul. bonorum poſſeſſione per hæredem ſcriptum in petitorio iudicio, hoc eſt, poſſeſſoria hæreditatis petitione, cauſa præteritionis inſerta probata fuerit, Emancipatum ab emolumẽto bonorũ poſſeſſionis repelli. tex. eſt ſecundũ communẽ interpretationẽ i Auth. Vt cũ de Appellat. cognat. §. ſiue igitur. vt fatet Eman. a Coſta. d. l. Gall. §. & quid ſi tantum, nu. 172.

4 Sed quid ſi Emãcipatus præteritus cõtra hæredem ſcriptum replicauit, cauſã quidem veram eſſe præteritionis, cæterũ cum penituiſſe poſt commiſſam cauſam. An repelli poterit ab emolumento bonorum poſſeſſionis? Reſpond. Alex. l. 1. nu. 31. ff. ſoluto matrimonio. docet ingratitudinis eã penitentia aboleri. & hãc ſententiam affirmauit communem eſſe Catel. Cotta in memorab. ſuis. Verb. filiusfamilias. & probauit Iaſon l. in Arenam. C. de inoffi. teſtamen. Auth. non licet, C. de liber. præter. & receptiorem hanc eſſe opinionem enunciat Emanuel. à Coſta. d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, nu. 189.

Quæſtio Vigeſſimaoctaua.

SVMMARIVM.

1 *An emancipatus accepta bonorum poſſeſſione contra tabul. hodie omnia legata teneatur ſoluere.*

TV ſcis accepta bonorum poſſeſſione contra tabul. per emancipatum quibuſdam certis perſonis legata & fidei cõmiſſa de iure digeſtorum præſtari, tot. titul. de leg. præſtand. Quæro igitur an hodie illud adhuc obtineat uel per Auth. ex cauſa. C. de liber. præteritis, omnia legata debeantur in teſtamento relicta? Reſp. Sunt qui putant d. Auth. in bonorum poſſeſſione contra tabulas non habere locum; Sed Azo. in C. de bonorum poſſeſſio. contra tabul. contrarium probauit, & hanc dicit eſſe communem opinionem Iaſ. d. Auth. ex cauſa, nu. 7. & 8. & dixi infra §. teſtamentum.

Quæſtio Vigeſimanona.

SVMMARIA.

1 *Bonorum poſſeſſio ſecundum tab. datur ſcriptis hæredibus.*

2 *Inſtitutus ſub conditione, altero cohærede purè inſtituto, An pendente conditione poſſit acceptare bon. poſſ. ſecundum tabu. & quando hoc procedat, nu. 3.*

4 *An in hoc caſu requiratur decretum.*

5 *An procedat in teſtamento matris.*

SEcundã bonorũ poſſeſſio, quę ex teſtamento datur ſecundum tabul. uocatur. Hãc prætor introduxit confirmandi iuris ciuilis gratia, & hodie quibuſdã caſibus omnino neceſſaria eſt, in alijs uero vbi iuris ciuilis prodita ſunt remedia, ẽt utilis, ut dixi ſupra q. 5. Scias aũt bon.

1 poſſ. ſecundum tabul. dari omnib. ſcriptis hæredibus, §. ſin autem. Inſtit. de bonorũ poſſeſſione. Sed quæro, hæres uniuerſaliter inſtitutus ſub conditione habet de iure prætorio pendente conditione bonorum poſſeſſionẽ ſecundum tabulas, quia adminiſtrationem & curam bonorum cõ

2 ſequitur, ut dixi d. q. 5. nu. 7. Quid ſi unus hæres purè, alter uero ſub conditione inſtituitur. Nunquid habebit hoc remediũ iuris prætorij? Reſpond. Variæ ſunt Doctorum opiniones: Alij exiſtimant quòd hæres purè inſtitutus, totam hæreditatem pendente conditione obtinebit: conditione eueniente ſuccedet alter in dimidia, deficiente uerò conditione tota apud purè inſtitutum manebit. hãc ſententiã tenet Azon, quem refert gloſſ. ordin. l. 2. ff. ſi pars hæred. pet. Alij uero hæredẽ purè inſtitutum ſuam partem capere debere, alteram partem dimidiam inſtitutum ſub conditione petere poſſe accepta bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas. Hanc partem tenet gloſſ. d. l. 2. ff. ſi pars hæred. pet. & eam dicit eſſe communem Iaſ. l. planè, §. ſi coniunctim, ff. de legat. 1.

3 Quę communis opinio procedit, quãdo duo hæredes coniunctim & ſimpliciter ſunt inſtituti, alter purè, alter ſub cõditione, quia tunc hæres purè inſtitutus, pendente conditione, habebit totam hęreditatem. Secus ſi diſiunctim, alter purè in vna dimidia, alter ſub conditione in alia dimidia: Nam tunc purè inſtitutus ſuam tantum partem habebit, alteram ſub conditione inſtitutus, uirtute huius bonorum poſſeſſionis ſecundum tabulas petere poteſt, ut habeat ſaltem pen-

dente conditione adminiſtrationem, & procedit opinio Azon. hanc diſtinctionem tenet glo. dictá l. ſecunda. & Bartol. d. l. plane, §. ſi coniunctim, ff. de leg. 1. & hanc eſſe magis communem opinionem dicit Alex. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulg. & pupilla. Ant. Gomez. Varia. Reſo. tomo. 1. c. 2. nu. 15.

4 Scias tamen quòd in hac bonorũ poſſeſſione tali caſu requiritur, ſicut olim decretũ iudicis, quia facti eſt, non iuris, & habet uim curationis & adminiſtrationis bonorum, in qua requiritur decretum. ita tenet Bal. l. fi. C. qui admitti, & hanc eſſe cõmunẽ Doctorum ſententiam dicit Gomez. d. c. 2. numer. decimoquinto.

5 Succeſſiue quæro, nunquid hæc concluſio, quæ uult pendente conditione inſtituto dari bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, habeat locum in teſtamento matris? Reſp. quòd ſic, dum modo inſtitutus ſit ſub conditione non poteſtatiua. ita eſt gl. l. hi demum, ff. de bonorum poſſ. ſecundum tabul. quam dicit communiter probatam Vaſqui. l. filijs matrem. C. de inoffi. teſtamento, num. 9.

Quæſtio Trigeſima.

SVMMARIVM.

1 *Septima bonorum poſſeſſio quæ ſit, & quæ requirantur nu. 2.*

CIrca bonorum poſſeſſiones ab inteſtato ordinarias nõ inſiſto, quia infra. §. ſucceſſio ab inteſtato, quæ neceſſaria hodie ſunt, attingam.

1 Dixi autem ſeptimam eſſe extraordinariã bonorum poſſeſſionẽ q̃ admodũ fuit neceſſaria, ut ſi ex lege aliqua noua d̃feratur ſucceſſio bonorum alicui, qui non attingit defunctum ex aliquo capite, Vnde ex legibus nũcupata eſt: pone enim quòd per. Cæſaream conſtitutionem decedente aliquo ex collegio uel uniuerſitate deferatur bonorum poſſeſsio defuncti ſine agnatis, uel cognatis, ſeniori in ipſo collegio: Namq; nulla ei competit nominata bonum poſſeſſio, quia nec filius, nec agnatus, nec cognatus, nec uir, nec uxor, nec iure ciuili adire poteſt, cum lex. deferat bon. poſſ. non hæreditatem. Vnde neceſſaria fuit hæc extra ordinaria.

2 Requiruntur autem ut locum habeat hæc bonorum poſſeſſio quatuor, ſecundum magis communiter approbata, ut dicit Iaſ. d. l. fi. nu. ſeptimo. C. Vnde legit. Primo, quòd deferatur poſſeſſio bonorũ ex legibus nouis, uel S. Conſ. Secundo quòd ſint leges ciuiles non prætoriç. Tertio, quòd per illas leges deferatur bonorum poſſeſſio expreſſe & ſpecialiter: non autem in indiuiduo nominatim, alias illa nominata competeret. Quarto, quòd nõ ſit uocatus per aliam legem ciuilem ad hęreditatem.

Quæſtio Trigeſimaprima.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſit bonorum poſſeſſio gratia litis agnoſcendæ.*

QVæro, quæ dicatur, vel ſit illa bonorum poſſeſſio litis agnoſcẽdæ? Reſp. Ardua hæc eſt quæſtio, de qua nõ eſt qui dubitauerit. Glo. l. Papinianus. §. 1. C. de inoffi. teſta. exiſtimauit conceſsionem ſigni cuiuſdam eſſe, per quod emancipatus uel alius de iure ciuili incognitus cognoſcitur à iure ciuili. Nam emancipatus fuit incognitus de iure ciuili, nõ potuit querelam mouere inofficioſi teſtamenti, tanquam remedium iuris ciuilis, niſi accepto a prætore, id eſt iudice annulo, uel ſigno aliquo, quaſi tunc inciperet uideri a iure ciuili cognitus & capax fieri remediorum iuris ciuilis, isq; erat modus bonorum poſſeſſionis gratia litis agnoſcẽda cum hac gloſſæ opinione tranſeunt pleriq; interpretes, & eſt cõmunis ut dicit Alex. l. fi. nu. 8. C. Vnde legit. & cõmuniter hanc gloſſam eſſe probatam dicit Fulgoſ. Alber. l. 2. C. de inoffi. teſtam. Iaſ. d. l. fi. nu. 7. Dec. nu. 12. & ex communi refert Vaſq. l. 2. num. 1. C. de inoffi. teſtam. & quòd in Accurſij ſententiam plerique omnes iuerint dicit Ant. Gouea. lib. 2. obſerua. c. 6.

Sed aliter à quibuſdam traditum eſt, ſcilicet quòd emãcipato nõ detur querela, niſi prius certum ſit, quód ipſe expugnato teſtamento hęres fiet ab inteſtato. id autem certum eſſe non poteſt, niſi ipſe priuſquam querelam proponat bonorrm poſſeſſionem ab inteſtato agnoſcat ſub conditione, hac ſi is obtinuerit in querela, quoniam aliás reſciſſo per quere-

quere-

querelam teſtamento, potuiſſet ab hæreditate abſtinere. Ea igitur erat bonorũ poſſeſſio. Vnde liberi, quã parte prætor Emancipatos vnà cũ ſuis vocat. Hanc ſententiã tenet Iac. Aret. Bar. qui ſubdit id per Doctores teneri, & hũc intellectũ veriorẽ dicit Paul. de Caſtr. d. l. fin. C. Vnde legit. & hunc intellectum vt veriorem, ita ſibi receptiorem videri aſſerit Fernan. Vaſq. l. 2. C. de inoſ. teſtam. & latè reſoluit lib. 1. de ſucceſſ. creat. §. 30. nu. 147. & probat Gouea. d. c. 6. Sed hæc q. in practica parum vtilis eſt, igitur omitto de ea multa dicere.

§. Legatum.

ANtequam ad ipſam teſtamentorum materiã accedamus, ſiquidem aliæ ultimæ nolũtates in teſtamentis expediri ſolent, utputa legata, fideicommiſſa, donationes: multa quoque ad ordinationem & formam neceſſaria ſunt, de iis prius, ut eo rectius teſtamentorũ materia intelligi poſſit, deſpiciemus, & primo de legatis. Eſt autem hęc materia diffuſiſſima, obſcura, & intricata, in qua magis neceßarias et in practica utiliores queſtiones reſoluam.

Queſtio Prima.

S V M M A R I A.

1 *An legata & fideicommiſſa hodie ſint adæquata, & quatenus, nu. 2. limita quando circuitus fideicommiſſi eſt utilis. nu. 3.*

4 *An procedat in uniuerſalibus.*

1 PRo perfecta intelligentia præmitto, antiquitus fuiſſe differẽtiã inter legata & fideicõmiſſa, hodie vero legata & fideicõmiſſa ſunt adæquata. tex. l. 1. ff. de leg. 1. ibi glo. l. 2. C. cõ. de legat. & hãc cõmunẽ dicit opinionẽ Rip. d. l. 1. An autẽ tẽpore Vlpiani poſt d. l. 1. remãſerint aliquæ differẽtiæ, q̃ poſtea per cõſtitutionẽ Iuſtiniani ſublatę ſint, & tandẽ plena facta ſit adæquatio, vt communẽ fatetur opinionẽ eſſe Bolog. ibid. nu. 114. Socin. nu. 116. Licet contrariã communem aſſerit Fernand. Vaſq. de ſucceſſ. Tamen non in ſillo, quòd hodie parũ habeat vtilitatis.

2 Prædictã cõmun concluſionẽ intellige, q̃ ab vtraque parte ſint adæquata, ita q̃ nulla remanſerit differentia, tam quo ad ſui effectũ vim, & poteſtatẽ, vt vires fideicõmiſſi ſint attributę legatis, & cõtra, quã quo ad modũ inducendi, tã circa perſonas legantis & legatarij, q̃ circa res & actiones, hanc dicit eſſe com. opin. Bolo. d. l. 1. n. 95. Iac. de Nigris. nu. 50. Cro. nu. 23. Soc. Iun. nu. 53. & nu. 139.

Ideoq; per quęcũq; verba idonea legari poteſt, ſicut & fideicõmitti: Imo nutu legari ſicut fideicõmitti poteſt; itẽ in teſtamento & ab inteſtato, & à legatario legari poteſt ſicut fideicommitti, vt infra obſeruabimus.

3 Scias tamẽ, quòd hæc adæquatio procedit hodie in illis caſibus, quibus illorũ circuitus inutilis habetur, ſecus quãdo circuitus fideicommiſſi vſui eſſe poteſt, vt patet in fideicõmiſſaria libertate: Nã ſi datur de manu heredis ipſe conſequitur ius patronatus. Sed ſi legatur libertas, ille efficitur ipſo iure libertus, neque hæres conſequitur ius patronatus. hãc dicit eſſe cõmunem opinionem Porcus. §. Sed non vſq;. nu. 7. Inſtit. de leg. Bolog. d. l. 1. nu. 164. verſ. 3. eſt cõcluſio, & receptum oſtendit Franciſ. Ripa. dict. l. prima. nu. 24. ff. de lega. 1. quem refert & ſequitur Emanuel. Soarez. addit ad Gomez. variar. reſoluit. Tom. 1. c. 12. 1 Verb. erat differentia, & in Theſaur. recept. ſentent. Verb. legatum. nu. 53.

4 Intellige etiam ſupradictam concluſionem vt procedat in particularibus fideicommiſſis, ſecus in vniuerſalibus. Non enim ſunt adæquata legatis, ita tenet gl. d. l. 1. quam ſequitur B. & alij cõmuniter, vt dicit Ripa ibid. n. 30. Gomez. d. cap. 12. nu. 1. Paul. Picus l. quartam. nu. 2. ff. ad l. falcid.

Quæſtio Secunda.

S V M M A R I V M.

An legatum ſit pars teſtamenti.

Quæ-

QVæro an legatũ ſit pars teſtamẽti? Reſp. Cõmunis & recepta eſt doctorũ opinio, ꝙ legatũ nõ eſt pars integralis teſtamenti in genere cõſiderati: non enim ad integrandum teſtamentum requiritur legatum, cum abſque eo fieri, & conſiſtere poſſit. & hoc eſt expeditũ & quod ſit com. opi. dicit Maria. Soc. Rubr. ff. de leg. 1. nu. 19. Bolog. nu. 62.

In ſpecie vero ſumpti & iam facti teſtamenti pars eſt integralis ex voluntate teſtatoris & accidentaliter non ſimpliciter, & ex natura teſtamenti. ita tenet Bar. d. Rubr. & ſequuntur alij cõiter, vt ait Socin. ibi. nu. 20. & quòd acceſſoria ſint teſtamenti legata frequenter placitum enunciat Pontanus ibid. nu. 6. Crotus Rubr. de teſtament. nu. 6. & late reſoluit Crauet. ibi. nu. 16. & ſeq.

Quæſtio Tertia.

SVMMARIVM.

Quid ſit legatum.

QVæro quid ſit legatum? Reſp. Legatum donatio quædam eſt a defuncto relicta, ab hærede præſtanda. text. l. Legatum. ff. de leg. 1. glo. & communiter Doct. l. legatum. ff. de leg. 2. vt dicit Anton. Gomez. c. 12. nu. 3. Intelligitur autem ſecundum communiter accidentia, quia legatum etiã traditur quandoq; in vita per teſtatorẽ. tales diffinitiones valere quę ad cõmuniter accidentia adaptari poſſunt, tenet glo. l. omnis definitio. ff. de Reg. Iur. & ibi Cagnol. hanc dicit eſſe communẽ opinionem, & in l. ſi emancipati. nu. 20. C. de collat. Vaſqui. de ſucceſſ. progreſſu. libr. 3. §. 27. nu. 1.

Sed nunquid tale legatum traditum in vita legatario, deſinit eſſe legatum & tranſit in contractum inter viuos? Reſpond. Quòd ſi teſtator ſimpliciter rem in vita tradit, non ex primendo an ex cauſa legati tradat, tranſit in donationem inter viuos: & non poterit amplius reuocari. Si vero ex cauſa præcedentis legati expreſſim rem legatam tradiderit legatario, legatum permanebit firmũ cũ omnibus qualitatibus, & poterit ad libitũ reuocari, omniaq; in legato diſpoſita locũ habent. ita tenet Bar. dict. l. legatũ, & cõem eſſe opinionem enunciat Anto. Gomez. Variar. Reſol. To. 1. c. 12. nu. 4.

Quæſtio Quarta.

SVMMARIA.

1 *An filius fam. legare poſſit.*

2 *Quid ſi ſtatuto teſtari eſt permiſſitur.*

NVnc videndũ eſt quæ perſonæ legare, & quibus legata relinqui
1 poſſint. Et imprimis quæro. An filiusfamilias poſſit legare? Reſp. ꝙ non. ita tenet gloſſ. l. 2. ff. de lega. 1. & quòd cũ illa gloſ. doct. cõmuniter tráſeunt, dicit ibi Ruin. I prin. Iaſ. l. Seniũ. n. 8. C. de teſta. Alex. conſil. 53. nu. 8. vol. 7. & de hoc nõ eſſe dubium aſſerit Comez. c. ſi patet, de teſtament. in 6. & quòd hæc ſit communis opinio teſtatur Plotus addit. ad conſil. Martini Lauden. conſ. 59. nu. 9. Hyp. Riminald. Inſtit. de donat. in prin. nu. 469. verſ. 6. ſuccedit differentia.

2 Sed quid ſi ſtatuto cautũ ſit minorẽ. 25. annis teſtari non poſſe, nũquid legatum vel fideicõmiſſum relinquere poterit? Reſp. Bald. in l. fin. C. de teſtamẽ. tenet ꝙ nõ. quẽ Cuma. & alij ſequuntur, quia iſtud ſtatutũ eſt contrariũ iuri communi, ſi quidem cuilibet puberi teſtari permittitur niſi aliud impediat, itaque ſtricte tantum in caſu quo loquitur intelligi debet.

Cõtrariũ, ꝙ imo minor ex forma ſtatuti prohibitus teſtari, nõ poſſit et legare, & fideicõmittere, tenet Bar. d. l. ſciẽdũ, quẽ ſequitur Pau. de Ca. Aret. Alex. & eſt communis opinio, vt firmat Soc. Repet. d. l. ſciendum. nu. 120. dicens ab ea in conſulendo & iudicando non eſſe recedendum, idq; propter eandem rationem ſtatuti, qua prohibetur teſtari, ſcilicet ne propter ætatis lubricũ in diſponẽdo de ſuis bonis aliquo modo ſeducatur, quæ ſola ratio cõſiderabilis eſt, ſi non ſit expreſſa, quo caſu etiã propter idẽtitatẽ rationis lex correctoria extẽditur ad aliũ caſũ, qui ſaltẽ lata ſignificatione ſub verbis legis cõprehenditur. vt tradũt omnes l. quamuis. C. de fideicom.

Quæſtio Quinta.

SVMMARIVM.

An mutus legare poſſit.

QVero an mutus legare vel fideicommittere poſſit? Reſpond. ꝙ

ſi ali-

ſi aliquo accidentali morbo impeditus fuerit, vt verbis vti non poſſit, legare ei vel fideicommittere permittitur, quia ſolo nutu relinquere poteſt, text. in l. ſciendum. ff. de legat. 1. qui ita intelligitur, nõ de eo qui loqui non vult, vt quidam falſo opinatur. hanc dicit eſſe communem opinionem ibi Socin. nu. 130. Quia talis mutus ex quo habet impedimentum, tantum temporale, non perdit teſtamenti factionem, merito igitur legare non prohiberi debet. B. l. nutu. ff. de lega. 2. & cum eo tráſeunt communiter Doct. in l. diſcretis. ff. qui teſtament. fac. poſſ.

Quæſtio Sexta.

SVMMARIA.

1 *An filio naturali uel ſpurio legari poſſit.*

2 *Legatum pro alimentis an ad hæredes ſpurij tranſeat.*

3 *An ſtatuto permitti poſſit.*

1 QVæro, An filio naturali vel ſpurio legari poſſit? Reſpond. quòd ad filium naturalẽ attinet res clara eſt Auth. licet C. de natur. lib. Sed ſpurio lex prohibet relinqui. Solũ de iure Canonico permittitur, quòd ei legare poſſit a patre uſque ad alimenta vitæ neceſſaria. Cui iuri Canonico etiam ſtatũ iure ciuili, vt eſt gl. cap. cũ haberet, extra de eo qui duxit in matrimoniũ, & hanc eſſe communem opinionẽ Iaſon enũciat conſi. 26. num. 4. lib. 1. Ioan. dilect. tract. de arte teſtandi, titul. primo Caut. 14. nu. 14. Communem quoque dicit Decius cap. clerici. numer. 4. ext. de iudic. c. in præſentia, nu. 115. de probat. Ripa Repet. l. ſi unquã. quæſt. 27, nu. 68. C. de reuocand. donat. & Rubr. ff. de verborũ obligatio. num 58. hãc quoque communem refert Petra Duen. tract. Reg. 366. limit. 4. Calcan. conſil. 58. num. 2. & ſequent. Couar. 4. lib. decret. cap. 8. §. 6. nu. 6. & magis communem dicit Ant. Gabriel. Roman. concluſ. 1. titu. de aliment. lib. 6. num. 8.

2 Et hæc concluſio, quòd pater filio ſpurio nihil legare poſſit, niſi pro alimentis adeo uerum eſt, ut id quòd pro alimentis legauit, non tranſeat ad eius hæredes ſed redibit ad hæredes patris, ita tenet Bald. l. eam quam, C. de fideicommiſ. & dicit eſſe communem opinionem Gabriel. Roma. dicta concluſ. 1. num. 33. & generaliter, quòd relictum a patre ſpurio a lege legitimis liberis uel cognatis proximioribus defertur, dicit communem eſſe Alexander l. hæreditas. C. de his quibus vt indig. in conſi. 74. nu. 6. volum. 3. Bermon. in d. tract. de pub. concub. pag. 318. nu. 21. verſ. ego autem puto, Communem refert Petra Duen. Reg. 166. num. 3.

3 Sed quid ſi ſtatuto inter patrem, & filium permittatur teſtamenti factio, Nũquid tale ſtatutum ualebit ut filius vel inſtitui, vel ei relinqui poſſit in teſtamento? Reſpond. quòd tale ſtatutum non valet. ita tenet Bal. l. cunctos populos, nu. 13. C. de ſumma Trinit. & hanc dicit eſſe communem opinionem Ioan. Baptiſ. de Cæciolup. ibi numer. 170. Decius in c. in præſentia, num. 124. ext. de probat. Ioan. Dilect. de arte teſtandi, tit. 1. caut. 14. nu. 1. Eandem dicit eſſe communem opinionem cum multis per eum laudatis, Ferdinand. Loazer. tracta. de matrimon. 2. dubio, 2. fundamento pro parte negatiua, nu. 7. Couar. 4. lib. decret. capite 8. §. 5. nu. 6. Communem quoque refert Petrus a Duen. d. Regul. 166. ampliat. 1. Valét. Forſter. tractat. ſucceſ. ab inteſtat. lib. 2. Rubr. de ſucceſ. ſpurij extenſione 1.

Quæſtio Septima.

SVMMARIVM.

An fratribus mendicantibus legari poſſit.

QVæro, An fratribus mẽdicãtibus, qui nihil proprium habere poſsũt legatum ualeat? Reſpond. Articulus hic controuertitur, ſed diſtinguendum eſt: Alij ſunt mendicãtes ex Regula, ut fratres minores, & his relinqui non põt, et quo ad æſtimationem, vt vendatur, & in ſuos uſus neceſſarios erogent. ita tenent Bal. Auth. ſi qua mulier, C. de ſacroſáct. eccl. & quòd hęc ſit magis cõmunis opinio dicit Signorol. de Homod. conſi. 4. & magis cõmunem aſſerit Gabriel. Rom. com. cõcluſ. lib. 4 tit. de hęr. inſtitut. concluſ. 1. nu. 1. licet contrariam opinionem aſſerat communem Cur. Iunior cõſil. 30. numer. 7. Communem dicit Felin. c. in

præ-

præſentia, verſic. quam, ext. de probat. Aretin. l. 1. ff. de teſtam.

Alii ſunt mendicantes magis ex conſtitutione quã ex ordine: quales ſunt fratres prædicatores, & his relinqui uel legari poteſt, non ut retineant ipſi uel in cõmuni, ſed ut uẽdãt & erogent ad uſus neceſſarios. hãc dicit eſſe cõmunẽ opinionẽ Dec. d. c. in præſentia, ext. de probat. Aretin. l. 1. col. 9. ff. de teſtam. licet ipſe de iure cõtrariã opinionẽ veriorem credat. Cõmunẽ quoq; dicit Nicol. de Vbald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſtat. Cleri. num. 5. hãc dicit magis cõmunẽ Gabriel. Roma. com. concluſ. lib. 4. tit. de leg. concluſ. 1. nu. 33.

Quæſtio Octaua.

SVMMARIA.

1 *An bãnito poßit legari, & quatenus nu. 2.*
3 *Quid ſi expreſſe iuris communis protectione eximatur.*

1 QVæro an bannito poſſit legari? Reſpond. Diſtinguẽdũ eſt, Aut bãnitus perpetuo & excluſus a ciuitate ſtante ſtatuto, quòd bannitus poſſit impune offendi, & tũc eſt omnino incapax omniũ bonorũ & ſucceſſionis omnium ſibi delatorum ex ſtatuto in territorio banniẽtiũ, non aũt perdit ea, quæ ſibi obueniunt de iure, & ſic non perdit hæreditates quæ ſibi obueniunt ex teſtamẽto, uel ab inteſtato. Aut uerò nõn extat ſtatutũ quòd poſſit impune offendi, & tũc talis bannitus poteſt capere omnia, quæ ſibi fuerunt delata, uel ex iuris communis diſpoſitione, vel ex ſtatuto principis, vel ciuitatis bannientis. ita diſtinguit Bar. in ſua diſputa. incip. Lucanę ciuitatis, quẽ cum multis aliis laudat Clarus §. teſtamẽtũ, q. 20. Vltra Clarũ hãc quoque dicit eſſe cõmunẽ opinionẽ Corn. conſil. 53. volu. 1. Ludo. Catus conſ. crimin. 103. tom. 1. ubi plures alios de communi atteſtãtes refert, nu. 5. Neuiz. cõſ. 71. quos refert Burſ. cõſi. 54. nu. 1. & nu. 24. & veriorẽ Bar. opinionẽm dicit Mandel. Alban. conſil. 17. nume. 21.

2 Et hæc communis Bart. doctrina ſecundum omnes ſine ſcrupulo procedit, quo ad bona extra territorium banniẽtiũ ſita, ut ea capere poſsit uel ex teſtamento uel ab inteſtato de iure communi. Sed difficultas eſt de bonis in territorio bannientium. Et quàm plures ſunt, qui exiſtimãt bannitum eſſe omnino incapacem omnium ſibi delatorum tam uigore ſtatuti, uel iuris municipalis, quàm ex diſpoſitione iuris communis, & hanc ſupradicti omnes communem eſſe opinionem fatentur ut teſtatur Ludo. Catus d. conſil. 103. nu. 5. qui refert, quòd eã communem aſſerat Iaſ. d. l. 1. C. de hære. inſtit. & dicit ita quã plures ſolennes doctores conſuluiſſe, & hanc ſententiam eſſe veriorẽ & ſecuriorem hanc dicit eſſe cõmunẽ late declarãs eam Boſsius tit. de Bannit. Ioſeph. Ludo. in deciſ. Peruſ. deciſ. 11. nu. 7. & ſeq. Quia ex quo ſtatutũ vult bannitum impune offendi & occidi, cenſetur eos feciſſe tãquã rebelles & diffidatos in territorio banniẽtium, ideóq; tanquã rebelles & diffidati fiunt omnino & ipſo iure incapaces bonorum, & nullo pacto poſſunt quicquã acquirere in territorio bannientium. Sed quicquid dicant ſupradicti doctores reuera magis communis eſt Doctorum ſententia, quòd indiſtinctè bannitus non perdit beneficia iuris communis, & facultatem ſuccedendi de iure communi: Sed tantum beneficia inducta a ſtatutis inductis a ciuitate banniente, ut firmant doctores laudati per Clarum, & quod ſit magis communis teſtatur Ang. §. 1. Inſtit. Quibus mod. ius patriæ poteſt. ſoluitur, ſubdens ab ea non eſſe recedendum, quem refert & ſequitur ibi Ioan. Sbhneidevvein. §. Cum autem nu. 13. & magis communem eſſe ſcriptorum ſententiam aſſerit Hier. Alban. cõſi. 8. nu. 28. & patet ex authoritatibus relatis per Hypol. de Marſil. pract. crim. §. aggredior, nu. 100.

3 Verum tamen eſt, quòd ſi ſtatutum non tantum permitteret impune occidi bannitum, ſed poneret eum extra omnem protectionem iuris communis, quòd tunc omnino ſit incapax, & non gaudeat iuris communis beneficio in territorio, a quo bannitus eſt; Ita ſine difficultate omnes Doct. concludere dicit Ludo. Catus d. conſ. 130. nu. 6. verſ. alius eſt caſus.

Quæ-

Quæſtio Nona.

SVMMARIA.

1 *An legatum ſeruo proprio ualeat. & nu. 2. quo ad alimenta.*
3 *Quid in fratribus mendicantibus.*

1 QVero an legatum ſeruo proprio relictum ualeat? Reſp. Cõmunis eſt opinio, tale legatum ſine libertate nõ valere, quia proprium non poteſt habere, nec ei quæritur obligatio vel actio, ſed ſi acquireretur, ſtatim transiret ad hæredem, & ſibijpſi eſſet obligatus, ſecus ſi cum libertate ſit relictum, quia utrunque acquiritur uno momento.

2 Intellige tamen prędicta præterquã in legato alimentorum, illud enim ualet, ut petatur ſaltem officio iudicis. tex. l. ſi legatarius, §. 1. ff. de leg. 3. Communem dicit Gomez. c. 12. lib. 1. num. 46.

3 Ex quo infertur licet fratribus mendicantibus, uel aliis qui non poſſunt habere proprium legari non poſſit, ut dixi ſupra q. tamen alimentorum cauſa relinqui poſſe ita tenet Bar. d. l. ſeruo alieno. & communẽ dicit Gomez citato loco.

Quæſtio Decima.

SVMMARIVM.

An deportato legari poſſit.

QVero an deportato legatum relinqui poſſit? Reſp. quòd non, quia ſucceſſionis & teſtamenti actiuè & paſſiuè ſit incapax, ut hæreditas ſibi delata, deferatur aliis inſtitutis, uel uenientibus ab inteſtato, ac ſi deportatus inſtitutus vel ei quid relictum non eſſet. & quòd iſtis omni iure teſtamenti uel codicillorum actiua uel paſſiua, factio negatur, dicit communem opinionem Fernand. Vaſqui. de ſucceſſ. progreſſ. §. 2. nu. 15. & 16. & ſeq. & præfat. lib. 1. eandem par. n. 188. Capra trac. Reg. Reg. 102. nu. 103. cũ multis ſeq. & 171. & 172. quos refert Burſat. conſ. 48. nu. 27. verſ. accedat, uol. 1. Clarus §. teſtamentum, q. 21. & 22. Vide quæ dixi infra. §. teſtamentum.

Quæſtio Vndecima.

SVMMARIVM.

An excommunicato legari poſſit.

QVæro item, An excommunicatus legata capere poſſit. Vide quæ dixi infra §. teſtamentum, q. An excõmunicatus habeat teſtamenti factionem.

Et nota generaliter, quòd qui teſtamentum facere non poſſunt, nec legata quoque relinquere poſſint, & econtra, illis, qui ex teſtamento accipere prohibentur, nihil legari poteſt, vt notant omnes dict. l. ſciendum, ff. de leg. 1. de quo vide infra. §. teſtamentum.

Quæſtio Duodecima.

SVMMARIA.

1 *An uniuerſitati legari poſſit.*
2 *An collegio illicito.*

QVæro nunquid ſicut particulari perſonæ ita eſt vniuerſitati, villæ, vel ciuitati poſſit legatum relinqui? Reſpond. quòd ſic, non ſaltem expreſſe, ſed etiã tacite, vt ſi quis leget mille pro educandis pueris pauperibus vel maritãdis virginibus, vel ſchola publica erigenda. tale namq; legatum valet. ita tenet gloſ. ord. l. ſi quid relictum. ff. de leg. 1. ibi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. communiter Doct. gloſ. l. legatum. ff. de vſufruct. leg. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Gomez. lib. 1. cap. 12. nu. 6.

Sed quid in collegio illicito nunquid ei legari poſſit? Reſp. quòd non. ita tenet Bar. l. 2. ff. de leg. 2. & hanc dicit eſſe communem opinionem ibi Alex. nu. 2. Iaſ. nu. 33. Socin. nu. 6. Ripa. nu. 20. quos refert Fernand. Vaſ. de ſucceſ. progreſſ. lib. 1. § 2 nu. 22.

Quæſtio Decimatertia.

SVMMARIA.

1 *Qui poſſit grauari ad legata præſtanda.*
2 *An pater & dominus filio & ſeruo inſtitutis grauari poſſint.*
3 *Qui in hærede hæredis. nu. 4.*
5 *An a ſubſtituto legari poſſit.*
6 *An ſuccedẽtes ab inteſtato grauari poſſint.*
7 *An omnis qui habet commodum a teſtatore poſſit grauari.*

1 SVcceſſiuè nunc quæro qui poſſint grauari ad legatum præſtandum? Reſpond. Grauari poſſunt ij, quibus aliquid datur text. in l. quidam. §. fin. ff. de leg. 1. Et hoc quidem nõ habet dubium in ijs, qui immediatè à defuncto accipiunt, vt hæres.

2 Sed quid in eo qui per alium capit & oblique ſentit cõmodum ex diſpoſitione

neceſſarió ſit, vt pater. Deinde nunquid per filium & ſeruum à defuncto inſtitutum acquirunt? Reſpon. item inter hos quoque grauari poſſe legatis. ita tenent omnes Doct. d. l. cum filiofamil. ff. de legat. 1. ut ibid. aſſerit Ant. Bauer. nu. 5. & nu. 115. ita quoque dicit omnes tenere Socin. ibidem. nu. 13. Quia ipſi aliquali iudicio teſtatoris vocati uidentur. Bar. d. l. cum filiofam. & cum eo tranſeunt magis communiter Doct. ut dicit Socin. ibid. nu. 12. in prin. & 1. par. glo. nu. 51. & ſeq. Quia imo illa legata & fideicommiſſa, licet inſpecto uerborum rigore non debeantur à filio ue ſeruo: Tamen attento effectu & mente, debentur ex perſona illorum, & illis iniuncta cenſentur. ita communiter Doct. tranſire dicit Bauer. d. l. cum filiofamil. nu. 79. Soc. 1. par. gl. nu. 20.

3 Sed nunquid hæres hæredis grauari poſſit ad legatũ præſtandũ? Reſp. Quod ſi iniunctum fuerit legatum hæredi hæredis ſub generali, uel appellatiuo nomine, legatum valet. tex. l. ſi fecit. ff. de leg. 3. & in hoc concordant omnes, ut dicit Soc. d. Repet. l. cum filio. nu. 66. gl. j. hãc dicit communem ibi Bolog. nu. 74. Communem quoq; dicit Bauer. nu. 24. Nam & hi videntur habere ex quodam teſtatoris iudicio; cum hæres uel legatarius neceſſario ſit habiturus hæredẽ, in quẽ bona ſua tranſibunt, ut uoluit glo. communiter approb. l. ſed etſi ſic, in fin. ff. de leg. 3. ſecundum Soc. d. 1. par. gl. nu. 66. Vnde relinquendo hæredi uidetur quoque hæredi eius relinquere, cũ eis per ſubſtitutionẽ alios potuiſſet admittere.

Si uero hæres hæredis, uel legatarij proprio nomine grauatus fuerit, ut ſi Titio inſtituto hærede dixero, ſi Seius fuerit hæres decem Caio det, ſi ſuccedat Titio Seius, non tenebitur ad decem. text. eſt ſecundum omnes Doc. d. l. ſed etſi ſic de leg. 3. Quia quod ſuccedit, non ex iudicio meo, ſed fortuna euenit, ut dicit Soc. ubi ſupra n. 69.

4 Sed quid ſi ſub nomine hæredis proprio grauet ur ille, qui ſit hæredi ueriſimiliter ſucceſſurus, vt ſi Celſus filius tuus hæres, decẽ dabit? Reſp. Pet. de Bel. ſut. tenet tale legatũ uel fideicõmiſſum valere, ſed contrarium dicit Iaſ. in d. l. cũ filio, poſt Soci. & hæc eſt cõmunis DD, ſententia ut aſſerit Maria. Soc. Iun. Repet. d. l. cum filio. nu. 72. Quia grauatus proprio nomine quicunque ſit, nõ uidetur grauari intuitu honoris & cõmodi ab ipſo teſtatore in ipsũ deſcendẽtis, ſed à primo hærede cõferendi, ideo iniũctũ a teſtatore onus valere non debet.

Sed opinio Petri benignior & probabilior eſſe uidetur, quam etiam probat Soc. Iun. d. l. cum filiofamil. nu. 71. neque enim hoc caſu iudicium teſtatoris cõcurrit, ac in præcedenti. Sicut enim ueriſimile eſt hæredem habiturũ ſucceſſores; ita & ueriſimile eſt filiũ ei ſucceſſurũ, itaque iudicium teſtatoris eſt ut ipſe hẽat, hãc ſententiã ſequitur Bolog. ibid. & ita hẽs ex prędictis ẽt hæredẽ, illorũ qbus aliquid dat, grauari, ſi non fortuiti ſint, ſed certa volũtate defuncti hæres fiunt.

5 Quero an a ſubſtituto legari poſſit? Reſp. Subſtitutũ grauari poſſe. text. l. ſi eadem. ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſtamenti.

Sed quid in ſubſtituto filij exhæredati? Reſp. Communis eſt Doct. ſententia quod grauari nõ poſſit, etiamſi exhæredato certa res eſſet legata, & in illa ſubſtitutus, quamuis ipſe exhęredatus in eõ quod legatum eſt grauari poſſit. ita communiter tenere Doct. dicit Io. Bolog. d. l. ſi filiof. mil. nu. 55. In ratione inueniẽda mirè ſe torquẽt Doct. tandẽ ſpeciale eſſe quidam aſſeuerarunt, nec poſſe rõnẽ concludentẽ aſſignari. Bar. & magis cõmuniter Doc. vt dicit Bauer. d. l. cũ filio n. 20. & ibi Soc. in gl. j. par. n. 43. dicit ꝙ de hoc quotquot Iuriſtarum indagarunt.

6 Quæro nunquid ẽt ſuccedentes ab inteſtato grauari poſſint ad legata præſtanda? Reſp. quod ſic tex. l. 1. §. ſciendum. de leg. 3. Quia non tantum grauari poteſt, qui iudicio teſtatoris aliquid habiturus de bonis ſuis, ſi id fiat conferendo, ſed ẽt non adimendo. Nam tacite eis hæreditatem relinquere uidetur. Et hoc dicit indubitatũ in his, qui iure ciuili ſuccedũt, uel ſuccedere poſſunt. Soc. Iun. d. l. cũ filiofam. nu. 76. Verſ. hoc indubitatũ eſt. Sed dubiũ, ſi quis iure prætorio tantum uocatus ſit, an is grauari poſſit, & gl. l. 1. §. 2. Verſ. uel maxime de collat. bono. tenet quod nõ. quam ſequitur Bald. Rub. C. qui admitti, q. 5. Alex. in apoſtil. ad Bart. d. verſ. vel maxime. Ang. d. l. cũ

filio. quia non videntur vocati ex voluntate defuncti: & hanc ſententiam dicit videri communionem Soc. d. l. cum filio. numer. ſeptuageſimo ſeptimo. Sed contrariũ tenet Bar. d. l. 1. & ſequitur Imol. l. ſi Titio, §. Iulianus, ff. de leg. 2. Socin. Iunior. d. l. cum filio. Quia is qui ab inteſtato decedit, ei qui iure prætorio ſolum modo vocatus eſt, tacite dicitur hæreditatem relinquere, & ita diſponere de bonis ſuis, ſicut lex diſponit, nec diuerſum in bonorum poſſeſſione quam hæreditate ſtatuendum eſt. Iaſon. l. ſi Titio, not. 2. de leg. 1. & hæc ſententia verior eſt, & prædictam gloſſam communiter reprehendi dicit Bolog. d. l. cũ filio. num. nonageſimo tertio.

7 Quæro etiam iuxta prædicta an hoc quod dixi legatis grauari poſſe eum, cui aliquid datur, an habeat locum in quocunque commodo etiam, quod quis habet ex teſtamento? Reſp. quod non, ſed pecuniario tantum. Namq; ſi legatum non continet commodum pecuniariũ, vt puta libertatis vel iuris patronatus, legatarius grauari nõ põt. tex. l. plane. ff. de legat. 1. §. ſi. & ita communiter tenetur, vt dicit Bolog. d. l. cũ filio, nu. 44. idẽ Bauer. ibid. nu. 22. Soc. in 2. par. gl. num. 21. Quia vt quis grauari poſſit, debet quid ſimile ex teſtamento cõſequi communiter Doc. vt ait Bolog. ibid.

Quæſtio Decimaquarta.

SVMMARIA.

1 *Res propria teſtatoris legari poteſt.*
2 *An res aliena ignoranter uel ſcienter legari poſſit.*
3 *Hoc procedit ſi extraneo ſit legatum, ſecus ſi conſanguineo.*
4 *Quid ſi credit ſuã ex titulo ſpãli extinctã.*
5 *Quid ſi legauit ad pias cauſas.*
6 *Scientiam allegans probare tenetur.*
7 *Quid in re hæredis inſtituti.*
8 *Quid ſi in re hæredis habet ius aliquod.*
9 *Quid ſi rem alienam nõ hæredis, in qua habet ius legauerit.*
10 *Quid ſi teſtator nominauerit expreſſè portionem.*
11 *Quid ſi ius illud ſit morte periturum.*
12 *Quid ſi ad menſuram reliquerit.*
13 *Quid ſi rei alienæ legatæ partẽ alienã emit.*
14 *Legato Emphiteutico fundo tantũ ius teſtatoris legatum cenſetur.*
15 *Quid in re dotali legata.*
16 *Quid in re minoris.*
17 *Quid in re eccleſiæ.*
18 *Quid in re feudali.*
19 *An de legato rei alienæ dicta procedant quoque iure Canonico.*

1 DIctum de perſonis, quæ quibus relinquere & à quibus relinqui, ſiue quæ perſonæ grauari poſſint ad legata præſtanda. Nunc videndum de rebus, quæ legari poſſunt: Et primo nõ eſt dubiũ quin res ꝓpria teſtatoris legari poſſit. tex. §. ſi quis rem ſuã Inſtit. de legat.

2 Sed quid in re, aliena, nunquid illã quoq; legari poteſt? Reſp. diſtinguẽdũ eſt, aut enim teſtator legat rẽ alienam, ſciẽs prudensque, quia dicit ſe ſcire rem alienã eſſe, & tũc valet legatũ, & hæres cogitur vel rẽ emere, & eã tradere legatario, vel eius æſtimationẽ ei ſoluere, & ſi tradat aſtringitur periculo euictionis. Aut ignorãter, & nõ valet legatũ, nec debetur æſtimatio. tex. eſt in l. cũ rẽ alienã, C. de leg. ibi gl. quam dicit communiter approbatã Alex. idem aſſerit. Io. Dilect. tract. de arte teſtãdi, tit. 6. Caut. 32. nu. 2. & communem dicit eſſe opinionem Antonius Gomez. tract. Varia. Reſolut. Tom. 1. cap. 12. nu. 13.

3 Intellige tamẽ hãc cõmunem ſi teſtator ignorãter legaret rẽ alienam extraneo: Secus ſi coniũctæ perſonę. Quia in diſtinctẽ ſiue ſciẽs ſiue ignorãs legauerit, valet legatũ, & debet vel res vel eius æſtimatio: Quia præſũptio eſt hoc caſu teſtatorẽ ſi ſciuiſſet eſſe rẽ alienã, nihilominus coniũcto legaturũ fuiſſe. ita tenẽt Doctores communiter d. l. cum alienã, vt fatetur idem Gomez. d. nu. 13.

4 Sed dubiũ eſt, an idẽ ſit, ſi teſtator tẽpore quo legatũ fecit, credidiſſet rem ad ſe pertinere titulo aliquo ſpeciali, qui tñ extinctus fuit, & ita ignorauit rẽ nũc amplius ad ſe pertinere? Reſp. gl. l. ſi. domus, §. 1. ff. de leg. 1. tenet quod non valeat legatũ ẽt conſanguineo factũ, & ibi ſequitur Bar. & plures alii, & hanc dicit eſſe communem opinionem Corne. cõſi. 32. nu. 1. Couar. a. filius, nu. 4. ext. de teſtam.

Ram. Quia quod dicitur legatum etiam ignorante teſtatore rei alienæ cõiunctæ perſonæ ualidum eſſe, procedit, quando ſimpliciter teſtator alienã rẽ propriã eſſe credebat. Secus ſi reſpectu alicuius cauſe extinctæ exiſtimauit propriã eſſe. ita dicit eſſe com. opi. Alex. l. Si domus, § de euictione, nu. 3. ff. de lega. 1. Sed certẽ dicta opinio glo. nõ eſt tuta, & cõtraria ſententia probabilior videtur, nõ tantũ propter generalitatẽ d. l. cũ alienam, ſed etiã quia ratio, quare coniũctæ perſonæ factum legatũ rei alienæ ignoranter, valeat eſt, quia attenta coniunctione, veriſimile eſt, quod ſi ei alienam ſciuiſſet, legaſſet, vt tradunt omnes. hæc autem ratio habet locum ſiue putauerit eſſe ſuã ex cauſa nulla, ſiue ex cauſa valida. ideo ſemper debet ualere legatum.

5 Sed quid, ſi teſtator alienã, quã ſuam eſſe putabat, legauit ad pias cauſas: An ualeat legatũ? Reſp. gloſ. d. c. filius. tenet tale legatũ etiã fauore piæ cauſæ nõ ualere, quã ſequitur ibi Hoſtiẽ. & plures alij. Sed contrariũ docuit Bal. Repet. l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & hãc eſſe communẽ opinionẽ teſtatur Fernand. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. libr. 3. §. 27. num. 41. Si enim tale legatum coniunctæ perſonæ relictum ualet, multo magis ſi animæ teſtatoris relinquatur, ad quod procliuior eſſe præſumi debet, dicendum eſt.

6 Aduerte, quòd in dubio quando teſtator legauit rẽ alienã, nec dixit ſe ſcire alienã eſſe, legatario incũbit onus probãdi ſcientiã. Quia in dubio præſumitur eũ credidiſſe eſſe rẽ ſuã propriã. Satis tamẽ erit per præſumptiones & coniecturas probare, nempe ſi teſtator rem illam occupauit abſque aliquo iuſto titulo: quo caſu alienam fuiſſe præſumitur, vel rẽ illã à nõ domino, vel à pupillo emit, ita dicit in dicta l. cum alienam, Iaſon hanc eſſe cõmunem opinionem. Andr. Barbat. d. cap. filius. nume. 12. Couar. nu. 1. ext. de teſtament. Tob. Nonius conſ. 37. nu. 3. Eandẽ communẽ enũciat Fernand. Vaſqui. de ſucceſ. progreſ. libr. 3. § 27. nu. 40. fac. t, quod traditur ea, quæ ab animo noſtro pendẽt, niſi per declarationem noſtram verè probari nõ poſſe: alias præſumptiones & coniecturas ſufficere. gloſ. l. inter Stipul. §. 1. ff. de verb. oblig. quam communiter approbatam dicit idem Vaſq. d. §. 27. nu. 40.

7 Quæro item, ſi res aliena fuerit heredis inſtituti, nunquid diſtinctio ſupradicta ſcientiæ & ignorantiæ erit neceſſaria? Reſp. quod nõ: Sed legatũ valet omnino, ſiue ſciẽter, ſiue ignorãter legauerit teſtator. Quia rẽ hæredis ſicut propria legare põt. tex. eſt l. Vnũ ex famil. 2. §. ſi rẽ, ff. de legat. 2. ibi not. gloſ. & ſequitur Bar. & hãc eſſe communẽ Doctorum opinionẽ dicit Antonius Gomez. tract. Variar. Reſolut. d. cap. 12. nu. 14.

8 Quid autẽ ſi teſtator in re legata hæredis habeat aliquod ius vel partem rei, Annè valebit legatũ quo ad totã rem? Reſpond. quòd ſic. ita tenet Barto. in l. cum filius. §. Dominus, per illũ text. de lega. 2. Rom. ſing. 237. 733. Anchor. & Imol. d. §. Dominus, nu. 18. Corn. conſil. 84. vol. 2. & eſt communis opinio vt dicit Ripa. l. ſerui electione. §. ſi. num. 113. de leg. 1 Quamuis ipſe dubitet: Sed Bart. opinionem communem eſſe aſſerit quoque & probat Couar. d. c. filius. nu. 3.

9 Quæro etiã ſi quis ſciens rẽ alienam ſimpliciter legat, in qua habet ius aliquod, vel partem aliquam, an totam rem vel æſtimationem legaſſe videtur? Reſpond. quòd tantum partem illam vel illud ius, quòd ipſe habet, legaſſe cenſetur, non alienum, nec eius æſtimationem. tex. eſt l. ſerui electione. §. ſeruus. ff. de leg. 1. & ibi tenet gloſ. Bar. Alber. Bald. Angel. Paul. de Caſtr. Imol. Alexand. Iaſ. Lancelot. Dec. hanc communem dicit eſſe opinionem Anto. Gomez. d. cap. 12. num. 15. Bened. cap. tract. Reg. Reg. 105. num. 10. Iaſ. l. quod in rerum. & nu. 5. ff. de leg. 1. Tom. 1. Eandem dicit eſſe communem Ioan. Sneidevvein. §. non ſolum. Inſtit. de leg. num. 4. Et hoc intellige procedere, etiam ſi non habeat ius formaliter quæſitum de præſenti, ſed debitum ſub ſpe probabili: ſecus ſi ſub ſpe incerta, vt ſi quis leget alteri rem, quam ſcit ſibi legatum à tertio. gloſ. l. ſeruum filij. ff. de leg. 1. ſequitur ibi Bart. Paul. de Caſtr. & communem dicit opinionem Gomez. dict. cap. 12. nu. 15.

10 Item procedit etiam ſi teſtator no-

D 2 mina-

minauerit portionem, ut ſi dixerit lego dimidiam fundi Cornelianum; cum tantum dimidium dimidiæ habeat: nō enim debetur tota res, ſed pars quam habuit teſtator: quia ius quod habet in parte dimidia legaſſe tantum cenſetur. ita tenet Bar. d. l. ſerui electione §. cum fundus, q. 3. & ibi Ripa dicit hanc eſſe communem opinionem, nu. 13.

11 Secus tñ, ſi teſtator reliquit ad menſuram, ut lego decem iugera terræ ex tali fundo, vel lego mea decem iugera terræ, quia integra debentur, licet ipſe non habeat tot iugera. ita tenet B. d. l. ſerui electione. §. cum fundus. nu. 5. ff. de leg. 1. ibi communem dicit opinionem Rip. num. 15.

Prædicta procedunt ſine dubio, quando ius habet duraturum teſtator, vt ius redimendi rem obligatam cum pacto redimendi, quod ius ad hæredes tranſmittitur, vt communiter teneri tradit Cagnol. l. 2. quæſt. 2. princ. n. 43. C. de pact. inter Empt. & Vend. quē refert Ioſeph. Lud. in dec. Cauſar. Peruſi. dec. 23. n. 39.

12 Sed quid ſi tales ius, quod habet in re aliena ſcienter legata, ſit morte periturum, vt puta vſusfructus; An tantum illud legato comprehendetur? Reſp. quod ſic, non etiam tota res nec debetur æſtimatio, ita tenet Bar. l. q. in rerum. §. 1. ff. de leg. 1. ſequitur ibi Alex. & Iaſ. Bal. l. j. C. de ſacroſ. eccl. Alex. conſil. 19. uol. 6. & eſt communis opinio ut aſſerit ſecutus eam Corn. conſ. 83. uol. 2. & idē firmat Iaſ. d. § 1. idem Iaſon conſi. 109. vol. 1. Soc. Iunior conſi. 74. num. 28. volu. 1. hanc quoque communem dicit Zaſ. d. l. quod in rerum. Antonius Gomez. d. c. 12. nu. 15. & Couar. d. c. filius. num. 2. Et intellige non tantum ſi errore iuris putauit talis legati vſumfructum morte ſua non periturum, ſed etiam ſi periturum ſciebat. Namque tunc etiam proprietatem legaſſe non uidetur. communem firmat Vaſqui. lib. 3. de ſucceſ. progreſ. §. 27. licet ipſe contrarium velit, & priorem magis communem eſſe ipſe teſtatur in li. 3. de ſucceſ. Creat. §. 23. n. 49.

Sed certè hæc communis opinio non videtur tuta, & uidetur uerior contraria ſententia, quòd teſtator ſciens rem alienam, & ius ſuum non duraturum, præſumitur ipſam rem alienam legaſſe. Sed a communi non recedas.

Item procedit hoc etiam, ſi legatum factum ſit conſanguineo, uel coniunctæ perſonæ. ita communiter receptum ait idem Soc. Iunior d. conſi. 74. num. 74. Iaſon. dict. l. quod in rerum, §. 1. not. 1. Gomez. d. cap. 12. nu. 15.

13 Quæro item, quid ſi teſtator rei alienæ legatæ ſcienter partem alienam emat uel alio titulo conſequatur, Numquid tota debetur? Reſpond. In hac q. diſtinguendi ſunt caſus, Aut teſtator fecit mentionem dominij: vel Iuris ſui cum adiectione pronominis mea, ut lego rem meam vel ius meum, & ſolum cenſetur legaſſe partem, quam habet tempore teſtamenti, nec debetur tota, uel pars poſtea acquiſita vel redempta. ita tenet Bar. d. l. ſerui electione. §. cum fundus. ff. de leg. 1. & ibi dicit eſſe communem opinionem Fran. Ripa & ibi. §. Labeo communiſſimam dicit Zaſ. nu. 5.

14 Intelligunt tamen quidam hanc conclusionem, niſi pars aliena ex cauſa neceſſaria ſit redempta. Nam tunc cedit legato etiam ſi teſtator dixerit, rem meam. ita uoluit Iacob. de Aret. Bart. Iaſ. d. §. cum fundum. Sed Bald. Pau. de Caſtr. & alij tenent contrarium, quòd ſcilicet heres non teneatur totum fundum præſtare legatario, etiam ſoluto pretio partis neceſſariò ſibi adiudicatæ, per iudicium diuiſorium puta, vel alio modo acquiſitæ. hanc dicit communem eſſe opinionem Ripa & probat, nu. 12. & Alex. dicit, quòd ſit ipſa ueritas. dict. §. cum fundum. Aut ſimpliciter teſtator legauit rem talem non dicendo meam uel ius meum; & tunc cenſetur legaſſe etiam partem ſocij poſtea redemptam, uel quoquo titulo acquiſitam. ita tenet gloſ. d. §. cum fundū, & ſequitur Bar. & Doct. ibi hanc dicit eſſe communem opinionem Rip. ibidem num. 12. licet contrarium teneat Alex. ita Doct. communiter tenere in l. ſeruū filij. ff. de leg. 1. aſſerit Ant. Gomez. d. c. 12. nu. 15.

15 Porrò aduerte, quòd dixi, rei alienæ ſcienter legatum valere, verum eſſe, Si res eſt talis, quæ in commercio homi-

nū eſt, id eſt, quæ dominio noſtro ſubijci poteſt, licet nō ſit in cōmercio hæredis vel legatarij. Secus quādo res legata nō eſt in cōmuni commercio, vt eſt quādo legatur res ſacra vel publica, vel quādo propter difficultatem comparari nō poteſt, vel res quæ non poſſunt alienari ſine principis conſenſu: Non enim dicuntur eſſe in generali vel communi cōmercio: quo fit vt quando legantur, legatum non valeat, in tantum, vt etiam non debeatur æſtimatio; ita tenent communiter Doct. d. §. conſtat, vt dicit Pariſ. conſil. 7. nu. 15. & ſeq.

Vnde quæro, an legatum rei alienæ dotalis eſt, & ita ſimpliciter aliena poteſt, ſcienter relictum valeat? pond. quòd ſic, quo ad æſtimationem, quia eſt in communi commercio, licet illa qualitas adſit quod alienari nō poſſit. vt eſt communis Doct. opinio, ita tenet Paul. de Caſtr. Alex. Aret. & Iaſ. l. apud Iulianum, §. conſtat, de leg. 1. Bald. nouel. de dote. par. 7. nu. 22. Sed contrarium tenet gl. l. dotalem. ff. de teſtam. milita. quam tamen communiter reprobari aſſerunt Alex. & Iaſ. d. §. conſtat. & priorem opinionem eſſe communem dicit Fortun. Garzia. in tract. de Vltim. fine illat. 12. & communiter tenere Doct. dicit Zaſ. l. cum ſeruus. §. conſtat. ff. de leg. 1 nu. 12.

16 Sed quid in rebus minorum quæ ſine certa ſolennitate alienari nō poſſūt? Reſp. Rectè legari poſſe ab eo, qui earū dominium non habet, quo ad æſtimationem. Quia ſunt in cōmuni commercio hominum, licet nō poſſint alienari ſine decreto iudicis. Vnde ſi iudex decreuerit rem poſſe vendi cauſa cognita, tunc res ipſa & redimetur & præſtabitur. Sin iudex non decernat, ſuccedet æſtimatio. ita conſenſu omnium receptum affirmat Couar. d. c. ſilius. nu. 5.

17 Quid in re eccleſiæ? Reſp. non valere etiam quo ad æſtimationem. tenet. gloſſ. cap. ſi Epiſcopus. 12. q. 3. Paul. de Caſtr. l. cum rem alienàm. C. de legat. Vbi Philip. Corn. hanc partem, & ſequitur & receptam appellat, Contrariam, quòd quo ad æſtimationem valeat legatum, communem dicit opinionem Iaſ. d. l. cum alienā rem. Corn. conſ. 22. lib. 1. Couar. d. c. ſilius. nu. 5. Iaſ. l. apud. §. conſtat. n. 44. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. lib. 3. §. 27. n. 7. Vide infra verſ. prædicta de legato.

18 Quæro item quid in rebus feudalibus, nunquid legari poſſint? Reſ. Vulgaris & trita eſt concluſio, q vaſallus de feudo teſtari non poſſit etiam per viam legati. tex. c. 1. de ſuc. feud. c. 1. §. donare quali. olim feud. & ibi tenent Doct. omnes, vt ait Pariſ. conſ. 7. num. 13. lib 1.

19 Et hoc quidem non habet dubium ſi de feudo legatum fuerit relictum extraneo: Sed quid inter filios? Nunquid pater poterit vni filiorum feudum prælegare, vel plus quàm alteri aſſignare? Reſpon. Ardua hæc quæſtio eſt, in qua adeò variæ fuerunt interpretum ſententiæ, q vix diſcerni poteſt quæ ſit com. opin. Tu dic, q in feudo antiquo ex pacto & prouid. pater non pōt præiudicare vni filiorum totum legādo, vel plus quàm alteri, aſſignando. ita tenet Bal. Alua. Præpo. & Affl. c. 1. in prin. de prohi. feud. alien. per Frider. Iac. de S. Georg. tract. feud. Verb. & cum pacto, nu. 3. dicens hanc eſſe communem opinionem. Curt. Iun. tract. feud. 4. par. qui allegat Rainer. affirmantem de communi opinionem, hanc ſententiam dicit communem Zaſ. tract. de feud. in 8. par. verſ. & hanc partem. Alex. l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui. num. 4. ff. de leg. 1. quos allegat Clar. §. feudū q. 40. Eandem dicit eſſe communem Alex. conſ. 104. vol. 4. Dec. conſ. 239. col. 4. & iſtam dicit eſſe communem Bertrād. conſi. 138. colum. 5. volum. 2. Brun. in tract. quod ſtantibus maſculis, Socin. Iun. conſ. 72. in fin. conſ. 106. col. 9. vol. 2. Communem quoque dicit Ruin. conſ. 9. vol. 1. Eſt enim communis, generalis, & expedita concluſio, quòd nulla ordinatio valeat in feudis, in quibus filij æqualiter ex præordinatione & legis prouidentia ſuccedere debent. Ergo Vaſallo non debet permitti ſuccedēdi ordinem mutare vel alienare.

20 In feudo nouo autem mirè variant Doct. Nam quod pater etiam in feudō nouo non poſſit vni filiorum prælegare, dicit eſſe magis communem opinionem Alex. conſ. 106. vol. 4. Mod. Piſt. addit ad conſ. Alex. conſ. 8. libr. 3. dicit

poſſit contratabulare? Reſp. ardua quæſtio eſt, an hoc caſu impugnari poſſit per præteritum teſtamentum: Sed quo ad bonorum poſſeſſionem Ang. in l. filiæ, dotem. C. de collat. opinatur, quòd filia poteſt expectare quò adita ſit hæreditas, deinde uenire per contratab. Sed cõmunis reſolutio doctorum eſt in contrarium, ut dicit A ex. d. l. filiæ dotem. nu. 6. quia excluſus ab inteſtato eſt etiã excluſus a bonorum poſſeſſione cótratab. faciunt quę dixi infra §. teſtament.

Quæſtio Vigeſimaquarta.

S V M M A R I A.

1 *An instituto detur contratab. bonorum poſſeſſio. & quando. & nu. 2.*

3 *Quid ſi filius præteritus approbet patris teſtamentum.*

1 QVæro, an cótratab. bonorum poſſeſſio habeat locum in inſtituto in teſtamento? Reſp. quòd non ita eſt text. in l. non putauit. §. exhæredatus, ff. de cõtratabul. bonorum poſſeſſ. & tranſeunt communiter Doctores.

2 Sed hoc intellige procedere niſi beneficio præteriti inſtitutus habeat bonorũ poſſeſſionem. Nam ſi unus ex pluribus filiis ſit præteritus, reliqui inſtituti, ſed inæqualiter, is qui minus conſecutus eſt ex teſtamento, quàm ab inteſtato eſſet habiturus, poteſt contratabulare, & cũ præterito conſequi partem uirilem, vel dicere teſtamentum nullum, & reducere omnia ad cauſam inteſtati. text. l. poſt mortem. §. fin. ff. de bono. poſſeſ. contratab. & iſta eſt magis communis Doctorũ opinio, vt fatetur Guliel. Benedic. c. Rainutius uerb. in eodem teſtamento relinquens, el nu. 100.

3 Sed quid ſi filius præteritus conſentiat, & approbet patris teſtamentum, nũquid inſtituto poterit præiudicare? Reſ. quod non: Sed poteſt inſtitutus non obſtante approbatione filij præteriti pro ſuo iure contratabulare ex perſona præteriti, glo. eſt ord. l. poſt mortem. §. fi. ff. de contratab. & hanc eſſe magis communem opinionem dicit Iaſ. d. l. poſthumo. nume. 9. C. de contratab. bonor. poſſeſſ. Antonius Gomez. Varia. Reſolutio. li. 1. cap. 10. nu. 6. & ab in practica licet dura videatur non eſſe recedẽdũ dicit Clarus §. teſtamentũ. q. 43. Verſ. ſed pone. Quia quando filius eſt præteritus, teſtamentũ eſt ipſo iure nullum ratione defectus ſolennitatis, & omnibus ſtatim defuncto patre ius nullitatis quæſitum eſt, quod per filium præteritum eis auferri nõ põt, vt recte aduotauit Cur. d. l. poſthu. n. 26.

Quæſtio Vigeſimaquinta.

S V M M A R I V M.

1 *An ſucceſſorium edictum habeat locum in bonorum poſſeſſione contratab.*

QVæro ulterius, Si emancipatus teſtamento parentis adiecta legitima cauſa fuerit prętericus, isq; ſuperuixit patri, ſed bonorum poſſeſſionem cõtratab, non agnouit, intra annum, uel repudiauit, aut iure eam accipere non potuit propter cauſam ueram, an ſequentibus in gradu liberis eius præteritis contratabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem accipere permiſſum ſit? Reſp. Ardua hæc quæſtio eſt, deſcendens ex eo, an in bonorum poſſeſſione contratabu. Edicto ſucceſſorio locus ſit: magis communiter tenetur, quòd ſucceſſorium Edictum locum habeat, ut teſtatur Alex. l. ſi quis poſthumos §. filium. nume. 4. ff. de liber. & poſthum. & dixi infra §. ſucceſſorium edictum. 1

Quæſtio Vigeſimaſexta.

S V M M A R I V M.

An bonorum poſſeſſio contratabul. detur contra matris teſtamentum.

PRædicta procedunt in præteritis per patrẽ, ſed quæro quid ſi filius a matre ſit præteritus, an teſtamentum eius poſſit impugnare per contratabulas bonorum poſſeſſionem? Reſp. Olim ſiue præteritus erat ſine uel cum cauſa, Prętęritio habebatur pro exhæredatione, & nõn dabatur ei remedium contratabulandi, nec ullum aliud præter querelam inoffic. teſtamenti. tex. & gl. ord. l. illud. §. ad teſtamenta, ff. de contratab. bono. poſſeſſ. Communem dicit Vaſqui. l. filiam. C de inoffi. teſtam. in lib. 3. de ſucceſ. reſolut.

Sed an hodie detur dubium eſt; cum iure nouiſſimo teſtamentum, in quo filius a matre ſine cauſa expreſſa præteritus

tus eſt, nullum ſit: ut dixi ſupra. §. teſtamentum. & quod detur ius dicendi nullum, & contratab. bono. poſſeſſio, tenet Iaſon l. poſthumo. nu. 21. & nu. 18. C. de contratab. bonor. poſſeſſ. dum leuiter firmat hoc correctum eſſe: quod hodie ex præteritione matris ipſo iure teſtamentum uitiatur. & dicit Fernand. Vaſq. d. l. filiam. quod hæc uide ur cōis opinio.

Contrarium tamen tenet Alex. d. l. poſthumo, quòd hodie etiam immutatū non ſit, ita communiter teneri teſtatur idem Alex. d. l. 1. C. qui admitti, & Rub. C. Vnd. liber. & ex communi refert Cag. d. l. 1. nu. 1. nu. 45. & ueriorem dicit Fernand. Vaſqui. d. l. filiā, nu. 3. licet enim teſtamentū matris in quo filium ſine iuſtę cauſæ expreſſione præteriit hodie ipſo iure uitietur: Tamen nō ſtatim ſequitur inde ꝙ contratabulas detur bonorū poſſeſſio quæ nunquam competiit de iure liberis contra matris teſtamentum.

Quæſtio Vigeſimaſeptima.

SVMMARIA.

1 *An per contratabul. bonorum poſſeſſionem res deducatur ad cauſam inteſtati.*

2 *Emancipatus cum cauſa præteritus accepta bonorum poſſeſſ. contratab. non ſuccedit ab inteſtato per unde liberi.*

3 *Emancipatus repelli tur ab emolumento bonorum poſſeſſionis, ſi hæres ſcriptus probauerit cauſam.*

4 *An pœnitentia extinguatur cauſa ingratitudinis.*

Effectus bonorum poſſeſſionis contratabulas patet ex illis, quæ ſupra dixi q. 18. Nam reciſſo parentis iudicio filius præteritus omnia patris bona acquirit & hæredis loco habetur. Sed quæro, An per contratabulas bonorum poſſeſſionem res reducatur ad cauſam inteſtati? Reſp. Accurſ. in prin. inſtit. de hær. quæ ab inteſt. defer. Credidit inteſtatum fieri patremfam: ſi ante aditam hæreditatem bonorum poſſeſſio contratabulas acciperetur, ꝙ probauit Bal. l. fin. uerſ. iuxta hoc quæritur. C. Vnd. legit. & ꝙ accepta bonorum poſſeſſione contratabulas res ad cauſam inteſtati deducatur uoluit Decius. l. filię dotem. C. de colla. Sed communis, & recepta eſt Doct. ſententia in cōtrarium, nempe ſiue ante ſiue poſt aditam hæreditatem accepta ſit bonorum poſſeſſio, contratabulas, non reduci rem ad cauſam inteſtati: Namque ut prætor directum hæredē facere non pōt, ita adita hæreditate eum qui ſemel factus eſt hæres, de iure ciuili nō poteſt facere eum deſinere eſſe hæredē per interuentum bonorum poſſeſſoris, licet quoad cōmoditates actionesq; omnes, hæres iā eſſe non uideatur, & ueluti hæres ipſe bonorum poſſeſſor habeatur. ut eſt communis opinio de qua dixi infra, §. fin. Sin autem non eſt adita hæreditas antea acceptā bon. poſſeſſionē contratabulas non impeditur ſcriptus hæres adire de iure ciuili. Vnde ſi adiuit non reducitur ad cauſam inteſtati; Quia bono poſſeſſio contratabulas accepta, licet iudicium teſtantis reſcindat, non utique tamen teſtamentū, ita frequentius ſentire iuris interpretes teſtatur Ema. a Coſta d. l. Gall. §. & quid ſi tantū. n. 121. & ſeq. & hanc eſſe com. opi. dicit Cag. l. prætor. ff. de reg. iur. & oēs Doct. ita ſentire dicit Iaſ. l. ut liberis. n. 15. C. de colla. Fernād. Vaſqui. de ſucceſſ. reſolut. §. 10. num. 45.

2 Et hæc concluſio quidem procedit in emancipato: Secus ſi filius in poteſtate ſit præteritus, quia teſtamentum ipſo iure nullum eſt, ut cōis opinio. & defectus præteritionis oſtendit rem eſſe ipſo iure in cauſa inteſtati, ut adiri ex teſtamento non poſſit. ita loquuntur omnes in locis prædictis.

Ex quo infertur emancipatum bonorum poſſeſſione contratabulas accepta non ſuccedere ab inteſtato per bonorū poſſeſſionem, Vnde liberi, vt quamplu ribus placuit. ita frequentius receptum probauit Alex. l. certum. C. Vnde legit quem refert & ſequitur Ema. a Coſta. d. §. & quid ſi tantum. nu. 137. ſubdens, ꝙ hæc ſententia quoque ſit uerior: Namq; ſi ex teſtamento hæreditas adiri poteſt accepta bonorum poſſeſſione contratabulas; neceſſariò ſequitur ipſi, bonorum poſſeſſioni annexam eſſe ſucceſſionem, cum ipſa bonorum poſſeſſio ſit ius perſequendi retinendi ve patrimonij, & bonorum poſſeſſio. Vnde liberi induci nō poſſit, ne teſtati cauſa cum inteſtati cauſa concurrat contra Reg. l. ius noſtrum.

Sciās

Scias etiam, quòd ſi accepta contra tabul. bonorum poſſeſſione per hæredem ſcriptum in petitorio iudicio, hoc eſt, poſſeſſoria hæreditatis petitione, cauſa præteritionis inſerta probata fuerit, Emancipatum ab emolumẽto bonorũ poſſeſſionis repelli. tex. eſt ſecundũ communẽ interpretationẽ i Auth. Vt cũ de Appellat. cognat. §. fine igitur. vt fatetũ Eman. a Coſta. d. l. Gall. §. & quid ſi tantum, nu. 172.

4 Sed quid ſi Emãcipatus præteritus cõtra hæredem ſcriptum replicauit, cauſã quidem veram eſſe præteritionis, cæterũ eum penituiſſe poſt commiſſam cauſam. An repelli poterit ab emolumento bonorum poſſeſſionis? Reſpond. Alex. l. 1. nu. 31. ff. ſoluto matrimonio. docet ingratitudinis cãm penitentia aboleri. & hãc ſentẽtiam affirmauit communem eſſe Catel. Cotta in memorab. ſuis. Verb. filiusfamilias. & probauit Iaſon l. in Arenam. C. de inoffi. teſtamen. Auth. non licet, C. de liber. præter. & receptiorem hanc eſſe opinionem enunciat Emanuel. à Coſta. d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, nu. 189.

Quæſtio Vigeſſimaoctaua.

SVMMARIVM.

1 *An emancipatus accepta bonorum poſſeſſione contra tabul. hodie omnia legata teneatur ſoluere.*

TV ſcis accepta bonorum poſſeſſione contra tabul. per emancipatum quibuſdam certis perſonis legata & fideicõmiſſa de iure digeſtorum præſtari, tot. titul. de leg. præſtand. Quæro igitur an hodie illud adhuc obtineat uel per Auth. ex cauſa. C. de liber. præteritis, omnia legata debeantur in teſtamento relicta? Reſp. Sunt qui putant d. Auth. in bonorum poſſeſſione contra tabulas non habere locum; Sed Azo. in C. de bonorum poſſeſſio. contra tabul. contrarium probauit, & hanc dicit eſſe communem opinionem Iaſ. d. Auth. ex cauſa, nu. 7. & 8. & dixi infra §. teſtamentum.

Quæſtio Vigeſimanona.

SVMMARIA.

1 *Bonorum poßeſſio ſecundum tab. datur ſcriptis hæredibus.*

2 *Inſtitutus ſub conditione, altero cohærede purè inſtituto, An pendente conditione poßit acceptare bon. poſſ. ſecundum tabul. & quando hoc procedat, nu. 3.*

4 *An in hoc caſu requiratur decretum.*

5 *An procedat in teſtamento matris.*

SEcundã bonorũ poſſeſſio, quę ex teſtamento datur ſecundum tabul. uocatur. Hãc prætor introduxit confirmandi iuris ciuilis gratia, & hodie quibuſdã caſibus omnino neceſſaria eſt, in alijs uero vbi iuris ciuilis prodita ſunt remedia, ẽt utilis, ut dixi ſupra q. 5. Scias aũt bon.

1 poſſ. ſecundum tabul. dari omnib. ſcriptis hæredibus, §. ſin autem. Inſtic. de bonorũ poſſeſſione. Sed quæro, hæres uniuerſaliter inſtitutus ſub conditione habet de iure prætorio pendente conditione bonorum poſſeſſionẽ ſecundum tabulas, quia adminiſtrationem & curam bonorum cõ-

2 ſequitur, ut dixi d. q. 5. nu. 7. Quid ſi unus hæres purè, alter uero ſub conditione inſtituitur. Nunquid habebit hoc remediũ iuris prætorij? Reſpond. Variæ ſunt Doctorum opiniones: Alij exiſtimant quòd hæres purè inſtitutus, totam hæreditatem pendente conditione obtinebit: conditione eueniente ſuccedet alter in dimidia, deficiente uerò conditione tota apud purè inſtitutum manebit. hãc ſententiã tenet Azon, quem refert gloſſ. ordin. l. 2. ff. ſi pars hæred. pet. Alij uero hæredẽ purè inſtitutum ſuam partem capere debere, alteram partem dimidiam inſtitutum ſub conditione petere poſſe accepta bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas. Hanc partem tenet gloſſ. d. l. 2. ff. ſi pars hæred. pet. & eam dicit eſſe communem Iaſ. l. planè, §. ſi coniunctim, ff. de legat. 1.

3 Quę communis opinio procedit, quãdo duo hæredes coniunctim & ſimpliciter ſunt inſtituti, alter purè, alter ſub cõditione, quia tunc hæres purè inſtitutus, pendente conditione, habebit totam hæreditatem. Secus ſi diſiunctim, alter purè in vna dimidia; alter ſub conditione in alia dimidia: Nam tunc purè inſtitutus ſuam tantum partem habebit, alteram ſub conditione inſtitutus, uirtute huius bonorum poſſeſſionis ſecundum tabulas petere poteſt, ut habeat ſaltem pendente

dente conditione adminiſtrationem, & procedit opinio Azon. hanc diſtinctio nem tenet glo. dicta l. ſecunda. & Bartol. d. l. plane, §. ſi coniunctim, ff. de leg. 1. & hanc eſſe magis communem opinionem dicit Alex. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulg. & pupilla. Ant. Gomez. Varia. Reſo. tomo. 1. c. 2. nu. 15.

4 Scias tamen quòd in hac bonorũ poſſeſſione tali caſu requiritur, ſicut olim decretũ iudicis, quia facti eſt, non iuris, & habet uim curationis & adminiſtrationis bonorum, in qua requiritur decretum. ita tenet Bal. l. fi. C. qui admitti, & hanc eſſe cõmunẽ Doctorum ſententiam, dicit Gomez. d. c. 2. numer. decimoquinto.

5 Succeſſiuè quæro, nunquid hæc concluſio, quæ uult pendente conditione inſtituto dari bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, habeat locum in teſtamento matris? Reſp. quòd ſic, dummodo inſtitutus ſit ſub conditione non poteſtatiua. ita eſt gl. l. hi demum, ff. de bonorum poſſ. ſecundum tabul. quam dicit communiter probatam Vaſqui. l. filijs matrem. C. de inoffi. teſtamento, num. 9.

Quæſtio Trigeſima.

SVMMARIVM.

1 *Septima bonorum poſſeſſio quæ ſit, & quæ requirantur nu. 2.*

CIrca bonorum poſſeſſiones ab inteſtato ordinarias nõ inſiſto, quia infra. §. ſucceſſio ab inteſtato, quæ neceſſaria hodie ſunt, attingam.

1 Dixi autem ſeptimam eſſe extraordinariã bonorum poſſeſſionẽ q̃ admodũ fuit neceſſaria, ut ſi ex lege aliqua noua d̃feratur ſucceſſio bonorum alicui, qui non attingit defunctum ex aliquo capite, Vnde ex legibus nũcupata eſt: pone enim quòd per. Cæſaream conſtitutionem decedente aliquo ex collegio uel uniuerſitate deferatur bonorum poſſeſſio defuncti ſine agnatis, uel cognatis, ſeniori in ipſo collegio: Namq; nulla ei competit nominata bonum poſſeſſio, quia nec filius, nec agnatus, nec cognatus, nec uir, nec uxor, nec iure ciuili adire poteſt, cum lex. deferat bon. poſſ. non hæreditatem. Vnde neceſſaria fuit hæc extra ordinaria.

2 Requiruntur autem ut locum habeat hæc bonorum poſſeſſio quatuor, ſecundum magis communiter approbata, ut dicit Iaſ. d. l. fi. nu. ſeptimo. C. Vnde legit. Primo, quòd deferatur poſſeſſio bonorũ ex legibus nouis, uel S. Conſ. Secundo quòd ſint leges ciuiles non prætorię. Tertio, quòd per illas leges deferatur bonorum poſſeſſio expreſſe & ſpecialiter: non autem in indiuiduo nominatim, alias illa nominata competeret. Quarto, quòd nõ ſit uocatus per aliam legem ciuilem ad hęreditatem.

Quæſtio Trigeſimaprima.

SVMMARIVM.

Quæ ſit bonorum poſſeſſio gratia litis agnoſcendæ.

QVæro, quæ dicatur, vel ſit illa bonorum poſſeſſio litis agnoſcẽdæ? Reſp. Ardua hæc eſt quæſtio, de qua nõ eſt qui dubitauerit. Glo. l. Papinianus. §. 1. C. de inoffi. teſta. exiſtimauit conceſſionem ſigni cuiuſdam eſſe, per quod emancipatus uel alius de iure ciuili incognitus cognoſcitur à iure ciuili. Nam emancipatus fuit incognitus de iure ciuili, nõ potuit querelam mouere inofficioſi teſtamenti, tanquam remedium iuris ciuilis, niſi accepto a prætore, id eſt iudice annulo, uel ſigno aliquo, quaſi tunc inciperet uideri a iure ciuili cognitus & capax fieri remediorum iuris ciuilis, isq; erat modus bonorum poſſeſſionis gratia litis agnoſcẽda cum hac gloſſæ opinione tranſeunt pleriq; interpretes, & eſt cõmunis ut dicit Alex. l. fi. nu. 8. C. Vnde legit. & cõmuniter hanc gloſſam eſſe probatam dicit Fulgoſ. Alber. l. 2. C. de inoffi. teſtam. Iaſ. d. l. fi. nu. 7. Dec. nu. 12. & ex communi refert Vaſq. l. 2. num. 1. C. de inoffi. teſtam. & quòd in Accurſij ſententiam plerique omnes iuerint dicit Ant. Gouea. lib. 1. obſerua. c. 6.

Sed aliter à quibuſdam traditum eſt, ſcilicet quòd emãcipato nõ detur querela, niſi prius certum ſit, quód ipſe expugnato teſtamento hęres fiet ab inteſtato. id autem certum eſſe non poteſt, niſi ipſe priuſquam querelam proponat bonorrm poſſeſſionem ab inteſtato agnoſcat ſub conditione, hac ſi is obtinuerit in querela, quoniam aliàs reſciſſo per quere-

querelam teſtamento, potuiſſet ab hæreditate abſtinere. Ea igitur erat bonorũ poſſeſſio. Vnde liberi, qua parte prætor Emancipatos vna cũ ſuis vocat. Hanc ſententiá tenet Iac. Aret. Bar. qui ſubdit id per Doctores teneri, & hũc intellectũ veriorẽ dicit Paul. de Caſtr. d. l. fin. C. Vnde legit. & hunc intellectum vt veriorem, ita ſibi receptiorem videri aſſerit Fernan. Vaſq. l. 2. C. de inoſ. teſtam. & latè reſoluit lib. 1. de ſucceſſ. creat. §. 30. nu. 147. & probat Gouea. d. c. 6. Sed hæc q. in practica parum vtilis eſt, igitur omitto de ea multa dicere.

§. Legatum.

ANtequam ad ipſam teſtamentorum materiã accedamus, ſiquidem aliæ vltimæ voluntates in teſtamentis expediri ſolent, utputa legata, fideicommiſſa, donationes; multa quoque ad ordinationem & formam neceſſaria ſunt, de iis prius, ut eo rectius teſtamentorũ materia intelligi poſſit, deſpiciemus, & primo de legatis. Eſt autem hęc materia diffuſiſſima, obſcura, & intricata, in qua magis neceſſarias et in practica utiliores queſtiones reſoluam.

Queſtio Prima.

S V M M A R I A.

1 *An legata & fideicommiſſa hodie ſint adæquata, & quatenus, nu. 2. limita quando circuitus fideicommiſſi eſt utilis. nu. 3.*

4 *An procedat in vniuerſalibus.*

1 PRo perfecta intelligentia præmitto, antiquitus fuiſſe differẽtiá inter legata & fideicõmiſſa, hodie verò legata & fideicõmiſſa ſunt adæquata. tex. l. 1. ff. de leg. 1. ibi glo. l. 2. C. cõ. de legat. & hãc cõmunẽ dicit opinionẽ Rip. d. l. 1. An autẽ tẽpore Vlpiani poſt d. l. 1. remãſerint aliquæ differẽtiæ, q̃ poſtea per cõſtitutionẽ Iuſtiniani ſublatę ſint, & tandẽ plena facta ſit adæquatio, vt communẽ fatetur opinionẽ eſſe Bolog. ibid. nu. 114. Socin. nu. 116. Licet contrariã communem aſſerit Fernand. Vaſq de ſucceſſ. Tamen non in iſto, quòd hodie parũ habeat vtilitatis.

2 Prædictã cõmun concluſionẽ intellige, q; ab vtraque parte ſint adæquata, ita q; nulla remanſerit differentia, tam quo ad ſui effectũ vim, & poteſtatẽ, vt vires fideicõmiſſi ſint attributę legatis, & cõtra, quã quo ad modũ inducendi, tã circa perſonas legantis & legatarij, q̃ circa res & actiones, hanc dicit eſſe com. opin. Boló. d. l. 1. n. 95. Iac. de Nigris. nu. 30. Cro. nu. 23. Soc. Iun. nu. 58. & nu. 139.

Ideoq; per quęcũq; verba idonea legari poteſt, ſicut & fideicõmitti: Imo nutu legari ſicut fideicõmitti poteſt; itẽ in teſtamento & ab inteſtato, & à legatario legari poteſt ſicut fideicommitti, vt infra obſeruabimus.

3 Scias tamẽ, quòd hæc adæquatio procedit hodie in illis caſibus, quibus illorũ circuitus inutilis habetur, ſecus quando circuitus fideicommiſſi vſui eſſe poteſt, vt patet in fideicõmiſſaria libertate: Nã ſi datur de manu heredis ipſe conſequitur ius patronatus. Sed ſi legatur libertas, ille efficitur ipſo iure libertus, neque hæres conſequitur ius patronatus. hãc dicit eſſe cõmunem opinionem Porcus. §. Sed non vſq;. nu. 7. Inſtit. de leg. Bolog. d. l. 1. nu. 164. verſ. 3. eſt cõcluſio. & receptum oſtendit Franciſ. Ripa. dict. l. prima. nu. 24. ff. de lega. 1. quem refert & ſequitur Emanuel. Soarez. addit ad Gomez. variar. reſoluit. Tom. 1. c. 12. 1 Verb. erat differentia, & in Theſau. recept. ſentent. Verb. legatum. nu. 53.

4 Intellige etiam ſupradictam concluſionem vt procedat in particularibus fideicommiſſis, ſecus in vniuerſalibus. Non enim ſunt adæquata legatis, ita tenet gl. d. l. 1. quam ſequitur B. & alij cõmuniter, vt dicit Ripa ibid. n. 30. Gomez. d. cap. 12. nu. 1. Paul. Picus l. quartam. nu. 2. ff. ad l. falcid.

Queſtio Secunda.

S V M M A R I V M.

An legatum ſit pars teſtamenti.

Quæ-

QVæro an legatũ ſit pars teſtamẽti? Reſp. Cõmunis & recepta eſt doctorũ opinio, ꝙ legatũ nõ eſt pars integralis teſtamenti in genere cõſiderati: non enim ad integrandum teſtamentum requiritur legatum, cum abſque eo fieri & conſiſtere poſſit. & hoc eſt expeditũ & quod ſit com. opi. dicit Maria. Soc. Rubr. ff. de leg. 1. nu. 19. Bolog. nu. 62.

In ſpecie vero ſumpti & iam facti teſtamenti pars eſt integralis ex voluntate teſtatoris & accidentaliter non ſimpliciter, & ex natura teſtamenti. ita tenet Bar. d. Rubr. & ſequuntur alij cõiter, vt ait Socin. ibi. nu. 20. & quòd acceſſoria ſint teſtamenti legata frequenter placitum enunciat Pontanus ibid. nu. 6. Crotus Rubr. de teſtament. nu. 6. & late reſoluit Crauet. ibi. nu. 16. & ſeq.

Quæſtio Tertia.

SVMMARIVM.

Quid ſit legatum.

QVæro quid ſit legatum? Reſp. Legatum donatio quædam eſt à defuncto relicta, ab hærede præſtanda. text. l. Legatum. ff. de leg. 1. glo. & communiter Doct. l. legatum. ff. de leg. 2. vt dicit Anton. Gomez. c. 12. nu. 3. Intelligitur autem ſecundum communiter accidentia, quia legatum etiã traditur quãdoq; in vita per teſtatorẽ. tales diffinitiones valere quę ad cõmuniter accidentia adaptari poſſunt, tenet glo. l. omnis definitio. ff. de Reg. Iur. & ibi Cagnol. hanc dicit eſſe communẽ opinionem, & in l. ſi emancipati. nu. 20. C. de collat. Vaſqui. de ſucceſſ. progreſſu. libr. 3. §. 27. nu. 1.

Sed nunquid tale legatum traditum in vita legatario, deſinit eſſe legatum & tranſit in contractum inter viuos? Reſpond. Quòd ſi teſtator ſimpliciter rem in vita tradit, non ex primendo an ex cauſa legati tradat, tranſit in donationem inter viuos: & non poterit amplius reuocari. Si vero ex cauſa præcedentis legati expreſſim rem legatam tradiderit legatario, legatum permanebit firmũ cũ omnibus qua itatibus; & poterit ad libitũ reuocari, omniaq; in legato diſpoſita locũ habent. ita tenet Bar. dict. l. legatũ, & cõem eſſe opinionem enunciat Anto. Gomez. Variar. Reſol. To. 1. c. 12. nu. 4.

Quæſtio Quarta.

SVMMARIA.

1 *An filius fam. legare poſſit.*

2 *Quid ſi ſtatuto teſtari eſt permiſſitur.*

NVnc videndũ eſt quæ perſonæ legare, & quibus legata relinqui

1 poſſint. Et imprimis quæro. An filiusfamilias poſſit legare? Reſp. ꝙ non. ita tenet gloſſ. l. 2. ff. de lega. 1. & quòd cũ illa gloſ. doct. cõmuniter trãſeunt, dicit ibi Ruin. i prin. Iaſ. l. Seniũ. n. 8. C. de teſta. Alex. conſil. 53. nu. 8. vol. 7. & de hoc nõ eſſe dubium aſſerit Comez. c. ſi pater, de teſtament. in 6. & quòd hæc ſit communis opinio teſtatur Plotus addit. ad conſil. Martini Lauden. conſ. 59. nu. 9. Hyp. Riminald. Inſtit. de donat. in prin. nu. 469. verſ. 6. ſuccedit differentia.

2 Sed quid ſi ſtatuto cautũ ſit minorẽ. 25. annis teſtari non poſſe, nũquid legatum vel fideicõmiſſum relinquere poterit? Reſp. Bald. in l. fin. C. de teſtamẽ. tenet ꝙ nõ. quẽ Cuma. & alij ſequuntur, quia iſtud ſtatutũ eſt contrariũ iuri communi, ſi quidem cuilibet puberi teſtari permittitur niſi aliud impediat, itaque ſtricte tantum in caſu quo loquitur intelligi debet.

Cõtrariũ, ꝙ imo minor ex forma ſtatuti prohibitus teſtari, nõ poſſit et legare, & fideicõmittere, tenet Bar. d. l. ſciẽdũ, quẽ ſequitur Pau. de Ca. Aret. Alex. & eſt communis opinio, vt firmat Soc. Repet. d. l. ſciendum. nu. 120. dicens ab ea in conſulendo & iudicando non eſſe recedendum, idq; propter eandem rationem ſtatuti, qua prohibetur teſtari, ſcilicet ne propter ætatis lubricũ in diſponẽdo de ſuis bonis aliquo modo ſeducatur, quæ ſola ratio cõſiderabilis eſt, ſi non ſit expreſſa, quo caſu etiã propter idẽtitatẽ rationis lex correctoria extẽditur ad aliũ caſũ, qui ſaltẽ lata ſignificatione ſub verbis legis cõprehenditur. vt tradũt omnes l. quamuis. C. de fideicom.

Quæſtio Quinta.

SVMMARIVM.

An mutus legare poſſit.

QVero an mutus legare vel fideicommittere poſſit? Reſpond. ꝙ ſi ali-

ſi aliquo accidentali morbo impeditus fuerit, vt verbis vti non poſſit, legare ei vel fideicommittere permittitur, quia ſo lo nutu relinquere poteſt, text. in l. ſcien dum. ff. de legat. 1. qui ita intelligitur, nō de eo qui loqui non vult, vt quidam falſo opinatur. hanc dicit eſſe communem opinionem ibi Socin. nu. 130. Quia talis mutus ex quo habet impedimentum, tantum temporale, non perdit teſtamenti factionem, merito igitur legare non prohiberi debet. B. l. nutu. ff. de lega. 2. & cum eo trāſeunt communiter Doct. in l. diſcretis. ff. qui teſtamenc. fac. poſſ.

Quæſtio Sexta.

SVMMARIA.

1 *An filio naturali uel ſpurio legari poſſit.*
2 *Legatum pro alimentis an ad hæredes ſpurij tranſeat.*
3 *An ſtatuto permitti poſſit.*

1 QVæro, An filio naturali vel ſpurio legari poſſit? Reſpond. quòd ad filium naturalē attinet res clara eſt Auth. licet C. de natur. lib. Sed ſpurio lex prohibet relinqui. Solū de iure Canonico permittitur, quòd ei legare poſſit a patre uſque ad alimenta vitæ neceſſaria. Cui iuri Canonico etiam ſtatui iure ciuili, vt eſt gl. cap. cū haberet, extra de eo qui duxit in matrimoniū, & hanc eſſe communem opinionē Iaſon enūciat conſi. 26. num. 4. lib. 1. Ioan. dilect. tract. de arte teſtandi, titul. primo Caut. 14. nu. 14. Communem quoque dicit Decius cap. clerici. numer. 4. ext. de iudit. c. in præſentia, nu. 115. de probat. Ripa Repet. l. ſi unquā. quæſt. 27. nu. 68. C. de reuocand. donat. & Rubr. ff. de verborū obligatio. num 58. hāc quoque communem refert Pet. a Duen. tract. Reg. 366. limit. 4. Calcan. conſil. 58. num. 2. & ſequent. Couar. 4. lib. decret. cap. 8. §. 6. nu. 6. & magis communem dicit Ant. Gabriel. Roman. concluſ. 1. titu. de alim ent. lib. 6. num. 8.

2 Et hæc concluſio, quòd pater filio ſpurio nihil legare poſſit, niſi pro alimentis adeo uerum eſt, ut id quòd pro alimentis legauit, non tranſeat ad eius hæredes ſed redibit ad hæredes patris, ita tenet Bald. l. eam quam, C. de fideicommiſ. & dicit eſſe communem opinionem Gabriel. Roma. dicta concluſ. 1. num. 33. & generaliter, quòd relictum a patre ſpurio a lege legitimis liberis uel cognatis proximioribus defertur, dicit communem eſſe Alexander l. hæreditas. C. de his quibus vt indig. in conſi. 74. nu. 6. volum. 3. Bermon. in d. tract. de pub. concub. pag. 318. nu. 21. verſ. ego autem puto, Communem refert Petr. a Duen. Reg. 166. num. 2.

3 Sed quid ſi ſtatuto inter patrem, & filium permittatur teſtamenti factio, Nūquid tale ſtatutum ualebit ut filius vel inſtitui, vel ei relinqui poſſit in teſtamento? Reſpond. quòd tale ſtatutum non valet. ita tenet Bal. l. cunctos populos, nu. 13. C. de ſumma Trinit. & hanc dicit eſſe communem opinionem Ioan. Baptiſ. de Cacciolup. ibi numer. 170. Decius in c. in præſentia, num. 124. ext. de probat. Ioan. Dilect. de arte teſtandi, tit. 1. caut. 14. nu. 1. Eandem dicit eſſe communem opinionem cum multis per eum laudatis, Ferdinand. Loazer. tracta. de matrimon. 2. dubio, 2. fundamento pro parte negatiua, nu. 7. Couar. 4. lib. decret. capite 8. §. 5. nu. 6. Communem quoque refert Petrus a Duen. d. Regul. 66. ampliat. 1. Valēt. Forſter. tractat. ſucceſ. ab inteſtat. lib. 2. Rubr. de ſucceſ. ſpurij extenſione 1.

Quæſtio Septima.

SVMMARIVM.

An fratribus mendicantibus legari poſſit.

QVæro, An fratribus mēdicātibus, qui nihil proprium habere poſsūt legatum ualeat? Reſpond. Articulus hic controuertitur, ſed diſtinguendum eſt: Alij ſunt mendicātes ex Regula, ut fratres minores, & his relinqui non pōt, ēt quo ad æſtimationem, vt vendatur, & in ſuos uſus neceſſarios erogent. ita tenent Bal. Auth. ſi qua mulier, C. de ſacroſāct. eccl. & quòd hec ſit magis cōmunis opinio dicit Signorol. de Homod. conſi. 4. & magis cōmunem aſſerit Gabriel. Rom. com. cōcluſ. lib. 4 tit. de hęr. inſtitut. concluſ. 1, nu. 1. licet contrariam opinionem aſſerat communem Cur. Iunior cōſil. 30. numer. 7. Communem dicit Felin. c. in præ-

præſentia, verſic. quam, ext. de probat. Aretin. l. 1. ff. de teſtam.

Alii ſunt mendicantes magis ex conſtitutione quã ex ordine: quales ſunt fratres prædicatores, & his relinqui uel legari poteſt, non ut retineant ipſi uel in cõmuni, ſed ut uẽdãt & erogent ad uſus neceſſarios. hãc dicit eſſe cõmunẽ opinionẽ Dec. d. c. in præſentia, ext. de probat. Aretin. l. 1. col. 9. ff. de teſtam. licet ipſe de iure cõtrariã opinionẽ veriorem credat. Cõmunẽ quoq; dicit Nicol. de Vbald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſtat. Cleri. num. 5. hãc dicit magis cõmunẽ Gabriel. Roma. com. concluſ. lib. 4. tit. de leg. concluſ. 1. nu. 33.

Quæſtio Octaua.

SVMMARIA.

1 *An bãnito poſſit legari, & quatenus nu. 2.*

3 *Quid ſi expreſſe iuris communis protectione eximatur.*

1 QVæro an bannito poſſit legari? Reſpond. Diſtinguẽdũ eſt, Aut bãnitus perpetuo & excluſus a ciuitate ſtante ſtatuto, quòd bannitus poſſit impune offendi, & tũc eſt omnino incapax omniũ bonorũ & ſucceſſionis omnium ſibi delatorum ex ſtatuto in territorio banniẽtiũ, non aũt perdit ea, quæ ſibi obueniunt de iure, & ſic non perdit hæreditates quæ ſibi obueniunt ex teſtamẽto, uel ab inteſtato. Aut uero non extat ſtatutũ quòd poſſit impune offendi, & tũc talis bannitus poteſt capere omnia, quæ ſibi fuerunt delata, uel ex iuris communis diſpoſitione, vel ex ſtatuto principis, vel ciuitatis bannientis. ita diſtinguit Bar. in ſua diſputa. incip. Lucanæ ciuitatis, quẽ cum multis aliis laudat Clarus §. teſtamẽtũ, q. 20. Vltra Clarũ hãc quoque dicit eſſe cõmunẽ opinionẽ Corn. conſil. 53. volu. 1. Ludo. Catus conſ. crimin. 103. tom. 1. ubi plures alios de communi atteſtãtes refert, nu. 5. Neuiz. cõſ. 71. quos refert Burſ. cõſi. 54. nu. 1. & nu. 24. & veriorẽ Bar. opinionem dicit Mandel. Alban. conſil. 17. nume. 21.

2 Et hæc communis Bart. doctrina ſecundum omnes ſine ſcrupulo procedit, quo ad bona extra territorium banniẽtiũ ſita, ut ea capere poſſit uel ex teſtamento uel ab inteſtato de iure communi. Sed difficultas eſt de bonis in territorio bannientium. Et quàm plures ſunt, qui exiſtimãt bannitum eſſe omnino incapacem omnium ſibi delatorum tam uigore ſtatuti, uel iuris municipalis, quàm ex diſpoſitione iuris communis, & hanc ſupradicti omnes communem eſſe opinionem fatentur ut teſtatur Ludo. Catus d. conſil. 103. nu. 5. qui refert, quòd eã communem aſſerat Iaſ. d. l. 1. C. de hære. inſtit. & dicit ita quã plures ſolennes doctores conſuluiſſe, & hanc ſententiam eſſe veriorẽ & ſecuriorem hanc dicit eſſe cõmunẽ late declarãs eam Boſsius tit. de Bannit. Ioſeph. Ludo. in deciſ. Peruſ. deciſ. 11. nu. 7. & ſeq. Quia ex quo ſtatutũ vult bannitum impune offendi & occidi, cenſetur eos feciſſe tãquã rebelles & diffidatos in territorio banniẽtium, ideoq; tanquã rebelles & diffidati ſiunt omnino, & ipſo iure incapaces bonorum, & nullo pacto poſſunt quicquã acquirere in territorio bannientium. Sed quicquid dicant ſupradicti doctores reuera magis communis eſt Doctorum ſententia, quòd indiſtinctè bannitus non perdit beneficia iuris communis, & facultatem ſuccedendi de iure communi: Sed tantum beneficia inducta a ſtatutis inductis a ciuitate banniente, ut firmant doctores laudati per Clarum, & quod ſit magis communis teſtatur Ang. §. 1. Inſtit. Quibus mod. ius patriæ poteſt. ſoluitur, ſubdens ab ea non eſſe recedendum, quem refert & ſequitur ibi Ioan. Sbhneidevvein. §. Cum autem nu. 13. & magis communem eſſe ſcriptorum ſententiam aſſerit Hier. Alban. cõſi. 8. nu. 28. & patet ex authoritatibus relatis per Hypol. de Marſil. pract. crim. §. aggredior, nu. 100.

3 Verum tamen eſt, quòd ſi ſtatutum non tantum permitteret impune occidi bannitum, ſed poneret eum extra omnem protectionem iuris communis, quòd tunc omnino ſit incapax, & non gaudeat iuris communis beneficio in territorio, a quo bannitus eſt; Ita ſine difficultate omnes Doct. concludere dicit Ludo. Catus d. conſil. 130. nu. 6. verſ. alius eſt caſus.

Quæ-

Quæſtio Nona.

SVMMARIA.

1 *An legatum ſeruo proprio ualeat.& nu.2. quo ad alimenta.*
3 *Quid in fratribus mendicantibus.*

1 QVero an legatum ſeruo proprio relictum ualeat? Reſp. Cōmunis eſt opinio,tale legatum ſine libertate nō valere,quia proprium non poteſt habere, nec ei quæritur obligatio vel actio, ſed ſi acquireretur, ſtatim transferret ad hæredem,& ſibijpſi eſſet obligatus, ſecus ſi cum libertate ſit relictum, quia utrunque acquiritur uno momento.

2 Intellige tamen prædicta præterquā in legato alimentorum, illud enim ualet,ut petatur ſaltem officio iudicis.tex. l.ſi legatarius,§.1.ff.de leg.3. Communem dicit Gomez.c.12.lib.1. num.46.

3 Ex quo infertur licet fratribus minoribus, uel aliis qui non poſſunt habere proprium legari non poſſit, ut dixi ſupra q. tamen alimentorum cauſa relinqui poſſe ita tenet Bar.d.l. ſeruo alieno. & communē dicit Gomez citato loco.

Queſtio Decima.

SVMMARIVM.

An deportato legari poſsit.

QVero an deportato legatum relinqui poſſit?Reſp.quòd non, quia ſucceſſionis & teſtamenti actiuè & paſſiuè ſit incapax, ut hæreditas ſibi delata, deferatur aliis inſtitutis, uel uenietibus ab inteſtato, ac ſi deportatus inſtitutus vel ei quid relictum non eſſet. & quòd iſtis omni iure teſtamenti uel codicillorum actiua uel paſſiua, factio negatur, dicit communem opinionem Fernand. Vaſqui.de ſucceſſ.progreſſ.§.2.nu.15.& 16.& ſeq.& præfat.lib.1. eandem par.n. 188.Capra trac.Reg. Reg.102. nu.103. cū multis ſeq.& 171.& 172.quos refert Burſat.conſ.48.nu.27.verſ.accedat,uol. 1.Clarus §.teſtamentum,q.21.& 22.Vide quæ dixi infra. §. teſtamentum.

Quæſtio Vndecima.

SVMMARIVM.

An excommunicato legari poſsit.

QVæro item, An excommunicatus legata capere poſſit. Vide quæ dixi infra §.teſtamentum, q. An excōmunicatus habeat teſtamenti factionem.

Et nota generaliter, quòd qui teſtamentum facere non poſſunt, nec legata quoque relinquere poſſint, & econtra, illis, qui ex teſtamento accipere prohibentur, nihil legari poteſt, vt notant omnes dict.l.ſciendum, ff. de leg.1.de quo vide infra.§.teſtamentum.

Quæſtio Duodecima.

SVMMARIA.

1 *An uniuerſitati legari poſſit.*
2 *An collegio illicito.*

QVæro nunquid ſicut particulari perſonæ ita eſt vniuerſitati, villę, vel ciuitati poſſit legatum relinqui? Reſpond. quòd ſic, non ſaltem expreſſe, ſed etiā tacite, vt ſi quis leget mille pro educandis pueris pauperibus vel maritādis virginibus, vel ſchola publica erigenda. tale namq; legatum valet. ita tenet gloſ. ord. l. ſi quid relictum. ff. de leg. 1. ibi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. communiter Doct.gloſ.l.legatum.ff.de vſufruct.leg. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Gomez.lib.1.cap.12.nu.6.

2 Sed quid in collegio illicito nunquid ei legari poſſit? Reſp. quòd non.ita tenet Bar.l.2. ff. de leg.2. & hanc dicit eſſe communem opinionem ibi Alex. nu. 3. Iaſ.nu.33.Socin.nu.6.Ripa.nu.20.quos refert Fernand. Vaſ. de ſucceſ. progreſſ. lib.1.§.2 nu.22.

Quæſtio Decimatertia.

SVMMARIA.

1 *Qui poſſit grauari ad legata præſtanda.*
2 *An pater & dominus filio & ſeruo inſtitutis grauari poſſint.*
3 *Qui in hærede hæredis.nu.4.*
5 *An a ſubſtituto legari poſsit.*
6 *An ſuccedētes ab inteſtato grauari poſsint.*
7 *An omnis qui habet commodum a teſtatore poſsit grauari.*

1 SVcceſſiuè nunc quæro qui poſſint grauari ad legatum præſtandum? Reſpond. Grauari poſſunt ij,quibus aliquid datur text.in l.quidam,§. fin. ff. de leg. 1. Et hoc quidem nō habet dubium in ijs, qui immediatè à defuncto accipiunt,vt hæres.

2 Sed quid in eo qui per alium capit & oblique ſentit cōmodum ex diſpoſitione

neceſſarios dixit, vt pater. Dominus, qui per filium & ſeruum a defuncto inſtitutum acquirunt? Reſpon. Primo hos quoque grauari poſſe legatis. ita tenent omnes Doct. d. l. cum filiofamil. ff. de legat. 1. ut ibid. aſſerit Ant. Bauer. nu. 5. & nu. 115. ita quoque dicit omnes tenere Socin. ibidem nu. 13. Quia ipſi aliquali iudicio teſtatoris vocati uidentur. Bar. d. l. cum filiofam. & cum eo tranſeunt magis communiter Doct. ut dicit Socin. ibid. nu. 12. in prin. & 1. par. glo. nu. 51. & ſeq. Quin imo illa legata & fideicommiſſa, licet inſpecto uerborum rigore non debeantur à filio uel ſeruo: Tamen attento effectu & mente, debentur ex perſona illorum, & illis iniuncta cenſentur. ita communiter Doct. tranſire dicit Bauer. d. l. cum filiofamil. nu. 79. Soc. 1. par. gl. nu. 20.

3 Sed nunquid hæres hæredis grauari poſſit ad legatũ præſtandũ? Reſp. Quod ſi iniunctum fuerit legatum hæredi hæredis ſub generali, uel appellatiuo nomine, legatum valet. tex. l. ſi fecit. ff. de leg. 3. & in hoc concordant omnes, ut dicit Soc. d. Repet. l. cum filio. nu. 66. gl. j. hãc dicit communem ibi Bolog. nu. 74. Communem quoq; dicit Bauer. nu. 24. Nam & hi videntur habere ex quodam teſtatoris iudicio; cum hæres uel legatarius neceſſario ſit habiturus hæredẽ, in quẽ bona ſua tranſibunt, ut uoluit glo. communiter approb. l. ſed etſi ſic, in fin. ff. de leg. 3. ſecundum Soc. d. 1. par. gl. nu. 66. Vnde relinquendo hæredi uidetur quoque hæredi eius relinquere; cũ eis per ſubſtitutionẽ alias potuiſſet admittere.

Si uero hæres hæredis, uel legatarij proprio nomine grauatus fuerit, ut ſi Titio inſtituto hærede dixero, ſi Seius fuerit hæres decem Caio det, ſi ſuccedat Titio Seius, non tenebitur ad decem. text. eſt ſecundum omnes Doc. d. l. ſed etſi ſic de leg. 3. Quia quod ſuccedit, non ex iudicio meo, ſed fortuna euenit, ut dicit Soc. ubi ſupra n. 69.

4 Sed quid ſi ſub nomine hæredis proprio grauetur ille, qui ſit hæredi uerisimiliter ſucceſſurus, vt ſi Celſus filius tuus hæres, decẽ dabit? Reſp. Pet. de Bellut. tenet tale legatũ uel fideicõmiſſum valere, ſed contrarium dicit Iaſ. in d. l. cũ filio, poſt Soci. & hæc eſt cõmunis DD. ſententia ut aſſerit Maria. Soc. Iun. Repet. d. l. cum filio. nu. 72. Quia grauatus proprio nomine quicunque ſit, nõ uidetur grauari intuitu honoris & cõmodi ab ipſo teſtatore in ipsũ deſcendẽtis, ſed à primo hærede cõferendi, ideo iniũctũ a teſtatore onus valere non debet.

Sed opinio Petri benignior & probabilior eſſe uidetur, quam etiam probat Soc. Iun. d. l. cum filiofamil. nu. 71. neque enim hoc caſu iudicium teſtatoris cõcurrit, ac in præcedenti. Sicut enim uerisimile eſt hæredem habiturũ ſucceſſores; ita & uerisimile eſt filiũ ei ſucceſſurũ, itaque iudicium teſtatoris eſt ut ipſe hẽat, hãc ſententiã ſequitur Bolog. ibid. & ita hẽs ex prędictis ẽt hærede, illorũ qbus aliquid dat, grauari, ſi non fortuiti ſint, ſed certa volũtate defuncti hæres fiunt.

5 Quæro an a ſubſtituto legari poſſit? Reſp. Subſtitutũ grauari poſſe. text. l. ſi eadem. ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſtamenti.

Sed quid in ſubſtituto filij exhæredati? Reſp. Communis eſt Doct. ſententia quod grauari nõ poſſit, etiamſi exhæredato certa res eſſet legata, & in illa ſubſtitutus, quamuis ipſe exhęredatus in eõ quod legatum eſt grauari poſſit. ita communiter tenere Doct. dicit Io. Bolog. d. l. ſi filiofamil. nu. 55. In ratione inueniẽda mirè ſe torquẽt Doct. tandẽ ſpeciale eſſe quidam aſſeuerarunt, nec poſſe rõnẽ concludentẽ aſſignari. Bar. & magis cõmuniter Doc. vt dicit Bauer. d. l. cũ filio n. 20. & ibi Soc. in gl. j. par. n. 43. dicit q de hoc qũ nox Iuriſtarum incæcbuit.

6 Quæro nunquid ẽt ſuccedentes ab inteſtato grauari poſſint ad legata præſtãda? Reſp. quod ſic tex. l. 1. §. ſciendum. de leg. 3. Quia non tantum grauari poteſt, qui iudicio teſtatoris aliquid habiturus de bonis ſuis, ſi id fiat conferendo, ſed ẽt non adimendo. Nam tacite eis hæreditatem relinquere uidetur. Et hoc dicit indubitatũ in his, qui iure ciuili ſuccedũt, uel ſuccedere poſſunt. Soc. Iun. d. l. cũ filiofam. nu. 76. Verſ. hoc indubitatũ eſt. Sed dubiũ, ſi quis iure prætorio tantum uocatus ſit, an is grauari poſſit, & gl. l. 1. §. 2. Verſ. uel maxime de collat. bono. tenet quod nõ. quam ſequitur Bald. Rub. C. qui admitti, q. 5. Alex. in apoſtil. ad Bart. d. verſ. vel maxime. Ang. d. l. cũ

D filio.

filio. quia non videntur vocati ex voluntate defuncti: & hanc ſententiam dicit videri communionem Soc. d. l. cum filio. numer. ſeptuageſimo ſeptimo. Sed contrariũ tenet Bar. d. l. 1. & ſequitur Imol. l. ſi Titio, §. Iulianus, ff. de leg. 2. Socin. Iunior. d. l. cum filio. Quia is qui ab inteſtato decedit, ei qui iure prætorio ſolum modo vocatus eſt, tacite dicitur hæreditatem relinquere, & ita diſponere de bonis ſuis, ſicut lex diſponit, nec diuerſum in bonorum poſſeſſione quam hæreditate ſtatuendum eſt. Iaſon. l. ſi Titio, not. 2. de leg. 1. & hæc ſententia verior eſt, & prædictam gloſſam communiter reprehendi dicit Bolog. d. l. cũ filio. num. nonageſimo tertio.

7 Quæro etiam iuxta prædicta an hoc quod dixi legatis grauari poſſe eum, cui aliquid datur, an habeat locum in quocunque commodo etiam, quod quis habet ex teſtamento? Reſp. quod non, ſed pecuniario tantum. Namq; ſi legatum non continet commodum pecuniariũ, vt puta libertatis vel iuris patronatus, legatarius grauari nõ põt. tex. l. plane. ff. de legat. 1. §. ſi. & ita communiter tenetur, vt dicit Bolog. d. l. cũ filio, nu. 44. idẽ Bauer. ibid. nu. 22. Soc. in 2. par. gl. num. 21. Quia vt quis grauari poſſit, debet quid ſimile ex teſtamento cõſequi communiter Doc. vt ait Bolog. ibid.

Quæſtio Decimaquarta.

S V M M A R I A.

1 *Res propria teſtatoris legari poteſt.*
2 *An res aliena ignoranter uel ſcienter legari poſſit.*
3 *Hoc procedit ſi extraneo ſit legatum, ſecus ſi conſanguineo.*
4 *Quid ſi credit ſuã ex titulo ſpãli extinctũ.*
5 *Quid ſi legauit ad pĩas cauſas.*
6 *Scientiam allegans probare tenetur.*
7 *Quid in re hæredis inſtituti.*
8 *Quid ſi in re hæredis habet ius aliquod.*
9 *Quid ſi rem alienam nõ hæredis, in qua habet ius legauerit.*
10 *Quid ſi teſtator nominauerit expreſſè portionem.*
11 *Quid ſi ius illud ſit morte periturum.*
12 *Quid ſi ad menſuram reliquit.*
13 *Quid ſi rei alienæ legatæ partẽ alienã emit.*
14 *Legato Emphiteutico fundo tantũ ius teſtatoris legatum. cenſetur.*
15 *Quid in re dotali legata.*
16 *Quid in re minoris.*
17 *Quid in re eccleſiæ.*
18 *Quid in re feudali.*
19 *An de legato rei alienæ dicta procedant quoque iure Canonico.*

1 DIctum de perſonis, quæ quibus relinquere & à quibus relinqui, ſiue quæ perſonæ grauari poſſint ad legata præſtanda. Nunc videndum de rebus, quæ legari poſſunt: Et primo nõ eſt dubiũ quin res ꝓpria teſtatoris legari poſſit. tex. §. ſi quis rem ſuã Inſtit. de legat.

2 Sed quid in re aliena, nunquid illa quoq; legari poterit? Reſp. diſtinguẽdũ eſt, aut enim teſtator legat rẽ alienam, ſciẽs prudensque, quia dicit ſe ſcire rem alienã eſſe, & tũc valet legatũ, & hæres cogitur vel rẽ emere, & eã tradere legatario, vel eius æſtimationẽ ei ſoluere, & ſi tradat aſtringitur periculo euictionis. Aut ignorãter, & nõ valet legatũ, nec debetur æſtimatio. tex. eſt in l. cũ rẽ alienã, C. de leg. ibi gl. quam dicit communiter approbatã Alex. idem aſſerit. Io. Dilect. tract. de arte teſtãdi, tit. 6. Caut. 32. nu. 2. & communem dicit eſſe opinionem Antonius Gomez. tract. Varia. Reſolut. Tom. 1. cap. 12. nu. 13.

3 Intellige tamẽ hãc cõmunem ſi teſtator ignorãter legaret rẽ alienam extraneo: Secus ſi coniũctæ perſonę. Quia indiſtinctè ſiue ſciẽs ſiue ignorãs legauerit, valet legatũ, & debet vel res vel eius æſtimatio: Quia præſũptio eſt hoc caſu teſtatorẽ ſi ſciuiſſet eſſe rẽ alienã, nihilominus coniũcto legaturũ fuiſſe. ita tenẽt Doctores communiter d. l. cum alienã, vt fatetur idem Gomez. d. nu. 13.

4 Sed dubiũ eſt, an idẽ ſit, ſi teſtator tẽpore quo legatũ fecit, credidiſſet rem ad ſe pertinere titulo aliquo ſpeciali, qui tñ extinctus fuit, & ita ignorauit rẽ nũc amplius ad ſe pertinere? Reſp. gl. l. ſi. domus, §. 1. ff. de leg. 1. tenet quod non valeat legatũ ẽt conſanguineo factũ, & ibi ſequitur Bar. & plures alii, & hanc dicit eſſe communem opinionem Corne. cõſi. 32. nu. 1. Couar. 2. filius, nu. 4. ext. de teſtam.

Nam. Quia quod dicitur legatum etiam ignorante teſtatore rei alienæ coniunctæ perſonæ validum eſſe, procedit, quando ſimpliciter teſtator alienā rē propriā eſſe credebat. Secus ſi reſpectu alicuius cauſę extinctæ exiſtimauit propriā eſſe. ita dicit eſſe com. opi. Alex. l. Si domus, § de cuſtione, nu. 3. ff. de lega. 1. Sed certè dicta opinio glo. nō eſt tuta, & cōtraria ſententia probabilior videtur, nō tantū propter generalitatē d. l. cū alienam, ſed etiā quia ratio, quare coniūctæ perſonæ factum legatū rei alienæ ignoranter, valeat eſt, quia attenta coniunctione, veriſimile eſt, quod ſi ei alienam ſciuiſſet, legaſſet, vt tradunt omnes. hæc autem ratio habet locum ſiue putauerit eſſe ſuā ex cauſa nulla, ſiue ex cauſa valida. ideo ſemper debet ualere legatum.

5 Sed quid, ſi teſtator alienā, quā ſuam eſſe putabat, legauit ad pias cauſas: An ualeat legatū? Reſp. gloſ. d. c. filius. tenet tale legatū etiā fauore piæ cauſæ nō ualere, quā ſequitur ibi Hoſtiē. & plures alij. Sed contrariū docuit Bal. Repet. l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & hāc eſſe communē opinionē teſtatur Fernand. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. libr. 3. §. 27. num. 41. Si enim tale legatum coniunctæ perſonæ relictum ualet, multo magis ſi animæ teſtatoris relinquatur, ad quod procliuior eſſe præſumi debet, dicendum eſt.

6 Aduerte, quod in dubio quando teſtator legauit rē alienā, nec dixit ſe ſcire alienā eſſe, legatario incūbit onus probādi ſcientiā. Quia in dubio præſumitur eū credidiſſe eſſe rē ſuā propriā. Satis tamē erit per præſumptiones & coniecturas probare, nempe ſi teſtator rem illam occupauit abſque aliquo iuſto titulo: quo caſu alienam fuiſſe præſumitur, vel rē illā à nō domino, vel à pupillo emit, ita dicit in dicta l. cum alienam, Iaſon hanc eſſe cōmunem opinionem. Andr. Barbat. d. cap. filius. nume. 12. Couar. nu. 1. ext. de teſtament. Tob. Nonius conſ. 37. nu. 3. Eandē communē enūciat Fernand. Vaſqui. de ſucceſſ. progreſſ. libr. 3. §. 27. nu. 40. fac. t, qđ traditur ea, quæ ab animo noſtro pendēt, niſi per declarationem noſtrām verè probari nō poſſe: alias præſumptiones & coniecturas ſufficere. gloſ. l. inter Stipul. §. 1. ff. de [illegible]

verb. oblig. quam communiter approbatam dicit idem Vaſq. d. §. 27. nu. 40.

7 Quæro item, ſi res aliena fuerit hæredis inſtituti, numquid diſtinctio ſupradicta ſcientiæ & ignorantiæ erit neceſſaria? Reſp. quod nō: Sed legatū valet omnino, ſiue ſciēter, ſiue ignorāter legauerit teſtator. Quia rē hæredis ſicut propria legare pōt. tex. eſt l. Vnū ex famil. 2. §. ſi rē, ff. de legat. 2. ibi not. gloſ. & ſequitur Bar. & hanc eſſe communē Doctorum opinionē dicit Antonius Gomez. tract. Variar. Reſolut. d. cap. 12. nu. 14.

8 Quid autē ſi teſtator in re legata hæredis habeat aliquod ius vel partem rei, Annè valebit legatū quo ad totā rem? Reſpond. quod ſic. ita tenet Barto. in l. cum filius. §. Dominus, per illū text. de leg. 2. Rom. ſing. 237. 733. Anchor. & Imol. d. §. Dominus, nu. 28. Corn. conſil. 84. vol. 2. & eſt communis opinio vt dicit Ripa. l. ſerui electione. §. ſi. num. 113. de leg. 1 Quamuis ipſe dubitet: Sed Bart. opinionem communem eſſe aſſerit quoque & probat Couar. d. c. filius. nu. 3.

9 Quæro etiā ſi quis ſciens rē alienam ſimpliciter legat, in qua habet ius aliquod, vel partem aliquam, an totam rem vel æſtimationem legaſſe videtur? Reſpond. quòd tantum partem illam vel illud ius, quōd ipſe habet, legaſſe cenſetur, non alienum, nec eius æſtimationem. tex. eſt l. ſerui electione. §. ſeruus. ff. de leg. 1. & ibi tenet gloſ. B. Alber. Bald. Angel. Paul. de Caſtr. Imol. Alexand. Iaſ. Lancelot. Dec. hanc communem dicit eſſe opinionem Anto. Gomez. d. cap. 12. num. 15. Bened. cap. tract. Reg. Reg. 105. num. 10. Zaſ. l. quod in te rem. & nu. 5. ff. de leg. 1. Tom. 1. Eandem dicit eſſe communem Ioan. Sneidevvein. §. non ſolum. Inſtit. de leg. num. 4. Et hoc intellige procedere, etiam ſi non habeat ius formaliter quæſitum de præſenti, ſed debitum ſub ſpe probabili: ſecus ſi ſub ſpe incerta, vt ſi quis leget alteri rem, quam ſerit ſibi legatum à tertio, gloſ. l. ſeruum filij. ff. de leg. 1. ſequitur ibi Bart. Paul. de Caſtr. & communem dicit opinionem Gomez. dict. cap. 12. nu. 15.

10 Item procedit etiam ſi teſtator no-

minauerit portionem, ut ſi dixerit lego dimidium fundi Cornelianum; cum tantum dimidium dimidiæ habeat: nó enim debetur tota res, ſed pars quam habuit teſtator: quia ius quod habet in parte dimidii legaſſe tantum cenſetur. ita tenet Bar.d.l.ſerui electione §.cum fundus, q. 3. & ibi Ripa dicit hanc eſſe communem opinionem, nu. 13.

11 Secus tñ, ſi teſtator reliquit ad menſuram, ut lego decem iugera terræ ex tali fundo, vel lego mea decem iugera terræ, quia integra debentur, licet ipſe non habeat tot iugera. ita tenet B.d.l.ſerui electioné.§.cum fundus.nu. 5.ff.de leg. 1. ibi communem dicit opinionem Rip. num. 15.

Prædicta procedunt ſine dubio, quando ius habet duraturum teſtator, vt ius redimendi rem obligatam cum pacto redimendi, quod ius ad hæredes tranſmittitur, vt communiter teneri tradit Cagnol.l.2.quæſt.2.princ.n.43.C.de pact. inter Empt.& Vend. quē refert Ioſeph. Lud.in dec.Cauſar.Peruſi.dec.23.n.39.

12 Sed quid ſi tales ius, quod habet in re aliena ſcienter legata, ſit morte periturum, vt puta vſusfructus, An tantum illud legato comprehendetur? Reſp.quō ſic, non etiam tota res nec debetur æſtimatio, ita tenet Bar.l.q. in rerum. §.1.ff. de leg.1.ſequitur ibi Alex.& Iaſ.Bal.l.j. C.de ſacroſ.eccl.Alex.conſil.19. uol. 6. & eſt communis opinio ut aſſerit ſecutus eam Corn.conſ.83. uol.2. & idē firmat Iaſ.d.§.1.idem Iaſon conſi.109.vol. 1.Soc.Iunior conſi.74.num.28.volu.1. hanc quoque communem dicit Zaſ.d.l. quod in rerum. Antonius Gomez.d. c. 12.nu.15.& Couar.d.c.filius.num.2.Et intellige non tantum ſi errore iuris putauit talis legati vſumfructum morte ſua non periturum, ſed etiam ſi periturum ſciebat. Namque tunc etiam proprietatem legaſſe non uidetur. communem firmat Vaſqui.lib.3.de ſucceſ.progreſ.§.27.licet ipſe contrarium velit, & priorem magis communem eſſe ipſe teſtatur in li.3.de ſucceſ.Creat.§.23.n.49.

Sed certè hæc communis opinio non videtur tuta, & uidetur uerior contraria ſententia, quòd teſtator ſciens rem alienam, & ius ſuum non duraturum, præſumitur ipſam rem alienam legaſſe. Sed à communi non recedas.

Item procedit hoc etiam, ſi legatum factum ſit conſanguineo, uel coniunctæ perſonæ. ita communiter receptum ait idem Soc.Iunior d.conſi.74.num.24.Iaſon.dict.l.quod in rerum,§.1.not.1.Gomez.d.cap.12.nu.15.

13 Quæro item, quid ſi teſtator rei alienæ legatæ ſcienter partem alienam emat uel alio titulo conſequatur, Nunquid tota debetur? Reſpond. In hac q. diſtinguendi ſunt caſus, Aut teſtator fecit mentionem dominij: vel Iuris ſui cum adiectione pronominis mea, ut lego rem meam vel ius meum, & ſolum cenſetur legaſſe partem, quam habet tempore teſtamenti, nec debetur tota, uel pars poſtea acquiſita vel redempta. ita tenet Bar.d.l. ſerui electione.§.cum fundus.ff.de leg. 1.& ibi dicit eſſe communem opinionem Fran.Ripa & ibi.§. Labeo communiſſimam dicit Zaſ.nu.5.

14 Intelligunt tamen quidam hanc concluſionem, niſi pars aliena ex cauſa neceſſaria ſit redempta. Nam tunc cedit legato etiam ſi teſtator dixerit, rem meam. ita uoluit Iacobus de Arct. Bart. Iaſ.d.§.cum fundum.Sed Bald. Pau. de Caſtr.& alij tenent contrarium, quòd ſcilicet heres non teneatur totum fundum præſtare legatario, etiam ſoluto pretio partis neceſſariò ſibi adiudicatæ, per iudicium diuiſorium puta, vel alio modo acquiſitæ. hanc dicit communem eſſe opinionem Ripa & probat, nu.12.& Alex. dicit, quòd ſit ipſa ueritas. dict.§.cum fundum. Aut ſimpliciter teſtator legauit rem talem non dicendo meam uel ius meum; & tunc cenſetur legaſſe etiam partem ſocij poſtea redemptam, uel quoquo titulo acquiſitam. ita tenet gloſ.d.§. cum fundū, & ſequitur Bar.& Doct.ibi hanc dicit eſſe communem opinionem Rip. ibidem num.12. licet contrarium teneat Alex. ita Doct. communiter tenere in l.ſerui filij.ff.de leg.1.aſſerit Ant.Gomez. d. c. 12.nu.15.

15 Porrò aduerte, quòd dixi, rei alienæ ſcienter legatum valere, verum eſſe, Si res eſt talis, quæ in commercio homi-

num

nũ eſt, id eſt, quæ dominio noſtro ſubijci poteſt, licet nõ ſit in cõmercio hæredis vel legatarij: Secus quãdo res legata nõ eſt in cõmuni commercio, vt eſt quãdo legatur res ſacra vel publica, vel quãdo propter difficultatem comparari nõ poteſt, vel res quæ non poſſunt alienari ſine principis conſenſu: Non enim dicuntur eſſe in generali vel communi cõmercio: quo fit vt quando legantur, legatum non valeat, in tantum, vt etiam non debeatur æſtimatio; ita tenent communiter Doct. d. §. conſtat, vt dicit Pariſ. conſil. 7. nu. 15. & ſeq.

Vnde quæro, an legatum rei alienæ quæ dotalis eſt, & ita ſimpliciter alienari non poteſt, ſcienter relictum valeat? Reſpond. quòd ſic, quo ad æſtimationem, quia eſt in communi commercio, licet illa qualitas adſit quod alienari nõ poſſit. vt eſt communis Doct. opinio, ita tenet Paul. de Caſtr. Alex. Aret. & Iaſ. l. apud Iulianum, §. conſtat, de leg. 1. Bald. nouel. de dote. par. 7. nu. 22. Sed contrarium tenet gl. l. dotalem. ff. de fũ. inſtam. milita. quam tamen communiter reprobari aſſerunt Alex. & Iaſ. d. §. conſtat. & priorem opinionem eſſe communem dicit Fortun. Garzia in tract. de Vltim. fine illat. 12. & communiter tenere Doct. dicit Zaſ. l. cum ſeruus. §. conſtat. ff. de legat nu. 12.

16 Sed quid in rebus minorum quæ ſine certa ſolennitate alienari nõ poſſũt? Reſp. Rectè legari poſſe ab eo, qui earũ dominium non habet, quo ad æſtimationem. Quia ſunt in cõmuni commercio hominum, licet nõ poſſint alienari ſine decreto iudicis. Vnde ſi iudex decreuerit rem poſſe vendi cauſa cognita, tunc res ipſa & redimetur & præſtabitur. Sin iudex non decernat, ſuccedet æſtimatio. ita conſenſu omnium receptum affirmat Couar. d. c. filius. nu. 5.

17 Quid in re eccleſiæ? Reſp. non valere etiam quo ad æſtimationem. tenet. gloſſ. cap. ſi Epiſcopus. 12. q. 3. Paul. de Caſtr. l. cum rem alienam. C. de legat. Vbi Philip. Corn. hanc partem, & ſequitur & receptam appellat, Contrariam, quòd quo ad æſtimationem valeat legatum, communem dicit opinionem Iaſ. d. l. cum alienã rem. Corn. conſ. 22. lib. 1. Couar. d. c. filius. nu. 5. Iaſ. l. apud. §. conſtat. n. 44. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. lib. 3. §. 27. n. 7. Vide infra verſ. prædicta de legato.

18 Quæro item quid in rebus feudalibus, nunquid legari poſſint? Reſ. Vulgaris & trita eſt concluſio, q vaſallus de feudo teſtari non poſſit etiam per viam legati. tex. c. 1. de ſuc. feud. c. 1. §. donare quali olim feud. & ibi tenent Doct. omnes, vt ait Pariſ. conſ. 7. num. 13. lib 1.

19 Et hoc quidem non habet dubium ſi de feudo legatum fuerit relictum extraneo: Sed quid inter filios? Nunquid pater poterit vni filiorum feudum prælegare, vel plus quàm alteri aſſignare? Reſpon. Ardua hæc quæſtio eſt, in qua adeò variæ fuerunt interpretum ſententiæ, q vix diſcerni poteſt quæ ſit com. opin. Tu dic, q in feudo antiquo ex pacto & prouid. pater non põt præiudicare vni filiorum totum legãdo, vel plus quàm alteri, aſſignando. ita tenet Bal. Alua. Præpo. & Afflict. c. 1. in prin. de prohi. feud. alien. per Frider. Iac. de S. Georg. tract. feud. Verb. & cum pacto, nu. 3. dicens hanc eſſe communem opinionem. Curt. Iun. tract. feud. 4. par. qui allegat Rainer. affirmantem de communi opinionem, hanc ſententiam dicit communem Zaſ. tract. de feud. in 8. par. verſ. & hanc partem. Alex. l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui. num. 4. ff. de leg. 1. quos allegat Clar. §. feudũ q. 40. Eandem dicit eſſe communem Alex. conſ. 104. vol. 4. Dec. conſ. 239. col. 4. & iſtam dicit eſſe communem Bertrãd. conſi. 138. colum. 5. volum. 2. Brun. in tract. quod ſtantibus maſculis, Socin. Iun. conſ. 72. in fin. conſ. 106. col. 9. vol. 2. Communem quoque dicit Ruin. conſ. 9. vol. 1. Eſt enim communis, generalis, & expedita concluſio, quòd nulla ordinatio valeat in feudis, in quibus filij æqualiter ex præordinatione & legis prouidentia ſuccedere debent. Ergo Vaſallo non debet permitti ſuccedendi ordinem mutare vel alienare.

20 In feudo nouo autem mirè variant Doct. Nam quod pater etiam in feudo nouo non poſſit vni filiorum prælegare, dicit eſſe magis communem opinionem Alex. conſ. 106. vol. 4. Mod. Pariſ. addit ad conſ. Alex. conſ. 8. libr. 3. dicit

ꝙ hæc ſit cõis & vera ſentētia. Soci. Iun. conſ. 72. nu. 35. vol. 2. quē allegat Lauren. Kirchoui. compater meus in ſua col lecta com. opin. Cent. 2. concluſ. 39. Sed contrariam ſententiā tenet Iſern. Aluar. & Præpoſ. c. 1. de prohib. feud. alie. per Frider. & eā dicit cōmunē videri Andr. Barbat. inter conſ. Alex. conſ. 35. nu. 17. vol. 4. quem allegat cum pluribus alijs Philip. Port. lib. 4. com. opi. concluſ. 22. verſ. contrarium. & hanc dicit veriorem & magis communem Nat. in conſ. 505. Iampridem num. 14. verſ. 8. obijcitur. quem refert Fran. Becius conſ. 56. num. 21. & hanc dicit eſſe com. opin. Cephal. conſ. 130. num. 50. & ſeq. concordans. Doct. contrarietatem vt aduerſantium ſententia procedat ſine Domini conſenſu, ꝙ uerißimum eſt, pro hac opinione facit ꝙ docet Bald. Auth. quas ruinas. C. de SS. eccleſ. Corn. conſ. 282. lib. 3. Vbi in ſimili concludunt patrem Emphiteuſim nouam non hæreditariam, quam pro ſe, atq; filijs acquiſiuit, vni ex filijs etiam alijs inuitis prælegare poſſe, & hanc ſententiam cōem eſſe atteſtantur. Et hæc ſententia ſine dubio tenenda eſt in conſulendo & iudicando: æquißimū. n. eſt, vt quòd pater acquiſiuit, & patris contemplatione conceſſum eſt, ꝙ præſumitur, poßit ipſe cum conſenſu domini alienare etiam in filiorum præiudicium, quòd omnes admittunt, vt dicit Cephal. d. conſ. num. 22. & magis eſſe communem Doctorum opinionem atteſtatur Ruin. conſ. 7. num. 23. lib. 1. Si igitur in extraneum talis permittitur alienatio, ſane multo magis vni filiorum prælegare patri non denegabitur.

21 Verum eſt prædicta de feudo antiquo procedere in feudo ex pacto & prouidentia: At in hæreditario feudo omnes doctores admittunt, quòd pater poteſt uni filio feudum prælegare. ita tenet Bart. §. Iuriſiurandi, §. ſi liberi. verſ. prędicta. ff. de oper. libert. hanc dicit eſſe communem opinionem Docto. ubique Alex. in conſil. 13. uolum. 4. Iaſ. conſil. 56. uol. 3. Alex. conſ. 13. uol. 5. Eandem dicit communem idem Alex. conſil. 10. vol. 3. Quia in tali feudo filius ut ſuccedat requiritur, ut ſit hæres ſecundum communem opinionem, ſi igitur heres non eſt, feudum petere nequit: ſin autē hæres eſt, factum defuncti impugnare non poteſt. Ceterum tamen in feudo etiam hæreditario agnatis legando uel alio modo Vaſallus in ultima uoluntate præiudicare non poteſt: Quia non requiritur in tali feudo, ut agnatus ſit hæres ultimi defuncti, ſed ſufficit ipſum mediate, vel immediate eſſe hæredem i lius qui primo feudum acquiſiuit, ſecundum magis communem opinionem Doctorum, vt teſtatur Pariſ. conſ. 23. n. 179. cent. 4. ſeq. lib. 1. Rol. à Valle conſ. 23. nu. 44. ſomo. 1. quem refert Lauren. kirco. in ſua collecta com. opin. concluſ. 40. Cent. 2. Veriorem & communem atteſtatur Pariſ. conſ. 65. li. 3. & dixi ſupra §. hæreditas. q. 12.

Sin autem fuerit feudum ſimpliciter & merè hęreditarium, ut pro ſe & quibuſcunque hęredibus acceptum, ſine dubio Vaſallo legare cuicunque libere permittitur, cum tale feudum ſit tranſitorium ad quoſcunque hæredes, ut dixi ſupra §. hęreditas d. q. hanc dicit eſſe communem opinionem Fran. Rip. l. ex facto, §. ſi quis, nu. 16. ff. ad Senatuſcon. Treb. Rolan. a Valle cōſ. 43. nu. 13. uol. 1. & magis communē dicit Bar. Soc. cōſ. 10. nu. 2. & ſeq. inter conſ. feud. Alc. cōſil. 176. Octauia. Cacher. dec. Pedemon. deciſ. 26. nu. 18. deciſ. 27. num 11. & crebriorem affirmat Addit. ad Alex. conſil. 30. incip. Quoniam, nu. 11. uer. quibuſcunque, lib. 1. Communem quoque dicit Rubi. l. Gallus, §. quidam rectè. nu. 198. & ſeq. Soc. conſ. 10. inter cōſ. Bruni. uerſ. circa primam. ubi omnes concludunt tale feudum tranſire ad fideic. & legatarios. refert & late cōprobat Becius conſ. 28. nu. 3.

22 Circa prædicta oritur dubitatio, An ſaltē æſtimatio eo caſu, quo de feudo Vaſallus diſponere nequit, ab hærede præſtanda ſit? Reſp. Articulus eſt diſputabilis, Specu. §. nunc aliqua, uerſ. 17. tit. de locat. tenet legatū quantū adhoc, ut æſtimatio debeat ualere, ſequitur Rainal. in com c. Imperialē, § habito. Ioan. Fab. §. non ſolum, de legat. Math. de Afflic. c. 1. §. præterea ducatus n. 90. de prohib. feud. alien. per Feder. Nicol. Eberhard. cōſ. 129. Iaſ. l. vxor patri. C. de legat. Barbat.

bat. Rubri. de reb. Eccleſ. non alienand. Pariſ. de Püt. trac. de reinteg. feu. fol. 173.

Córrariũ vero, quod nedũ feudũ, ſed nec æſtimatio quidẽ feudi relicti debeatur, tenet Bald. in l. 1. lect. 1. nu. 4. C. de ſacroſan. eccl. Bald. Aluar. & Præpoſ. c. 1. §. donare, Afflict. nu. 11. Qualiter olim feud. Fran. Aret. l. apud Iulianũ. §. conſtat. ff. de leg. 1. Iacob. de S. Georg. Verſ. & cũ pacto. Curt. tract. feud. 4. par. nu. 126. Card. Pariſ. conſ. 7. nu. 19. libr. primo. & hæc eſt cómunis, vt fatẽtur Doct. alleg. & mihi magis placet: pro qua facit cõmunis Barto. & Docto. in d. §. cõſtat, deciſio, quod quãdo res ſine principis conſenſu alienari non poteſt, generaliter non dicitur eſſe in comercio hominum, ita vt non debeatur æſtimatio, tunc enim debetur æſtimatio, quando res præſtari non poteſt ex natura rei, quæ non eſt regulariter in communi cõmercio. Secus, quando extinguitur ius ob defectum iuris legantis. communem refert Pariſ. d. conſil. num. 15. & ſeq. Sed in iure clarum eſt, quod Vaſallus non poteſt alienare feudum ſine conſenſu domini ſui, vt eſt communis opinio cõſequenter feudum dicitur nõ eſſe in communi commercio: Vnde ſi legatur non debetur eius æſtimatio.

Intellige hanc communem, vt procedat in feudo ex pacto & prouidentia, ſecus in feudo hæreditario. Nãque debẽtur æſtimatio ab hærede. hanc dicit eſſe communem Curt. Iun. conſ. 30. volu. 1. Marin. Frec. de feud. lib. 3. q. 12.

23 Occurrit pulchra quæſtio & quotidiana, Nunquid vaſallus ſaltem Victalitium vel alimẽta in re feudali vxori ſuæ poſt mortẽ relinquere poſſit? Reſpon. Cõmunis & recepta eſt Doctorum ſententia, quod non, cum in illis ſuccedant mortuo Vaſallo, filij, nepotes, vel alij ex tenore inueſtituræ, & cõmunis eſt cõcluſio ſupra firmata, quod nulla ordinatio in ultima uoluntate facta in præiudiciũ eorum, qui ex tenore inueſtiturę ſuccedere debent valeat, unde nec vſumfructum conſtituere, uel alimenta relinquere, aut aliud onus imponere poteſt poſt mortem diſponentis. ita tenet gloſſa cõmuniter ibi per omnes ſcribentes approbata. c. 1. de capit. Córad. vt fatetur Pau. Pariſ. conſ. 99. nu. 4. & 15. lib. 2. latè reſoluens ex communi per totum, Alex. cõſi. 18. ſuper primo dubio. vol. 5. Eandẽ dicit communem eſſe opinionem Pet. Peckius de teſtament. coniug. lib. 5. cap. 6.

24 Prædicta de legato rei alienæ procedunt de iure ciuili, ſed quid de iure Canonico? Reſpond. Glo. in d. c. filius, in d. L. cum alienam exiſtimat non valere etiam quo ad æſtimationem. hanc ſequitur opinionẽ Imol. & Abb. d. c. filius. Abb. c. cum eſſes. num. 19. Alex. & Iaſ. in d. l. cum alienam, Rom. auth. ſimiliter C. ad l. falcid. Sed eam communiter reprobari aſſerit Corn. conſil. 32. volu. 1. & quòd imo inter ius Canonicum & ciuile nulla ſit in hoc differentia tenet Cyn. Salic. Paul. de Caſt. d. l. cum aliena. Aduerte q; deciſio queſtionis pendet ab intellectu d. c. filius. Quidam enim exiſtimant hoc c. procedere tantum in re aliena eccleſię, vt legatũ nõ habeat effectũ etiam quo ad æſtimationẽ. gloſ. c. ſi epiſcopus, 12. q. 5. & tenet Innoc. Anchora. & Imol. d. c. filius. ſequitur Bar. Alber. l. apud Iulianũ. §. cõſtat de leg. 1. hãc cõem dicit Corne. d. l. cum alienã, Sed contrarium, quòd etiã legatum rei Eccleſiæ alienæ à teſtatore ſcienter factum validum ſit, quo ad æſtimationem, tenet Hoſtienſis Abb. Barb. d. c. filius, Abb. d. c. cum eſſes. num. 18. Alex. & Iaſ. num. 44. d. §. conſtat. Vbi dicit hãc eſſe communem opinionẽ, apud iuris ciuilis profeſſores, & priorem nõ eſſe cõem exiſtimat Couar. d. c. cum filius nu. 5. Nã in d. c. filius ſummus Põtifex uult tãtũ, ne legatarius, inuito Dominio, retineat rem legatã prætextu legati, non autem prohibet ab hærede petere æſtimationẽ, & hanc dicit eſſe cõem Corn. cõſ. 32. uolu. 1. Couar. d. c. filius.

Quæſtio Decimaquinta.

S V M M A R I A.

1 *An ualeat legatum rei alteri obligatæ.*

2 *Quid ſi res ſit obligata pro æquiualente pretio.*

1 QVæro itẽ, an ualeat legatũ rei alteri obligatę? Reſp. Diſtinguẽdum eſt, Aut. n. ſciuit teſtatorẽ, q̃ legauit eſſe obli-

obligatum, vel hypothecatã, & abſq; dubio hæres tenetur luere: Aut ignorauit, & tũ legatarius luere tenetur niſi perſonę coniunctę legata ſit res, ita vt præſumptio ſit teſtatoré etiã ſi ſciuiſſet legaturum fuiſſe. tex. eſt l. ſi res obligata, ff. de leg. 1. & ibi cõmuniter Doct. tenẽt vt aſſerit Gomez. prærecitato loco, num. 39.

2 Sed dubitẽt, ſi res pro tanto prætio quód valoré æquet, ita vt nõ ſit ſpes reluitionis, obligata ſit, nũquid tũc ẽt valeat, & hæres luere teneatur? Diuerſæ ſunt Doct. ſententię. Nã glo. in §. ſi rem. inſtit. de leg. & in l. prædia. C. de fideicõ. tenẽt, Valere legatũ etiã pro æquiualẽte pretio, & teneri hæredé luere & redimere indiſtinctè, ſiuę teſtator ſciuerit ſiue ignorauerit. & hanc dicit eſſe commu. opinionem Iaſ. d. l. ſi res obligata, nu. 13. & Alex. nu. 2. & 3. Porcus. §. ſed non, Inſtit. de legat. Eandem communem dicit opinionem Gomez. d. c. 12. & laudat Ema. Soarez. in ſua collecta cõ. opi. Verb. legatum. Contrariam partẽ, q̃ imo hæres rem huiuſmodi à teſtatore inſciente legatam luere non teneatur, tenet idem Iaſ. Paul. de Caſtr. d. l. prædia. Alex. poſt Ang. d. l. ſi res obligata. & hanc frequenter placitam affirmat & probat Soc. l. 1. §. per ſeruum. nu. 11. ff. de acquir. poſſeſſ. Ant. Neguſant. trac. de pig. 3. par. prin. 1. memb. nu. 29. & 30. Corn. l. 3. C. de legat. Vaſqui. de legat. lib. 3. §. 27. nu. 14. hanc etiam æquiorem ſibi videri dicit idem Emanuel. Soarez. in addit. ad Gomez. d. c. 12. nu. 39. quamuis loco ſupra citato perperam hanc à Socino aſſeri communem dicat, faciunt quæ dixi ſupra de re aliena ignoranter legata. eadem enim eſt ratio: Nam in re aliena inductum eſt ne hæres compelleretur pecuniam expendere, quaſi facilior ſit teſtator in præcipiendo res ſuas tradi, quam in iubendo alienas redimere, non legaturus fortę ſi alienas noſceret, idem in re pro æquiualente prætio obligata quæ aliena dicitur. Nã ſi obligatam ſciuiſſet, forte non legaſſet, ne hæres pecuniam ſuam erogare cogeretur. Sed prima opinio glo. uerior communiorq; apparet, atque eam in actu practito ſequendam ſuadet Viuius com. opin. lib. 2. uerb. legatum.

Quæſtio Decimaſexta.

S V M M A R I A.

1 *An ualeat legatũ rei debitæ creditori, per debitorem relictum.*

2 *Quid ſi debitũ ſit in diẽ uel ſub cõditione.*

3 *Quid ſi debitũ ex ſtatuto ciuitatis legatũ ſit*

4 *In dubio legatum creditori compenſandi animo relictum non cenſetur, ſi fuerit uoluntarium debitum, & nu. 5. 6. Secus in debito neceſſario nu. 7.*

8 *Legatum uxori relictũ in partem debitam ex legis diſpoſitione imputatur.*

9 *An in debito neceſſario admittatur compẽſatio ſpeciei ad quantitatem.*

10 *In debito neceſſario fit cõpẽſatio, quãdo illud non debetur a tertio, ſed a teſtatore.*

11 *Legatũ relictũ paro hiali eccleſiæ an imputetur in quartã eidẽ eccleſiæ iure debitã.*

12 *Legatũ creditori relictũ ut nihil amplius petere poſſit, extinguit debitum.*

1 QVero, An valeat legatũ rei debitę factũ creditori ꝑ debitoré? Reſp. Gloſ. ordi. l. ſi. creditori exiſtimat valere ſemp legatũ ꝓpter cõmodũ & intereſſe lõgioris vitę actionis, qa per legatũ inducitur agnitio debiti, & interrumpitur præſcriptio, vt not. P. de Caſt. & cõiter Doct. d. l. ſi creditori. vt ait. Gomez. d. c. 12. nu. 26. Sed ꝓ cõtraria ſentẽtia q̃ nõ valeat, niſi aliqua vtilitas & cõmodũ ad ſit conſiderabile, tex. eſt l. ſi creditori. ff. de lega. 1. & qđ ita magis cõmuniter teneatur firmat Alex. l. 1. §. ſi quis creditori, ff. ad l. falci. Cõmuné idẽ dicit Alex. d. l. ſi creditori, & q̃ opinio gloſ. cõmuniter reprobetur dicit Gomez. d. c. 12.

2 Infertur ſi debitũ fuerit altero iurę tãtum, ita vt efficaciter peti non poſſit ualidum eſſe legatũ, itẽ ſi in diem debitum purè ſit relictum. ita tenent Doct. communiter, vt not. Gome. d. c. 12. num. 26.

3 Infertur ſecũdo, ſi id quod ex ſtatuto ciuitatis debetur, legatũ ſit, valere tale legatũ, qa iã debetur de iure cõmuni. Quod non exiguũ habet cõmodũ, quia agẽti ex ſtatuto illud ꝓbare cogitur, & debitũ ex ſtatutis i alijs locis nõ ita facile reperitur. Qua in re nõ grauatur creditor agẽs de iure cõmuni, quod ſemper certũ eſt, & hoc ſequunt cõmuniter Doctores, vt teſtat Zaſ. d. l. ſi creditori, n. 13.

Sed

4 Sed quæro circa hoc, an in dubio legatum creditori ſimpliciter relictũ animo compenſandi factum cenſeatur? Reſp. diſtinguẽdi ſunt caſus; aut enim loquimur in debitore uoluntario vel conuentionali, puta ex ſuo facto uel contractu, & non admittitur compenſatio ſi debitor creditori aliquam quantitatem legauerit, ſed poteſt creditor utrumq; conſequi, tex.l. creditorem; ff. de leg.2. & eſt communis Doct. ſententia, ut aſſerit Couar.c.officij nu.2.ext.de teſt. Gomez.c.12.nu.27.

5 Idem eſt ſi debitor creditori rem aliquam mobilem, uel immobilem ſibi obligatum uel hypothecatam pro debito leget. Nam illam & inſuper debitum ad hæredibus debitoris ſui conſequi poteſt, d.l.creditorem, ibi communiter Doc.tenere dicit Gomez.d.c.12.nu.17.

6 Sed pone heres grauatus per fideicommiſſum Titio reſtituere aliquam pecuniæ quantitatem, uel aliquam rem, eidem Titio legat rem diuerſam, uel quantitatem aliquam, an cenſeatur animo compenſandi legaſſe? Reſp. quod non, quia hic teſtator tenetur ex uoluntate primi teſtatoris ita tenet Aimon. Crauet. conſil. 131. & communem dicit Couar.d.c.officij, n. 2. Dummodo is qui legat poſſit efficaciter conueniri pro debito, ſecus ſi tantum in foro conſcientiæ tenebatur, tunc enim admittitur compenſatio.ita tenet Aret.cõſ. 92.incip. Viſo legato. Iaſ. & Doct. communiter Aut. præterea. Vnd.vir.& vxor. Couar.d.c.officij, nu.2.

7 Aut loquimur in debito legali uel neceſſario, & tunc in dubio legatum factum ipſi creditori uidetur relictum animo compenſandi, & ob id compenſationi locus eſt. hanc dicit eſſe communem opinionem Dec.Cur.Iaſ.in auth. præterea, C.vnd.vir & vxor.& Sal. ibi dicit quod ſic aduocatos uidit ſeruare in practica. Communem quoque dicit Cra. conſil, 131.nu.4.art.vlt.Couar.d.c.officij, nu.2. Corraſ. Miſcell.lib.3.cap.1.num.9. licet ipſe recedat ab hac receptiſſima ſententia, Gomez.d.cap.12.nu.27. & communiorem dicit Roder.Suarez.l.1. tit.de las Arras nu.39.Franciſ.Burſa.conſi.60.nu 8. Eandem dicit communem eſſe Doctorum concluſionem Iacob.Mandel. conſil.37.nu.8.

8 Hinc eſt quod legatum à marito factum uxori, imputatur in partem, quæ ei debetur legis diſpoſitione mortuo marito, ut dixi infra.

9 Sed quæro an hoc caſu admittatur compenſatio ſpeciei ad quantitatem, uel econtra? Reſp. Alex.d. Auth.præterea, dicit quod ſic. ſequitur Iaſ. & Dec.ibid. Sed cõtrariũ tenet Bar.l.huiuſmodi, §.cum pater.ff.de leg.1. ſequitur idem Iaſ. ſibi contrarius, §.bonæ fidei de actio.nu. 67. Soc. conſil. 93.vol.1.dicens ab hac ſententia non eſſe recedendum in iudicando nec in conſulendo, & probat Roder.Zuarez. l.1. Tit. de Arris, nu.42. Vbi dicit ex conſilio ſuo fuiſſe pronunciatum & ſeruatum, Bald.l. quoniam in prioribus.C.de inoff. teſtamento.Couar.d.cap.officij. pro qua opinione eſt gl. communiter approbata in l. fi.C.de compenſ. quæ vult, quod ſpeciei cũ quantitate nulla ſit compenſatio, & hoc tene.

10 Nota quoque hoc, quod de debito legali dictum eſt, procedere quando illud à teſtatore legatario debetur, Tunc enim fit compenſatio, non autem quando ab alio, quàm teſtatore debetur, licet ex cauſa teſtatoris.tex.d.c.officij,& tenet Salic. Alex.& Iaſ.nu.20.Dec. num.13. d. Auth.præterea. & hanc opinionem dicit eſſe communẽ Roder.Suarez .d.l.1.verſ. ſed pone quæſtionem.nu.40. Eandem dicit communem Couar.d.c.officij. nu.3.

Hinc patet deciſio iſtius quæſtionis, An legatum relictum Eccleſiæ parochiali, aut eius præsbytero ſit imputandum in quartam portionem legatorum, quæ teſtator idem reliquit monaſterio, aut Eccleſiæ extraneæ, in qua ſepulchrũ elegit? Namque uidetur non admitti compenſationem per tex.c.certificari, & Cle. dudum de ſepult.ibi Cardin.§. verum.q. 27.Anchor.q.11.Barbat.d.c.officij.num. 12.Dec.d.auth.preterea.

Contrarium, quòd imo compenſatio admittatur tenet Abb. dict. c. officij. ibi Imol.num.10.Fede .de Senis.conſilio 3. Ioan.de Ligna.& Imol.d.Cl.dudum. Salic.Alexan. & Corne. d. auth. præterea. hanc dicit ſibi uideri magis com. opinionem Couar.d.c. officij. num. 6. quia hæc portio non tantum debetur ab Eccleſia legataria, ſed ab ipſo hærede peti

poteſt,

poteſt, vt tenet gl. d. Clem. dudum. Verb. largiri. Vnde cum ex lege debetur, iure compenſationis locus eſt, ſed priorem veriorem idem Couar. dicit.

Notandum ad ſupradicta, ſi legatum compenſandi animo expreſſe relictum ſit & adiectum, vt illud ſit pro ſatisfactione debiti, vel ne quid amplius petere poſſit, tunc creditorem ſi acceptauerit legatum amplius petere non poſſe, etiã ſi legatum, minoris ſit valoris quàm debitum, quod extinguitur. hanc opinionem dicit communiter receptam Alex. l. ſi cõpenſandi. C. de hær. inſtit. & in conſ. 132. nu. 2. li. 2. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. dec. 44. n. 34. Couar. d. c. officij. n. 10.

Quęſtio Decimaſeptima.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor an poſſit legare quod debet alio, & quando nu 2.*

1 QVæro an fideiuſſor legare poſſit hoc quod debet pro alio? Reſp. quòd tale legatum valet quo ad ipſum debitorem, adeò vt actione ex teſtaméto agere poſſit aduerſus teſtatoris hæredem, vt creditori legatum ſoluat & eum liberet. tex. eſt l. ſi fideiuſſor. de legat. 1. ſecundum communem intellectum, quẽ laudat Ant. Gomez. d. c. 12. nu. 28. etiam ſi teſtator non dixerit vel expreſſerit ꝙ à debitore repeti non poſſit. ita communiter teneri dicit Alex. d. l. ſi fideiuſſor. licet gl. & Bald. contrarium innuant.

2 Et hoc non habet dubium, quando fideiuſſor expreſſe, & ſpecialiter creditori legauit debitum, ſed quid ſi teſtator generaliter tantum iuſſit ſoluere debita ſua omnia? Reſp. Bald. d. l. ſi fideiuſſor vult, & tunc hæredem teneri ad ſoluendum, ſequitur Imo. Aret. ibid. Sed eius opinio communiter improbatur: Quia non intelligitur tunc legare, quòd alieno nomine debet, niſi de proprio debito non appareat. ita tenet Raph. Cuma. Alex. qui dicit hanc opinionem eſſe veram, & dictum Baldi communiter improbari. d. l. ſi fideiuſ. idem aſſerit Ioan. Dilect. de arte teſtand. Cautel. 30. & hanc opinionem eſſe veram & tenendam dicit Gomez. d. c. 12. nu. 28.

Quęſtio Decimaoctaua.

SVMMARIVM.

An res hoſtium legare poſſint.

IVxta prædicta etiam quæro, An res hoſtium poſſint legari? Reſp. Bart. diſtinguit in l. liber homo. ff. de verb. obl. ꝙ aut talis res ſemel fuit noſtra, & tunc legari & donari poteſt, propter ius poſtliminij. Aut nunquam fuit noſtra, & tunc aut eſt talis res, quæ de facili ſperatur, vt ad nos perferatur, ut ſunt Aromata lapilli, & poſſunt legari ratione ſpei probabilis: Aut eſt talis res, de qua hoc non ſperatur vt ciuitates, villæ, quæ nunquam fuerunt noſtræ, & legari non poſſunt. hanc Bar. ſententiam dicit eſſe communẽ Franciſ. Ripa l. id quod. ff. de leg. 1. nu. 3. Ioan. Schineidevvein inſtit. de leg. §. nõ ſolum. nu. 20.

Quęſtio Decimanona.

SVMMARIA.

1 *An legato bonorum ſimpliciter, veniant iura & actiones, etiam ſi adiecta ſit dictio mea.*

2 *Quid ſi bonorum non ſit facta mentio, ſed ſimpliciter dictum omnia mea, uel mea.*

3 *Quod ſi legatum bonorum reſtringatur ad certum locum.*

4 *Et quid ſi reſtringatur ad mobilia uel immobilia tantum.*

5 *Quando actiones computentur inter mobilia, & quando inter immobilia.*

6 *An ſub legato mobilium uel immobilium veniant iura & actiones, ſi exprimatur cum ſigno uniue. ſali, omnia.*

7 *Pecunia res mobilis eſt.*

8 *An ſub legato mobilium ueniat pecunia deſtinata ad emptionem mobilium.*

9 *Quid in pecunia deſtinatæ ad uſuras.*

NOtum eſt, ꝙ tã res corporales, quã incorporales, mobiles vel immobiles, legari poſſunt text. §. iam aũt. inſt. de leg. De ijs rebus, varij extant tituli de alimentis legatis, de vſufructu legato, de liberatione legata, de annuis legatis, de dote prælegata, de optione legata, & ſimilibus. Per trãſennam igitur vtiliores quaſdam quęſtiones reſoluemus. Et in primis
1 quæro, an in legato vel relicto bonorum ſimpli-

ſimpliciter ueniāt iura & actiones? Reſp. Fuerunt antiquorum diſſentiones, ſed recepta & communis eſt ſnia, non tm̃ contineri corporalia, mobilia & immobilia, ſed ét iura & actiones, ét ſi dictũ ſit mea. ita tex. l. legatus. §. j. ad Trebell. tenet Bar. l. quintus, §. argento, n. 3. ff. de aur. & arg. leg. & hanc dicit eſſe communem Alciat. l. meorum. nu. 1. ff. de ver. ſig. Eandem dicit cõem opinioné Tiraq. l. ſi unquã. ver. bona. nu. 7. C. de reuocand. donat. quem
2 refert Gabriel. Rom. lib. 6. cõcluſ. Tit. de uerb. ſig. cõcl. 7. Quinimo eadem concluſio procedit ét ſi bonorum non facta eſt mentio, uel ſolummodo dictum ſit, omnia mea uel meam. Bar. d. §. argento; nu. 4. ue ſ. hoc præmiſſo. Cõem dicit Arrius Pinel. d. Rubr. num. 8. C. de bon. matern.

3 Sed quid in legato ſiue relicto bonorum ſiat reſtrictio ad certum locum, nunquid ueniēt iura & actiones? Reſp. ꝙ nõ. tex. eſt l. Caius. ff. de leg. 2. qui ita communiter itelligitur, vt fatetur Pinel. d. Rub. n. 10. vbi dicit Bart. in d. l. Caius. ſenſiſſe contra iura & receptas ſententias, dum indiſtinctè dicit in legato generali non cõprehendi iura & actiones, & ꝙ d. l. ad hoc vulgo allegatur dicit Em. à Coſta. c. ſi pater. Verb. bonis ſuis. nu. 7. Iaſ. l. à diuo. §. in ueditione. ff. de re iudica. Soc. conſil. 101. lib. 1. Corn. conſil. 49. nu. 10. libr. 3. Alciat. l. ſi. nu. 8. C. de pact.

4 Sed quid ſi dictum ſit, lego bona mobilia & immobilia, an uenient iure nomina debitorum & actiones? Reſp. Variant interpretes, Quidam exiſtimant diſtinguendum eſſe, quia actiones competentes ad res immobiles inter immobilia, actiones vero ad mobiles res competentes inter mobilia cenſetur. ita tenet Fred. de Sen. conſ. 12. incip. fratres. Alex. conſi. 16 li. 1. Sed contraria ſententia, iura item nomina, & actiones nõ computari inter mobilia, nec deberi frequentiori calculo probata eſt, ut teſtatur Alex. d. l. à diuo §. in uenditione, nu. 1. & l. j. ff. de vulg. & pup. nu. 9. & hanc dicit communem Iaſ. conſi. 5 incip. ſtrenui. lib. 3. Ioan. dilect. de art. teſtandi Tit. 6. Caut. 9. nu. 1. & hanc eſſe receptam theoricam dicit Arrius Pinel. d. Rubr. nu. 24. & 26. & frequentius probatam dicit Petr. Peckius de teſtament. coniug. lib. 5. & tenet Bart. l. poteſt. ff. de auth. tut. & ita in Senatu iudicatum eſſe dicit Aufrer. deciſ. Tholoſ. 315. nõ enim ueniunt appellatione mobiliũ vel immobilium reſpectu ſui, ſed ſunt ſpecies ſeparatæ, vt eſt communis opinio ſecundum Tiraq. de vtroq; retract. par. 1. §. ou autres. num. 9. in ſi. Vbi dicit omnes vbiq; ne tenere.

5 Bene tamen verum eſt, ꝙ ſupradicti Doct. aſſerũt, ꝙ actio reſpectu eius ad ꝙ competit, ſit mobilis uel immobilis quãdo neceſſitas hoc requirit, ut ſi neceſſitas legis uel ſtatuti vrget, vt alteri eorum accedat, quia forte ſtatutum dicit, ꝙ aguati ſuccedant in immobilibus omnibus, cognati in mobilibus, ut tradit Bar. l. poteſt ff. de auth. tut. nu. 1. quem Doct. communiter ſequuntur, ut dicit Alex. d. §. in ueuditione. Guid. Papæ conſil. 52. Alex. cõſ. 125. Roder. Suarez. Alleg. 20. hanc ét dicit eſſe communiorem & ueniorẽ Tiraq. de retract. par. 1. §. 1. gl. 7. nu. 17. & quod Bar. Doct. frequẽtius ſequunẽ aſſerit Arrius Pinel. d. Rub. n. 34. C. de bo. matern.

6 Sed quæro, quid ſi adijciatur dictio vniuerſalis, vt ſi dixerit omnia bona mobilia & immobilia, Nũquid venient nomina & actiones? Reſp. ꝙ non. hanc dicit eſſe communem opinionem, & de mente omnium Pinel. d. Rub. nu. 31. Aim. Crauet. Rub. de leg. 1. nu. 37. Ema. à Coſta. c. ſi pater. Ver. bonis ſuis. n. 4. Neque enim dictio omnia adiuncta bonis mobilibus & immobilibus efficere poteſt, ut ueniāt iura & actiones, etiam in teſtamentis, in quibus teſtantium uoluntates plenius interpretantur. ita tenet Bar. l. Cẽturio. nu. 27. ff. de vulg. & hoc ita communiter receptum dicit idem Coſta. ibid. ut nullos ferè aduerſantes habeat, quia teſtator in in hac generalitate uerborum non creditur ſenſiſſe de nominibus debitorum & actionibus, uel etiã Chyrographis, quæ ſunt inſtrumenta actionum, licet appellatione bonorũ mobilium quo ad ſignificationé bonorũ cõprehédat Chyrographa.

7 Quæro, pecunia ſimpliciter per ſe eſt res mobilis, quæ ſeruando ſeruari non poteſt, ut dicit eſſe communem opinionem Tiraq. tract. de utroq; retratractu. d. gl. 7. nu. 164. & ſeq. Si quis pe-
8 cuniam deſtinauit ad emptionem prædiorum, uel bonorum immobilium, an ea pe

cunia cenſeatur venire ſub legato mobiliũ? Reſp. Quæſtio hæc dubia eſt, de qua in vtramque partem magna animi conteñtione excellentes diſputant Doctores: Quidam enim exiſtimant talem pecuniã inter immobilia computari, quorum viginti quatuor allegat Boerius q. 209. incip. additio, Vnde. Alber. de Roſa in 2. par. ſtatut. q. 205. deciderat ſtatuto cauente, quòd marito præmoriente vxor ſuccedat in dimidia parte bonorum immobilium, hoc loco in vxorem in dimidia pecuniæ deſtinatæ ſuccedere. Sed contrariã ſententiam nimirum eam pecuniam cenſeri inter mobilia frequentiori calculo interpretes amplexi ſunt, nimirum tales pecuniam ad rerum immobilium comparationem deſtinatam inter mobilia nihilominus computari, vt fatetur Iaſ. l. cæterum. §. ſed ſi ſeparauerit. ff. de leg. j. & Zaſ. ibi. nu. 18. licet ipſe indiſtincte non transeat cum hac opinione. Eandem dicit frequẽtius placitam Petr. Peckius de teſtam. coniug. lib. 5. c. 15. nu. 4. Boer. d. q. 209. vbi dicit pro hac ſententia bis in Senatu iudicatum eſſe, & ab hac opinione non eſſe recedendum, quia quæ deſtinata ſunt ad aliquam rem vel factum, pro abſolutis non habentur: niſi deſtinatio eſſet perfectioni proxima, vel teſtator neceſſariò cogeretur ex pecunia redacta ex re immobili aliam immobilem vel feudalem emere, vel ante vel poſt teſtamentum oſtendat ſe velle id fieri, ita ut de enixa ipſius uoluntate omninò conſtaret.

Quæro etiam; An legato mobilium piſces in piſcina, uel lacu, aut ſtagno exiſtentes, contineatur? Reſp. Varie diſceptatum eſt inter iuris interpretes: Quibuſdam exiſtimantibus piſces in piſcina exiſtentes inter mobilia computari, in ſtagno uero immobilium numero haberi: Alijs vero cenſentibus potiſſimum inſpiciendum, an ſaltem cuſtodiæ cauſa in piſcina ponantur, & tunc inter mobilia habeantur, uel an ad multiplicandum & incrementum, quo loco inter immobilia haberi uolunt, ſicut fructus à fundo nõdum ſeparatos. Quæ ſententia crebriori calculo probata eſt, ut dicit Claud. Malleuilæ. in comment. Ad regias aquarum & ſiluarum conſtit. Art. 92. Pet. Peckius de teſt. coniug. lib. 5. c. 15. nu. 3.

Quæſtio Vigeſima.

S V M M A R I A.

1 *An legato bonorum contineantur res venales.*

2 *Quid ſi certa ſpecies bonorum legata ſit.*

3 *Quid ſi ad certum locum reſtringatur legatum.*

4 *An fructus venales, collecti ex poſſeſſionibus & reditibus veniant in tali legato.*

1 QVæro etiam, An legato generali bonorum contineantur res vænales? Reſpond. Aut eſt ſimplex legatum, & tunc eſt communis Doctorũ opinio, quod tale legatum comprehendit etiam vænalia, tex. l. quoties. §. fi. ff. de vſufruct. & tenet Bart. l. generaliter, ff. de vſufruct. legat. Cuius interpretationem communiter receptam dicit Couar. Variar. Reſolut. lib. 2. cap. 5. num. 1. Arius Pinel. dict. Rub. n. 39. C. de bonis matern. Hæc enim uniuerſalis locutio ad omnem teſtantis ſubſtantiam refertur, in qua dubium nõ eſt, quin etiam uænalia comprehendantur. Aut legatum factum eſt cum relatione ad certum locum, vt ſi legaſſet quæ domi, uel in uilla habet, & tunc non ueniũt vænalia. Quia non cẽſentur eſſe in loco, quæ non ſunt permanſura, ſed cito amoueri debent. hanc dicit eſſe communem opinionem idem Arius Pinel. d. Rubr. nu. 39. Siue legatum verbis generalibus, ſiue uniuerſalibus fuerit cõceptum. Bart. d. §. vxori, cuius doctrina communiter probatur, vt ait Pinel. d. Rub. nu. 39. Moder. Pariſ. addit. ad Decium d. l. j. ff. de reg. iur. Couar. variar. reſolut. lib. 2. d. c. 5. num.

2 Et prædicta diſtinctio procedit in legato bonorum, ſecus ſi certa ſpecies bonorum legata ſit, vt puta argentum, lana, uel aliud. Namque tunc etiam adiecta dictione uniuerſali minimè comprehendit vænalia. ita tenet Bar. d. §. uxori, & hanc receptam ſententiam docet Alex. l. ſi conſtante, nu. 24. verſ. præterea quem refert Pinel. d. Rubr. nu. 40. Paul. Picus. l. Titia.
3 §. Titia. nu. 112. Ant. Neguſ. de pign. & hypoth. 2. par. 2. memb. nu. 16.

Intel-

3 Intellige tñ ſupradicta, Vænalia excludi in legato ad locũ relato, ut nõ procedat quãdo relictũ nõ poſſit ad alia referri. ita eſt gloſ.cõiter approbata l. pediculis.ff.de aur,& argẽ.leg.§.itẽ cũ quæreretur, & cõmunem dicit opinionem, Pinel.d.Rubr.nu.41.circa finem.

4 Itẽ intellige procedere, quãdo ſimpliciter ſit relatio ad locũ: Secus ſit cum ſigno uniuerſali, ut ſi dixit teſtator lego quæ habeo in tali loco quocunq; modo ibi ſint, uel quolibet modo ibi habuero. ita docet Bar.d.§.uxori. & Alex.d.l.ſi cõſtãte, dicẽs Bar.communiter probari, & conſ.118.nu.5.lib.5.Couar d.cap.5.verſ. 2.Aym.Crauet.Rubr. ff. de leg.1.Negu ſant.d.2.memb.nu.37.Quia illa geminatio in relatione ad locum oſtendit mentem diſponẽtis, quòd velit etiam comprehendere vænalia; quæ ibi quoquo modo reperiantur,& quod Bar.doctrina communiter ſit recepta, dicit idem Pinel.d.Rubr.nu.43.Hypol. de Marſil. l.vnius.§.cogniturum.nu.28.ff. de q.

4 Sed quid ſi res vænales ſunt fructus collecti ex reditibus vel poſſeſſionibus bonorum, non autẽ res emptæ a mercatoribus ad reuendendũ? Reſp. Bar. d. l. diuus.nu.4.de bon. dam. tenet indiſtinctè non contineri in legato bonorũ certo loco exiſtentium. & ita communiter Doct.ſentire affirmat Pinel.d.Rub.nu. 44.Sed cõtrarium tenet Deci.cõſil.472. quem ſequitur Couar.d.cap.5.nu.3.nimi ſi teſtatorem tales res, quas non negotiationis cauſa vænales habet, non videri excluſiſſe a legato, eorũ quæ in domo habet. & hanc ſententiam dicit habere æquitatem Pinel.d.Rubr.nu.44.

Quæſtio Vigeſimaprima.

SVMMARIA.

1 *Veſtibus legatis an ueſtis ciſſa ſed nondum parata apud ſartorẽ exiſtens debeatur.*
2 *Veſtes poſt teſtamẽtũ factæ an debeantur.*
3 *Veſtes æſtimatæ ſi plus minus ualeant, an pertineant ad hæredem.*

1 IVxta prædicta quæro, An legato veſtimentorum in domo exiſtentium vxor à marito relicto, debeatur veſtis ciſſa nondum ſuta, neque completa penes ſartorẽ adhuc exiſtẽs? Reſpon. Communis eſt interpretũ ſentẽtia, uxori deberi. ita dicit Petr.PecKius d.teſtam. coniug.libr.5.cap.14.num.1.& tenet Barſ. veſtimentum. ff.de aur. & arg. leg. & ita iudicatũ eſſe in Senatu Tholoſ. dicit Auſrer.deciſ.837.incip.itẽ fuit quæſitũ; Deſtinatio.n.patris familias attẽditur,q erat, q eiuſmodi veſtes domum reuerterentur.

Sed quid ſi teſtator relinquit arcam vxori ſuæ cum ueſtibus in ea exiſtentibus, & poſt teſtamentum aliquæ ſunt additæ: An illæ quoque legato venient? Reſpond.dixi infra.q. An quòd rei legatæ acceſſit debeatur.

Sed pone maritus legat ueſtes, quas æſtimat centũ, ualẽt autẽ 200. An hæres poſſit diminuere legatũ, uel ſi minus ualẽt, cogatur ſupplere? Reſp.frequẽtiori calculo receptũ eſt, q nihil addi uel detrahi debeat, ut dicit Petr.PecK.de teſtã. coniug.lib.5.c.14.nu.4.& tenet B.Iaſ.& Doct.l.ſi fundum ſub cõditione,§. ſi libertus.ff.de leg.1.Bened.c.Raynutius, Ver.& hortum.nu.15.ext.de teſtam.

Quæſtio Vigeſimaſecunda.

SVMMARIA.

1 *Alimentorum appellatione quid cõtineatur.*
2 *An medicina comprehendatur.*
3 *An in domo hæredis legatarius percipere cogatur & nu.4.*
5 *An cogatur legatarius operari hæredibus teſtatoris, etiam ſi legata in domo hæredis præſtari debens, nu.6.*

1 LEgatum alimentorum, cibaria, ueſtitum, & habitationem complectitur, tex.l.legatis, ff.de alim.leg.

2 Sed nunquid etiam cõtinentur medicinæ & corporis cura? Reſp.Bald.in l.ſi cum dotem,§.ſin autem,ff. ſolut. matri. voluit q non contineatur medicina, ſed communis eſt contraria opinio, ut teſtatur Dec.l.de alimentis,nu.3.C.de tranſac. Quia ſine medicina corpus languẽs ſanari non poteſt, Alex.l.ſi cum dotem. §.cum autem, ff.ſolut.matri.

3 Sed quæro, ubi legata alimenta præſtari debeant? Reſpond.Bald.in ſua praxi, titu.de ſucceſ.ab inteſt.q.ultim.uult, quòd

quòd in domo hæredis præſtari debent. Licet enim legatum reſpicere videatur ſa luxtem vxoris, tamen reſpicit mixtim & hęredes cum minori incommodo preſtare poteſt in domo ſua.

Contrariam partem tenet Bar. quòd legatarius poſſit habitare vbi vult, & hęres tenetur alimēta ſibi ſubminiſtrare, & hæc eſt communis opinio, vt dicit & probat Iaſ. l. diuortio, in prin. numer. 24. ff. ſolut. matri. quem refert Petrus Peckius lib. 5. c. 10. Cuma. l. cum hi, §. fin. ff. de tranſact. dicit, quòd ſemper vidit practicari, & communiter obſeruari, quòd licet mulier legataria poſſit honeſte viuere cum hæredibus mariti, poſſit tamen ſeparatim petere alimenta, & ſeorſim habitare, & abſurdum eſſe dicere, quòd cogeretur habitare cum hæredibus in vita, quia induceret quandam ſpeciem ſeruitutis, quæ nullo modo induci poteſt.

4 Sed hoc intellige, quando ſimpliciter legata ſunt alimenta, & teſtator non expreſſit, quòd magis debeant præſtari in domo, quam in alio loco: Secus ſi iuſſit legatarium ſtare in domo heredis, ita eſt communis doctrina, vt teſtatur Burſat. conſil. 90. dummodo tamē honeſtè viuere poſſit in loco vel ędibus hęredum: alias ſi id non poſſit, vt puta propter malam vitam heredis, iudice decernēte, heres tenetur etiam alibi viuere volenti alimenta pręſtare, vt dixi infra de legato ſub conditione ſi ſteterit cū hæredibus.

5 Quero etiam, An legatarius quando apud hæredes teſtatoris morari debet, teneatur operi, aut obſequiū domeſticum præſtare hæredibus uiri? Reſp. Communis eſt Doctorum reſolutio, ꝙ non teneatur, quia alimenta debētur ex diſpoſitione hominis, uel teſtatoris, licet ſecus ſit in alimentario, cui debentur alimenta ex diſpoſitione legis, ut uxori dū eſt adhuc in matrimonio cum uiro, uel intra annum luctus defuncto marito, ita tenet Bar. l. Caio. ff. de aliment. & ciba. leg. & hanc communi calculo ſententiam probatam eſſe dicit Petr. Peckius in tract. de teſta. coniugum. lib. 5. c. 1. nu. 5. & magis communiter ita concludi aſſerit Paulus Picus in rep. l. Titia. §. Titia cum nuberet, num. 162.

Et hæc concluſio procedit ſiue legata ſint alimenta ſimpliciter ſiue in domo hæredis præſtāda, ut firmat idem Picus omnes tenere d. §. Titia. nu. 162.

Quæſtio Vigeſimatertia.

S V M M A R I A.

1 *Vſusfructus legari poteſt.*
2 *Vſusfructus relictus in alio hærede poſt uxore inſtituto, an valeat.*
3 *Quid ſi inſtituto in uſufructu, alius detur cohæres uniuerſalis.*

1 REi corporalis legatum eſt uſusfructus quē legari poſſe, tex. eſt l. qui vſumfruct. ff. de uſufr. & tot. tit. ff. de uſufruct. legat.

2 Sed quęro, An ualeat legatum uſufructus omnium bonorū alicui relictū alio hęrede poſt mortē illius inſtituto? Reſp. Quęſtio eſt utilis & quotidiana: Sed admodū intricata & in quatuor opiniones diuiſa, ut per Iaſ. l. extraneū, C. de hæred. inſtit. quę oēs in duas incidūt: Vna eſt illorū, qui exiſtimāt tale legatū nō valere, cuius partis fautores ſūt: Ioā. Andr. addit. ad Speculat. tit. de pig. §. ſi alius. Alex. d. l. extraneū, nu. 8. in fi. Petr. de Anch. Innoc. c. ſ. de pig. Alex. conſi. 162. incip. circa primū, nu. 2. uol. 2. Quia dies legati cedit demū ab hæreditate, ut infra. q. Vnde cū heres inſtitutus uiuēte uxore adire nō poſſit, inutile eſt legatū. Cōtrariū, ꝙ tale legatū ſit ualidū tenet Bald. l. quod pauperibus. num. 27. C. de epiſco. & Cler. & hāc dicit eſſe cōmunē opinionē Caualcan. tract. de uſufruct. mulie. nu. 224. ad finē. & nu. 69. Roma. cōſ. 71. nu. 5. Pariſ. cōſ. 97. Vide proceſſum. num. 1. uol. 2. Mod. Pariſ. addit. ad Alex. conſ. 162. nu. 3. vbi dicit contrariā opinionē tanquā iniquam contra teſtatoris uoluntatem, & naturam materiæ ſubiectæ reijciendum. Paul. de Caſtr. d. leg. filius, dicens ita fuiſſe iudicatum, & hæc ſcientia uerior & æquior eſt; Quia talis inſtitutus poſt mortem uxoris ex mente teſtatoris cenſetur purè inſtitutus, & ſtatim adire poteſt, & legatum ſoluere. dum enim teſtator vult uxorem uſufructuariam, quod conſequens eſt, uidetur etiam uoluiſſe antecedens inſtitutio-

ſtitutionem puram, ſine quo legatum conſiſtere non poteſt, & tempus mortis non eſt adiectum ad implementum puram inſtitutionem. Sed ne vxor in vſufructu tempus vitæ ſuæ turbetur, vt pulchre Mod. Pariſ. add. ad. d. conſi. Alex. Eãdem tenet Corn. dicens ita iudicari. d. l. extraneum, & Bened. Cap. Rainutius, verb. reliquit, nu. 7.

Sed quid ſi teſtator inſtituat aliquẽ in uſufructu omnium bonorum, & poſt mortem eius inſtituat hæredem vniuerſalem, An hoc caſu inſtitutio illa ſit quoque legatum tantum, An vero fideicommiſſum inductum ſit. effectus huius magnus eſt, quia ſi fideicõmiſſum inducitur, fideicommiſſario ante inſtitutũ moriente, hæreditas ab hæredes ipſius fideicommiſſarij non tranſmittitur, quia fideicommiſſum conditionale, ante grauatum decedente fideicommiſſario pendẽte conditione, non tranſmittitur, ut eſt communis opinio, de qua infra? Reſp. Ang. in l. proles, ff. de teſtam. mili. tenet, quòd inſtitutus in vſufructu ſit mere legatarius vſuſructus; vt in primo caſu, quem ſequitur Mod. Pari. ſed Alex. d. conſ. ſicut quilibet inſtitutus in re certa dato ſibi cohærede uniuerſali, militante eadem ratione, quòd tempus adiectum inſtitutioni, non impediat inſtitutionẽ. Sed tãtum hæredem a perceptione vſus fructus remoueat. Itaq; hæredem ſtatim adire poſſe, & hanc ſententiam dicit ipſe amplecti Pau. de Pico. Repet. l. Titia. §. Titia cum nuberet. q. 59.

Sed contrariam partem quòd inſtitutio illa trahatur ad fideicõmiſsũ, & vxor hæres ſit non tantum in uſufructu, ſed etiam in proprietate tenet Salic. d. l. extraneum, nu. 6. vlt. q. Iaſ. ibid. n. 6. Alex. conſ. 462. Dec. cõſ. 172. incip. non leuis, nu. 2. per tex. l. ſi quis inſtituatur, ff. de hæred. inſtit. Pau. de Caſt. 399. Viſis dubijs propoſitis. hanc ſequitur & dicit eſſe magis communem opinionem Ruin. conſ. 36. lib. 2. licet contrarium cõſuluerit conſ. vlt. eo. lib. Eandem magis communem refert Anto. Natta addit. ad cõſ. Alexandri infra. §. & cõem nouiſſime dicit And. Geyll. obſer. lib. 2. obſer. 43. nu. 5. dicens tamen priorem opinionem eſſe veriorem.

Queſtio Vigeſimaquarta.

S V M M A R I A.

1 *Quid ueniat in uſufructus legato ſi filij ſint hæredes inſtituti.*
2 *Quid ſi teſtator reliqt dominã uxorẽ ſuã.*
3 *Quid ſi dominam & uſufructuariam.*
4 *Si filij inſtituti ante matrem uſumfructuariam moriantur ipſa, totum uſufr uctũ conſequitur.*
5 *An hẽat locũ in filijs alterius matrimonij.*
6 *Quid in Nepotibus & cæteris deſcẽdẽtib.*
7 *Quid in filijs naturalibus.*
8 *Quid in aſcendentibus.*
9 *Quid ſi filius inſtitutus pro parte, & pro parte extraneus.*
10 *Quid itẽ ſi filio extraneus ſit ſubſtitutus.*
11 *Quid ſi maritus in teſtamẽto legauit uxori alimenta, in codicillis poſtea uſumfructum.*
12 *Si hæres extraneus inſtitutus, uxor uſufructuaria integrum habebit uſufructum.*

QVæro de utili & quotidiano caſu in actu practico, ſi maritus iſtituat hæredem, & relinquat vxorem uſufructuariam omnium bonorum, quid conſequatur vxor, uel quid ueniat in tali relicto? Reſp. Hęc q. tractatur l. Titia. §. Titia. ff. de leg. 2. in qua notãdi duo caſus, aut. n. inſtituti ſunt filij, aut extranei.

1 Primo caſu, communis eſt Doc. opinio, q vxor viuẽtibus filijs conſequi debeat ſaltẽ alimẽta, & nõ vſumfructũ omniũ bonorũ. ita tenet gl. Auth. hoc locũ. C. ſi ſecũd. nup. verb. derogari. ſequitur Bar. Bal. Sali. & alij ibid. Bar. d. l. Titia cũ teſtamẽto, §. fi. n. 3. ff. de leg. 2. & hæc ſentẽtia nõ hẽt contradictorẽ propter Bulgari cõſuetudinis iterpretationẽ. & hãc dicit eſſe cõmunẽ opinionẽ Dec. conſi. 454. n. 1. & conſi. 179. incip. non leuis perplexitas, n. 3. Eandẽ dicit eſſe magis communẽ Alex. conſ. 56. incip. perlectis uerbis, n. 1. vol. 3. & eam tenet Tiraq. l. ſi unquam. C. de reuocand. donat. verb. ſuſceperit liberos, nu. 163. Pau. de Caſt. conſ. 218. nu. 1. uol. 1. Capra cõſi. 72. num. 1 ff. Eandem dicit omnium Doctorum communem opinionem Caualcan. tracta. de vſufruct. mulier. numc. decimoſeptimo

hanc

hanc quoque dicit eſſe cõmunem Andr. Geyll.d.obſer.nu.3. Verbum enim vſus fructus non importat verum vſumfructum hic,ſed quandam alimentationem conſuetam,cum ſit veriſimile quòd teſtator voluerit filijs relinquere inane & inutile nomen hæredis.

2 Et hæc concluſio procedit etiam ſi teſtator vxorẽ dominã relinquerit omniũ bonorũ.nõ enim videtur inſtituta hęres vel dominiũ ei relictũ,ſed tantum alimẽta & præeminentia,in qua ante mortem mariti erat,deberi.Barto.Bald. & alij d. Auth.hoc locum,Bart.conſi.9.ſuper eo quod quæritur,& conſ.170. Petrus Maroli.Picus repe.d.l.Titia.q.1.§. fin. Roma.conſil.153. hæc domina, & conſili. 516. in caſu propoſitæ conſulationis, Paul. Caſtren. conſil. 160. conſiderandum eſt,libr.1. Corn.conſil. quinto lib. 2.conſil. quinquageſimo ſexto, perlectis libr.3.conſil.29. libr. 4. conſil. 214. lib.6. hanc dicit eſſe communem Petrus Pechius de teſtam. n. coniugum. lib. 5. cap. 2. in princip. Riminald. inſtitu. de donat. in princip. numer. 559. vbi dicit omnes iſta ſentire, & patet ex authorit. relatis per Tiraquel.in ll.connub.l. 10. gloſſ.1.par.10.num.7. ita enim verba intelligenda ſunt ex communi vſu loquẽdi, quo vxorem dominam appellamus, & lex dominam appellat.

3 Idem dic,ſi teſtator relinquit Dominam & vſufructuariam omnium bonorum, quia reſoluitur in alimenta, & vxor tantum debet habere victum & veſtitum, prout habere conſueuit in uita mariti, ita dicit tenere omnes Doct. Hyppol.Riminald.in d.princip.titu.de donat.& eſſe cõmunem opinionem aſſerit Petrus Pechius d. capite ſecundo. libr. quinto. de teſtament. coniugum, numer. 4. licet practic. Pap. exiſtimet de ſubtilitate iuris, relicta conſuetudine, vxori hoc caſu deberi totum vſumfructum de tracta liberorum legitima, ſed à communi non eſt recedendum, quam ſequitur Zaſ.conſ.18.nu.4.lib. 2. propter ſupradict.rationem.Non enim eſt veriſimile, quòd filijs inane & inutile nomen hæredis relinquere voluerit.Tobias Nonius conſ.29.nu.15.

4 Aduerte tamen, ſi filij ante matrem mortui fuerint,mater vſufructuaria, eſt ſequitur totũ vſufructũ. ita tenet Bart. l.ſicut in annos.ff.quibus mod.vſufruct. d.l.Titia.§. vlt de leg. 2. Doct. d. Auth. quòd locum Cæpol.de ſeruit.lib.1.cap. 4.ve.ſ. item quid ſi maritus ſingulare reputans,Anchora.conſ.185. quæſtio videtur magis dubia,Ang.conſ.97. Alex. conſil.42.Viſo proceſſu.lib.2. Dec. cõſ. 485.Caſus de quo.& hanc dicit eſſe cõmunem opinionem Gozad.conſ.99.nu. 9.Quamuis Alex. conſi. 29. lib. 4. id ita demum procedere uelit, Si uxor relicta ſit vſufructuaria, cum illa clauſula donec vidualem uitam, uel caſtè vixerit. Sed indiſtincte uſufructum deberi communis eſt opinio, à qua non eſt facile recedendum, ut dicit Petr. Peck.de teſtament.coniug.libr.5.c.3.aſſerens hanc magis ueritati atque rationi conſentaneam. deficientibus enim liberis, tanquam ceſſante cauſa, ceſſare debet reſtrictio facta ad alimenta. Moder.Pariſ.add. ad Alex.d.conſ.29.

5 Sed quæro, An hæc concluſio habeat etiam locum in filijs alterius matrimonij, puta ſi teſtator inſtitueret filios alterius matrimonij & uxorem,eorũ ſcilicet Nouercam relinqueret uſufructuariam: An reſtringatur legatum ad alimẽta tãtum: An uero habeat integrũ uſum fructum? Reſp.Bal. in d. auth. quòd locum dicit, quòd dicta conſuetudo non extendatur ad dictos filios, quem ſequitur Franciſ.Cremenſ.ſingul.9.

Sed contrariã partem, quòd etiam hoc caſu uxor tantum habeat alimenta tenet Imol.d.auth.& cõſulẽdo.Capra cõſ.72. Franc. Mar.deciſ.849.in 1.par.hanc dicit eſſe communem opinionem Franciſ. Viuius in collect.cõmu. opin. Verb. uxor. in fi.Ema.Soarez.in ſuo Theſaur. uerb. Domina.nu.142.Vbi alios de communi atteſtantes laudat. Hanc quoque eſſe de mente communiter ſcribentium atteſtatur Paul. Picus in Repet. d. §. Titia.nu. 59. circa finem, ſubdens, quòd iſta ſit in iudicando tenenda, quia eſt multum æqua, & bonis rationibus fundata. Eandem dicit eſſe communem & ſequitur Caualcan. d. tract. de uſufruct. Mulie. nu. 32. & eſt uerior. Nam ratio, quare filij eiuſdẽ matrimonij relicta matre

tre vſufructuaria habeant iſtud priuilegiũ, eſt ex coniectura ta mẽte ipſius patris defuncti, quia nõ præſumitur, q ve lit vxorem habere vſumfructũ, & filios quodammodo mendicare, & fame perire. Quæ ratio, militat tam in filijs primi matrimonij, quam ſecundi, quia nulli dubium eſt, quin pater magis præſumitur diligere filios ſiue primi, ſiue ſecundi matrimonij, quam vxorem propriam.

6 Sed nũquid hoc procedit in Nepotibus inſtitutis ab auo, & quibuſcunq; deſcendentibus? Reſp. q ſic. ita tenet Bald. d. auth. ad locũ, & q eius opinionẽ ſequuntur cõmuniter Doct. dicit Alex. & Paul. Picus d. §. Titia. nu. 68. Caualcan. d. tract. de vſufruct. mulie. nu. 17. Ex quo enim iſta conſuetudo Bulgari reſpicit fauorem filiorum, ex identitate rationis debet extendi ad nepotes, & hoc ſiue nepotes iſti teneant primum locum ſublato parente, ſiue non; ita indiſtincte loqui communiter omnes Doct. & ita tenẽdum eſſe dicit idẽ Picus. d. nu. 60. in fi.

Quæro item, quid in filijs naturalibus tantum ſi inſtituat eos, relicta cõcubina Domina & vſufructuaria omnium

7 bonorũ, nunquid fauore illorum reſtringatur legatum ad alimenta tantum? Reſpond. quòd ſic, ita tenet Bald. d. §. Titia. & ibi Picus dicit hanc eſſe communem opinionem num. 12. Anton. Gabriel. commun. opin. libro. 5. concluſ. 2. num. 23. & 24.

Quid autem in Aſcendentibus inſtitutis, vxore relicta domina & uſuſructuaria omnium bonorum? Reſp. Quidam uoluerunt extendi ad aſcendentes, & legatum ſimiliter reſtringi ad alimenta tantum, ita conſulendo tenet Anchoran. conſil. 237. & ſequitur Addit. ad Alex. l. etſi contra, ſub. nu. 7. ff. de vulga. & pupilla. quia Aſcendentes & deſcendentes ſunt correlatiua, & diſpoſitum in uno, cenſetur diſpoſitum in alio.

8 Sed contrarium tenet Imol. d. l. Titia, §. fin. ff. de lega. 2. & hãc dicit eſſe cõmunẽ opinionem Paul. Picus ibi nu. 57. Anton. Gabriel. com. concluſ. lib. 5. titu. de uſufructu, concluſ. 3. num. 48. & ita omnes Doctores tenere dicit Caualcan. d. tract. de uſufruct. mulie. num. 18. circa finem. Quia non eſt eadem ratiõ in aſcẽdentibus, ſicut in deſcendẽtibus, quia non eſt ita debita hæreditas, nec ita in eis perpetuatur memoria & ſucceſſio, ſicut in deſcendentibus. Vnde etiam nõ procedit illa regula correlatiuorũ, quæ habet locum, vbi eſt eadem ſeu tanta ratio in uno, quæ in alio.

9 Succeſſiue quæro, Si filius tantũ pro parte eſſet inſtitutus hæres, & pro alia parte extraneus, Nunquid vxor relicta Domina & vſufructuaria tantũ habebit alimenta? Reſp. q hoc caſu mulier vſufructuaria pro parte illa in qua filius eſt inſtitutus, habebit alimenta, in parte verò illa, in qua eſt hæres extraneus, vxor plenum habebit vſumfructum. ita tenet Bart. d. l. Titia. §. fin. dum diſtinguit, quòd exiſtentibus filijs mater vſufructuaria habebit alimenta: exiſtentibus uerò extraneis totum uſumfructum, ut infra. Sed ſi exiſtent filij, & extranei, in parte filiorum alimenta, in alia integrũ uſumfructum accipiet. & hanc ſententiam communiter probari dicit Iaſon. l. contratabulas. numer. quinto, & ſequent. ff. de uulg. ſubſtit. Roland. à Valle, conſil. 74. num. 5. & ſeq. uolum. 2. hanc dicit quoque communem opinionem Picus. d. §. fin l. Titia. numer. 38. Caualcan. tract. de uſufruct. Mulie. num. 42.

10 Sed pone pater filium inſtituit, & ei extraneum ſubſtituit, nunquid mater habebit integrum uſumfructum? Reſpond. Aut filio ſuccedit ſubſtitutus ex uulgari & indiſtinctè mulier habet integrum uſumfructum. ita tenet Bart. d. §. fin. l. Titia. & hanc eſſe communem opinionem fatetur Picus ibi numer. 40. Franciſ. Viuius. commun. opinion. Verb. uxor. quia legatum incipit à perſona extranei. Aut ſubſtitutus ſuccedit ex pupillari, & hoc caſu diſtinguit Bart. d. §. fin. quòd aut teſtator ſimpliciter relinquit dominam, & vſufructuariam, & ita fecit unicum legatum, & tunc habebit alimenta tantum. Aut in legato ſunt talia uerba, per quæ legatum redditur conditionale & annum, & tunc habebit uſumfructum, & quòd Bartol. Doctores communiter ſequuntur, dicit Picus d. l. Titia. §. fin.

E num.

nu 40. & quadrageſimo 4. Sed Bartol. dum uult in pupillari alimenta ſolum in vnico legato deberi uſuifructuario, cõiter reprobari aſſerit Caual.d.tract.de vſufructu, nu.43. & contrarium, quòd ſi ſubſtitutus ſuccederet filio ex pupillari, etiam quòd legatum eſſet unicum, vſufructuario deberi vſumfructum, dicit eſſe communem opinionem Iacob. Niuel. Regul.245. Verb. Vxor relicta. fallent. 1. quia per mortem pupilli inſtituti, irritatur gradus inſtitutionis, & ſic teſtamentum teſtatoris, & cætera relicta remanent.

11 Quæro etiam, ſi maritus in teſtamento prius facto legauit uxori alimenta, deinde in codicillis reuocauit legatũ alimentorum, & eorũ loco reliquit vſumfructum, nunquid, ex tantibus liberis, vxor nuda tantum habebit alimenta? Reſp. Communi calculo receptum eſt, hoc caſu vxorem non tantum alimenta, ſed mediam partem vſusfructus habituram, altera parte penes liberos manente. Quia ex coniunctione teſtamenti, & codicillorum conſtat, maritum uoluiſſe plenius vxori prouidere, itaque concurrit cum filiis, per tex.l.ſi alij. de vſufruc. leg. alias inutilis eſſet diſpoſitio in codicillis & inefficax. Liberos uero ſi mori contingat portionem vxori accedere iure accreſcendi ita tenet Paul.de Caſt.cõſil.218.incip.q; vxor.lib.1.Decius conſil.454.conſil.643.Alex.conſi.56. lib.3. conſil.214.lib.6.conſi.29.libr.4. Corn. conſil.7.lib.1.Ludou.Gozad. conſil.48. & communiter placitum eſſe aſſerit Petrus Peckius tract.de teſtament.coniug. lib.5.c.10.nu.6.Quamuis contrarium teneat, & ab ea diſcedat Moder.Pari.in addit.ad conſi.Alex.56.

12 Secundo caſu, quando inſtitutus eſt hæres extraneus, uxor relicta vſufructuaria omnium bonorum vita durãte, non alimenta tantum & præeminentiã, ſed plenum vſumfructum conſequi debet. ita tenet Bar.& alij d.l Titia cum teſta. gloſſ. d. auth. hoc locum, Paulus de Caſtro.conſi.416.incip.ad primũ quæſitum, lib. 2. Alex. conſi.57. lib.3.dict. conſil.42.lib.2.Socin. Iunior conſil.96. Viſo teſtamento, lib. 1. Capel. Tholoſſ. ibi Aufrer.addit. deciſ.462. Tiraquel.d. ll.connubia, l.10. num.6. cum ſequent. Tobias Nonius conſil.65. num.1. hanc dicit eſſe communem opinionem Paulus Picus dict.l.Titia.numer.34. Tobias Nonius dicto conſi.65.num.13.Vbi idẽ referunt communiter receptum, etiam ſi uxor relicta ſit domina & uſufructuaria, quo caſu tamen Bald. in l.fin. C. de indict. viduit. tollend. exiſtimat. illa ſimul iuncta etiam extraneo hærede inſtituto, alimenta & præeminentiam quã in vita mariti habebat, ſignificari. Sed pro communi Pariſ. conſil. 94. circa primum, nume.33.libr.3. Ru. in conſil.26. quamuis Franciſco, vbi in fortioribus terminis loquitur num 2. & 3. lib.5. & ab ea nullo modo recedendum eſſe dicit Nonius d. conſil. 65. Quia illud verbum, Domina, præeminentiam quandã ſignificat: Sed uerbum vſufructuariam propriè accipiendũ eſt, quia ceſſat præſumptus fauor liberorum.

3 Sed quid ſi vxor relicta tantum ſit domina & maſſaria, uel gubernatrix? Reſp. Practica Papienſ.in forma libelli quo agit vxor dotem, in gloſſ.donec.nume.5. verſic.poſtremo quæritur, uidetur uelle, quòd hoc caſu etiam extraneo hærede inſtituto, vxor vſufructuaria debet habere totum vſufructum. Sed contrariam opinionem, quòd illa verba, dominam, gubernatricem, & adminiſtratricem, ſine verbo vſufructuariam, non important integrum vſumfructum, extraneis hæredibus inſtitutis, ſed alimenta tantum, dicit eſſe communem opinionem Paul. Pariſ. conſil. 21. vol. 2. quem refert & Caual.tract.de vſufructu. mulie. num.29.

Sed quæro, quid ſi teſtator inſtituiſſet hæredes pleno iure, vel cum vſufructu, puta quia dixit: inſtituo Titium hæredem pleno iure vel cum vſufructu, & relinquo vſufructuariam & dominam bonorum meorum vxorem meam. Nunquid hæres cõcurret in vſufructu? Reſ. q; ſic, quia idem eſſet, ac ſi dixiſſet, inſtituto eum non ſolum in proprietate, ſed etiam in uſufructu. Ideo dimidiam vſusfructus habebit hæres, aliam dimidiam uxor, & ita tanquã re coniunctos ueniet hæres ad uſumfructum cum uxore. ita conſulendo tenet Alexan. cõſil. 56. per

lectis

lectis uerbis teſtamenti. verſicul. Vnde cum in te ta nento. volum 3. & quòd ita communiter tradant Doctores teſtatur Caualcan. d tract. de vſufructu numer. 63. de quo dixi infra. §. ius accreſcendi.

Et hoc intellige, ſi inſtitutus ſit heres pleno iure ſimpliciter: Secus ſi poſt morté vſufructuariæ, quia tūc apparet de mente teſtatoris heredē vſumfructū conſequi non debere, niſi poſt mortem uſufructuariæ, ideoque non concurrit in uſufructu, ut dixi ſupra tale legatum ualere.

Quæſtio Vigeſimaquinta.

SVMMARIA.

1 *Vſufructuarius omnium bonorum an concurrat etiam in uſufructu relicto alys in rebus particularibus.*

2 *Quid ſi ambo legatarij ſint particulares.*

3 *Quid ſi uni rei alicuius particularis uſumfructum relinquat, alteri fundum, an ambo concurrant in uſufructu.*

4 *An hoc procedat in uſufructuario omniū bonorum.*

NVnc vidēdum quoque in quibus rebus legatum vſusfructus locū
1 habeat. Quęro itaque ſi teſtator reliquit alicui res particulares, alteri generaliter omnium bonorum uſumfructum, An vſufructuarius omnium bonorum habeat vſumfructum in rebus particularibus legatis? Reſpond. Articulus eſt controuerſus. Bart. in l. Sēpro. ff. de vſufructu legato docet, quòd legatarius omniū bonorum cōcurrat cū legatario rei particularis, ſiue adiectū ſit ſignū vniuerſale, ſiue nō: quē, ſequitur Prac. Papieſ. in forma libel. quo uxor agit ad dotē, Verb. donec, ſub. nu. 5. Alexand. cōſi. 56. volum. 3. cum pluribus allegat. per Paul. Picum dict. l. Titia. §. final. ff. de legat. 2. numer. 88. 89. dicens ab hāc ſententia durum fore in iudicādo recedere.

Contrariam uerò partem, quòd Vſufructuarius omnium bonorum non concurrat in vſufructu cum legatario particulari in rebus particularibus, cōmuni calculo receptam eſſe, aſſerunt Bald. & Salic. l. quoties, C. famil. hercif. Ang. §. 1. Inſtit. de vſufr. Iaſ. cū quæſtio. C. legat. quos refert & ſequitur Petr. Peck. de teſtam. coniug. capit. 9. numer. 1. Sed non recedas à Bart. ſententia quæ reuera magis cōmunis eſt, & uerior propter generalitatem tex. in dict. l. ſi alii. ff. de vſufructu leg. quam etiam communem dicit Picus d. §. fina. dum vult. d. l. ſi alij, procedere ſiue uſufructuarius ſit particularis, ſiue uniuerſalis, idē fatetur Didac. Couar. Variar. Reſolut. lib. 2. cap. 2. in 6. cōcluſi. numer. 7. Ioā. Dilect. in tract. de arte teſtandi, titu. 6. Caut. 24. quem refert Villal. in commu. opin. Verb. uſufructus rei legatus num. 53. & 54. Paul. Pariſ. in conſil. 97. numer. 13. & 30. hāc quoque fatetur Borg. communem Caualcan. in tract. de uſufructu mulier. numer. 45. dicens opinionem Bald. contrariā eſſe cōtra communem, & in praxi non tenendam, & communem eſſe ſequendam dicit Roland. à Valle. in conſil. 8. num. 31. uolum. 2.

2 Idē dic ſi ambo legatarii ſint particulares, & uni legetur uſusfructus rei, alteri fundus, quia concurrunt ambo in uſuſfuctu. ita tex. eſt i d. l. ſi alii. Ratio eſt qa uſusfructus eſt pars ſubſtantialis fundi.

Quid autem ſi teſtator hoc caſu alteri legauit expreſſè integrum uſumfructū ſine diminutione? Reſpon. Diuerſę ſunt gloſſatorum & ſcribentium ſentētiæ, Nam quod etiam hoc caſu concurrāt uterque legatarius uoluit Azo, ut refert gloſſ. in d. l. ſi alii Verb. actum, quā ſequitur Hoſtien. & Io. And. cap. j. ext. de ſenté. excō. Roma. l. Neratius, ff. de acquir. poſſe. & cōſi. 83. incip. quæro à te, & hanc opinionem dicit in puncto iuris uerissimam Paul. Picus d. l. Titia. §. fi. nu. 92. ff. de leg. 2. Ratio eſt, quia text. in d. l. ſi alii, fundat ſe in errore teſtatoris, non quòd uoluntas teſtatoris eſſet certa, unde licet dixerit, tamen quia uoluntas erronea eſt, non attenditur.

Cōtrariam opinionem, quòd imò d. l. ſi alii non habeat locum, vbi teſtator expreſſe diceret, quod habeat legatarius vſumfructum integrum, tenet Rog.

gloſſator, vt dicit gl. d.l. ſi alij uerb. actū, & ſequitur Bart. ibid. & hanc eſſe communem opinionem Doctorum aſſerit Picus d.l. Titia. §. ſi. num. 92. ſubdens durum eſſe ab ea in conſulendo & iudicando recedere. Eandem dicit eſſe communem Io. Dilect. tract. de arte teſtandi. tit. 6. Caut. 24. nu. 2. Quia vbi certum eſt de voluntate teſtatoris, potius attendimus voluntatem, quam verba.

4 Et hoc procedit ēt ſi teſtator iuſſerit legatariū oium bonorum conſequi debere totum & integrum vſumfructum. Namq; tūc ēt vſuſfructuarius oium bonorum percipiet illum ex bonis perſonis particularibus relictis, & ipſi legatarij nudā ſolum habebunt proprietatem ſtāte uſufructuario oium bonorū, & nō habebit locū diſpoſitio, d.l. ſi alij, vt dicit ibi gl. quā ſequit Bar. & eā eſſe cōem & cōiter approbari fatetur Pariſ. cōſ. 94. nu. 45. & conſ. 97. nu. 21. dicens ab ea in conſulendo non eſſe recedendum. idem firmat Caual. d. tract. de vſufructu mulie. num. 62. dicens hoc eſſe digito notandum. Quod ſecus eſſet, ſi ſimpliciter alicui vſuſfructus omnium bonorum relictus ſit, quia tunc legatarius particularis in vſufructu concurreret cum vſufructuario vniuerſali.

Quæſtio Vigeſimaſexta.

SVMMARIA.

1 *An in legato vſuſfructus omnium bonorū ſimpliciter ueniant feudalia.*

2 *Quid ſi expreſſè teſtator fecerit mentionē de feudalibus.*

QVæro ēt, an vſufructuarius oīum bonorum habeat vſumfructum in bonis feudalibus? Reſp. in hac quæſtione duo ſunt caſus diſtinguendi. Primus eſt, quando teſtator ſimpliciter legauit vſumfructum omnium bonorum, & tūc in tali legato non veniunt bona feudalia, in quibus teſtator poſt eius mortem non potuit conſtituere, nec præſumitur in generali eum diſpoſitione nō veniūt bona feudalia, ita vbique DD. tenere dicit Tiraqu. tract. Le mort. 5. part. declar. num. 5. & ſeq. Bero. q. 95. Crauet. conſi. 256. num. 5 & 6. vol. 1. communem fatetur Pariſ. cōſi. 58. nu. 4. vol. 2. Iaſ. in prelud. feud. in prin. nu. 46. vbi dicit feudū non venire in fideicommiſſo generali. & ita communiter teneri Caual. de vſufructu mulier, nu. 97. Quod intellige in feudo antiquo ex pacto & prouidentia, ſecus in feudo merè hæreditario, vt pro ſe & quibuſcunq; hæredibus recepto. Nāque illud ad quoſcunque tranſit extraneos ſucceſſores etiam legatarios & fideicōmiſſarios, ita tenēt Doctores cōiter in l. patroni, ff. ad trebe. & firmat Bal. c. imperialem, num. 19. de prohib. feud. alie. per Frider. Vbi dicit, quod talia verba non ſolum tria hæredum genera includunt, ſed etiam legatarios. Hanc opinionem in ſequitur, & ait communem eſſe Aym. Crauet. dic. conſil. 256. in caſu, communem quoque dicit Rubr. in Repet. l. Gallus, §. quidam recte, num. 198. & ſequ. ff. de lib. poſthum. & rurſus communem atteſtatur Socin. inter conſilia Alber. Bruni conſi. 10. col. 1. verſi. circa primam.

2 Secundo caſus eſt, quando teſtator in tali legato vſuſfructus feciſſet expreſſā mentionem de dictis bonis feudalibus, & tunc dic. vt dixi ſupra q. 14. Nam certum eſt vaſallum in bonis feudalibus vſumfructū vel etiam alimenta poſt mortem ſuam conſtituere non poſſe, vt dixi ibi. communem eſſe opinionē pulchrē Bero. q. 94. & cōem dicit Picus d.l. Titia, § ſi 1. q. 37. Pura. l. 1. par. 3. num. 70. verſicu. addunt etiam plures, C. de bon. mater. Roland. a Valle conſi 71. num 67. & ſeq. uolum. 2. & communem atteſtatur Bened. Cap. tract. Reg. Reg. 106. licet in præiudicium conſtituentis benè ualeret, vt dicit eſſe communem opinionem Roland. a Valle in conſilio 59. uolum. 2.

Prædicta tamen intellige, iuxta ea quæ dixi ſupra, §. hæreditas, q. 12. Vt procedant ſi ſucceſſor nolit eſſe hæres teſtatoris. Secus ſi fuerit hæres ſimpliciter tenetur ſeruare factum defuncti, vt vſumfructum relictum in bonis ipſius hæredis. Sin autem adiuit cum beneficio inuentarij, tenetur ſimiliter uſque ad concurrentem quantitatem, in qua ſucceſſit teſtatori, vt dixi ſupra d. q. & ita

ita dicit eſſe iudicatum Borg. Caualc.d. tract. de vſufructu, num. 98.

Quæſtio Vigeſimaſeptima.

S V M M A R I A.

An in uſuſfructu omnium bonorum legato ſe veniat bona ſubiecta reſtitutioni fideicõmiſſi

QVæro, An vſufructuarius omniũ bonorũ habeat vſumfructum in bonis ſubiectis fideicõmiſſo? Reſpond. quod nõ, quia in legato ſimplici omnium bonorum intelligitur legatus vſusfructus bonorum fideicommiſſo & reſtitutioni ſubiectorum, ita communiter tradũt Doctores l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de uerb. obli. ut teſtatur ibi Iaſ. nu. 33. uerſ. in eadem glo. Alex. conſi. 21. nu. 3. vol. 5. & quod ita omnes Doc. tenent, dicit Caualc. tract. de uſufructu mulierum, nu. 98. uerſ. 6. deducere.

Quæſtio Vigeſimaoctaua.

S V M M A R I A.

An uſufructuarius omnium bonorum habeat uſumfructum in legitima filiorum.

QVæro ẽt. An vſufructuarius omnium bonorum habeat vſumfructum in legitima filiorũ? Reſpõ. quod non, ſed filius poterit retinere legitimã vna cum fructibus, quia debetur in proprietate cum vſufructu & ſine aliquo onere, dixi, infra §. legitima. & hanc opinionem tenet Bar. l. Marcellus, & cõmunẽ dicit Pau. de Caſt. conſi. 154. cõſi. 416. 1. par. Dec. conſi. 119. ſub num. 1. & Curt. Ruin conſi. 140. num. 11. uol. 5. Octa. Cacher. decif. Pedemont. 30. quæſitum, nu. 12. & ſeq. & tenet Paul. Picus d. l. Titia. §. fi. nu. 44. Communem dicit Caualc. tract. de uſufructu.

Et hoc intellige etiamſi tota proprietas uel maior legitima eſſet relicta ſiue vſufruct. gl. auth. nouiſſima. C. de inoff. teſtament. ibi Iaſ. dum ait ſi ſolut, glo. a doct. improbari, Antonius cucchus ibi, ita omnes Doc. paſſim tenere ait Rubri. Legitima ple. iure relinq.

Quæſtio Vigeſimanona.

S V M M A R I A.

1 *An relictum uſusfructus extendatur bona futura.*

2 *Limita ſi coniunctæ perſonæ relictum ſit.*

QVæro, An vſuſfructus omnium bonorum relictus, extendatur etiã ad bona futura, ita ut uſufructuarius hẽat etiam vſufructum illorum bonorũ poſt teſtamentum acquiſitorum? Reſp. quòd non, ſed intelligitur tantum de uſufructu bonorum exiſtentium tempore teſtamenti. Quia conceſſio alicui facta, præſumitur facta ſecundum ſtatum præſentem, & de rebus præſentibus & non futuris, Prac. Papien. in form. libel. in act. confeſ. gloſ. ſeruitus, nu. 5. uerſ. ſed circa hæc quæritur, & hãc dicit eſſe com. opi. Turſa. in ſuis com. opin. q. 83. Sicut donatio omnium bonorum intelligitur bonis præſentibus non futuris, ut eſt communis opinio, de qua per Clar. §. Donatio. uerſ. eadem que ratione.

Sed certe hic articulus dubius eſt. Nã uidetur, quod etiã legato uſufructus omnium bonorum, debeatur vſufructus futurorũ, vt videt voluiſſe Dyn. ſing. 243. & alii per Cranet. Rubr. de leg. 1. nu. 9. & ſeq. verſ. ampliatur ſecũdo. Et per gl. & tex. l. quoties. §. fi. ff. de vſufr. ubi qñ legatur vſusfructus omniũ bonorum, debetur etiam uſusfructus futurorum. Sed non recedas à prima opinione, pro qua eſt tex. l. ſi ita, ff. de aur. & arg. leg. Vbi in legato particulari & certo rei nõ veniũt futura, & quæſita poſt teſtamentum, ẽt ſi legatum ſit factum uerbis generalibus uel uniuerſalibus. Et certum legatarium in vſufructu omnium bonorum alio dato cohærede uniuerſali, dici in re certa & particulari, inſtitutũ, & relictũ, & eſſe ſaltem legatarium fructuum & non proprietatis, aliũ vero hæredem in proprietate, ergo uti legatum particulare non comprehendet futura.

Intellige tamen prædicta, quòd tãtũ modo intelligantur legata, bona, quæ teſtator habet tẽpore teſtamẽti, & ita præſentia, ut non procedant, quando legatũ eſt factum coniunctæ perſonæ, tunc etẽnim ratione commutationis debet attendi tempus mortis teſtatoris, non autem tẽpus teſtamenti, ita docet Bart. d. l. ſi ita verb. hæc uera. & in l. cognatis, col. 1. ff. de reb. dub. Sõt. l. 1. nu. 51. ff. de reb. dub. Quãuis cõtrariũ ꝓbauerit Cagn. l. fi. nu. 238. & ſe. C. de pac. Apoſtillat ad ſing.

Rom.1.ſing.503. Sed prima opinio eſt verior, æquior, & communis, ut teſtatur Ioſeph Ludo. in Deciſio. Cauſar. Peruſ. deciſ.61.par.2.nu.39.

Queſtio Trigeſima.

S V M M A R I A.

1 *Quid importet legatum uſusfructus omnium bonorum.*

2 *Diſtinguitur an filij ſint inſtituti uel extranei.*

3 *An uxori uel extraneo relictum.*

4 *An ueniant fructus pendentes tẽpore mortis teſtatoris.*

1 PRoſequẽdo materiam Quæro quid importet relictũ uſusfructus bonorum? Reſp. Pro ueritate habenda in hac queſtione, conſideranda ſunt uerba teſtatoris, An ſcilicet, relinquat teſtat̃ uſũ fructum bonorum ſuorum mobiliũ, & immobilium. An uero omnium bonorũ ſimpliciter, & dic ut dixi ſupra q.

2 Deinde conſidera; An inſtituti ſint filij, vel extranei: Nãque ſi filij ſint inſtituti, & uxori teſtatoris relictus uſusfructus omnium bonorum, tunc relictum vſusfructus omnium bonorum importat tantum alimenta, ut dixi ſupra q. & quod iſta ſit communis opinio firmat quoq. Benedict. in Reper. c. Raynutius, Verb. cætera bona, nu. 19.

3 Et hoc procedit et ſi uſusfructus relictus ſit pſonæ extraneę, nõ enim inſtitutis filiis uel deſcẽdentib. habet integrũ uſumfructum; ſed tm̃ alimenta: ita tenet Ang. in Auth. hoc locũ. C. ſi ſecũd. nup. mul. Pariſ. conſi. 21. conſi. 96. Volu. 2. Apoſtil. ad Franciſ. Cremen. ſingul. 8. quid ſi maritus. Anto. Gabriel. in ſuis cõmun. conclu. lib. 5. de uſufructu; conclu. 2. nume. 11. 28. Et licet Franc. Mar. Deciſ. 849. contrariam partem, quod extraneo relicto vſufructuario filiis inſtitutis, extraneus totum vſumfructum conſequi debeat, deducta legitima, ſequat̃, & communem eſſe uelit opinionem: Tamen id uerum non eſſe dicit Caualca. tract. de uſufructu mulie. nu. 24 & quod nullus ſit, qui hoc dicat, ſed omnes uno ore tenent contrarium, & improbat deciſionem Pauli de Caſtro, Picus l. Titia. §. fi. num. 107. Eadem enim eſt ratio in extraneo, quia non eſt præſumendum, q̃ teſtator uelit legatarium habere vſufructum, & filium quodammodo mendicare; faciunt quæ dixi ſupra de aſcendẽtibus & collateralibus, qui ſecundum magis communem concluſionem Doctorũ nõ debetur totus uſusfructus, ſed alimẽta tantum, ut firmat idem Picus. d. § fin. num. 107.

3 Sin aũt extraneus fuerit inſtitutu hæres, tunc in huiuſmodi legato uſusfructus omnium bonorũ, ueniunt oẽs fructus, reditus, prouẽtus. l. uſufructu legato, & ſeq. ff. de uſufruc. legat. & tradunt Doctores cõiter d. l. diuortio. ff. ſol. mat.

4 Scias tamen, q̃ in reb. quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vſufructuarius tales fructus percipere non poteſt ſine ſatiſdatione, quæ ſubintrat locum illorũ bonorum, & iſta ſatiſdatio eſt iſto caſu de ſubſtantia, & illa quę dat eſſe rei. glo. §. conſtituitur. Verb. naturali, Inſtitu. de vſufruc. & eſt magis communis opinio. ut fatet Arius Pinel. l. 1. 2. parte ſub. nu. ſeptuageſimooctauo. verſ. qua doctrina retenta. C. de bo. mater. Soc. Iun. conſi. 72. num. 4. volu. 2. Ruin. conſi. 206. nu. 25. vol. 2. Caualca. de vſufruc. mulier. nu. 89. Gabriel. Roma. lib. 5. com. concl. de vſufruc concluſ. 1. nu. 17.

5 Sed quęro, an in uſufructu ueniat fętus pecorum? Reſp. quod ſic, dummodo in locum capitum mortuorum ſemper ſubſtituatur, alia ex agnis tutulis & partu, quando gregis uel alimenti in genere relinquitur uſusfructus, ſecus ſi particulariter ſingulorum capitum, quia tũc nõ tenetur ſupplere; tex. l. quid ergo. & ibi gl. ord. ff. de uſufr. & quod ita tenent Doctores communiter dicit Anto. Gomez. Variar. Reſolut. Tom. 2. cap. 14. nu. 7. Picus. d. l. Titia. §. fi. n. 113. q. 32. Pariſ. conſ. 96. nu. 6. & ſeq. uol. 2.

Queſtio Trigeſimaprima.

S V M M A R I V M.

Vſufructuarius an habeat commodum ex exemplatione protocollorum.

QVæro item, ſi maritus Notarius legauit uxori vel alteri vſumfructũ omnium bonorum, Nunquid etiam poſſit percipere vſumfructum, ſiue emolumentum, ex exemplatione protocollorum? Reſpon. Bar. in l. diuortio. §. ſi vir, in

in fundo. ff. ſol. matr. decidit quod illud emolumentum ad vſufructuarium non pertinebit. Quia reditus ex protocollis poſtquam inſtrumentum ſemel editum eſt, non reiteratur, & illud quod ſemel perceptum eſt. & non renaſcitur, non dicitur eſſe in vſufructu, & ita cõluluit in conſi. 49. Sed contrarium tenet Paul. de Caſt. & alij in d. §. ſi vir, & quod ita communiter tenetur dicit Guliel. Benedict. Repet. c. Rainutius, verſ. cætera bona, n. 27. & Bar. communiter reprobari Caual ca. d. tract. de vſufruct. mulie. nu. 88. propter verba generalia omnium bonorum quæ comprehenduntetiam bona, quæ vſu conſumuntur & ſeruando ſeruari non poſſunt, præſtita ſatiſdatione de reſtituendo tantundem in genere, finito vſufructu, aut illorũ æſtimationem, vt eſt communis opinio. de qua ſupra.

Quæſtio Trigeſimaſecunda.

SVMMARIVM.

An pœnæ & mulctæ ueniant in legato uſuſfructus.

QVæro de vtili caſu; ſi alicui relict[9] ſit vſusfructus alicuius caſtri, cui adhæret iuriſdictio, Nunquid in tali legato venient pœnæ, cõdemnationes, mulctæ, quę imponunt propter delicta ſubditorũ, an verò ad hæredes pertinebũt? Reſp. Deciſio huius q. pendet ab eo, an ſint in fructu, Bar. in l. ſi. ff. ſol. mat. decidit quod oia pertinẽt ad vſufructuariũ, qa ſunt fructus iuriſdictionis, & ſequitur Bal. Imo. col. 2. & dicit Alex. quod Bart. communiter ſequunt Doctores, dum dicit, quod omnia illa pertinẽt ad maritũ, ſi caſtrum uel alia in dotem data habent annexam iuriſdictioné, quia ad maritũ ſpectant fructus dotis, cui onera matrimonij incumbunt. Hinc ét decidit Bart. in l. ſi quis id. ff. ſol. matr. quod talia lucra ſpectant ad emptorem fructuũ iuriſdictionis, & eſt communis opinio ut fatetur Alex. ibi. nu. 20. dicens malè Ang. contrarium aſſerere, & quod iſta ſit ueritas, dicit Gul. Bened. Repe. c. Raynutius Verb. cætera bona, nu. 37. inferens ad q. Si duo emerunt reditus iuriſdictionis, unus pro primo anno alter ſcdo anno, & delictũ ſit cõmiſſum in primo, cuius cõdemnatio ſequitur demum ſecundo anno, ad quẽ ſpectet pœna & cõis, inquit, eſt ſnia, quod pertinet ad primum emptorem, quamuis Alex. cõtrariã partẽ de iure ſuſtẽtabilioré exiſtimet. de quo alibi.

Quæſtio Trigeſimatertia.

SVMMARIVM.

An uſusfructuarius poſſit arbores incidere.

QVæro de caſu quotidiano, an vſufructu omnium bonorum contineãtur arbores, ita quod vſufructuarius poſſit eas incidere? Reſp. alij aliter ſentiũt. Tu dic, aut quæritur an vſufructuarius poſſit incidere arbores fructiferas, vt ſunt, caſtaneę, poma, & tales nõ poteſt vſufructuarius incidere: ita tenent Doctores cõiter d. l. diuortio. §. ſi fundũ ff. ſol. mat. ut fatetur Picus d. l. Titia. §. ſi. q. 36. nu. 116. Iaſ. d. l. diuortio, ubi idem firmãt oẽs in Vaſallo Emphiteuta & colono. Quam communem intelligas, niſi tales arbores incidant pro reparatione eiuſdé fundi, & tũc. n. hoc vſufructuario & ſimilib. pſonis permiſſum eſt: Bal. d. §. ſi fundũ, & hoc eſſe de mẽte Doctorum fateẽ Picus d. l. Titia, §. ſi. ſub num. 116.

Aut uero quærimus, an uſufructuarius poſſit incidere arbores cæduas, quę breui renaſcunt, & dicẽdũ eſt, quod ſic, idq; nõ tantum pro uſu ſuo, ſed etiam ut poſſit uendere, & cũ eis agere pro ſuo libitu, quia tales arbores ſunt in fructu. tex. eſt l. ſi ſilua. ff. de vſucap. & ita tenẽt oẽs Doctores in d. §. ſi fundum, ut ait Picus, d. l. Titia. §. ſi. nu. 119. & hanc eſſe communẽ opinionem teſtatur Bollon. conſil. 49. num. 11. dum dicit eum etiam qui vſum ſiluæ habet æquiparari vſufructuario, & ideo uendere poteſt ligna.

Vnum tamẽ nota, quod licet vſufructuarius poſſit arbores ceduas incidere, tñ non poteſt pro ſuo libitu & qñcunque, ſed ſicut paterfamilias cædere ſolebat. tex. l. ſi fundi. §. ſi. ff. de vſufr. Quod intelligas nõ de quãtitate, ut ſi paterfamilias vſus fuerit ſiluã nõ niſi ad vnũ plauſtrũ p annũ, nec uẽdere ſolitus, Vſufructuari[9] ét plus cædere nõ poſſit: qa uno nõ vnũ, ſed centũ plauſtra incidere ei & vẽdere permittitur. Verũ de modo, vt ſi teſtator ſolitus nõ niſi de quinquennio in quinquenniũ cędere, ſimiliter vſufructuarius quoq; aliter uel citius incidere

non debent. ita tenet glo. d. §. fin. & communiter omnes.

Quæſtio Trigeſimaquarta.

S V M M A R I A.

1 *An in uſuſfructu omnium bonorum ueniãt nomina debitorum.*

2 *An uſufructuarius poſſit debita exigere.*

1 QVero, an in vſufructu omniũ bonorum veniant nomina debitorum? Reſpon. Communis eſt reſolutio, quod pecunia ipſa exacta tota non venit in vſufructu, ſed pecuniæ exactæ vſusfructus debetur, præſtita tamen cautione de reſtituendo tantundem finito vſufruct. ita communiter teneri docet Alex. & Iaſ. d. §. ſi vir.

2 Sed dubitatio oritur, an ipſe vſufructuarius debita poſſit exigere? Reſpon. Quãuis non deſinit qui exiſtiment, vſufructuarium omnium bonorum habere exercitium omnium actionum hæreditariarum tãquam procuratorem in rem ſuam, & agere poſſe nomine proprietarij, ut voluit Socin. conſi. 131. ſub num. 12. Verſ. ſequitur alia quæſt. vol. 2. Decius conſi. 418. Viſa & iterum lecta. Capit. in decis. Neapol. 184. nu. 5. Gabriel. Sarai addit ad Mathesil. ſing. 4. Tamen communis ſchola interpretum in eam deſcendit ſentẽtiam, ut exiſtimet, in his quæ vſumfructum reſpiciunt, vſufructuarium proprio quidẽ nomine abſq; mandato domini proprietarij etiã, quia dicitur procurator in rem ſuam, agere poſſe: In his verò quæ proprietatem reſpiciunt non poſſe ſine mãdato, & in his nõ habere tacitũ mãdatũ, cũ nõ ſit procurator in rem ſuam, ſed proprietarij. ita eſt text. & ibi Bar. & Doct. l. 1. §. vſufructuarius. ff. de noui oper. nunciat. Vnde nomina debitorum ſolus hæres exigere & vſufructuarius ad proprietatem exigendam agere non poteſt ſine mandato; ad vſumfructum verò adita hæreditate & reali & perſonali actione agere nõ prohibetur, vt procurator in rem ſuã. Ang. Aret. §. uſusfructus, nu. 5. Inſtit. de vſufruct. Fran. Mar. deciſ. 832. Rol. a Valle conſi. 8. nu. 19. Verſ. nõ obſtat ſimiliter. vol. 2. Arius Pinel. l. 1. pār. 2. nu. 62. verſ. quod autem cõmuniter, C. de bon. materr. & hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Borg. Caual. in tract. de vſufructu mulie. nu. 198. & patet ex numeratis authoritatibus p Tiraq. in ſuo trac. de retr. lignager. §. 10. gl. vnica, ſub nu. 3.

Quæſtio Trigeſimaquinta.

S V M M A R I A.

1 *Vſufructuarius omnium bonorum an teneatur æs alienum per ſoluere.*

2 *Æs alienũ ex bonis hæreditarijs diſtractis ex ſolui debet, & quomodo.*

3 *Legatarius rerum certarum nõ tenetur æs alienum ſoluere.*

4 *Quid in uſufructuario quartæ aut quintæ partis bonorum.*

5 *Quid ſi legatum ſit partis omnium bonorũ mobilium & immobilium.*

6 *Vſufructuarius certæ partis hæreditatis an teneatur.*

7 *Quid in uſufructuario omnium bonorum ſi inſtitutus ſit hæres poſt mortem uſufructuarij.*

1 SVcceſſiuè quæro, An etiã in tali legato uſusfructus oĩum bonorum ſubeniat onera hæreditaria paſſiuẽ, & imprimis an uſufructuarius ex teſtamẽto, vel alia vltima uoluntate æs aliẽnũ ſoluere teneatur? Vtilis hæc & quotidiana quæſtio eſt, Bar. in l. fi. ff. de uſufruct. legato docet, ꝙ teneatur, & non hæres ſit conueniendus poſtquam poſſedit bona. Sed contra Bart. inſurgunt communiter interpretes, docentes, quod indiſtinctè hæres, & non vſufructuarius teneatur ad æs alienum teſtatoris nomine ſoluendum, & ipſe ſit conueniendus, nõ verò vſufructuarius. ita enim reprobat Pau. de Caſtr. l. fi. §. ſin autem, C. de bon. quæ liber. Guliel. Bened. Repet. c. Raynutius, verb. cætera bona. nu. 43. dicens hãc opinionẽ eſſe cõmunem. idem firmat Alex. l. ſi filio. §. ſi vir, ff. ſol. mat. Barbat. conſi. 63. lib. 3. Deci. conſil. 485. & conſi. 536. num. 13. conſil. 590. communem quoque dicit Ioan. Dilect. tract. de arte teſtand. Tit. de leg. Caut. 43. Bellon. conſi. 7. num. 1. Dec. conſil. 33. Franciſ. Turz. in commun. opinion. quæſt. 106. Fran. Viuius commun. opi. lib. 1. verb. vſufructuarius. Eandem quoque eſſe com-

muniter ab omnibus probatam enunciat Didac. Couar. Variar. Reſolut. libr. 2. cap. 2. nume. 4. Petrus Peckius de teſtamen. coniug. lib. 5. cap. 9. num. 6. Caualcan. in tract. de vſufructu mulie. nu. 211. dicens iſtam doctrinam Bart. eſſe Phariſaicam, & non ſanam, & nouiſſimè And. Geyl. in pract. obſer. Came. Imper. li. 2. obſeruat. 149. per totum Hartman. Piſtor. lib. 1. Quæſt. iur. q. 46. Quia actiones hæreditariæ actiuè & paſſiuè competunt & dantur inſtituto heredi repreſentanti perſonam defuncti, & non vſufructuario, & hæc ſentẽtia ueriſſima eſt, potiſſimum propter tex. dict. l. fi. ff. de vſufruct. legat.

2 Sed nũquid hæres ſoluet de proprijs ſuis bonis? Reſp. Bald. conſil. 237. Titius in teſtamento 2. dubio lib. 1. vult hæredem omninò teneri ſoluere, ſine diminutione uſufructus relicti vſufructuario, quam ſequitur Gozad. conſi. 194. Sed communis & uerior eſt ſententia, quòd iſthæc ſolutio æris alieni fieri debeat de rebus hæreditarijs omnibus, & non tantum de proprietate, nec de vſufructu tantum. Sed tam de proprietate quam vſufructu, & ita onus ſoluendi pertinere pariter debet ad utrumque, ſcilicet ad proprietarium & vſufructuariũ, hoc videlicet modo ut ſi vſufructuarius nondum fuerit conſecutus uſumfructũ, hæres ſoluat de pecunia hereditaria, ſi extet vel uendet tot de bonis teſtatoris quæ ſufficiant ad æris alieni ſolutionẽ, capiendo tamen prius mobilia ac tandẽ reliqua tradet vſufructuario cum cautione de ſoluendis debitis poſtmodum emergentibus, vel ſi hæres nõ poſſidet, ab uſufructuario petet ad æris alieni ſolutionẽ bona ſufficientia, q̃ vſufructuarius uenũdari pati cogitur, per text. l. uſufructu bonorum. ff. ad l. Falcidiam. hæc omnium eſt communis ſentẽtia, vt dicit Dec. d. conſi. 260. numer. 8. & conſil. 485. numer. 14. Benedict. dict. capit. Rainutius, Verb. cętera bona, num. 44. uerſic. concludens. Alexander. d. l. uſufructu, Paul. de Caſtr. conſi. num. 3. conſil. 460. libr. 2. Aymon. Crauet. conſil. 197. ſub numero primo. Villalob. in ſuis commun. opinion. uerb. vſufructuarius, numero, 62. & 63. Turzan. d. quæſtion. 105. Viui. de uer. uſufructuariſu. Didac. Couar. dict. capit. 2. lib. 2. Variar. Reſolut. num. 6. uerſic. utrumque, & ab hac opinione in iudicando nõ eſſe recedendum dicit Bellon. d. conſil. 7. nu. 1. qui allegat hoc dicere Dec. conſi. 190. & ita practicari dicit Roland. à Valle d. conſil. 8. & communem etiam dicit Ema. Soarez Theſaur. commun. opinion. Verb. uſufructuarius, numero 103. & Barbat. conſil. 63. Caualcan. dict. tract. de uſufructu mulie. nume. 211. & 212. ubi ex prædictis nonnullus allegat. communem quoque opinionem refert Petrus Peck. lib. 5. de teſtament. coniug. capit. 9. nume. 6. Andrian. Gail. de obſeruat. 45. num. 6. Hartman. Piſtor. d. Quæſtio. 46. num. 19. Quæ ſententia utique veriſſime & æquiſſima eſt, cum uſusfructus tantum cenſeatur relictus in bonis teſtatoris, & ſic deducto ære alieno, nec aliter debetur. Et hac ratione uterque de onere participat, quia in alienatis bonis vſufructuarius carebit uſufructu, & hæres proprietate, & quòd hæc ſit mera ueritas. dicit Paul. Picus, d. l. Titia, §. fi. nu. 149. q. 49.

3 Prædicta dic magis procedere in vſufructuario certarum rerum, is enim minime tenetur ad æris alieni ſolutionem. text. d. l. fin. ibi Bart. & eſt communis & frequentiſſima omnium ſententia, ut atteſtatur Didac. Couar. Variar. Reſolut. lib. 2. cap. 2. nume. 1. & quòd cum Bart. tranſeunt communiter cæteri Doctores dicit Gulicl. Bened. d. cap. Rainutius, Verb. cætera, nume. 44. quia debita non ſequuntur fundum, ſed totam hæreditatem.

4 Idem dic ſi uſusfructus quartæ, uel quintæ partis bonorum fuerit relictus. Nam uſufructuarius quoque has ſpecie non poteſt conuenire, nec ad ſolutionẽ æris alieni tenetur. Quia bona dicuntur deducto ære alieno, ideoque cũ teſtatoris uoluntate habeat non niſi aliorũ bonorum, quæ deducto ære alieno ſuperſunt, uſumfructum, minimè de debitis conueniri poteſt. Bar. d. l. fi. & cum Bart. id probare doctores dicit idẽ Gulicl. Bened. in d. capit. Rainutius, nu. 44. & ferè omnium calculo receptum eſſe fatetur Couar. d. c. 2. num. 2.

Sed

5 Sed q̃d ſi relictus ſit vſusfructus omnium bonorum mobilium & immobiliũ, nunquid vſusfructuarius tenebitur? Reſpon. pariter dicendum eſt, talẽ vſufructuarium non teneri, nec conueniri poſſe: Quia & illud legatum particulare cenſetur, nõ aliter, ac ſi rerum certarum pars quarta legata fuiſſet, nec poteſt dici certę partis bonorum legatum, cum appellatione bonorum mobilium & immobilium, iura, & actiones nõ comprehendãtur, ut dixi ſupra quæſt. 19. nu. 4. ita tenet Bart. d. l. fi. Ioan. Dileſt. tract. de arte teſtandi, Caut. 42. omnes Doct. tranſire cum Barto. teſtatur Bened. d. ca. Rainutius, cum Verb. cętera bona. num. 43. & ab omnibus receptum firmat Didac. Couar. d. c. 2. nu. 3.

6 Quid autem dicendum. Si alicui uſus fructus certę partis hęreditatis fuerit relictus; vel ſi fuerit inſtitutus in vſufructu partis hæreditatis, dato cohærede vniuerſali, Nũquid tenebitur ad ſolutionẽ ęris alieni? Reſp. Bar. d. l. fi. docuit talẽ uſufructuariũ pro rata bonorũ hęreditariorum teneri, & unà cũ hęrede cõueniri poſſe à creditoribus. Hãc dicit eſſe cõmunem Didac. Couar. d. cap. 2. nume. 1. uerſ. 2. Ruin. conſi. 12. num. 25. & 12. uol. 3. Turzan. in ſuis cõm. opin. q. 105. Caualc. d. tract. de vſufr. nu. 216. Subdit tamẽ Bar. vſufructuariũ finito uſufructu poſſe ſibi illud ſolutum deducere. Sed eum in probat Bened. d. c. Rain. Verb. cętera bona. nu. 43. Did. d. c. 2. nu. 6. exiſtimãs tamen opinionẽ Bart. ęquitati cõſentaneã, & primã eſſe communem, & in practica obſeruatam tenendã dicit Caluacan. d. tract. nu. 216.

7 Predicta plane procedunt quãdo hęres eſt inſtitutus purè in proprietate: quia tunc conuenitur hęres & ſatisfacit creditoribus modo ſupradicto. Sed dubiũ eſt, ſi quis eſſet relictus uſufructuarius omnium bonorum, & hęres eſſet inſtitutus poſt mortem eius, quonam remedio tũc ſuccurratur creditoribus? Reſpõd. Deciſio huius q. pẽdet ab illa, An ualeat legatum illud quãdo relicto alicui uſufructu omnium bonorum dato inſtituto cohęrede uniuerſali. de quo ſupra dixi q̃ſtion. 23. Mathelil. not. 4. refert. Roger. de Peruſio, cum eſſet iudex, pronunciaſſe ſententiam Bar. de qua ſupra hoc caſu admittendam eſſe, & creditores poſſe agere contra vſufructuariũ. Sed ab eo diſceſſit idem Mathelil. & voluit locum eſſe adhuc contra Bar. communi opinioni, quòd ſcilicet vſufructuarius conueniri non poſſit. Sed tamen nec hęredem conueniri poſſe exiſtimauit, quia is ante mortem vſufructuarij adire non poteſt ſecundum aliquos, ut ſupra d. quęſt. 23. Ideoque curatorem dandum hæreditati, contra quem creditores hæreditarij agant. Sed hæc ſententia eſt contra communem de qua ſupra, quòd legatum ualeat. & hæres dicat purè inſtitutus, & adire poſſit ſtatim hereditatem, & illa trãſmittere, ad eius hæredem ipſo mortuo ante vſufructuarium: Vnde apparet nõ eſſe iacentem hæreditatem, ideo opus eſſe curatore bonorum, ſed hæredem conueniri poſſe; & communi opinioni adhuc locum eſſe, vt dicit Socin. conſ. 131. lib. primo. Didac. Couar. d. capit. 2. num. 5. Caualcan. d. tract. de vſufructu mulie. num. 224. Pau. Monte Pico d. l. Titia. §. fi. quæſtio. 59. nu. 150. & tenent omnes Doctores d. quæſt. à qua non eſt recedendum, quia tale relictum uere legatũ eſt, ideoque non aliter de tali vſufructuario dicendũ eſt, atq; de inſtituto in re certa, qui ab hæreditarijs actionibus liber eſt.

Quæſtio Trigeſimaſexta.

S V M M A R I A.

1 *Legatorum onus ad hæredem, non autẽ ad uſufructuarium pertinet.*

2 *Legata annua ab uſufructuario perſolui debent, dummodo ſolui poſſint. num. 3.*

4 *Legata quantitatis ex bonis hæreditarijs diſtractis perſolui debent.*

5 *In legato alicuius certæ rei, uſufructuarius & legatarius concurrunt, & hoc declaratur num. 6. & 7.*

8 *De uſufructu omnium bonorum detrahitur falcidia, & quomodo.*

QVæro, quis teneatur ſatisfacere legatarijs & fideicommiſſarijs particularibus, An vſufructuarius de uſufructu, An uerò proprietarius, de proprietate? Reſpondet. Dubia hæc quęſtio eſt in uarias diuiſa opiniones, quas refert Paul. de monte Pico dict. l. Titia §.

fin.

ſin.q.60. num. 153. Nam Paul.de Caſt. exiſtimauit mulieré teneri de uſuf.l.fin. §. ſinautem, Alex.contrarium opinatus, legatariorum eſſe partem conditionem, ideoq; ex uenditione rerum hæreditariarũ pro rata debere cuilibet ſatisfieri. d.l.uſufructu,ff,de uſufr.leg. Bar.uero, d.l.fi..eod. docet legata ſoluenda de bonis hæreditariis & uſufructuarium omnium bonorum cõcurrere in uſufructu in dictis bonis particulariter legatis.

r Tu dic ſimpliciter,quòd onus ſoluẽdorum legatorũ abſq; dubio incumbit hæredi, non uſufructuario etiam oium bonorum, Bal.l.fin.ff.de uſufruct.Quia vſufructuarius nõ adit hæreditatem,ſed hæres: itaque quaſi contrahit & obligatur. Hanc dicit eſſe communem opinionem Dec.conſ.590. Gozadin.conſi.94. num.24.Didac.Couar.Variar.Reſol.li. 2.cap.2.num.7.

2 Quàm tamen intellige non procedere in legato annuo, Naq; illud tenet ut vſufructuarius ſoluere de uſufructu fructibus, & non de proprietate perſoluendum eſt.ex quo enim teſtator uoluit dicta legata ſolui annuatim, eſſet inconueniens, quòd omnianno deberet hæres uẽdere bona hæreditaria, ut ſatisfaceret legatarijs,quod non eſt præſumendum,

3 teſtatorem voluiſſe grauare duplici onere hæredẽ. Et hoc procedit dummodo legata de vſufructu ſolui poſſint, & vſuſfructus non maneat inutilis,alias ſecus. tex.l.fin.§.ſin autem.C.de bon.quæ lib. quæ diſpoſitio, licet loquatur in vſufructuario quoque ex vltima uolũtate obtinet.vt not.Bald. ibi, & hanc eſſe cõmunem opinionem Doctorum dicit Rum. conſi.206.num.3.volu.2. Socin. Iunior conſil. 115.num. 10.volum.1. Rolland. à Valle conſil. 8.nu.80.vol.2. quos allegat Caualcan..d.tract. de uſufructu mulie. num. 219. Hartman. Piſtor..libro 1. quæſt. 10. num. 4. & quod ita ſentiunt Doctor. communiter ſecutus eos tradit Didac.d.cap.2.num.7.verſ.3.conſiderandum eſt.

4 Sed dubium eſt, Vnde hæres ſoluere debeat, An de rebus proprijs uel hæreditarijs? Reſp. Diſtingue, Aut loquimur de quantitate legata, uel re aliqua immobili. Primo caſu, quando legatum eſſet circa quantitatem, vt puta ſi teſtator legauit centum ducatos, vel decem modios frumenti,uel aliud, & hoc caſu Corne. conſil. 195.volum.quarto. conatur probare hæredem teneri ſoluere ſine diminutione vſusfructus; Sed in cõtrarium eſt communis Doctorum opinio,quòd tantum uendatur de rebus hæreditarijs, vt legata perſolui poſſint. Paul.de.Caſtro cõſ.294.lib.2.& hãc dicit eſſe communem opinionem Socin.in conſi.109. nume.27.volum.1.Pariſ.conſi.95.conſ. 96.uolum.2.Crauet.conſil.187. Didac. Couar.d.cap.2.num.7. uerſi.cæterum ſi legata,Caualcan.d. tracta. de vſufructu mulierum.num.220. Hartman.Piſtoris. lib.1.Quæſt.q.10.num.5.

5 Secundo caſu,ſi legatum eſt circa bona immobilia & ſtabilia, controuerſum fuit: quibuſdam exiſtimantibus, legatarium rei particularis rem ſibi legatam debere conſequi cum pleno vſufructu, quod generi per ſpeciem teſtator derogaſſe cenſeatur, ideoque vſufructuariũ in ea nihil iuris habere. ita uoluit Bald. l.quoties.C.famil.herciſcun. cum pluribus allegatis per Didac.dicto.cap.2.nume.7.Sed magis obtinuit uſufructuariũ hoc caſu cum legatario particulari in uſufructu rei particularis concurrere, proprietatem uero legatario reſictã cenſeri,ita tenuit Barto.l.Sempronio.ff. de uſufruct. lega.hanc dicit eſſe communẽ opinionem & ab ea non eſſe recedẽdum. Dec.conſi.390.num.7.Didac.Couar. d. cap.2.num.7.& communiorem eſſe ſententiam comprobat multis authoritatibus Roland.à Valle conſi.8. nume. 3. & 38.uolum. 2. communem quoque dicit Caualcan.d.tract. de uſufructu mulier. num.221.& nume. 45. uerſicu. 6. Hartman.Piſtoris lib.1. Quæſt.d.q. 10.nu.9. dixi ſupra q.

Aduerte ad unum iuxta ſupra dicta,ꝙ ſi alicui eſſet relictus uſusfructus oium bonorum.ita,ꝙ debeat de omnibus fructib. bonorũ ſuorũ quolibet anno recipere vſq; ad certã sũmã,talis vſufructuarius de fructibus oium legatariorũ uſq; ad integram quantitatem percipere poſſit,etiam quòd ſimus in caſu, quo ſecundum conſuetudinem Bulgari, de qua ſupra, vſusfructus in alimenta reſoluitur.

non

3 *Item ſi reliquit rem ad vſumfructum vel vtendum & fruendum.*

3 *Item quando reliquit cum prohibitione alienationis.*

DIxi ſupra quid in legato vſusfructus contineatur. Et licet ſolū vſusfructus, & non proprietas intelligatur relicta. Tamen quandoq; venit proprietas ex veriſimili mēte teſtatoris, q̄a apponuntur talia verba, quæ non cōueniunt, niſi habeatur ēt proprietas, vt ſi teſtator reliquit alicui vſumfructum ad vitam, & poſt eius mortē voluit ad aliū peruenire, aut iuſſit vſufructuariū reſtituere alij. Quia per illa uerba, reſtituere peruenire, intelligitur teſtatorē ſenſiſſe quoq; de proprietate. ita voluit Rom. ſing. 563. Sed cōtrarium eſſe iudicatum dicit Boer. conſi. 13. ſub nu. 2. & hanc eſſe communem opinionem dicit Ruin. 51. nu. 15. cū pluribus laudatis per Soarez in com. opin. Verb. vxor, nu. 114. Nicol. Pig. addit. ad Ro. d. ſing. 563. & probat Caualca. d. trac. de vſufructu mulie. nume. 76. quæ ſententia verior eſt, quia imò non uidetur hoc eſſe de mente teſtatoris, quę fuit, ſaltem relinquere vſumfructum non proprietatem, & quia vſufructuarius conſequeretur poſſeſſionē bonorum, in quibus vſumfructum reliquit, rectè mandauit poſſeſſionem naturalem iterum reſtitui, non proprietatem quam non reliquit.

2 Sed quid ſi teſtator relinquit fundum ad vſumfructum, vel utendum, & fruendum, nunquid ſolus vſusfructus cenſetur relictus? Reſp. Bar. l. Liberis. la 1. n. 3. ff. de alime. & cibar. legat. docuit per illa uerba ad vſumfructum legato fundo legatum non eſt reſtringi, ſed proprietatem cenſeri legatum pleno iure, in tantum quod legatum ſit perpetuum & tranſmiſſibile ad hæredes. idem Bart. l. cum hi, §. ſi vni & ibi Paul. de Caſt. ff. de tranſac. & quod ita tenent Doc. communiter reprobata gloſ. in d. l. cum hi, atteſtatur Paul. Picus l. Titia. §. fi. nu. 11. Eandem fatetur eſſe communem Moder. Pariſ. addit. ad conſil. Alex. conſil. 223. ſub. num. 5. Verb. ad vſum. Capic. deciſ. 188. nu. 4. & ita dicit communiter tenere Doctores Pau. Pariſ. conſi. 21. nu. 36. uol. 2. Quia vbicunq; modus uel cauſa adiecto reſpicit commodum legatarij, non uidetur reſtringere. Sed communē dicit ſanè intelligendam Mod. Pariſ. dicto loco, quando præcedit diſpoſitio donationis totius rei, & verba ſequētia executiuè addita ſunt, tunc enim diſpoſitionem per illa uerba non limitari, niſi aliter de mente teſtatoris appareat.

3 Quæro item, quid ſi teſtator cōceſſit alicui vſumfructum alicuius rei, ita tamen, ut poſſit de illa re mortis tempore diſponere, uel ita ut non poſſit alienare illum fundum? Reſp. Bal. in l. Proculus. ff. de vſufruct. exiſtimauit hoc caſu non tantum uſumfructum, ſed plenam proprietatem eſſe relictam, & ſic vſumfructum formalem & cauſalē, Rom. conſil. 208. Petrus à Duen. Reg. 319. limit. 1. & hanc ſententiam dicit eſſe communem addit. in ſing. Cremenſ. ſing. 27. maritus legauit, quem refert Caualcan. d. tract. de vſufructu mulie. nu. 77. Alciat. l. recte dicimus, ff. de uerb. ſig. Quia illa clauſula, quod non poſſit alienare, non cadit in uſufructu formali. Sed in hoc vltimo quando teſtator dixit, quòd nō poſſit alienare, plurimi tenent contra communem, & uidetur eſſe verior, nec puto ſimplicem prohibitionem ſufficere niſi aliud concurrat, ex quo de mēte teſtatoris appareat. Nam ex quo principaliter uſumfructū reliquit, & ſecūdario uoluit quod nō poſſit alienare ullo modo, maioris cautelæ gratia id teſtator feciſſe videt. hanc ſniam dicit ueram ſicut euangelium Caualc. d. trac. de uſufructu muli. ſub nu. 77. Arius Pinel. dicens omnes Doctores in hoc delíraſſe repet. d. l. 1. 3. par. nu. 41. C. de boni. mater. & ſane teſtatores plebei t. itas iuris ſubtilitates non intelligūt. Vñ iudex ſemper circunſtantias negocij conſiderabit: in dubio autē non puto contra heredem propter ſimplicē prohibitionē pronunciandū eſſe.

Aduerte tamen prædictis caſibus, qui bus, non tm̄ uſusfructus, ſed & proprietas cenſetur relicta, Si ale legatum fuerit relictum adiecto tempore, vt toto tēpore vitæ ſuæ, uel in uita, aut donec, vel quouſque vixerit, nō eſſe perpetuum legatū, nec tranſire ad heredes vſufructuarij, ſed ad heredes teſtatoris, quia per illa verba ſignificatur, quod in uita tantū

habere

habere debeat, itaque reſtringitur legatum, licet alias non reſtringeret per verba illa, ad vſumfructum. ita tenet Bald. l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ. & hanc dicit eſſe communem opinionem Pariſ. conſi. 21 num. 35. & ſeq. vol. 2 Cau. d. trac. de vſufr. mulie. n. 79. Sed potius eſt dubius, ut fatetur Picus d. l. Titia. §. fi. nu. 11. dicit tamen communem ſibi magis placere, quæ magis menti teſtatoris accedit, ideoque in dubio tenenda eſt.

Quæſtio Trigeſimanona.

SVMMARIVM.

Alimenta qualiter præſtanda & taxanda.

QVæro, ſupra dictum eſt inſtitutis filijs vxorem relicta vſufructuariam tantum alimenta conſequi, qualiter præſtari debeant? Reſp. Communis eſt reſolutio, quod preſtari debent, ſecúdum æſtimationem iudicis habito reſpectu ad vitam vſufructuarij, & ſecundum quantitatem redituum, & non quantitatem patrimonij, & ſecundum facultates teſtatoris, de quibus potuit teſtari, & códitionem ac qualitatem mariti & vxoris, ac illius conſuetudinem, ſi de ea appareat. Igitur Practica eſt ſecúdum DD. quòd hæres primo uendendo res hereditarias ſatisfaciat creditoribus, & poſtea de fructibus reſidui vxor habebit aliméta: quod ſupereſt, erit hæredum. Si verò non ſufficiant fructus, non per hoc venditur proprietas. Sed ſecundum quantitatem redituum reſtringentur alimenta. Bar. l. ſi. ff. de aliment. & cibar. leg. & qđ ita maiores noſtri ſentiunt dicit Picus d. l. Titia. §. fi. q. 61. nu. 156. & conſulendo Pariſ. conſi. 98. nu. 28. vol. 2. & communem eſſe opinionem Villalob. in có. opin. Verb. vſufructuarius. nu. 65. Did. Couar. Varia. Reſol. lib. 2. cap. 2. in fi. dicens ferè ab omnibus frequentiſſimè receptum Caualc. d. tract. de vſufr. nu. 27. & dixi latius alibi.

Quæſtio quadrageſima.

SVMMARIA.

1 *Liberatio debitori legari poteſt, & quomodo hoc fiat. num. 2.*

3 *An in generali liberatione facta tutoribus & alijs adminiſtratoribus contineatur, quæ actione reali poſſunt uendicari.*

4 *Liberatione relicta depoſitario quid contineatur.*

5 *An generali liberatione veniat reliquorũ remiſſio, & quando nu. 6. & 7.*

8 *Quid ſi legauit omne in quo contigerit condemnari ratione adminiſtrationis.*

1 TV ſcis, quod liberatio quoq; debitori a creditore legari poteſt, tot. ti. de lib. legat. Quandoque enim creditor ſimpliciter legat debitori quod ei debet, ut ſi dixerit tale debitũ peti nolo,
2 dixi ſupra q. 16. Quandoque ſi debitor geſſit negotium teſtatoris, quia forte fuit tutor curator & teſtator dixit rationes ab ipſo exigi nolo, & q̃ talis liberatio a rationibus legari poſſit communi omnium conſenſu receptum eſt in L. cum neceſſitatem C. de fideic. ut teſtatur Couar. lib. 2. Variar. Reſolut. cap. 14. num. 1. verſ. prim: concluſio.

3 Sed quæro, an in generali liberatione tutoribus, curatoribus, cæteriſq; alienarum rerum adminiſtratorib. legata comprehendantur ea, quæ actione reali uendicari poſſunt? Reſp glo. l. Aurelius, §. Mæuia, ff. de liber legat. tenet quod nó, quam ſequitur ibi Bart. & hæc ſententia frequentiſſimo omnium calculo recepta eſt, ut firmat Couar. d. cap. 14. nu. 1. Gomez. variar. reſolut. lib. 1. c. 12. n. 82. uerſi. item adde q̃ in tali. Extranea enim ſunt illa a redditione rationum, quæ in his quæ expenduntur uerſatur.

4 Ex quo infertur ſi teſtator depoſitario vel cómodatario liberationem legauerit ab actione depoſiti uel cómodati, eam ad actionem realem minime extendi, ita tenet Bar. l. non ſolũ, §. vlt. ff. de liber. leg. Qui enim liberatur, ab obligatione liberari cenſetur: at actione in rem conuentus non ut obligatus, ſed ut poſſeſſor in iudicium uocatur. Nec liberatio comprehendit actionem, quæ poſſit contra quemlibet extraneum poſſidentem proponi, ſcilicet rei uendicationé. hæc opinio Bart. communiter recepta eſt, ut idem Couar. citato loco teſtatur, verſ. primo. & tenet Alex. conſ. 46. num. 4. lib. 1. Lancel. Dec. l. ſi fideiuſſor, ff. de leg. 1. Iaſ. conſ. 171. li. 1.

5 Sed nunquid talis liberatio generaliter legata, uel ſi quis expreſſim a reddendis rationibus liberatur, inducit liberationem

tionem à ſolutione reliquorum? Reſp. Communis & recepta eſt ſententia, nõ uideri reliquorum ſolutionẽ remiſsã, ita tenet Bar. in l. Lucius, ff. de lib. leg. & d. l. Aurelio, §. Caius, nu. 7. Roma. ſing. 110. Alciat. de præſump. reg. 1. ca. 6. Ang. conſi. 185. & 174. gl. communiter recepta. d. §. Caius, ut dicit Couar. d. c. 14. n. 1. uerſi. poſtremo.

6 Intellige etiam hanc communẽ quando teſtator liberauit tutorem uel adminiſtratorẽ ab actione tutelæ, tunc enim nõ cẽſentur reliqua remiſſa: ſecus ſi iuſſerit & mandauit ꝙ hæres eum liberet, quia & tunc a reliquis fit liberatio. Bart. d. §. Caius. nu. 7. & hanc diſtinctionem aſſerit communiter eſſe receptam Gozad. conſi. 94. n. 17. Soc. conſi. 101. li. 2. uerſi. aliquando Couar. ubi ſupra. Sed eam dicit falſam eſſe Ang. conſi. 105. & reprobat Ioan. Croc. l. nemo poteſt, de leg. 1. Bar. Socin. cõſi. 73. li. 3. Curt. Iunior l. actione. de tranſac. Couar. ubi ſupra fateor difficilem eſſe articulum, nõ tamen a cõmuni recedendum, maximè ſi ex mẽte & uerbis teſtatoris appareat, ut ſi grauetur hæres ne aduerſus tutorẽ rõne tutelæ, agat, ut ſentit Couar. d. d. c. 2. nu. 1. verſi. ſed opinioni.

7 Prædicta locum habẽt in liberatione ratione adminiſtrationis præteritæ: Sed quid ſi teſtator tutorem liberet, uel legauerit ei liberationem a reddendis rationibus futuræ adminiſtrationis? Reſp. gl. l. qui decedens, ff. de adminiſt. tut. tenet, ꝙ talis liberatio non liberat tutorem nedum a reliquorum ſolutione, ſed ne à reddendis quidem rationibus, licet hoc operetur ne ad ſtrictam & exactiſſimam rationem teneatur. hanc ſententiam ſequitur Bar. ibi, & DD. Ang. cõſi. 185. Socin. 202. & eſt communis, ut aſſerũt Io. Aret. lac. ult. Reſp. de ſecũd. nup. nume. 13. Aim. Crauet. conſ. 193. nume. 9. Did. Couar. ubi ſupra. num. 2.

8 Et hęc concluſio adeo uera eſt, ut procedat non tantum ſi teſtator tutorem liberauit ab actione tutelæ, ſed ſi legauerit ei omne id, in quo contigerit condẽnari ratione adminiſtrationis, tũc enim non liberatur a reliquorum ſolutione, nec à dolo, ſed tantum ab eo quod negligenter uel ex leui culpa commiſſum fuerit, alioquin legata liberatio anſam delinquendi præberet. ita tenet Salic.

Cor. & Iaſ. d. l. cum neceſſitatem. Alexand. conſ. 74. lib. 7. Felin. c. ſi diligenti, nu. 26. de foro compet. gl. d. l. quidam decedens, & hanc dicunt & fatentur cõmunem eſſe opinionem Fran. Crem. inter conſi. Alex. conſil. 62. lib. 4. num. 3. Ananias conſ. 80. ibi Bologn. Dec. conſ. 178. nu. 3. & conſ. 192. num. 4. & in d. l. actione, nu. 10. in fi. vbi ueriorem quoq; dicit add. ibi, And. Alciat. ibid. C. de tranſac. Io. dilec. de arte teſt. Tit. de tutore, cau. 2. Crotus l. nemo poteſt, ff. de leg. j. Couar. ubi ſupra nu. 2. ubi communem dicit etiam expreſſim dolum remitti nõ poſſe. Quamuis contrarium teneat Dy. d. l. ſi quis rationes, quando omne id in quo contigerit damnari legatum fuerit, quod quidem procedere poteſt quo ad ſolum præſumptum & reliquorum ſolutionem, ſi ex eis tutor non ſit factus locupletior ſecundum Fulg. conſil. 25. cui cęteri aſſentiuntur, ut adnotauit Coua. vbi ſupra, Dec. d. l. actione in fin. Sed prima uerior ſecundum eum.

Aduerte iuxta ſupradicta, quod liberatio debiti facta debitori ualet, ſiue ſpecialiter teſtator alicui leget, ſiue generaliter remiſſionem leget omnibus debitoribus ſuis, & prodeſt tale legatum ipſi debitori, uel hæredibus, & etiam fideiuſſori. Sed non econtra: Nam legatum liberationis fideiuſſori relictum, non prodeſt principali debitori, tex. l. 2. ff. de lib. leg. & eſt gl. ord. l. ſi quis reum, eod. titu. communem ait Gomez. d. c. 12. nu. 82. uerſi. item adde quòd prædicta.

Sed quæro, ſi quis habet plures debitores eiuſdẽ quãtitatis, & grauet hæredem uni ex debitorib. cedere actionem contra alios, nunquid cenſeatur ei legare debitum pro parte ſua, & etiã pro partibus aliorum? Reſp. quod ſic. text. l. qui dices, ff. de leg. 2. & ita communiter tenere Doctores dicit Gomez. d. c. 12. nu. 82. uerſi. item adde quod ſi quis.

Nunquid etiam in tali remiſſione debiti comprehendetur debitum in diem, uel ſub conditione? Reſp. quod non, ſed tantum debitum purum quod iam ceſſit de præſenti debetur. ita tenet glo. l. ſi ita ſcripſiſſet, ff. de leg. 2. & communem ait

ui eſſe

eſſe opinionem Gomez.d.c.12.num.82. verſ.item adde quod facta remiſſione. Sicut quando quis in teſtamento mandat debita ſua ſolui, mandatum illud ad debita pura reſtringitur.ut ibidem commu nem enunciat idem Gomez.

Porro effectus huius liberationis eſt, q legatarius cui relictum eſt, non tantũ exceptione aduerſus hæredẽ teſtatoris ſe defendere, Sed ẽt hæredẽ compellere poſſit, vt eũ liberet, vel imploratæ iudicis officiũ, vt eũ ſua ſententia liberet, & hæredi ſilẽtiũ imponat, vt Bar.& cõiter Doctores enunciant l. Aurelius. §.cẽtũ, ff. de liber. leg. dicente Gomez. d.loco verſ.item adde quod effectus. num. 82.

Quæſtio Quadrageſimaprima.

S V M M A R I A.

1 *Legatum familiæ relictum ualet.*
2 *An om nes de familia ſimul admittantur.*
3 *Proximiore de familia mortuo filius eius admitti tur.*
4 *Legato Titio & ſuis de familia relicto, an ſimul concurrent.*

1 QVæro ſi familiæ legatũ ſit, quid appellatione familiæ contineatur? Reſ. Variè receptũ eſt nomẽ familia, ut docet Iuriſcõſultus l.pronũciatio, ff.de verb.ſignific.propriè enim & ſtrictè eos qui in poteſtatee ſunt, compræhẽdit. Sed cõmuni iure veniũt iſti, qui ſunt de agnatione.& ita ſecũdũ cõmunẽ vſũ loquẽdi capit in legato familiæ facto pro agnatione,& veniũt oẽs agnati, ſiue ſint maſculi ſiue fœminæ, q pariter dicunt eſſe de familia,& quod ita tenẽt Doctores in oẽs l.volũtas, C.de fideicom.dicit Romul.l.filiusfam.§.Diui,n.102.ff de leg.j.

2 Sed quæro nunquid in legato familię oẽs ſimul & ęqualiter admittãtur, an vero proximiores? Reſp.quod proximiores tpe mortis veniũt, ita tradit Bar.l. cũ ita.§.fi.ff.de leg.2.quę ſequuntur ibi oẽs Doctores, vt dicit Pariſ.conſ.49.nu. 14. vol.2.& hanc eſſe cõmunẽ opinionẽ fatetur. Alex.conſ.88.n.12.lib.1.quẽ laudat Soarez in Theſaur. recept. ſentent. verb.familiæ,n.45.Soc.conſ.51. uiſa facti narratione.n.11.& ſeq.vol.4.& n. 19. & ſeq.& quod ita ſecundũ hanc ſentẽtiã reſident cõiter Doctores ſi mat Romul. d.§.Diui.n.104.Soc.conſ.49. capio primã.col.1.vol.conſ.104.n.26. vol.1. Rõ eſt qñ in tali legato proximitas conſideratur, habito reſpectu ad ſucceſſionẽ ab inteſtato,& ſecũdũ illũ ordinẽ illud legatum debet regulari, vt proximioribus dẽat. Vide q dixi infra.§. fideicõmiſſũ q.

3 Sed quid ſi proximior de familia moriatur, antequã legatũ relictũ petat, nũquid eius filij admittentur? Reſp. quod ſic,& non prohibentur petere illud, qa legatum fuit quoad eos tranſmiſſum, & bene potuit tranſmitti, cum fuit purum, quo caſu legatum antequã per legatariũ fuerit petitũ vel agnitũ, tranſmittitur ad eius hæredes.ita tradunt oẽs communiter in d.l.filiusfa. & in l. ſi Titio. §. 1. ff. quan.dies leg.ced. vt dicit Pariſ.d. conſi. 49.n.27.vol.2.Soc.conſ.vlt.uol.4.faciũt quæ dixi infra.d.§.fidic.

4 Quæro item, Quid ſi teſtator dixerit: relinquo fundum fratri meo, & meis de familia, qualis erit concurſus legatariorum ad iſtũ fundũ, An Titius frater teſtatoris debeat habere medietatẽ fundi, & alterã oẽs de familia? Reſp. dixi infra q.

Quæſtio Quadrageſimaſecunda.

S V M M A R I A.

1 *An ualeat prælegatum dotis à marito uxori relictum.*
2 *Et quid ſi nullam dotem accepit.*
3 *Quid ſi confeſſus eſt in teſtamento ſe dotẽ accepiſſe, an inducatur legatum uel probatio debiti.*
4 *An illud legatum dotis intelligatur deductis expenſis.*
5 *An legatum uxori relictum computetur in dotem, & quando, nu. 6.*
7 *Teſtator grauatus ad dotem præſtandam, ſi legauerit, imputatur in dotem.*
8 *Legatum patris poſt dotem promiſſam cõputatur in dotem.*
9 *Legatum factum per uxorem marito non computatur ei in lucro dotis. Sed in contrarium eſt communis.*

1 QVæro an legatum dotis a marito uxori relictum ualeat? Reſpon. quod ſi maritus legat dotẽ uxori, quam

in veritate recepit,& de hoc plenè conſtat per verã probationem,præter actionẽ competentem de iure pro dote, valebit legatũ propter commodum exactionis: quia actione de dote non poteſt peti niſi poſt tempus legale,de quo in l.vnica.C.de rei vxo.act. Sed facto legato, ſi purum eſt,ſubducitur illud tempus legale,& ſtatim petitur,& fit dotis ſolutio ſine dilatione legali,& ſine aliquo priuilegio dotis tex.l.j.§.& verũ eſt commodum,ff.de dot prælegat.& ibi.Bar. & communiter Doctores.

Sed q.d ſi maritus nullã doté recepit? Reſp.nihilominus valebit legatũ tãquã donatio,liberatio & legatũ merè gratuitũ,& ſic pót peti & exigi,dũmodo certa quantitas,vel certũ corpus relictum ſit, uel ex relatione ad inſtrumentu dotale, in quo confeſſus fuit ſe recepiſſe dotem, quã nõ recepit,appareat d.l.1.& ibi cõiter Doctores Fabe.Ang.& cõiter Doct. §.ſed ſi vxor.inſt.de leg.vt teſtatur Gomez.variar.reſol.lib.1.c.12.nu.81.in fi.

3 Quid autem,ſi non conſtet de legato dotis aliter q̃ per confeſſionem teſtatoris in teſtamento factam, nunquid probabitur uerum debitum, quantum vera & reali numeratione in præiudiciũ creditorũ? Reſp.ardua quæſtio eſt, de qua dixi in §. dos. & infra q.an tacitè legari.

4 Sed quæro, ſi maritus vxori ſimpliciter legauit, an relictum cenſeatur animo compenſandi? Reſp. quod non, niſi teſtator expreſsè dixerit. ita tenet Bart. l.ſi cum dotem,§.ſi pater,ff.ſol. matr. & omnes Doctores communiter ſequuntur,ut teſtatur Pariſ.cõſ.95.nu.10.& nu. 36.vol.2. Communẽ quoq; dicit Paul. Picus Auth.Præterea ex nu.52.& 61. C. vnd. vir & vxor Emanuel a Coſta, c.ſi pater, verb.legauit,n.19.de teſt.Rui.cõſil.138.nu.3.li.4.Cæph.conſ.486. n.12. lib.4.Quia ex proprio facto & quaſi voluntaria obligatione ex ſtipulatu tenet reſtituere dotem, quæ obligatio re ipſa intelligitur contracta,ideoq; in id debitum à principio uoluntarium non debet imputari eiuſmodi legatum. Nam communis eſt concluſio, quòd legatum creditori à debitore uoluntario non cenſetur factum eſſe animo compẽſandi, vt dixi ſupra quæſt.17. Quamuis ſecus eſſet, ſi fuiſſet maritus debitor neceſſarius,quia tunc compenſandi animo legaſſe præſumitur,vt d.q. ex quo multa alia inferuntur.

5 Et primo, quod ſi teſtator grauatus legauerit, tale legatum imputatur in dotem, quia debitum dotis eſt neceſſarium.ita tenere doctores communiter teſtatur Mandel.in conſi.2.nu.14.

6 Secundo infertur,quod ſi pater legat filiæ aliquid poſt dotem promiſſam,cõpenſandi animo relinquere cenſeatur, ex quo tenetur ex legis diſpoſitione filiam dotare hanc dicit eſſe communem opinionem Alex.l. huiuſmodi, §. cum pater,nu.3.ff. de leg. 1. Iaſ.ibid. nu.8.& in l.fi.num.2.C.de leg. Soc.in tract.reg. reg.232.Eandem communem eſſe opinionem aſſerit Campe.in tract.de dote, par.3.q.100.Pariſ.conſi.95.nu. 38. vol. 2.hanc quoque dicit eſſe communẽ opinionem Ruin.conſ.138.nu.3.lib.4.Cephal.conſi.84.nu.9.& conſi.486.nu.12. lib.4.

7 Sed aduerte tamen, q; ſi dotis promiſſio conſiſtat in quantitate,legatum uerò in ſpecie,huic compenſationi locus non eſt,ut dixi ſupra q.16.num.9.hanc dicit quoq; communem eſſe opinionẽ Alex. l.huiuſmodi,§.cum pater,n.3. ff.de leg. 1.Soc.conſ.93.nu.23.li.j.dicens in iudicando forte non eſſe recedendum ab opinione tantorum patrum, Berous q. 92. Cæphal.d.conſi.496.nu.10.

8 Tertio infertur, quòd ſi mulier faceret legatum marito, qui deberet lucrari aliquid ex forma ſtatutorum, ex quo iſtud lucrum inducitur ex diſpoſitione legis,videtur mulier legaſſe animo compenſandi ita tradit Bart.d. Auth. præterea,& in l.ſi cum dotem,§.ſi pater,ff.ſolut.matr.poſt Iacob.de Aret. ubi inquit ſe pluries dixiſſe,quod legatum factum ab vxore uiro computabitur in portionem, quam ex vi ſtatuti lucrari debet, quod tradit eſſe multum notandum,& hanc ibi ſequuntur ſententiã, & magis communem aſſerunt Paul. de Caſtro & Alex. quia iſtud lucrum videtur eſſe neceſſarium debitum, introductum à ſtatuto, ſicut & legitimæ filij debitum, quod introducitur à lege; ideo ſicut in legitimam computatur

tatur legatum factum per patrem filio, ita in hoc lucro debet computari legatum. Hanc opinionem quoque dicunt eſſe cõem Alex. Iaſ. Corn. Decius, Fran. de Pepis, & Curt. Iun. in d. Auth. præterea, Bal. conſi. 79. vol. 1. Eandem dicit eſſe cõem Corn. conſi. 230. & magis cõem fatetur Campet. in tract. de dote, 3. par. q. 6. & ita alias ſeruatum fuiſſe in quæſtione facti refert Iacob. de Riz. ut dicit Alber. de Roſat. l. quod uerò, ff. de lega. 1. & ita terminatum fuiſſe Paduæ tradit idem Alber. 2. part. ſtatut. q. 56. & in d. Auth. præterea, & pariter communem eſſe opinionem teſtatur Paul. de Monte Pico, d. Auth. Præterea, nu. 50. & ſeq. & hanc ſententiam ſequi Aduocatos in practica expreſsè fatetur Saly. ibid. col. 2. Io. de Amic. conſi. 12. nu. 19. & nouiſſime magis cõem multis athoritatibus comprobat Roland. a Valle in tracta. de lucro dotis, q. 96. per totum, concludẽs huic ſententiæ inhærendum eſſe tam in conſulendo, quàm iudicando, quicquid dixerit Bal. d. Aut. præterea: licet enim edictũ de alterutro inter uirum & uxorem ſit ſublatum, quoniam uxor tam dotem, quàm legatum ſibi a marito factum conſequi poteſt, nec unum cum altero compenſatur, ut iam dixi: Tamen illud procedit, quando quæritur, an legatum compẽſetur cum debito, quod ſumpſit initium ex cõtractus diſpoſitione: quia tunc unum cum reliquo non compenſatur. Secus autem, vbi loquimur in debito proueniente ex neceſſaria ſtatuti diſpoſitione, quo caſu fit compenſatio legati in debitum: & ratio eſt, quia nemo præſumitur liberalis in neceſſitate. ita tradit Roma. d. Auth. præterea, & cum eo pertranſeunt omnes Doctores, ut dicit idem Roland. a Valle d. q. 96. nume. 12.

9 Quæro etiam an in hoc legato dotis vxori relicto ueniant expenſæ neceſſariæ in rem legatam factæ? Reſp. ꝙ ſi ſimpliciter dos relicta fuit, impenſæ deducendæ ſunt. Sin uerò quicquid ad eum dotis nomine peruenit reliquit, ſecus. hanc dicit eſſe communem opinionem Iaſ. d. l. poſt dotem, nu. 36. ff. ſolu. matr. Sed nunquid etiam falcidiam patietur tale legatum? Reſp. dixi infra, §. falcidia.

Quæſtio Quadrageſimatertia.

SVMMARIA.

1 *Quibus modis fieri poſſit legatum.*
2 *Quando purè uel in diem fieri dicatur, nu. 2. & 3.*
4 *Legato in diem facto an ſtatim naſcatur obligatio & actio.*
5 *Quid in legato ex certa die.*
6 *Quid ſi dies incerta ſit adiecta, & nu. 7.*
8 *Legatum relictum poſt mortem alterius, ardua quæſtio.*
9 *Legatum annuum pro primo anno purum, pro reliquis conditionale.*

NVnc etiam dicendũ eſt quibus modis, & quam uariè legata concipi poſſint, & quæ cuiuſlibet natura & effe-
1 ctus ſit. Et ſcire debes, quod legata concipi poſſunt purè, in diem, ſub conditione, ſub demonſtratione, ſub modo, ſub cauſa, ſemel, ſæpius, expreſsè uel tacitè, item generaliter, & nominatim, copulatiuè vel diſiunctiuè. ita not. gl. Rub ff. de condi. & demonſt. quã Bar. Ale. & Doc. cõiter approbant, ut dicit Gomez. li. 1. c. 12. nu. 57. Purè & ſimpliciter relinquitur, quando teſtator ſimpliciter legat rẽ vel pecuniã ſine tempore, die, conditione, qualitate, uel cauſa adiecta, per quã eius ſuſpendatur petitio. Vt Titio centum do, lego. Et hoc caſu cedit dies legati ſtatim a die mortis teſtatoris, & tranſit dominium iuxta ea quæ dixi infra q.

3 In diẽ dr̃ fieri legatum, qñ teſtator legat ſpẽm vel quantitatẽ in diem certam. Et tunc quidem dies legati cedit, & obligatio hæredis, qui adiit præſens eſt: Sed obſtat exceptio, vt non niſi die ueniẽte peti poſſit, ſicut in contractibus in diẽ: quamuis non defuerint, qui exiſtimarẽt diem quidem legati cedere, antequã certa dies legati veniat: Sed non tamen eſſe ortam obligationem ante diem, vti Accurſ. ſcriptum reliquit l. unica, §. cum igitur. Verb. cedere, C. de cadu. tollen. quem ibi ſecutus uidetur Bal. & quidam alij. Sed hoc eius dogma communiter reprobari teſtatur ibi Philipp. Corne. quem refert Emanuel a Coſta, lib. 1. interpret. c. 20. num. 8. vbi priorem cõmunem laudat, quam tenet Bart. & alij in d. l. vnica, hanc etiam magis cõem eſſe dicit

dicit Alexan.l.interdũ,nu.3. ff de verb. obligat.& idem reprobata d.gloſſ.aſſerit Antonius Gomez.d.cap.12.57.Et receptioré hanc ſententiá fatetur Alci.l. cedere dié,ff. de verbo ſignific. Zaſ.d.l. interdum,nu.9. vbi dicit Bart. doctrinã in d.l.,interdum eſſe communiter approbatam.

5 Quod intellige etiam procedere in legato ex die certa relicto,vt ſi hæres certa die veluti Calendis Martijs dare damnatur: quia cedit dies ſtatim à morte teſtatoris. ita eſt text.l. ſi dies legat ced. & ita communiter tenere Doctores firmat Emanuel a Coſta.d.cap. 20. nu. 2. licet contrarium uoluerit Ripa.d.l.ita ſtipulatus, num. ff. de uerbo. obliga.ex quo enim tempus differendæ ſolutionis gratia adijcitur, non debet interim obligationis ſubſtantia impediri, cum tempus non ſit modus tollendæ,vel inducendæ obligationis.

6 Sed quid ſi dies adiecta ſit incerta, ut in legato relicto cum aliquid factum fuerit, nunquid erit in die?Reſp. quòd non, ſed erit conditionale legatum: quia talis dies incertus incertæ æquiparatur conditioni, & ſuſpendit omnia vſque in aduentum eius: tex. l. ſi poſt diem,ff.quand.dies legat.& ita communiter Doctores tenent, ut dicit Gome. Variar.Reſol.Tom.2.c.11.nu.21.

7 Et hoc procedit etiã ſi tempus incertum apponatur excutioni,ſiue preſtationi: quia facit legatum conditionale, & non in diem.ita tenet Bart.l.ſi cui,§.hoc autem,ff.de leg.1. poſt gl.in l.Seius, ff. ad Trebe. quam dicit eſſe communiter probatam Alex. ibi in fi. & ſubdit durum eſſe in practica contrarium obtinere,Moder.Pariſ.addit ad Alexan.conſil. 55.Verb.incertus, vol. 2. & in conſuet. Pariſ.§.92.Fernand.Vaſq.de ſucceſ.progreſ.libr.3.§.29.nu.4.

8 Quid auté ſi legatum relictũ ſit poſt morté alterius,vbi dies quidé certus eſt, ſed incertus quando, nunquid erit legatum in diem?Reſp. Quæſtio hæc dubia eſt & nõ eſſe conditionale, ſed in diem. itaque ante dié oriri obligationé, tenet gl.in l.poſt morté,verſ.valeat.de inutilibus ſtipul.& ſeqtur Imo. Paul. de Caſt. & Soc.l.1.ff.de cõdit.& demõſtr. & hanc dicit eſſe crebrioré ſententiá Alcia.in d. l.credere dié,ff.de verb.ſignifi.qua ſi qđ medij téporis vtilitas incerta eſt, ob eſſe nõ poſſit,quominus in id,quod principaliter deductũ eſt, obligatio ꝑueniat.

Cõtrarium, quòd tale legatum ſit cõditionale,tenet gloſſ.l.in omnibus,ff.de Reg. Iur. & ſequitur Bar. l. ita ſtipulatus,nu.41.ff. de verb.obliga. & in l. hæres meus,ff. de conditio. & demonſt. & hanc dicit ibi communem eſſe opinioné Pau. de Caſt.& Imol. & quod eam ſententiam Doct. frequentius probauerũt fatetur Ema.à Coſta.lib.1.interpret.18. nu.3. refert & ſequitur Fernand. Vaſq. lib.3.de ſucceſ.progreſ. dicens eam eſſe veriorem.§.17.nu.11.& quod ita tenent Doctores communiter dicit Antonius. Gome.trac.Variar.Reſo.Tom.2.c.11. n. 31.& pluribus comprobat Caualcan.tracta. de vſufruct. mulier.nu.71. dicés nõ habere difficultaté.Nõ itaque oritur obligatio vel actio ante quam moriendi tépus veniat: Quinimò inutile eſſet eam oriri:quia ante mortem petere, nõ poteſt, & poſſet legatarius ante diem legati cedentem mori pendente conditione, & nihil tranſmitteret ad hæredes.

9 Quero item quid ſit in legato annuo, in quo dies multiplicandæ obligationis cauſa adijcitur, nunquid ſit in diem,uel cõditionale?Reſp. Receptior eſt Doctorũ ſententia tale legatum céſeri pro primo anno purũ, pro alijs conditionale, etiã per dictiones, dũ,donec,quãdiu ita tenet Bar.in l.ita ſtipulatus,ff.de verbo. oblig. & quod ita tenét cõmuniter Doctores dicit Antonius Gomez. Tom. 2. variar.reſolu.iur.c.11.nu.44.& 48.Bur. conſ.72.& lib. 1. Caualcan. in tracta. de vſufruct.mulier.nu.115.& ſeq.& n.141.

Quæſtio Quadragemaquarta.

SVMMARIA.

1 *Legatum factum ſub aliquo tempore quod poteſt intelligi in principio uel medio uel in fine, de quo intelligatur & num. 2.& 3.*

4 *Legatum annuum reſpectu certæ neceſſitatis eo tempore quo ſolui debet tantum petitur.*

5 *In legato annuo procedit libellus, in quo*

 petitur

petitur fieri condemnatio ſtatī ratione tēporis præſentis & præteriti, ratione autem futuri ad ſoluendum ſuo tempore.

1 DIxi legatum in diem non niſi veniente die peti poſſe, ſed quæro, ſi tempus appoſitum tale ſit, quod poteſt intelligi in principio, medio, & fine, quando legatum peti poſſit? Reſp. Diſtinguendum eſt, aut tempus illud apponitur ad differendam ſolutionem. Et tunc ſi dies vel tempus adiectum per tale verbũ expreſſum eſt, quod tempus perfectum vel abſolutum non denotat, quod in dubio ſit, quando tempus per ablatiuum caſum expreſſum eſt, veluti ſi dixerit teſtator, qđ habeat legatarius 14 anno ætatis ſuæ, & tunc ſi verba legatarium reſpiciũt etiam ante annum perfectè elapſum peti poteſt. Sin vero grauatum reſpiciunt, vel dubitetur, ante tēpus perfectè elapsũ peti non poteſt. ita tenet Bar. l. ſi cui, in princip. ff. de leg. 1. quem communiter approbatum dicit Ema. à Coſta, li. 2. interpret. c. 13. nu. 4. Alex. l. hoc anno, ff. de verb. oblig. Antonius Gomez. Variar. Reſolut. lib. 2. capite vndecimo, num. 27.

2 Sin autem temporis mentio facta fuerit per tale verbum, quod tempus omninò perfectum & abſolutum denotat, qđ in dubio præſumitur, quando tempus ꝑ accuſatiuum appoſitum eſt, vt cum legatarius peruenerit ad XIIII. ætatis annũ, tunc non dicitur extitiſſe antequam legatarius nouiſſimum diem, qua XIIII. annos compleuit, attigerit. & ita non debetur niſi in fine tēporis vel ætatis. Bartol. d. l. ſi cui, & cõmunem dicit opinionem Iaſon ibi. & idem à Coſta d. capite 13. nu. 1. Gomez. d. cap. 11. n. 27. Et hoc procedit, niſi tempori per accuſatiuum expreſſo adiecta fuerit dictio intra, infra ante, vel ſimilis, quia tunc in principio anni peti poteſt, quia tempus perfectũ non denotāt Bar. d. l. hoc anno. & ibi cõiter Doct. vt idem Gomez. ibi teſtatur.

Aut verò tempus apponitur cauſa multiplicandæ obligationis, vt in legato annuo, & ſtatim in princio cuiuſlibet anni peti poteſt. tex. l. in ſingulis, ff. de an. legat. & tenet Bar. d. l. hoc anno, poſt gl. in prin. quam communiter approbatam dicit ibi Alexan. in princip. & hanc eſſe communẽ opinionem fatetur Gomez. d. c. 11. nu. 27. dicens, quod iſta ſit tenenda in iudicando, & conſulendo.

Sed quid ſi legauit aliquis annum qđ reſpectu certæ neceſſitatis, ſcilicet pro diſciplina, vt ſcilicet præceptorem habeat, nunquid in principio cuiuslibet anni tale legatum peti poterit? Reſp. quod non, ſed eo tempore quo ſolui debet. te. l. nec ſimul. §. in habitatione, ff. quand. dies legati ced. Bar. & communiter Doctores. d. l. qui hoc anno, út teſtatur idē Gome. d. c. 11. nu. 27.

Aduerte tamen quod licet legatũ in quo tempus multiplicandæ obligationis cauſa adiectum eſt, non niſi initio cuiuſlibet anni poſſit peti. Tamen legatarius primo anno exigere & petere poteſt, vt iudex pronunciet & declaret hæredem obligatũ eſſe vnamquamq; ſummã annuã ipſi ſua die ſoluere, & erit effectus magnus, quia poſt lapſum cuiuſlibet anni ſententia mandatur executioni ſine alio proceſſu. ita tenet gl. l. 1. C. de fideic. & hanc dicit eſſe communem opinionem Corn. & Iaſ. ibi n. 7. circa finem, Ant. Gomez. Variar. Reſol. li. 2. c. 11. nu. 47. quia cum non ſit in poteſtate legatarij exigere totum pro futuro tempore, ſtatim permittitur petitio, ut fiat condemnatio ſtatim ratione temporis præſentis & præteriti, pro futuro verò ad ſoluendum ſuo tempore, ne legatarius habeat neceſſe agere quolibet anno.

Quæſtio Trigeſima.

SVMMARIVM.

Si mulieri legatur aliquid ſub conditione, ſi non nupſerit, & quod poſt mortem reſtituat, & non paruit conditioni, & ſic amiſit legatū, an debeat ſtatim reſtitui, vel poſt mortem vxoris.

IVxta prædicta quæro de caſu quotidiano. Teſtator reliquit legatum vxori vel alij ſub conditione, ſi nuptias non iterauerit, & poſt mortem eius reliquit idem legatum alteri, vxor nupſit & non paruit conditioni, an ſtatim ſecundo legatario debeatur legatum, vel demum poſt mortē vxoris, & ita dies adiectus expe-

expectandus ſit? Reſp. Diuerſæ ſunt Doctorum ſententiæ. Quibuſdam exiſtimãtibus mortem vxoris, & ita diem appoſitam expectandam: in qua opinione fuit Roma. l. ſi quis ita, ff. de acquir. hæred. Dec. l. ſi mater. C. de inſti. & ſubſtit. nu. 6. quia tempus adiectum inducit dilationem, vnde cum illa qualitate & natura debeat legatum tranſire ad hæredes, vt ante tempus mortis non teneantur: Alijs verò contra cẽſentibus, quod imò ſecũdo legatario ſtatim legati cõpetat actio, non expectata die mortis vxoris, cuius ſententię fuit Io. And. addit. ad Specul. tit. de ſecund. nup. ſuper Rub. & hanc dicit eſſe communem opinionem Dec. d. l. ſi mater, nu. 6. Iaſ. nu. 2. Corn. nu. 3. Iacobin. de S. Georg. Iaſ. l. Gallus, §. & qd ſi tantum, nu. 28. ibi Alex. qui dicit ſe vidiſſe de facto in l. mulier. la. 1. ff. ad Trebel. hanc quoque dicit eſſe communem opinionem Gomez. Varia. Reſolut. lib. 2. capit. 11. num. 34. Borg. Caualcan. in tracta. de vſufruc. mulier. enum. 72. & ex communi refert Villal. in ſua collect. com. opin. Verb. legatum. nu. 12. Viui li. 1. verb. caſus, nu. 1. & hæc ſententia verior eſt propter tacitam & coniecturatã mentem teſtatoris, nam intentio fuit teſtatoris, quod vxor ſemper ſtaret vidua, nec credidit nupturã, alias ſtatuiſſet ſtatim reſtitui, & preſumitur velle, quod ſi nubat, ſtatim reſtituat. Quia in dubio ſemper videtur plus cogitaſſe de effectu cõditionis & diſpoſitionis, q̃ de modo.

Queſtio Quadrageſimaſexta.

SVMMARIA.

1 *Sub conditione quando propriè relinqui dicatur legatum.*

2 *Conditionum quæ ſunt ſpecies.*

3 *Poteſtatiua conditio quæ ſit.*

4 *An poteſtatiua conditio poſſit cõferri in voluntatem tertij hæredis. ſ. vel alterius.*

5 *Conditio poteſtatiua in factum extrinſecũ tertij conferri poteſt.*

6 *Item in tacitam & velatam hæredis voluntatem.*

7 *Quid ſi ita leget, cum voluerit hæres.*

8 *An conditio poteſtatiua in arbitriũ tertij conferri poſſit. & nu. 9. & 10.*

11 *Quid in legatis ad pias cauſas.*

12 *Caſualis conditio quæ ſit & eius effectus.*

13 *Mixta cõditio, quæ ſit, & an pro impleta, ſi impediatur per eum, in cuius perſona impleri debet habeatur; & quid ſi ſtet per implere debentem, nu. 15.*

14 *Titius legatum relictum ſi cum Seia matrimonium contrahat, ſi ipſa recuſat, nihilominus conſequitur.*

16 *Conditio ſi nupſerit ſub qua mulieri, fuit legatum, ſi ſemel ipſa declarat nolle ſenubere, an defeciſſe uideatur irreparabiliter dubia q.*

17 *Conditio ſi ſtat per tertium implere debentem, pro non completa habetur.*

18 *Conditionem illam, ſi nupſerit, nõ tenemur implere, infra trennium.*

19 *Mixta conditio an habeatur pro impleta, ſi per caſum impleri non poſſit.*

20 *Legatum factum uxori, ſi morabitur cum Titio, deficit ſi caſu impediatur morãdi cõditio, quod declaratur. nu. 21. & ſeq.*

23 *Conditio mixta deficiens per caſum habetur pro defecta, quando etiam pẽdet ex facto unius & uiribus fortunæ.*

1 SVb cõditione relinqui dicitur legatum, quando ſuſpenditur in futurũ euentum, vt ſi quid tale fiat, & tunc dicitur propriè conditio, non autem quando in præſens vel præteritum confertur, quia tales conditiones ſi veræ ſunt, ſtatim obligant, nec ſuſpendunt diſpoſitionem. ita eſt glo. l. itaque. ff. ſi cert. petat. quam communiter amplecti Doctores dicit Gomez. lib. 1. Varia. Reſolut. c. 2 12. nu. 64. Conditionum autem alia eſt Poteſtatiua, alia Caſualis vel fortuita, alia mixta, alia expreſſa uel tacita. alia impoſſibilis.

3 Poteſtatiua eſt, quæ pendet ex poteſtate implere debentis, ut lego tibi, ſi voles, & illa ualet.

4 Sed quid ſi hæc conditio conferatur in uolũtatẽ alterius q̃ legatarij, puta hæredis vel tertij, nunquid illa valebit? Reſp. Quod ſi ita cõcipiatur, ſi volet hæres inutilis eſt tex. eſt & gl. ord. l. ſenatus. §. legatũ, ff. de leg. 1. & ita inter oẽs Iuriſconſultos conſtare dicit Emanu. Coſta, interpret. li. 1. c. 21. nu. 7. & quod ita cõiter tenent doctores aſſerit Gome. d. c. 12. nu. 47. lib. 1. Variar. Reſo. Idem eſt, ſi in uoluntatem alterius tertij fuerit collatum legatũ, vt puta ſi Titius voluerit, conditio enim inutilis, & inutile eſt legatum.

Nam in alienam voluntatem legatum conferri non poteſt tex. quem ita communiter intelligunt Doctores in l. non nunqua,ff.de cond.& demonſt. vt teſtatur Gome.Variar.Reſo.li.1.c.12.nu.47. & hanc communem & receptiſſimam eſſe opinionem aſſerit Didac.Couar.c. cū tibi,nu.7.extr.de teſt.Eman.à Coſta interpret.li.1.c.21.nu.8.Iaſ.l.captatorias, nu.2.C.de teſt.milit. Quamuis contrarium docere conati fuerint Chriſto. Caſtellio d.l.Senatus.§.legatum,ff.de leg.1. Ludo.Ro.l.vtrum,§.cum quidam,ff. de reb.dub.quaſi d.l. nonnunquam ad hæredem reſtringi,& in inſtitutione hæredis diuerſum ſtatui debeat.l.illa inſtitutio,ff.de hæred.inſt. Sed decretū de quo in l.iſt.a,ad omnia teſtamentorum iura, & legata pertinere,receptam & veriorē eſſe ſententiam effatur Ema.à Coſta d.c.21.nu.8.Et licet hęc ſententia non modicam in puncto iuris patiatur difficultatem:Nihilominus tamen propter auctoritatem Doctorum illam tenentium,nō eſſet ab ea recedendum.

5 At verò ſi non in meram, & abſolutam voluntatem: ſed in factum extrinſecum tertij conditio conferatur, vt lego ſi Titius capitolium aſcēderit,ualet, & vtile eſt legatum.tex.d.l.nonnunquā ibi glo. Namq; tunc diſpoſitio in caſum cenſetur collata, vt quocunque modo exiſtat,partium conditioni uideatur: poteſt.n.ab ignorante ēt cōditionē,impleri,quod ſecus eſt ī cōditione,ſi voluerit. ita tenere Doctores cōiter aſſerit Iaſ.d.l. capitatorias,n.10.Ema. à Coſta d.c.21. n.5.Rod.Suarez de captat.volūt.nu.17.

6 Idem dic,ſi conditio in tacitam & velatam heredis voluntatem ſub excepta negatione collata fuerit:vt ſi teſtator dixerit:lego cētum Titio, niſi hæres meus noluerit.tex.eſt in l.fideicommiſſa, §.ſic fideicommiſſum,ff.de leg.3.Eſt enim purum legatum non conditionale ex libera uoluntate hæredis, ſed ſine ulla eius uoluntate cedit:quamuis ademptum ſit ſub conditione,ſi heres noluerit ita vt ſi hæres ſemel dixerit ſe uelle, conditio ademptionis ceſſet, quod ſi non declaret ſe nolle, valeat legatum, quaſi ademptionis conditio defecerit.ita uoluit Bart. & ibi communem ac receptam eſſe Doctorum ſentētiam teſtatur Ema.à.Coſta,licet ipſe aliter illam l.interpretetur,li.in terpr.1.c.24.in prin.& n.4.& c.21.n.10.

7 Quid autem,ſi ita dixerit teſtator:lego Titio centum, cum hæres meus voluerit?Reſpon. Communiter receptum eſt,valere:quia ſubſtantia legati nec cōfertur in liberam hæredis uoluntatem ſub conditione, nec amittitur legatum eo caſu,quo heres voluerit,ſed tractum temporis habet quamdiu hæres viuit,atque idem ac ſi dixiſſet teſtator,lego poſt mortem hæredis, eo mortuo hæres eius omninò ſoluere cogitur. tex. d. l. fideicommiſſa,§.hoc autē,Bar.l. centeſimis, §.ſi.nu.1.& 3.ff. de verb. obl. & receptā dicit opinionem Ema.à Coſta, lib.1.interpret.c.25.nu.2.

8 Quæro item, quid ſi non in liberam tertij hæredis vel alterius uoluntatem, ſed in arbitrium eius conferatur legatū ſub conditione,nunquid valebit? Reſp. quod ſic.ita tradit Barto.l.1.per text.ibi quem ita intelligēdo Doc.cōiter ſequūtur,ff.de leg.2.ut dicit Ab.conſ.4.volu.2.Gome.varia.reſo.lib.1.c.12.num. 47. Ema.à Coſta lib.1. interpret.c.21.nu.1.

Pro meliori intellectu huius dubij diſtingue. Aut legatum confertur in arbitrium tertij ſub conditione ſi arbitrabitur,& legatum eſt conditionale, & valet ſi arbitratus fuerit, alias ſi nolit arbitrari legatum nō debetur,ita tenet Bart. l.1.nu.4.& l.ſi quis arbitratu.nu.3. ff.de uerb.obl.quem ſequuntur magis communiter Doctores,ut fatetur Soc.Iu.ibi nu.39.Ema.à Coſta lib.1.interpret. cap. 22.nu.4.Ant.Gome.d.c.12. num 47.

9 Aut legatum confertur in arbitrium hæredis ſub conditione ſi hæres arbitretur, & dubitatum fuit an legatum ſit conditionale, Namque Raph. Cuma.d.l.1.exiſtimauit non cenſendum eſſe conditionale legatum, ſed Bart. d. l.1. & d.l.ſi qui arbitratu. contrarium docuit,eſſe conditionale,ſed in hoc diſſide re,quod ſiue non arbitretur & ſit in mora, ſiuè arbitreť aliter, quàm bonus vir arbitraretur,receditur ab eius perſona, & arbitrio boni uiri legatum debetur. & Bart.ſequuntur magis communiter Doctores vt firmat idem Soc.d.l. ſi arbitratu,d.nu.39.Abb.d.conſ.4.Couar.c.cum

tibi,

tibi,num.4.Ema.à Coſta d.c.22.num.4.

10 Aut legatum relinquitur arbitrio tertij,hæredis vel extranei,& tunc erit purum legatū,;& ratio non arbitrante ſiue nolit ſiue non poſſit, non perit legatū, ſed receditur à perſona, & itur ad bonũ uirum,& ſecundum eius arbitrium debetur.Bar.d.l.ſi quis arbitratu.n.3. & d. l.3.ff. de leg. 2. & hanc communem eſſe opinionem dicit Alex.d.l.ſi quis arbitratu.quem refert ibi Soc. magis communem eſſe Bar.opinionem probans,n.40.

11 Quæro nunquid prædicta procedant quo ad legata pia,ut in alterius uoluntatem conferri non poſſint? Reſp. fauore piæ cauſæ hoc permitti. hanc dicit eſſe communem Doctorum opinioné Cor. Alex. Iaſ.& Dec. l.captatorias. C.de teſtam.milit.Pariſ.conſil.38.nu.24 conſ.83. vol.2.& magis communem ex præfatis enunciat Did.Couar.c.cum tibi, nu.12. de teſtam.

12 Caſualis conditio eſt, quæ pendet à uiribus fortunę, ut ſi nauis ex Aſia uenerit, & hæc ſi deficiat per caſum, imò qualitercunque habetur pro defecta, & non pro impleta.ita tenet glo. ord.l. ſub diuerſis,ff.de cond. & demonſt.Bar. l.in teſtamento,eo.tit. & quod communiter omnes ita tenent probat Vaſqui. lib.3.controuerſ.illuſtri.c.93.nu. 22.

13 Mixta, quæ partim pendet ab arbitrio ipſius legatarij, partim alieno uel fortunæ, ut ſi filius duxerit Bertam in uxorem. Et hæc ſi per eum non ſtet, qui implere debet, ſed per eũ in cuius perſona debet impleri pro completa habetur.tex.l.turpia, ibi Doct. communiter ff.de leg.1.& quod ita ſit cõmunis opinio teſtatur Fernand.Vaſq; li.3. Queſt. illuſtr.cap.93.nu.3. Ideoque ſi teſtator

14 legauit mille, ſi Titius cum Seia matrimonium contrahat,& illa recuſet requiſita,nihilominus Titio legatum debetur etſi non contrahat:quia pro impleta habetur,non tam quia per Titium non ſtetit,quo minus contraheret, quam quia etiam per Seiam ſtetit.ita eſt tex. qui ita communiter intelligitur l.1.C.de inſtit. & ſubſtit. & hanc dicit eſſe communem opinionem Iaſ.ibi.Ema à Coſta.Repet. l.cum tale.§.ſi arbitratu,limit. 7. Vaſq; d.c.93.num.3.

15 Sin autem per eum ſtet qui implere debet,extinguitur legatum, & non admittitur,ita oẽs leges & gloſſas concordare dicit Anch.conſ.237.nu.1.dum loquitur de legato relicto ſub conditione ſi vel donec ſteterit i domo cũ hærede.

16 Sed pone,teſtator legatum fecit Seiæ ſub conditione,ſi Titio nuberet, Seiaq; recuſauit interpellata,poſtea tamen mutata ſententia uoluit nubere Titio, qui nunc recuſat eam ducere, nunquid pro impleta habebitur,an verò defeciſſe videbitur conditio? Reſp.gl.d.l.1.C.de inſtit.& ſubſt.videtur velle,illico deficere conditionem per uoluntatis declarationem,adeò vt licet ipſa poſtea pœniteat, & Titius iam nolit, legatum ſemel amiſſum nõ recuperet,& hanc ſaiam ſequũtur Ang.Fulg.Alex.n.1.Iaſ.n.7. Corn. n.3.Riminal.nu.2. Dec.qui n.13.firmat hanc eſſe communem ſententiam,eandẽ dicit eſſe receptam ſententiam Ema. à Coſta,Repet.d.§.ſi arbitratu,limit. 6.n. 25.Fernand.Vaſq; lib.3.controuer. illuſtri.c.94.nu.9. Quia uerum eſt per mulieris uoluntatem,conditionem nubendi ſemel defeciſſe, & per eius defectum legatum euaneſcere, & poſtquam ſemel euanuit,amplius ſuſcitari non poteſt.

17 Prædicta procedunt,quando conditio legatario eſt impoſita, ſed quid ſi conditio principaliter in tertium conferatur. pone enim mulieri factum eſſe legatum,ſi Titius eam duceret,iſq; recuſet,numquid conditio habebitur pro impleta,ſi ipſa nubere parata ſit?Reſp.Variatũ fuit gl.in l.inde Neratius.§.1. ver. retrorſum, ff.ad l. Aquil. manifeſtè voluit conditioné pro impleta habendam, & legatum deberi, quam gl. ſententiam probare uiſus eſt Soc.conſi.44.lib.1.extollens ibi gloſſæ Autoritatem, eamq; ab ordinarijs ibi non improbari ſcribit. Sed contrarium tradiderunt Cyn. Alberi.& plerique alij in d.l.3.de inſt. & ſubſtit.vbi Alex.nu.9.dicit ꝙ tutius ſit tenere Cyn.opinionem, & hæc eſt communis ut teſtatur Ema.à Coſta d.§. ſi arbitratu.nu.27.Cum enim conditio non legatario impoſita ſit, ſed tertio, velut in euentu poſita cenſeri debet.

18 Adde, quod mulier etiam cui ſub conditione ſi nupſerit Titio relictum

eſt, ſi differebat ultra trienniū conditio defeciſſe uidebitur, relictūque euanuiſſe intelligetur. ita tenet Bart. l. 2. §. ad filiorū. C. quād. & quo quarta pars debeatur lib. 10. & hæc cōmunis eſt opinio, vt fatetur Vaſqui. d. c. 94. lib. 3. controuerſ. illuſtri. nu. 6. Quamuis in hæreditate cōtrariū ueline, ut dixi infra. §. inſtitutio. Sed contrarium tenet Paul. de Caſtr. in l. 2. C. de inſtit. & ſubſt. & hanc dicit eſſe ueriorem idem Vaſqui. & ſequitur, mihique magis benigna & equior uidetur. Poteſt enim hæc conditio nubendi quæ mixta eſt, quādocūque impleri, licet ſecus, ſit in poteſtatiua, ut dixi infra. q. 50.

19 Sed quid ſi ſtat per caſum fortuitum, puta per mortē alterius partis, quo minus impleatur cōditio, Nūquid habebitur pro impleta? Reſpōd. dic, quòd regulariter habetur pro defect. ita eſt tex. in l. legatum, ff. de condi. infert gloſſ. l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. gloſſ. l. ſub diuerſis, §. fin. ff. de condit. & demonſtr. quam communiter approbatam dicit Iaſ. d. l. 1. nu. 9. ibi Bart. & eſt uera & communis opinio, ut dicit Fern. Vaſqui. d. cap. 93. n. 3. Ema. a Coſta. lib. 2. interpret. c. 19. nu. 2.

20 Ex quo infertur, ſi legatum factū fuerit uxori ſi morabitur cum Titio, tale legatum deficere, ſi caſu impediatur morādi cōditio, ut puta morte Titii. ita tenet Bart. in l. illis libertis, ff. de condit. & demonſtra l. qui cōcubinam, §. uxori ff. de legat. 3. gloſ. & Bart. d. l. 1. C. de inſtitut. & ſubſtit. & eſt communis opinio, ut dicit Socin. conſil. 44. nu. 3. uolum. 3.

21 Sed tu pro meliori intellectu diſtingue, aut legatus eſt vſusfructus, uel aliud, aut legata ſint alimēta. Primo caſu vera eſt ſupradicta concluſio, q morte eius cū quo morādum fuit, uel in cuius perſona conditio impleri debet, legatū extinguitur.

22 Secundo caſu dic, aut alimenta principaliter relicta ſunt in fauorem legatariorum, & cōditio deficiens non facit deficere relictum; tex. d. l. 1. C. de legat. l. annua, ff. de annu. leg. qui ita loquūtur ſecundum Doctor. communiter. Aut verò relictum eſt factum in fauorē eorū, cum quibus legatarii debent morari, & morte, uel caſu extinguitur. ita eſt in l. Scio in princip. ibi glo. ff. de annuis legatis. gloſſ. d. l. 1. C. de legat. quā ibi ſequitur Bar. & hāc eſſe cōmunē opinionē teſtatur Decius conſ. 629. Anchara. cōſ. 105. 237. nu. 2. ubi dicit ita omnes tenere, & quod gloſ. & Bartol. opinio frequētius ſit recepta aſſerit Emanuel. à Coſta. lib. ſecundo interpret. cap. decimo nono, numer. 2. quamuis ipſe aliter ſentiat. & quòd iſta cōmunis ſit opinio dicit quoque Fernand. Vaſqui. lib. illuſtr. controuerſ. capit. 13. nume. vigeſimo ſeptimo.

23 Et quæ dicta ſunt de conditione mixta pendente ex facto duorum, procedūt etiam in mixta pendente ex facto vnius & viribus fortunæ, nam legatum relictū ſub tali conditione, ſi deficiat conditio p caſum, nō debetur, ita tenet glo. Bar. & omnes Doctores in l. in teſtat. & l. ſub diuerſis, & de cōdit. & demonſt. ut teſtatur Alexan. l. 1. nu. 7. C. de inſt. de ſubſt. & Angel. ibi dicit, quod omnes tenent hoc indifferenter, & quod communiter ita tenent Doctores: aſſerit Fernād. Vaſqui. lib. 3. controuerſ. illuſtri. c. 93. n. 22.

Quæſtio Quadrageſimaſeptima.

S V M M A R I A.

1 *Conditio alia expreſſa, alia tacita, & quæ.*
2 *Tacita conditio an faciat legatum uerè cōditionale, & impediat tranſmiſſionem.*
3 *Quid ſi cōditio quæ tacite ineſt, exprimatur, limita nu. 4.*
5 *Quādo dicatur apparere de uolūtate teſtatoris ualentis facere hanc conditionem.*
6 *An uerba hæc, ſi hæres adierit, expreſſa faciāt cōditionem, ſi clauſula codicillaris teſtamento ſit adiecta.*
7 *Quid in caſu Auth. ex cā. C. de lib. præter.*
8 *Quid p luribus inſtitutis hæredibus.*

1 DIxi cōditionem aliam eſſe expreſſam, aliā tacitam: expreſſa eſt, quæ uerbis expreſſis teſtatoris ponitur. Tacita eſt, quę à iuris ſubintelligitur, vt ſi fructus legētur, tacita in eſt conditio, ſi naſcitur, & in omni legato ſub intelligi
2 tur, ſi hęres adierit hæreditatem. Et hæc tacita conditio non facit legatum uerè conditionale, quantum ſcilicet ad trāſmiſſionem, quia impedire trāſmiſſionē eſt impedire iudiciū defuncti, quod lex ſua conditione non facit, niſi de aperta

teſtantis

teſtantis voluntate appareat. Hanc dicit eſſe communem opinionem Sadolet. l. hæc uerba, nume. 12. & magis communem aſſerit Socin. Iun. nume. 20. ibi. ff. de leg. 1. Bolog. num. 42. & ſeq. & quod ita communiter tenent doctores dicit Zaſ. Secus quo ad effectum impediendi natiuitaté obligationis, & actionis. ita eſt gl. in l. item, quia, §. 1. Verb. malè petitur, ff. de pact. quam ibi communiter approbatam dicunt Alber. & Ang. & hanc dicit eſſe communem opinionem. Sadolet. d. l. hæc uerba. nume. 12. & 16. glo. communiter approbatam eſſe Soc. Iun. numer. 11. & nume. 63. Ant. Gomez. Varia. Reſolut. Tom. 2. cap. 11. nu. 28. Cur. Iunior. conſi. 20. qué refert Soarez. in Theſaur. ſentent. Verb. conditio, num. 175. Rubr. Alex. conſ. 8. n. 8. Gozad. conſi. 27. nu. 4. Rol. conſil. 57. nu. 21. vol. 3. teſtatur Fernand. Vaſq. de ſucceſ. pſogreſ. 3. §. 17. n. 11. Ema. a Coſta, lib. 1. iterpret. c. 7. n. 6.

3 Sed quæro, an cõditio quæ tacitè in eſt expreſſa faciat veram & propriam cõditionem, & legatum uerè conditionale; Reſpond. quod ſi conditio talis eſt, quæ neceſſaria eſt, vt ſi hæres adierit hęreditaté, expreſſio eius eo modo quo in eſt nõ facit veram conditionem, nec legatum conditionale, ideoque tranſmittitur. Si autem non ſit neceſſaria ad actum, tunc facit legatum conditionale, & non traſmittitur, quia conditio tacitè eo modo nõ in eſt, quo exprimitũ Bar. d. l. hec verba. & hãc dicit ibi communem eſſe opinionem Bolog. part. 1. num. 68. uerſ. propterea, Sadolet. nu. 25. Vt ſi teſtator legauerit Titio centum ſi volet, quæ cõditio in legato nõ eſt neceſſaria, ſed volũtaria, quia legata etiam debẽtur ignorãti poſt aditam hęreditaté, unde expreſſa ſuſpendit legatum, & non tranſmittitur. ita tenet Bar. d. l. hæc verba & ſequũtur Doctores cõmuniter, ut dicit Bolo. ibi nu. 135.

4 Prædicta tamen de neceſſaria conditione ad actum, intellige niſi ex mente teſtatoris appareat quòd voluerit per talem conditionem, & reddere legatũ penitus conditionale, & impedire trãſmiſſioné, quod facere poteſt. ita tenet Bar. d. l. hęc verba, & cõem eſſe opinioné aſſerit Io. Sadolet. ibi in repet. n. 4. Bolog. n. 58. quamuis ipſe in contrariam ſniam magis inclinet, concedit tamen, quò ad effectum traſmiſſionis, & dicit, quod ita procedũt omnia allegata per Doctores.

5 Sed tunc magna difficultas eſt, quando dicatur apparere de volũtate teſtatoris volentis facere hanc conditioné? Et variè fuerãt Doct. opiniones. Bal. l. 1. C. de caduc. tollend. voluit, tunc conſtare de mente, quando teſtator dixit, Lego tibi ſub hac cõditione, quẽ ſequitur Paul. de Caſt. & Soc. n. 59. & ſeq. d. l. hec verba, & dicit ibi Sadoletus, ꝙ nouiſſimi Bald. cõmuniter ſequunĩ. Alia fuit eiuſdé Bal opinio ibid. ſi ut ſi verba dirigantur ad legatariũ, nõ ſit cõditionale legatũ: ſin ad grauatũ, tunc ſecus. Sed Bal. cõmuniter in hoc reprehenditur, ut dicit Bolog. d. l. hæc verba, nu. 62. qui tamen ſaluat eum, dum loquitur in a iis termi nis. Communis itaque eſt opinio, quod oportet conſtare ex verbis, vel claris cõiecturis de volũtate teſtatoris. Et nõ habet dubium, ſi dixerit expreſsè, volo ꝙ ſit cõditionale, vel quid non trãſmittatur, vel, volo quòd nõ debeatur niſi hæreditate adita, vel qđ legatarius ſolus habeat. quo caſu aperte conſtat excludi hęredes, vel ſi alia proferat verba teſtator vrgẽtia, & demõſtrãtia enixã volũtatem teſtatoris, quod ſit conditionale.

6 Infertur ex pdictis, quòd hæc verba ſi hæreditatem adierit, faciant conditionem, ſi in teſtamento adiecta ſit clauſula codicillaris, quia tũc conditio illa in eſt ex voluntate, cum inſtitutis non adeuntibus ſuſtineãtur legata aditione veniẽtium ab inteſtato, à quibus propter clauſulam codicillaré legata intelligũtur repetita, itaque nõ exprimitur quod de neceſſitate inerat. ita tenet Bar. d. l. hęc verba, & eſt cõmunis opinio. vt teſtatur ibi Alex. & Iaſ. Soc. n. 41. & n. 43. & Sadol. n. 14. in fi. Rub. n. 18. Io. Bolog. 106. licet ipſe cõtrariam teneat opinionem. & hæc multũ notãda ſunt i praxi, quia paucíſſima ſunt teſtaméta, qb. hodiè nõ apponatur clauſula codicillaris, q̃ de cõſuetudine ét ab impitis notarijs adijci ſolet: & ita raro eueniet, vt in hac ſpecie legata nõ ſint cõditionalia, & licet contraria opinio in pũcto iuris fortè ſit verior: Tamé, ppter autoritaté Bar. qué cæteri ſequun-

ſequūtur.durū foret cōtra eū obtinere.

7 Sed q̄d ſi legata valere & deberi contingat abſq; eo, quod inſtitutus adeat hæreditatē ex teſtamēto, ut in caſu Auth.ex cā,C.de li. præter. Vbi filio præterito,licet hæres ſcriptus adire nō poſſit hæreditatē,tñ legata debētur,nunq̄d legata ab inſtituto relicta ſub condōne ſit hæres erit?Reſp quod nō,q̄a conſeruatur p̄ legē alio modo,quam voluerit teſtator,quo neq; expreſſe neq; tacitè inducitur illa confirmatio,q̄a de ea non uidetur cogitaſſe, ſicut nec cogitauit quod filius deberet annulare teſtamentū.& ita conditio iſta remanet neceſſaria,ſi legata cōſeruari dēnt eo mō, quo voluit teſtato cōſeruari.ita tenet Bart. h.d.hæc verba,& ibi dicit cōem eſſe opinionē Soc.n.39.Bolog.n.101. & n. 119.

8 Quæro,itē p̄dicta de cōditione ille,ſi hæres erit,q̄ neceſſaria eſt ad legatum,p̄cedunt & plana ſunt,ſi unus eſt inſtitutus & grauatus, ſed quid ſi plures ſint hæredes inſtituti,nūquid dicta conditio faciet legatū conditionale? Reſp.quod ſi vni eſt conditio adiecta & legatum ab oībus relictū,vt ſi Titiū & Seiū hæredes inſtituat,ſi Titius adierit,tunc in perſona cui apponitur conditio legatum eſt perſonaliter factum, & ſub conditione neceſſaria,& non efficitur conditionale: In perſona alterius conditio non erat neceſſaria ad ualiditatem legati, vnde legatū fit conditionale,quia altero adeunte teſtamentū eſt firmatū, & legatum in eſſe productū, ſed ſuſpenſum in conditione,ſi collega adeat. Bar.d. l. hæc uerba,& ibi cōem Soc.limitatione tertia,n. Bolog.n.64.& n.80.Si verò plures inſtituti ſunt & ab vno,in cuius perſona conditio apposita erat,relictū eſt legatū,ſecus eſt:quia non ſuſpenditur legatū ita dicit communē opinionē idem Bolog. d.l.hæc verba,n.70.& 71.q̄a eius aditio eſt neceſſaria,& ita intelligūt Doct.cōiter tex in cōditionibus,§.1. ff. de condi. & demonſt.ut dicit idem Bolog. nu.79.

Quæſtio Quadrageſima octaua.

S V M M A R I A.

1 *An legatum dotis ſit purum uel cōdōnale.*

2 *Legatum relictum pro maritāda puella quādo cedat.*

3 *Legatū dotis noīe vel pro dote an ſit purū.*

4 *Limita ſi ex coniecturis appareat,legātē noluiſſe quod legatum pro dote ſit purum.*

5 *Communis procedit in extraneo legāte pro dote,& quid in patre. & nu. 6.*

7 *Stante Statuto excludente fœminas ꝑpter maſculos,an legatū relictum pro dote filiæ ſit purum,& tranſmittatur.*

8 *An ſtante ſtatuto,quod extātib. maſculis filia dotata non ſuccedat,filia dicatur dotata quādo pater reliquit ei mille p̄ dote.*

9 *An ſtante ſtatuto excludēte fœminas,quæ debēt dotari,dos ſuccedat loco legitimæ.*

10 *Legatū a patre relictū pro dote fœminæ dotatæ excluſæ per ſtatutū eſt cōditionale.*

11 *Imò quod ſit purum tenent plures alij.*

12 *Relictum,ut nubat,an ſit conditionale uel ſub modo.*

1 QVæro, an legatum dotis uel cā dotis ſit cōditionale?Reſp. Intricata hęc eſt queſtio Pro. Illuſtriori itel lectu diſtingue. Aut relinquitur pro do
2 te uel dotis nomine.Primo caſu, quādo relinq̄tur puellæ,pro ſe maritanda, nō pōt peti ante tempus nubilis ætatis, q̄a requiritur,quod cauſa propter quam relinquitur inſtet.Quando uerò ad ætatē legitimam qua nubilis eſt,peruenit,pōt petere,præſtita cautione de nubendo etiam antequam cōtrahat,quia relictū eſt pro ea maritanda ſimpliciter,& p̄ oſſunt fieri expenſæ de neceſſitate ante contractū matrimonii, & tale relictum nō hēt in ſe tacitam conditionē matrimonii:ſufficit enim quod expendatur pro ea maritanda.ita tenet Bar.l. Titio.§. Titio genero in fi. & ſequūtur cæteri Doctores cōmuniter,ut teſtatur Conſt.in. Roger. in trac.de dote,par.5.n.1.

3 Secundo caſu, quādo relinq̄tur pro dote uel nomine dotis. Variatū fuit glo. in l. Titio,§. Titio genero, ff. de cōdit. & demonſt. voluit legatum dotis nomine relictum non eſſe conditionale,ſed magis ſub modo datum, cuius opinionem omnes Doctores ſecuti ſunt ante Bart. vt teſtatur Ema.a Coſta.diuerſū tamen ſētiētes in ſtipulatione, & hāc ſn̄iam poſtea probauit Bald.l. qui filiū,ubi pupil. educari debe. & hāc dicit eſſe cōmunem opinionē Imol.in d.§. Titio genero,qua ſi iſta verba,nomine dotis lego, non inducant

ducant præciſam neceſſitatẽ nubẽdi, ſed conſiliũ quoddã & nõ præceptũ ſignificare uideatur, quod prætermitti poteſt, qnia fauorem legatariæ reſpicit.

Sed contrarium, quod legatum ſit cõditionale docuit Bar. in d. §. Titio genero, & hanc dicit eſſe cõmunẽ ibi Pau. de Caſtro, magis comuunẽ fatetur Alex. conſi. 42. nu. 2. lib. 7. Corn. conſil. 229. Volu. 4. Bald. Nouel. in tract. de dote, 6. par. priuileg. 50. & priuileg. 76. addens hanc opinionem eſſe veriſſimã. Lau. a Palat. de ſtatut. excludẽte feminas, colu. 39. Brun. tract. eo. art. 6. q. 3. & 7. & Bart. opi. de cõſuetudine ſeruari teſtatur Bal. in l. non ſine, C. de bon. quæ liber. & q́d oẽs eam tenent dicit Paul. Pariſ. conſil. 110. vol. 4. nu. 7. allegans alios de cõmuni teſtãtes. & eam opinionem ueriorem dicit Ang. conſ. 124. nu. 3. hanc quoq; receptiorem dicit eſſe ſententiam Eman. à à Coſta. lib. 2. interpret. c. 22. Couar. c. 3. extr. de teſtam. Fernand. Vaſqu. lib. 3. de ſucceſſ. progreſ. §. 29. nu. 22. Quemadmodum enim tempus certæ ætatis appoſitum in perſona honorati inducit conditionem, vt dixi ſupra q. 43. Siquidẽ incertum eſt, an aduentabit, nec ne: ita & hoc caſu, quo incertũ eſt, an nuptura ſit, nec ne, non poteſt negari cõditionẽ induci.

4 Intellige tamẽ hanc communem opinionem procedere, niſi expreſſe vel cõiecturis appareat legantem uoluiſſe ꝙ relictum pro dote, uel dotis nomine ſit purum, & ſtatim debeatur etiam ante matrimonium contractum. ita tenet Bar. d. §. Titio genero, & cæteri ſequuntur. & hanc dicit eſſe communem opinionem Aim. Craue. conſi. 101. Abb. cõſi. 92. lib. 2. quem refert Couar. d. c. 3. uerſic. octauo, extra de teſtament. & quod ita tenẽt communiter Doctores, d. §. Titio, teſtatur Soc. in conſi. 92. nu. 8. vol. 1.

5 Item procedit in extraneo relinquente pro dote, ſecus in patre, qui legitimã filiæ, alias relinquere tenetur: Namque relictum pro dote, purum eſt, & tranſmittitur, quia ſapit uim inſtitutionis, & pater alias erat relicturus. Itaque ſine grauamine reliquiſſe cenſetur ſaltem cũ monitione, ut inde poſſit nubere. ita tenet Bar. d. §. Titio genero, & hanc opinionem dicit eſſe communem Anchora. conſil. 323. Paul. Pariſ. conſi. 25. nume. 58. libi. 24. Licet enim regulariter relictum pro dote habeat hanc tacitam conditionem, ſi nuptiæ ſequantur: Tamen hoc caſu ea conditio reijcitur de dote, quæ loco legitimæ ſuccedit non ſecus quam de ipſa legitima. ita communiter teneri dicit Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 10. num. 265. & num. 432. & quod ſit concluſio indubitata fatetur Roderic. Suarez repet. l. quoniam in prioribus, 15. amplia. Didac. Couar. d. c. 3. nu. 11. uerſ. octauo.

7 Sed quid, ſtante ſtatuto, quòd filia dotata ſtantibus maſculis non ſuccedat: Numquid erit purum legatum, ſi pater ita relinquat filiæ pro dote, uel nomine dotis? Reſp. Articulus hic ualde dubius eſt, in quo uariè Doctores locuti ſunt Pro habenda ueritate huius dubii præmittam duo, à quibus ſecundum Docto. pendere uidetur eius deciſio. Primum, an ſtante ſtatuto, quòd exiſtentibus maſculis filia dotata non ſuccedat, filia dicatur dotata, quando pater reliquit ei mille pro dote. Secundò, an dos ſuccedat loco legitimæ.

8 Quo ad primum, quamuis Doctores circa hoc ſatis uariè locuti ſint, omnes tamen communiori calculo conuenire uidentur, quòd ſtatuto ſatisfactum ſit, & propriè ẽt tunc dos dici poſſit quoad effectum excludendi eam. & ita tenet Bart. d. §. Titio genero, Bald. Nouel. in tract. de dote, par. 1. n. 20. vbi dicit hanc eſſe cõmunem opinionem, & par. 6. priuileg. 17. par. 11. §. hactenus, n. 22. Albe. Bru. tract. ſuper ſtatuto excluſi. femi. ar. 6. q. 3. & q. 7. vbi ait, ꝙ quãuis contraria opinio de ſtricto iure forte ſit verior: tamen ab hac opinione propter auctoritatem eum ſequentiũ. & quę ẽt uidetur approbata, non eſſe in practica & iudiciis recedendum, refert & ſequitur Franc. Becius conſ. 103. nu. 24. & ar. 10. q. 7. & communem eſſe opinionem affirmat Iaſ. conſ. 237. num. 2. lib. 2. & ita omnes Doct. tenere dicit Ang. Are. §. fuerat, nu. 34. Inſtit. de actio. cõem dicit Ruin. cõſi. 34. nu. 7. lib. 3. conſi. 42. nu. 3. eo. lib. Alciat. conſil. 271. num. 9. Hanc quoque dicit relatis utriuſq; opinionis authoribus communem Vincent. Saluiol. in

Rub.ff.ſol.Matrim. nu. 69. Ioan. Hannibal num.481. Nicouit. num. 150. ibidem dicens ſe mirari, quòd Alex.conſil. 13.volu.3.contrariam ſententiam, quæ fuit antiquorum, ſecutus fuerit. Cómunem quoq; dicit, & veriſſimam affirmat Soc.ibid.d. rubr.num. 36. vbi etiam nu. 50.dicit ſe pro hac opinione conſuluiſſe & illud conſilium ſubſcriptum ab excellentiſſimo Decio. & ab ita cómuni opinione in deciſiuis non eſſe recedendum. hanc quoq; partem defendit latiſſimè, & communiorem aſſerit Soc. in d. rub. nu. 23.cum ſeq.part.1.Didac. Couar.c. 3.n. 11.verſ.9.extra.de teſtamen.Rol.à Valle in tract.de lucro dotis, q. 5. num. 14. Vbi dotis de propria ſignificatione, etiã promiſſam intelligi omnes Doctores tenere affirmat. Communem quoque ex communi nouiſſimè refert Ioſeph. Ludou. decl.ſ.pedemont.21. num. 8. & ſequent. Communem dicit & ueriorem Phanut.de Phanut.in tract.de lucro dotis, verb.reſtituenda, n.21.Anton. Guil. Coſta, tractat.de dotibus, c.2.nu. 12. licet ipſe contra ium ſentiat. Ratio, qua omnes mouentur, eſt, quòd pater ita legando exercuit actum paternum conſtituendi dotem filiæ, & dotem ipſam deſtinauit, itaque illud deſtinatum pro matrimonio quantũ ad excluſionem, pro dote ipſa accipi debet. ita communem eſſe opinionem dicũt ſupradicti Doctores, & maximè hæc opinio procedere debet hodie, attento communi uſu loquendi, quo dos uel promiſſa, vel legata pro uera dote accipitur, quia etiã pupillã communiter dicimus bonam dotem habere, ſecundum quem communem uſum loquendi ſtatuta intelligi debent.

9 Secunda dubitatio non minus difficilis eſt, & in multas diuiſa ſententias quas refert Albert.Brun.in tract. ſuper dicto ſtatuto, art.11. q. 2. Sed magis communiter in eam itum eſt ſententiam, quòd inſpicienda & ponderanda ſint uerba ſtatuti: Aut enim ſtatutum ſimpliciter excludit filias fœminas à ſucceſſione, exiſtẽtibus maſculis vel excludit ſimpliciter, & tũ vult, & iubet ab hærede dotari, & tunc dos à patre in teſtamento relicta non ſuccedit loco legitimæ, quia nullã ab inteſtato partem eſt habitura, itaq; legitima, quæ inteſtati ratione dicitur, deberi ei dici non poteſt. Hãc dicit eſſe cómunem opinionem Dec.conſil.296.nu. 2.& conſ.299.nu.3.Pariſ.conſil. 53. nu. 76.& ſeq.par.3.& hoc eſſe indubitatum dicit Albert.Brun.d.tract. Quod ſtantibus maſculis.art.11.q.2.nu.18. & in artic.13.nu.34.& 41.dicit hanc eſſe magis communem opin.

Aut vero ſtatutum nõ excludit filias ſimpliciter, ſed cũ qualitate dotationis, vt quia dicit filias dotatas nõ debere ſuccedere in hæreditate exiſtentibus maſculis, & tũc dos ſuccedit loco legitimæ. ita tradit Bart.d.l.Titio centum.§. Titio genero, ff.de condit. & dem. Alber. l. quoniam in prioribus, in prin.C.de. inoſ.teſta.& ibi dicit Bald. ita tenere communiter Doctores. Bald.l.ſancimus, C. de nupt.Fran.Rip.l.3.nu.54.ff.ſol.matr. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur.Cur.ſeni.conſil.5.num.3.Paul. Pariſ.conſil.53.numero 77.lib.3.& quod communiter Doctores in hoc concordant, quòd ſtatutum uideatur tũc velle, quòd dicta dos ſuccedat loco cuiuſdã legitimæ aſſerit Baldus Nouellus in tract. de dote, ſexta parte, numero 3. uerſicu. quid enim dicit. Communem quoq; dicit Cephal.conſ.245.nu.30.& 33.lib.2. Roland.à Valle conſi.97.num.15.lib.2. quos refert Franciſc.Burſat. conſil. 32. nu.63.lib.1.faciunt quę dixi infra §. legitima, q.An.

10 Hoc præmiſſo in quæſtione noſtra, Bartolus in d.§. Titio genero, dicit tale legatum eſſe cõditionale. Quia pater nõ tenetur ex forma ſtatuti purè filiam dotare: & talis dos ſuccedit loco legitimæ, quæ poteſt per ſtatutum minui in quantitate, ergo etiam in tempore conſequenter, & hanc opinionem quamplures alij ſequuntur, quos refert Ant.Gabriel. li. 6.commu.concluſ.Tit.de legat.concluſ. 9.num.14.& dicit veram & æquam Imo l.a.d.§.Titio, col.penult. Verb.extra glo. & legatum hoc pro dote, ſtante ſtatuto, ſine dubio eſſe conditionale communiter teneri part.6.priuileg.17.n. 5. aſſerit Bal. Nouel.trac.de dote, & nõ tranſmitti.communem eſſe opinionem refert Pariſ.conſil.110.num.8.& 11.lib.4.

Contrarium uero, quod imo legatũ ſit

ſit purum, reiecta conditione, & ſtatim peti poſſit, tenuit antiquus Doct. Richardus Malſub. in quadam diſpu. vt refert eũ Bar. d. §. Titio, & quam plures ſe quũtur, de quibus per Pariſ. cõſ. 25. nu. 58. libr. 2. vbi dicit ipſe hãc eſſe communem opinionem Gabriel. Ro. d. cõcluſ. 1. vbi ex Pariſio cõmunem refert. Communem quoque dicit Conſtant. Roger. in tract. de dote, c. 4. qualiter in teſtamẽto dos conſtitui poſſit, nu. 5. licet ipſe indiſtincte cum Bart. tranſeat.

Sed aduerte quòd predictæ opiniones cõtrariæ non loquuntur in iiſdẽ terminis, quia Barto. & Doctores firmantes legatum eſſe conditionale proponunt quæſtionem, ut ſupra, quando ſtatutum dicit, quòd filia dotata non ſuccedat extantibus maſculis, ſed aduerſa pars contendens legatum eſſe purum, quærunt, quando ſimpliciter excluditur fœmina, vel ſtatutum dicit, quòd non ſuccedat, ſed debet dotari à maſculo.

Tertia igitur ſucceſſit opinio, qua diſtinguitur, aut ſtatutum loquitur ſimpliciter, quòd filia fęmina non ſuccedat, ſed debet dotari à fratre, tunc bene procedit opinio Bartol. quod legatum ſit conditionale, quia excluditur nõ propter dotem, ſed propter ſolã exiſtẽtiam maſculorũ, & ſenſus eſt ſtatuti, quòd dos dari debeat non propter ſucceſſionem, ſed propter matrimoniũ, & ita conditionaliter, ſi nubat, ideoq; nulla debetur legitima, nec põt dici quòd dos ſuccedat loco legitimæ: conſequenter ſicut ſi in teſtamento non fuiſſet dos relicta, non poſſet petere ſe dotari, antequam nuberet: ita ẽt, ſi relinquatur in teſtamento, cenſetur relictũ conditionale, ſicut ab extraneo, nec debetur anteq̃ nubat. ita tenet Paul. de Caſtr. d. §. Titio genero, & in conſi. 6. par. 2. in nouis. conſi. 25. par. 3. ita eſt communis opinio, vt teſtatur. Vaſq. de ſucceſ. crea. §. 10. nu. 432. & quod ſecundum hanc opinionem Paul. de Caſtr. pleriq; modernorum conſuluerunt firmat Roder. Suarez. Repet. l. quoniã in prioribus, limit. 11. C. de inof. teſta. & ita communiter tenere modernos dicit Bru. d. trac. quòd ſtantibus maſculis, art. 11. q. 2. n. 42. Aut vero ſtatutũ dicit quòd filia dotata non ſuccedat, ſecundũ quod loquitur Bart. & tunc contraria opinio procedit, quia tunc relictum eſt purũ, aliàs non diceretur dotata, & non eſſet excluſa ex teſtamento: & tunc põt peti tale legatũ ſtatim tranſmitti ad hæredes. ita concordat Paul. de Caſt. d. conſ. & d. §. Titio genero. & hanc ſententiam dicit eſſe ueriorem Soc. in conſi. 288. nu. 24. vol. 2. & conſi. 92. uolu. 1. & quod hæc uidetur communis modernorum opinio teſtatur. Alber. Bru. d. tract. quòd ſtentibus maſculis, art. 11. nu. 35. & certè videtur uerior, ſi quidem pater neceſſario tenebatur dotem de ſuis bonis & ſubſtantia relinquere uel inter uiuos, uel in ultima uoluntate, quæ portio loco legitimæ ſuccedit: Vnde uidetur etiam purè uoluiſſe relinquere, cum de tempore dictum non ſit, & uidetur hoc etiam fuiſſe mente ſtatuentium, quòd cum filia excluſa dotem ex bonis paternis omninò habere deberet vti proprium patrimonium acciperet. Pro quo facit communis opinio, de qua Vaſq. de ſucceſ. progreſ. § 10. nu. 208. quod ſtante ſtatuto, quod filia ſit tacite & contẽta quacũque quãtitate à patre ſibi relicta, ſi relictũ eſſet ſub cõditione vel dilatione, poſſet impugnare patris volũtatẽ: quia licet ſtatutũ diſpẽſauerat in quãtitãte & titulo, nõ tñ videtur diſpenſaſſe cũ leſione. quę prouenit ex dilatione, vel conditione, de quo infra §. legitima.

Quæſtio Quadrageſimanona.

SVMMARIVM.

Legatum monachis ut partem diuidant inter pauperes, an conditionale.

QVæro ſi legatum relictum ſit monachis ſub hac conditione, vt partẽ diuidãt inter pauperes, quos ipſi elegerint, an ſit cõditionale? Reſp. ardua & difficilis eſt quæſtio: Quidã exiſtimant, videri conditionale per hæc verba, ſub hac cõditione, & ſi non diuidatur legatũ amitti ita tenet Bar. in tract. Minoric. lib. 3. diſt. 1. & hãc dicit eſſe communem Io. Dilect. de arte teſtam. Tit. 7. cau. 7.

Sed contrariam partem tenet Cardina. in Clem. exiuit, verb. rerum, de verbo. ſig. Bar. l. 1. §. ſi plures, ff. de exer. ac.

&

& hanc dicit eſſe cōem And. Barb.c.tua, nu.10.ext.de teſt. refert & ſequitur Fernand. Vaſq.de ſucceſ.progreſ.li.3.§.27. nu.15. Quia dicta uerba ſub conditione imaginē, non ſubſtantiā conditionis habent. Nā natura conditionis eſt, ut ſuſpendat legati acquiſitionē. Sed hic teſtator nō voluit impediri acquiſitionē, ſed poſt acquiſitionē partē diuidi inter pauperes, ergo non tā ſub conditione, q̄ ſub modo, qui non ſuſpēdit, ſed modificationē quandā inducit, factū uidetur.

Quæſtio Quinquaginta.

SVMMARIA.

1 *Impoſſibilis conditio non uitiat legatum.*
2 *Dummodo impoſſibilis conditio a ſciente fuerit appoſita, ſecus ab ignorante.*
3 *An teſtator poſſit legatario apponere conditionem non nubendi. Diſtinguitur inter virginem & uiduam. item, an in totum prohibeatur, an uerò tantum reſpectu certarum perſonarum, uel loci, aut temporis & nu.4.*
5 *Quid in ſponſa de præſenti.*
6 *Item quid in corrupta, quæ tamē nō nupſit.*
7 *Viduitatis cōditio remittitur etiā ei perſonæ, quæ relictū alij reſtituere rogata eſt.*
8 *Fideicōmiſſum relictū a muliere, cui ſimpliciter legaretur, ſi nuberet, non ualet.*
9 *Cōditio nubēdi alterius arbitratu reijcitur, ſiue accipiatur pro libera illius uoluntate, ſiue pro arbitrio boni uiri.*
10 *Viduis poteſt hodiè iniungi conditio nubēdi alieno arbitrio, uel conſenſu.*
11 *Conſilij requirendi ſuper matrimonio conditio ualet, & non repugnat naturæ ipſius matrimonij.*
12 *Puella cui mille relicta ſunt ſi nupſerit, et centum ſi monaſterium ingrediatur, an poſſit petere mille, ſi monaſterium fuerit ingreſſa.*
13 *Viduitatis conditio admittitur, per quam quis inuitat ad matrimoniū ſpirituale.*
14 *Legatum relictū ſub conditione ſi duxeris Seiam in uxorem, an ualeat.*

1 IMpoſſibilis cōditio legato adiecta, ſiue natura, vt ſi cælū digito tāgas, ſiue iure impoſſibilis ſit, ut quæ eſt contra bonos mores, quo minus legatū purum ſit nō impedit, q̄a reijcit, text. eſt in l.3. ff. de condit.& demonſtr. quamuis ſecus ſit in contractibus. Ratio eſt generalis fauor ultimarū voluntatum, quo cōtra cuiuſq; defuncti volūtatem haberi pro nulla, conditionē impoſſibilē receptū eſt. Ioā. Imol.l.1.ff. de cond. inſt. quem cōiter ſequuntur Doct. ut teſtatur Ant. Gome. varia.reſol.li.1.c.12.nu.67. Ema. a Coſt.li.1.interpre.c.8.nu.2. quē Ema. Soarez refert addi. ad Gomez. ibi. verb. & omiſſis, vterq; improbantes eā rōnē tanquā inanē & falſam, ſiue intelligatur in ſpecie cum fauorem attributum, ſiue generi, tū quod inane genus ſit, quod ad ſpeciem aliquā referri nequit; tū quod dici, ducíq; nulla rōne poſſit in voluntatis fauorē robur ac uis impenſa, ſiquidē uoluntas abſq; ipſo uolente, nec odium, nec gratiam impetrare obtinere ve poteſt. & certe rem apud Iuriſc. controuerſam fuiſſe ex d. l. obtinuit, apparet. Vnde dici poteſt multa in iure eſſe, quorum ratio idonea reddi non poteſt.

2 Supradicta intellige, quando impoſſibilis conditio a ſciente fuit appoſita, quia tunc non vitiat diſpoſitionem. Secus ſi ab ignorante, & quia teſtator credebat eā eſſe poſſibilē, nā tunc nō habēt pro nulla, tex. in l. ſeruo manumiſſo, ff. de cond. indeb. quem Doct. ita cōiter intelligūt, vt teſtatur Gom. d.c.12.nu.75. Ema. a Coſta lib.1. interpr.c.9.num.1. licèt ipſe cōmunem intellectū improbet.

3 Iuxta prædicta quæro, an teſtator poſſit legatario apponere conditionē non nubendi? Reſp. Diſtingue, aut in totum prohibet matrimoniū, vt cū nulla perſona, nullo tēpore & loco poſſit cōtrahere, & tūc talis conditio, vt turpis, & impoſſibilis de iure, & quæ eſt cōtra bonos mores, ipſo iure reijcitur. Aut verò tantum prohibetur reſpectu certarum perſonarū, vel loci, aut temporis, ut ſi cum Titia nō contrahat, & talis cōditio ualet, tex.& ibi gl.l. ſed & ſi. §.fi.ff.de cōd. & dem. hanc dicit eſſe cōem opinionem Are.conſ.67. Ale.& Iaſ.l. turpia, §.1.ff. de leg.1. Iaſ. in auth. cui relictum, nu.7. Fel.c.ex parte.ext.de conſt.& cōem quoque teſtatur eſſe opinionē Soc.l. mulieri & Titio, ff de cond.& demon. Dec.l. nuptias, ff. de reg. iur. Fran. Rip. rub. nu.11. C. de ſecun. nup. & quod ita cōiter Doc.

dicit

dicit Ant. Gome. uaria. reſol.to.1.c.12. nu.78. & receptã eſſe ſententiã fatetur Ema.a Coſt.rep.l.cum tale,§.ſi arbitratu,vlt.ampl.nu.16.ff.de cond.& demõ.

4 Et hæc intellige,ut procedant in uirgine, quæ nõdũ contraxit matrimoniũ, nec mulier facta eſt: nã ibi reijcitur talis conditio cœlibatus, vel viduitatis. hanc dicit eſſe cõem opinionem,& receptiſſimã Emanuel a Coſta.repe.d.§.ſi arbitratu,limita.vltima.Soarez in theſau.recepta ſenten.verb.nuptiæ. Secus eſt hodiè in muliere,quæ primas nuptias contraxit;nã tunc in legato ei ſub tali conditione uiduitatis relicto hæc conditio non reijcitur,tex.eſt in auth.cui relictum,& ibi Doctores cõiter,C.de indic. viduita. vt teſtatur Anto. Gomez. tractat.uaria. reſolutio.to.1.c.12.nu.78.& cõem dicit eſſe opinionẽ Io.de Garro.rub.nu.9.C. de ſecund.nup.Iaſ.d.auth. cui relictum, in princip.dum dicit opinionem Ioa.in gloſſ.eſſe ueram & communem,quod d. auth.tantum procedat in uidua.

5 Sed quid in uirgine, quæ contraxit matrimoniũ per uerba de præſenti, quæ tamen nondum deducta eſt domum,nec a marito carnaliter cognita, nunquid in legato ei relicto conditio iſta reijcietur? Reſp.ꝙ ſic.ita notat Bal.Ang.& reliqui Doctores d.auth.cui relictum & eſt communis opinio, vt aſſerit Anto. Gomez. varia.reſolut.tract d.c.12.num.79. verſ. iuxta quod tamen quæro: reputans hoc notabile Ema.à Coſt.repet. d. §. ſi arbitratu,limit.vlt.Soarez.in theſau.recep. ſen.verb. nuptiæ, & verb.matrimoniũ. quod tene mẽti,quia ſi maritus, vel ſpõſus moriatur,& ipſe vel alius faciat ei legatum ſub conditione ſi non nupſerit, idem erit,prout in virgine, non ut in uidua, & ſic conditio reijcietur, & legatum ipſa habebit purè.

6 Quæro item,quid ſi mulier fuerit corrupta, & ſpoliata virginitate, optima mulierũ dote,& nunquã nupſit,nunqd ſi ei legetur ſub conditione,ſi non nupſerit,reijciet? Reſp. ꝙ ſic,ita tenet Ang. & Docto. communiter d. auth. cui relictum,& ibi Phil.Corne.frequẽtius placitum reſoluit,Iacobin. de S. Georg.ibi & communiter teneri teſtatur Anto. Gome.d.c.12. num. 78. verſ.item adde, quod idem eſt,Emanu.à Coſt.d.§.ſi arbitratu,limita.vlt.nu. 4. Soarez. in theſau.recep.ſenten.verb. nuptiæ, & verb. matrimonij, itẽ in addit. ad Gomez. d. cap.12.verſ.& dico quod ſic

7 Item prædictæ,quod conditio ſi non nupſerit,de legato & reijcitur,ꝓcedunt etiam ſi mulier cui ſub conditione ſi non nupſerit, relinquitur,rogata eſſet ſimpliciter, alteri, quod accipit,reſtituere.Nanque ei conditio remittitur,& purè relictũ legatũ conſequitur, atq; ſi poſtea nupſerit, reſtituere id alteri cogitur.tex.l.nõ dubiũ.ff.de leg.3.& qđ hęc ſit receptior, & verior ſententia dicit Ema.à Coſt.d.§.ſi arbitratu. ampl. 6. n. 1.dicẽs gl.ibi:d.l.nõ dubiũ aliter ſentiat.

8 Sed quid ſi purè mulieri fundus eſſet legatus, & ſi nupſiſſet iuſſa reſtituere, vel amittere? Reſpon.gl. d.l.ſi arbitratu. tenet quod tunc admittitur. Sed contrarium, quod imò conditio reijcitur,& mulier nõ cogitur reſtituere, etiã ſi nupſerit,docet Bar.ibi.nu.&quod Doctores cõmuniter ſequũtur dicit additio ibi ad Bart.uerb.valeret, Emanuel a Coſta ampliatione ſeptima quia ſub cõditione ademptum,ſub conditione datũ intelligitur,& ſaltem obliquè fieret cõtra mentem legis,quod admitti non debet,ac ſi directio fieret.

9 Quæro,quid ſi teſtator puellæ relinquat,ſi arbitratu alterius nupſerit?nunquid conditio illa admittetur? Reſpõd. quod non, ſed remiſſa cõditione nubẽs legatum conſequitur:ita eſt tex.d.l.ſi arbitratu.& ibi Doctores cõiter Quod ꝓcedit non tantum ſi arbitrium ſumatur pro libera uoluntate,ſicut uulgo ab omnibus intelligi tex.in d.§.ſi arbitratu.aſſerit Roderic. Suarez. in lectur. Legum Regni fol. 69. uerumetiã ſi pro arbitrio boni uiri accipiatur, ita uoluit Bart. d.l. cum tale,§.reſcriptũ. Iaſon,l.ſi quis arbitratu,numero 18.ff.de uerborum obligatio.& hãc dicit eſſe communem,& receptiorem opinionẽ Emanuel a Coſta d.§.ſi arbitratu,ampliatione ultima.quẽ refert & ſequitur Fernand. Vaſq. controuerſ.illuſtr.lib.3. cap.94. nume.14.& quod hæc ſit communis opinio teſtatur Couar.libr.4.decretal.par.2. capit. 3. §. 8.nu.3.Ratio eſt,quare cõditio remittitur,

ſitur, ne alienum arbitrium in nuptijs ſequi cogatur, contra matrimonii libertatem, quam rationem communem enunciat idem Eman. à Coſt. d. §. ſi arbitratu, nu. 9. Vaſq. d. c. 94. nu. 14. uerſic. Infertur licet vterque eam improbent.

10 Cæterum tamen hæc arbitratus alieni conditio hodie in uiduis admittitur, ſi quidem illis perpetuum impedimentum per conditionem iniungi poteſt, ne unquam matrimonium contrahant, ut dixi ſupra. ita uoluit Areti. & Doctores antiqui l. turpia, §. 1. ff. de leg. 1. Lucas de Penna l. fi. C. de incol. lib. 10. Capella Tholoſ. deciſ. 29. & hãc eſſe communem & veram opinionem dicit Ema. à Coſta d. §. ſi arbitratu, amplia. vltima. n. 15. & 16.

11 Sed quid ſi legatum relictum ſit ſub conditione, ſi cum conſenſu alterius matrimonium contraxerit, nunquid iſta cõditio reiicietur? Reſpond. quod non, ſed ei parere mulierem neceſſe eſt, adeò ut ſi irrequiſito eo nupſerit, conditio defeciſſe uideatur, & mulier ad relictũ admitti non poſſit: ita tenet Cyn. d. §. ſi arbitratu, Pau. de Caſtr. Alex. & cæteri ſic intelligẽtes Iuriſconſultum in d. §. ſi arbitratu, in l. turpia, §. 1. ff. de leg. 1. & hãc dicit eſſe communem opinionem Aim. Crauet. conſi. 1. nu. 3. Guliel. Benedic. in Repet. c. Rainutius, Verb. qui cum alia matrimonium contrahens, nu. 8. ext. de teſtam. refert & ſequitur Ema. à Coſta Repet. d. §. ſi arbitratu, limit. 11. num. 1. Didac. Couar. lib. 4. Decretal. par. 2. cap. 8. §. 8. num. 3. Quia non impeditur libertas matrimonij: ſiquidem non tenetur mulier conſilium ſequi. ſed duntaxat requirere nec eſt contrarium naturæ matrimonii, ſed magis conſuetum, in contrahendis matrimoniis requirere conſilium conſanguineorum & amicorum. Sed contrarium, quod imo diſpoſitio d. §. ſi arbitratu, etiam locum habeat in cõſilio, uoluit Dynus, Bal. d. §. ſi arbitratu, & plures alii, quos refert Felin. c. ex parte, n. 1. verſi. Sed vltra omnes, ext. de cõſtit. & hanc ſententiam ueriorem credidit Iacobin. de S. Georg. in l. 2. nume. 7. C. de inſti. & ſubſti. & probat Emanue. à Coſta d. §. ſi arbitratu, limit. 11. Quia multa poſſunt interuenire impedimenta, propter quæ non poterit ita benè requirere conſilium, & ſic non erit omnimoda matrimonii libertas, cum tamen uelit Iuriſc. ne quod omninò uel minimum nuptiis impedimentum inferatur. & licet hæc opinio in puncto iuris fortè procedat: Tamen prima in iudiciis probari ſolet, ut idem à Coſta fatetur, ideò non eſt ab ea recedendum.

12 Quæro item, Pone quidam legauit puellæ mille ſi nupſerit, centum verò ſi religionem ſit ingreſſa, utrum conditio illa ingrediẽti appoſita loco pœnæ reijcietur? Reſp. Bal. in Auth. niſi rogati, C. ad Trebel teſtatoris uoluntatem obſeruandam eſſe uoluit, dicens hanc ſententiam contra Barto. communiter teneri & in l. Deo nobis, & Pau. de Caſt. Crot. l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. & hanc eſſe communem & ſeruari dicit Ancho. in reg. nemo poteſt, q. 5. de reg. iur. i 6. Iaſ. auth. ſi qua mulier. & ueriorem ſibi uideri fatetur. Couar. uaria. reſol. libr. 1. c. 19. nu. 9.

Sed contrariam partem, quod imò conditio illa ſi nupſerit, oppoſita ingredienti monaſterium, reijcienda ſit, & relictum integrum debeatur, fauore quidem religionis, ne quis metu amittendi legatum magis abſtineat ingreſſu religionis, tenet Bartol. l. 2. ff. de his quæ pœnæ cau. & hanc dicit eſſe communem opinionem Iaſ. d. l. ſi qua mulier, Crotus l. nemo poteſt, fol. 7. ff. de lega. 1. Socin. l. 2. col. 2. ff. de condi. & demonſt. & hanc partem veriorem & communem laudat Pariſ. conſi. 65. num. 14. volum. 2. & tanquam magis receptam ſequitur Socin. in conſi. 269. colum. 1. inquiens ab ea in iudicando & conſulendo non eſſe recedendum, & Bartol. ſententiam pluribus auctoritatibus munitam eſſe, licet contrariam ſequatur, fatetur Couar. dicto loco, & iuxta Bar. opinionem iudicatum eſſe Bononiæ dicit Alexan. d. conſil. addit. ad Bartol. d. l. 2. de his, quæ pęn. nom. & ab ea in iudicando non eſſe recedendum cenſet Dec. ſibi contrarius, conſil. 674. & iſtam dicit magis communem. Ioan. Crot. d. l. nemo poteſt, colum. 31. Socin. conſil. 241. vbi ſimiliter, ut magis communem ſequitur

Iaſ.

magis communem ſequitur Iaſ. in auth. ſi qua mulier col. 4. & ſeq. C. de ſacroſ. eccl. dicit iſtam magis communem. & idẽ dicit Hypp. de Marſ. rub. de fideiuſ. col. 29. & in l. 1. col. 26. C. de rap. virg. idem firmat Fel. cap. in præſentia, num. 18. in fi. extr. de prob. & ibi Dec. hanc opinionem dicit eſſe magis cõmunem, & communem dicit Franc. Rip. l. 1. num. 62. ff. ſol. matr. Maria. Soc. Iun. conſ. 160. nu. 7. vol. 2. Ruy. conſ. 68. vol. 4. & eam cõmunem, ab eaq; non eſſe recedendũ dicit Tho. Ferra. in caut. 9. idem dicit Gab. Sarai in addit. ad Matheſil. notab. 52. ut refert & ſequitur Rol. à Val. conſi. 36. num. 17, volum. 3. Gab. Rom. lib. 4. com. concl. tit. de legat. concl. 2.

13 Aduerte iuxta prædicta quod admittitur uiduitatis conditio ſi per eam quis inuitatur ad matrimonium ſpirituale, vt ſi legatum alicui fuerit relictum: ſi religionem fuerit ingreſſa. hãc dicit eſſe magis communem opinionẽ Ant. Gomez. variar. reſol. tom. 1. c. 12. nu. 78. & tenet Bal. quẽ ſequitur ibi Pau. de Caſt. & Iaſ. nu. 2. d. auth. cui relictum, & benigniorẽ eſſe ibidem dicit Cor. & probat Ema. à Coſt. d. §. ſi arbitratu, limi. 3. Quin adeò hæc conditio admittitur, vt ſi nubendi cõditio legato adiecta ſit religionis ingreſſu impleatur, licet ẽt teſtator contrarium expreſſè caueat. hanc dicit eſſe cõmunẽ opinionem Hypp. de Marſi. l. vnica. C. de rap. virg. nu. 46. quem refert Soarez. in theſau. recep. ſen. verb. nupt. num. 72.

14 Sed quid ſi legatum relictũ ſit ſub cõditione, ſi duxerit Seiam in uxorẽ, nunquid talis conditio tanquam impediens liberam matrimonij contrahendi poteſtatem, reijcietur? Reſpon. quòd tale legatum ualet. ita aſſerunt commune placitum Aret. l. Titia, nume. 7. ff. de verb. obliga. Did. Coua. lib. 4. decreta. part. 2. cap. 3. §. 8. Emanuel. à Coſta. repet. d. §. arbitratu limita. 7. in princip. Põt enim quis ſpe pretij inuitari ad matrimonium contrahendum, ut tradit Barto. communiter probatus in l. ſi ita ſtipulatus fuero, §. ſi ubi nupſero, ff. de uerb. obliga. & licet cæteris omnibus nubere prohibeatur: tamen cum Seiam honeſtè poſſit in uxorem ducere, talis conditio non reijcitur.

Quæſtio Quinquageſimaprima.

SVMMARIVM.

Legatum conditionale an tranſmittatur, ſi dictũ ſit ſi conditio cõtingerit, ex nũc lego.

DIxi ſupra, conditionale legatũ non deberi, nec tranſmitti ad hæredes antequàm impleta, & purificata ſit cõditio quæ procedit, ſiue ea poteſtatiua, ſiue caſualis, vel mixta ſit. tex. eſt l. vnica. §. ſi ſub conditione, ibi Bart. & Docto. C. de cad. tol. Sed quæro, quid ſi teſtator adijciat hæc verba, & ſi conditio extiterit, ex nunc lego fundum, an ne tunc exiſtentia conditionis retrotrahetur ad diem mortis teſtatoris, & perinde habebitur, ac ſi viuente legatario extitiſſet? Reſpondet. quod non, & ſi mortuo teſtatore, legatarius ante conditionis euentum deceſſerit, legatum ad hæredes ipſius nõ tranſmittitur. ita tenet Bar. l. is qui pro emptore, ff. de vſuc. & eſt communis opinio, vt dicit Franc. Turza. in ſua collect. com. opinio. concl. 178. Quamuis contrarium in d. l. ſi quis, Iaſ. conetur defendere, motus ex eo, quod Doct. cõmuniter uolũt teſtatorem facere poſſe trãſmiſſibile ſua voluntate, quod non eſt tranſmiſſibile, & hoc verius exiſtimet. Vide quæ dixi infra §. fi. de tranſmiſſione hæreditatis.

Quæſtio Quinquageſimaſecunda.

SVMMARIA.

1 *Conditio legato appoſita debet in ſpecie & forma ſpecifica impleri.*
2 *De lara ut procedat in conditionibus uoluntariis, quibus teſtator non de effectum, ſed forma ſpecifica conſiderauit.*
3 *Conditio dandi hæredi teſtatoris, non impletur dando fideicommiſſario.*
4 *Conditio dandi hæredi, non impletur dando emptori hæreditatis.*
5 *Sed dando tutori pupilli uel furioſi, item curatori adoleſcentis rectè impletur.*
6 *Cõditio neceſſaria ad ſubſtantiã actus, uel effectum, per æquipollens impleri poteſt.*
7 *Si teſtator inſtitutis filijs legauit uxori, mille de fruendũ tẽpore uitæ ſuæ, donec uidualiter uixerit. & poſt eius mortem Titio, eaque iterum nupſit, legatum ſtatim debetur Titio.*

1 Q. Vero item, an cōditio appoſita legato debeat i ſpecie, & forma ſpecifica impleri, an verò ſufficiat, quod fiat per æquipollēs? Reſp. quod formaliter debet impleri, nec poteſt alio modo æquipollēti id fieri. tex. l. q heredi, ibi glo. & Bar. ff. de condi. & demonſt. Quia in conditionibus implendis, præſertim quādo agitur de lucro captando, verba cōditionis ſtrictiſſime ſunt intelligenda. & formaliter: & requiſitum pro forma nō poteſt per æquipollens impleri, vt ex communi reſoluit Dec. l. 1. C. de inſtit. & ſubſti. num. 2. & ſeq. & quod ita communiter tenent Doct. dicit Ant. Gomez. vari. reſo. Tom. 1. c. 12. num. 77. Fernā. Vaſq. lib. 3. contro. illuſtri. c. 91. nu. 3.

2 Sed hanc communem opinionem intellige procedere in cōditionib. voluntarijs, in quib. non fit extenſio ad ſimilem caſum, cum diſponens non conſiderauerit de effectu: Sed de forma ſpecifica, quę venit ſecundum modum. illū adimplenda. ita dicit Bar. in l. Gallus, §. quid ſi tantum, nu. 2. ff. de lib. & poſth. quē ſequuntur Doctores communiter, vt ibi teſtat Alex. Iaſon, & Soc. Iun. nu. 59. verſicu. octaua & vltima concluſio. Dec. dicta l. 1. num. 1. & rubr. num. 14. extra de probationibus. Anto. Gomez. d. c. 12. nu. 77. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Ruin. conſi. 4 num. 4. vol. 3. & quod Bar. doctrina ſit communiter approbata dicit Pariſ. conſi. 32. nu. 7. vol. 1. Rolan. a Valle conſil. 89. nu. 2. vol. 3.

3 Ex quo infertur, ꝙ ſi teſtator legauerit ſub conditione dandi hæredi eius, nō ſufficit dare fideicōmiſſario, cui hæreditas eſt reſtituta, nec heres tenetur fideicommiſſario reſtituere. tex. l. qui hæredi, §. cum hereditas, ff. de conditio. & demō. ibi Bart. & communiter Docto. vt enunciat Gomez. d. c. 12. num. 77.

4 Inferi ſecūdo, ꝙ ſi teſtator legat ſub conditione dandi hæredi, quia poſtea vēdidit hæreditatem, non ſufficit dare emptori. ita tenet Bar. d. §. cum hæreditas, & quod communiter probant Doctores fatetur idem Gomez. d. c. 12. nu. 77.

5 Nota tamen, quòd ſi ſub conditione dandi pupillo, vel furioſo relictum fuerit, & tutori vel curatori detur, rectè cōditio implet adicitur: quia ratione adminiſtrationis repreſentant perſonas eorum: idem in curatore adoleſcentis, ſi pecunia in rem eius verſa ſit: ita tenet Accurſ. l. ſi fundus, ff. de condi. & demonſtr. & ita cōmuniter teneri dicit Gomez. d. c. 12. num. 77. Eman. à Coſta lib. 1. in terpret. c. 10. nu. 2.

6 Cęterum ſi conditio fuerit neceſſaria ad actus ſubſtantiam, vel effectum actus, ſufficit, quod conditio per æquipollens impleat. ita docet Bart. d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, & cum eo tranſeunt communiter Doctores, vt teſtatur Socinus ibi. num. 58. & ſequen. & eius doctrinam communiter probatam fatetur Roland. à Valle d. conſil. 89. Vnde fideicommiſſum relictum liberis Titij, cum morte patris, ſui iuris effecti fuerint, illis debetur ſtatim atque emancipati ſunt, idque ex præſumpta teſtatoris voluntate, q effectum potius conſideraſſe videtur.

7 Infertur ex hoc, quod ſi teſtator, filijs inſtitutis, legauit vxori ſuæ mille fruenda toto tempore vitæ ſuę, donec ſine viro honeſtè vixerit, & poſt mortem eius voluit Titium habere illa mille, & vxor tranſiuit ad ſecundas nuptias, propter quod extinguitur vſusfructus, Titius ille ſtatim mille habere debeat, etiam in vita vxoris; vt dixi ſupra. q. 45. Quia conditio mortis, ſ. vxoris, appoſita neceſſaria eſt ad effectū actus: Nam teſtator cogitauit vxorem in viduitate permanſurā, itaque vſumfructū finiri ſolū morte, qui finis vſusfructus erat neceſſarius, vt legatarius pleno iure conſequeret. Quocunque igitur modo finiatur ex præſumpta mente teſtatoris ſufficit, hanc eſſe cōmunem Doctorum opinionem ultra ſupra allegatos teſtatur Dec. l. ſi mater, nu. 6. C. de inſtitu. & ſubſtitu. Soc. Iun. d. §. & quid ſi tantū, numer. 62. & ſeq. Galter. nu. 16. Ruin. nu. 51.

Quæſtio Quinquageſimatertia.

SVMMARIA.

1 *Satis eſt, quod conditio impleatur momēto, licet non duret.*

2 *Maritus ſi vxori reliquerit, ſub cōditione, ſi vidua erit, utrū de perpetua viduitate ſenſiſſe videbitur.*

3 *Annuū legatum mulieri relictum ſi vidua erit, durat etiam poſt nuptias.*

Annuum

4 *Annuũ legatum ſi matri nupte filius legauerit, ſi vidua erit, an ex uolũtate petatur a muliere, quæ poſtquã vidua facta eſt, nupſit.*

5 *Quid ſi cõditio habeat tractum ſucceſſiuũ.*

1 QVæro item, an ſufficiat ſemel extitiſſe & impletam eſſe conditionẽ, an verò requiratur vt duret? Reſp. Cõmunis eſt opinio, quod regulariter ſufficit ſemel extitiſſe conditionem vel momento, licet non duret. ita traditur in l. hęc conditio, ff. de condi. & demõſtra & quod illud omnes indifferenter firmãt, fatetur Cor. cõſi. 71. vol. 1. & communẽ eſſe concluſionem d. cũ Pau. Pariſ. cõſi. 32. num. 89. volum. 1.

2 Ex quo infertur, quod ſi alicui mulieri, vel maſculo legatum fuerit, ſi, vel cũ ad uiduitatẽ peruenerit, uel uidua erit, & poſtquam uidua fuerit effecta, iterũ ad ſecundas nuptias tranſiuerit, nihilominus legatum conſequitur: quia ſatis eſt, quod cõditio ſemel extiterit, licet poſtea non durauerit. ita tenet Bal. l. fi. C. de indict. viduit. quem ſequũtur plęriq; alij, & hanc eſſe communẽ opinionem reſoluit Philip. Cor num. 2. & Iaſ. num. 31. d. l. fin.

3 Et hoc ꝓcedit etiã in legato annuo: Nam ſtatim, vbi mulier uidua facta fuerit, legatum cedit, & durat, etiã ſi poſtea nupſerit, vt ex communi idem Corn. & Iaſ. ibidem referunt, & hanc frequentiorem eſſe ſententiam dicit Eman. a Coſta, d. §. ſi arbitratu, limit. vltim. num. 16. ver. 3. not. Nã dicta verba, ſi, vel cũ uidua erit, ſignificat ſi, uel cũ maritũ amiſerit.

4 Sed quid ſi filius, qui pãtrẽ & matrẽ ſuperſtites moriens reliquit, matri annũ reliquerit ſub conditione, ſi uidua erit, Annũ relictũ retinebit illa, ſi poſt mortem mariti ad ſecunda uota tranſiuerit? Reſp. Angel. in l. ſubſtitutio, ff. de vulgar. & pupillar. exiſtimauit matrem hoc caſu ad legatum annuũ poſt nuptias admittendam non eſſe, ex præſumpta filij uoluntate, quaſi eius, qui per matris uiduę ſecundas nuptias offenderetur, mẽs fuerit & cogitatio annuum legare, ſi uidua efficeretur, & quamdiu in illo ſtatu permanſiſſet. Sed contrarium ſententiã eſſe receptiorem teſtatur Emã. a Coſta, d. §. ſi arbitratu, limi. vltima. nu. 22.

Aduertendum tamen eſt, quod prędicta concluſio, quæ vult ſufficere conditionem momento impleri, non procedat, quando eſſet talis conditio, quę habet tractum ſucceſſiuum ex ſui natura: tunc enim non ſufficit conditionem ſemel impleri: ſed requiritur ꝑſeuerãtia, & vt duret implementum. ita tenet Bal. l. fi. 2. not. C. de indict. uiduit. tollẽd. Iaſ. & Dec. l. qui hæredem, nu. 4. ver. 4. notabiliter limita. C. de inſti. & ſubſti. Ang. conſ. 34. Corn. conſ. 7. verſ. non obſtat, vol. 1. & ꝙ hãc opinionẽ ſequuntur oẽs, & ita declarant communem concluſionem, dicit Pariſ. conſ. 32. nu. 86. vol. 1.

Quæſtio Quinquageſimaquarta.

S V M M A R I V M.

Cõditio ſi caſtè vixerit, an deffic iat ꝑ trãſitum ad ſecundas nuptias.

1 QVęro, ſi maritus legauit vxori mille, ſi caſtè vixerit, an ꝑ ſecundas nuptias dicatur defeciſſe cõditio, vt legatũ amittat? Reſp. Diuerſę sũt doctorũ opiniones: Sed diſtinguẽdum eſt, aut n. illud legatũ factũ eſt ab ipſo marito ſub illa conditione, qui ex huiuſmodi nuptijs offenditur, & tũc legatũ per ſecũdas nuptias amitti uoluit Ang. & Alex. l. mulier, §. cũ proponeretur. ff. ad Trebel. idẽ ſi a filio premortui mariti conditio illa adiecta ſit: hanc dicit eſſe cõem opinionẽ Io. Dile. de arte teſtã. tit. 6. Cau. 39. nu. 4. Bermond. de publ. concub. co. 193.

Aut verò cõditio a patre vel extraneo adiecta eſt, qui non eſt prioris mariti cõſanguineus, & tunc non amittit fœmina legatum, etiam ſi ſecũdo nubãt. Ange. d. §. cum proponetur, & hanc eius diſtinctionem communiter probatam eſſe dicit Iaſ. l. fi. nu. 30. C. de indict. viduit. tollend. Io. à Garron. Rubr. de ſecũd. nup. n. 93. & fatetur Tiraq. l. Bones. §. hoc ſermone, num. 149. Didac. Couar. lib. 4. decret. par. 2. c. 3. §. 9. num. 12. & in practica hanc opinio. ſequendam eſſe dicit Corſet. Repẽr. verb. vſuſfructũ, Caual. de vſufruct. mulier. num. 114. & probat Vaſqui. de ſucceſ. progreſ. §. 27. nu. 29. dicẽs hãc partem eſſe benigniorem: quã tene. pro qua facit communis opinio, quod hodiè pœnæ ſecundò nubentium ſunt ſublatæ tam de iure canonico, quàm ci-

uili, ut teſtatur idē Vaſq.d.loco, ideoq; non poteſt dici, ſecundo nubētem, cum lege permittente faciat, inhoneſte uel turpiter agere.

Quæſtio Quinquageſimaquinta.

S V M M A R I V M.

Legatum monaſterio relictum ſub conditione recipiendi filiam, an deficiat conditione non impleta.

QVæro ſi monaſterio relinquat legatū ſub conditione, ſi talē puellam in monaſterium receperit, an deficiat legatum non impleta conditione? Reſp. In hac quæſtione multum uariāt interpretes, adeo ut in triplicē opinionem deducta ſit. Prima eſt opinatio, tale legatum propter conditionē adiectē uitiari & nullum eſſe; cuius opinio author eſt Bar.l. Titio, §.1. ff. de condit. & demonſtra. & ſequitur ibid. Ang. & Imo. & alii. & hāc opinionem eſſe communē dicit Alex.l.2.C.de inſti. & ſubſti.

Secunda opinio eſt, quod tale legatū remanet purum reiecta conditione tanquā turpi, & hanc tenet Bar. ſibi contrarius in d.l.2. & eam dicit eſſe magis communem ibid. Iaſ. nu. 3.

Tertia uero opinio eſt, qđ legatū ualeat non modo, quò ad ſubſtantiam, ſed etiam quò ad conditionem, & ſic implēdā eſſe, aliàs deficere. ita dicit Are.l. Titia. ff. de ver. obli. Quid dicendū in tanta uarietate? Equidem uidetur reiiciendam eſſe conditionem tanquā turpem. ita dicit eſſe magis cōiter de mēte ſcribētium Ant. Natta conſil. 619. nu. 11. Sed difficultas eſt, utrum non ſolum cōditio reijciatur, ſed ēt uitietur legatū, & uerius eſt, ꝙ non uitietur. Quia in ultimis uolūtatibus regulariter conditio q̄ reputatur impoſſibilis, habetur pro nō ſcripta, ut dixi ſupra q. & legatum ut purum ſeruatur, & in dubio magis amplectimur opinionem, quæ fauet piæ cauſæ.

Queſtio Quinquageſimaſexta.

S V M M A R I V M.

Conditio, ſi ſine liberis, quando exiſtat.

QVæro quando cōditio hęc, ſi ſine liberis deceſſerit, dicatur exiſtere vel deficere? Reſp. dixi infra §. fidei commiſſum.

Quæſtio Quinquageſimaſeptima.

S V M M A R I A.

1 *Quādo cōditio legato appoſita ſit implēda.*

2 *Cōditio poteſtatiua, quamprimum fieri poteſt, impleri debet. & ſi legatarius ſemel neglexerit, ad legatum amplius nō admittitur.*

3 *Cōditio poteſtatiua fato aut caſu nō implēt & quid ſi in factum tertii conferatur.*

4 *Conditio ſi hæres capitoliū non aſcēderit, quamprimum poteſt, impleri debet.*

5 *Poteſtatiua non reiterabilis quandocūq; impleri poteſt.*

1 QVæro quando cōditio legato adiecta impleri debeat? Reſpond. quòd conditio caſualis, & mixta impleri poſſunt quandocunque etiam in uita teſtatoris: Poteſtatiua uerò indiſtinctē implerī poſt mortem teſtatoris, & non in uita eius debet tex.l.2.ff.de condit.& demonſtra. & ibi tenet gl. & Doctores communiter Gom. uaria reſo. lib.1.c.12.nu.68. Ratio eſt, quia caſualis, & mixta non pēdent a uoluntate honorati: itaque teſtator effectum ſiue implementum conſideraſſe intelligitur, & ſufficit quādocunque impleri. Secus in poteſtatiua, quæ pendet ex mera uoluntate eius, unde ſecundum uoluntatem debet impleri.

2 Et nota, quod conditionem poteſtatiuam, legatarius quamprimū poterit, implere dēt, adeò vt ſi neglexerit ſemel cōditionem, non admittatur ad legatū, tex.l. hæc cōditio, ff. de cond. & demōſt. & ita tenet Bar. ibi. Ale.l. ſi inſulam, nu me. 24. ibi Ripa. nu. 103. ff. de uerb. obli. Iaſ. num. 8. Dec. num. 9.l.1.C. de inſti. & ſubſtitutio. & hanc dicit eſſe communē & receptā opinionē Ema. a Coſta lib. 2. interpret. c. 4. nu. 1. & nu. 9. licet ipſe in totum accedat. In hæreditate uero hoc non ſeruatur. Nam obtinuit exiſtimantium opinio, ut ea conditio non illico poſt mortem teſtatoris neceſſe ſit, vt impleatur. ita tenet gloſ.l. ſi quis ita hæres inſtituatur, ff. de hæred. inſtit. & eſt communis opinio, vt refert Cor.l.1.num.2. C. de inſti. & ſubſti. Emanuel a Coſta repet.l. ſi tale, §. ſi arbitratu, limit. 6. ff. de condi. & demonſt. refert Valqui. li. 3. cōtrouerſ. illuſtri. c. 94. n. 8. Quia in hēditate quæ ſe habet ad cōmodū uel incōmodum,

dum, maius vertitur periculum, q̄ in legato: Vnde præcipitandus nō eſt hæres inſtitutus, ne cum ſuo malo ſuſpectam adeat hæreditatē. & dixi infra §. inſtitu.

3 Prædicta etiam in legato procedunt ſi conditio poteſtatiua in factum legatarij confertur: & tunc etiam non ſufficit, quod fato aut caſu impleatur, Sed oportet impleri ex animo implere debentis. ita tenet Bar. l. 2. ff. de cond. & demon. & eſt cōis opinio, vt dicit Vaſq. li. 3. cōtro. Illuſtr. c. 91. nu. 2. Sed quid ſi in alterius tertij factū collata ſit, vt ſi mihi relictū ſit, ſi Titius in capitoliū aſcēderit? Reſp. Conditionem etiam viuo teſtatore, & quandocunq; ab ignorante poſſe impleri, & quocunque modo exiſtat, paritum conditione videri. ita eſt communis & vulgata opinio, vt teſtatur Ema. a Coſta lib. 1. interpret. c. 21. nu. 5. repetit. l. cum tale, §. ſi arbitratu amplia. vlt. nu. 7. dixi ſupra, q. 46. num. 5.

4 Quid ſi ita legatū ſit: hæres niſi in capitoliū aſcenderit Titio dabit centum? Reſp. Vtiq; ita accipiendū eſt, vt ſi tantū tps tranſiuit, vt commodè aſcendere potuiſſet, & nō aſcendit, conditio impleta dicaē: ita docet Bar. 3. ff. de lega. 2. & eſt cōis opinio, ut dicit Ripa. l. ita ſtipulatus, nu. 42. ff. de verb. oblig. licet contrariū coneē defendere, refert & ſeq ē. Ema. ā Coſta lib. 2. interpre. c. 4. nu. 5.

5 Intellige etiam prædicta, vt procedat in conditione reiterabili, vt dandi, faciēdi, & ſimilibus requiritur. n. vt poſt mortem teſtatoris impleātur. Secus eſt in cōditione non reiterabili, vt manumittendi ſeruum: Namq; ſufficit etiam ut in uita teſtatoris ſit impleta. text. in l. q ſub cōditiones, §. quotiens. ff. de cōdi. iſtit. & quod ita tenent cōiter Doctores fatetur Gome. uaria. reſol. li. 1. c. 12. nu. 68. Bar. Soc. l. hæc conditio, §. ſi ſic legatum, nu. 4. ff. de cōdi. & demonſt. ratio, quia poſtquam ſemel eſt impleta, cenſetur poſtea impoſſibilis, itaq̄ reiicitur, & diſpoſitio vt puta habetur.

Quæſtio Quinquageſima octaua.

SVMMARIA.

1 *Sub modo quando relinquatur, & an ſtatim peti poſſit.*

2 *Quid item ſi teſtator conditionem in modo.*

3 *Si pater legauit mille ſub modo ut nubat [illegible] maritetur, [illegible] maritauit minori dote, an reſiduum peti poſſit.*

4 *Modus mixtus ca[illegible] ſi [illegible] cere relictum [illegible].*

1 SVb modo relinquitur per teſtatorē, vt legatarius aliquid det vel faciat: & differt hoc legatū modale a legato conditionali, quia conditio pēdens impedit ortū obligationis & actionis, vt dixi ſupra. Modus verò donec pēdet nō impedit quod oriatur actio & obligatio: licet executionem & effectū impediat. Ideoq; tale legatum cū effectu peti non poteſt niſi impleto modo, vel pſtita cautione de modo implendo. text. eſt l. quibus. §. Termilius, ff. de cond. & demonſt. & ibi glo. & hanc dicit eſſe communem opinionem Iaſ. l. ſi Titio, nu. 8. & 9. ff. de leg. 1. Anto. Gomez. variar. reſolu. Tom. 1. c. 12. num. 70.

2 Et prędicta procedunt etiam ſi teſtator conditionem adijciat in modo. vt ſi dixerit. lego Titio centum ſub conditione ut hoc uel illud faciat; quia tunc ſimiliter erit modus & non conditio, quoniam attenditur mens & uoluntas teſtatoris potius quam uerba. ita tenet Bart. d. §. Termilius, num. 5. & eſt communis opinio, vt dixi ſupra. q. 49.

3 Sed quæro: Pone quod pater lagauit in teſtamento mille ſub modo ut nubat vel maritet, poſtea ſuperuixit, & ipſe filiam maritauit conſtituta dote quingentorum aureorum, & ita cauſa ſiue modus implutus eſt: nunquid poterit filia petere reſiduum, ſcilicet reliqua quinquaginta? Reſp. Controuerſia fuit inter interpretes: Dyn. i l. Lucius, ff. de leg. 2. exiſtimauit, petitioni locum nō eſſe, qđ cauſa legati minori impendio ſit executioni tradita, & ob id extincta cauſa receſſum a primo legato, & ſequitur Pau. de Caſt. Cuma. & Imol. d. l. Lucius & hāc opinionē cōiter recep tā dicit Campe. in tract. de dote, par. 1. q. 36.

Sed contrarium, quod ſcilicet filia indiſtinctè admittēda ad petendū reliquos quingentos aureos ex legato, voluit Oldra. ut refert cū Bar. ibid. & ſequiē, ſi rectè aduertatur: licet quidē aliter cū intelligat, diſtinguētes an p filia maritanda puer legauerit, an uero ſimpliciter pro

eſt, ſi differebat ultra trienniũ conditio defeciſſe uidebitur, relictũque euanuiſſe intelligetur. ita tenet Bart. l. 2. §. ad filiorũ, C. quãd. & quo quarta pars debeatur lib. 10. & hæc cõmunis eſt opinio, vt fatetur Vaſqui. d. c. 94. lib. 3. controuerſ. illuſtri. nu. 6. Quamuis in hæreditate cõtrariũ uelint, ut dixi infra. §. inſtitutio. Sed contrarium tenet Paul. de Caſtr. in l. 2. C. de inſtit. & ſubſt. & hanc dicit eſſe ueriorem idem Vaſqui. & ſequitur, mihique magis benigna & equior uidetur. Poteſt enim hæc conditio nubendi quæ mixta eſt, quãdocũque impleri, licet ſecus, ſit in poteſtatiua, ut dixi infra. q. 5c.

19 Sed quid ſi ſtat per caſum fortuitum, puta per mortẽ alterius partis, quo minus impleatur cõditio, Nũquid habebitur pro impleta? Reſpõd. dic, quòd regulariter habetur pro defect. ita eſt tex. in l. legatum, ff. de condi. infert gloſſ. l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. gloſſ. l. ſub diuerſis, §. fin. ff. de condit. & demonſtr. quam communiter approbatam dicit Iaſ. d. l. 1. nu. 9. ibi Bart. & eſt uera & communis opinio, ut dicit Fern. Vaſqui. d. cap. 93. n. 3. Ema. a Coſta. lib. 2. interpret. c. 19. nu. 2.

20 Ex quo infertur, ſi legatum factũ fuerit uxori ſi morabitur cum Titio, tale legatum deficere, ſi caſu impediatur morãdi cõditio, ut puta morte Titii. ita tenet Bart. in l. illis libertis, ff. de condit. & demonſtra l. qui cõcubinam, §. uxori ff. de legat. 3. gloſ. & Bart. d. l. 1. C. de inſtitut. & ſubſtit. & eſt communis opinio, ut dicit Socin. conſil. 44. nu. 3. uolum. 3.

21 Sed tu pro meliori intellectu diſtingue, aut legatus eſt vſusfructus, uel aliud, aut legata ſint alimẽta. Primo caſu vera eſt ſupradicta concluſio, q̃ morte eius cũ quo morãdum fuit, uel in cuius perſona conditio impleri debet, legatũ extinguitur.

22 Secundo caſu dic, aut alimenta principaliter relicta ſunt in fauorem legatariorum, & cõditio deficiens non facit deficere relictum; tex. d. l. 1. C. de legat. l. annua, ff. de annu. leg. qui ita loquũtur ſecundum Doctor. communiter. Aut verò relictum eſt factum in fauorẽ eorũ, cum quibus legatarii debent morari, & morte, uel caſũ extinguitur. ita eſt in l. Scio in princip. ibi glo. ff. de annuis legatis. gloſſ. d. l. 1. C. de legat. quã ibi ſeqtur Bar. & hãc eſſe cõmunẽ opinionẽ teſtatur Decius conſ. 629. Anchara. cõſ. 105. 237. nu. 2. ubi dicit ita omnes tenere, & quod gloſ. & Bartol. opinio frequẽtius ſit recepta aſſerit Emanuel. à Coſta. lib. ſecundo interpret. cap. decimo nono, numer. 2. quamuis ipſe aliter ſentiat. & quòd iſta cõmunis ſit opinio dicit quoque Fernand. Vaſqui. lib. illuſtr. controuerſ. capit. 13. nume. vigeſimo ſeptimo.

23 Et quæ dicta ſunt de conditione mixta pendente ex facto duorum, procedũt etiam in mixta pendente ex facto vnius & viribus fortunæ, nam legatum relictũ ſub tali conditione, ſi deficiat conditio p̃ caſum, nõ debetur, ita tenet glo. Bar. & omnes Doctores in l. in teſtat. & l. ſub diuerſis, & de cõdit. & demonſt. ut teſtatur Alexan. l. 1. nu. 7. C. de inſt. de ſubſt. & Angel. ibi dicit, quod omnes tenent hoc in differenter, & quod communiter ita tenent Doctores: aſſerit Fernãd. Vaſqui. lib. 3. controuerſ. illuſtri. c. 93. n. 22.

Quæſtio Quadrageſimaſeptima.

SVMMARIA.

1 *Conditio alia expreſſa, alia tacita, & quæ.*
2 *Tacita conditio an faciat legatum uerè cõditionale, & impediat tranſmiſſionem.*
3 *Quid ſi cõditio quæ tacite ineſt, exprimatur, limita nu. 4.*
5 *Quãdo dicatur apparere de uolũtate teſtatoris ualentis facere hanc conditionem.*
6 *An uerba hæc, ſi hæres adierit, expreſſa faciãt cõditionem, ſi clauſula codicillaris teſtamento ſit adiecta.*
7 *Quid in caſu Auth. ex cã. C. de lib. præter.*
8 *Quid pluribus inſtitutis hæredibus.*

1 DIxi cõditionem aliam eſſe expreſſam, aliã tacitam: expreſſa eſt, quæ uerbis expreſſis teſtatoris ponitur. Tacita eſt, quę à iuris ſub intelligitur, vt ſi fructus legẽtur, tacita in eſt conditio, ſi naſcãtur. & in omni legato ſub intelligitur, ſi hęres adierit hæreditatem. Et hæc

2 tacita conditio non facit legatum uerè conditionale, quantum ſcilicet ad trãſmiſſionem, quia impedire trãſmiſſionẽ eſt impedire iudiciũ defuncti, quod lex ſua conditione non facit, niſi de aperta teſtantis

teſtantis voluntate appareat. Hanc dicit eſſe communem opinionem Sadolet. l. hæc uerba, nume. 12. & magis communem aſſerit Socin. Iun. nume. 20. ibi. ff. de leg. 1. Bolog. num. 42. & ſeq. & quod ita communiter tenent doctores dicit Zaſ. Secus quo ad effectum impediendi natiuitaté obligationis, & actionis. ita eſt gl. in l. item, quia, §. 1. Verb. malè petitur, ff. de pact. quam ibi communiter approbatam dicunt Alber. & Ang. & hanc dicit eſſe communem opinionem. Sadolet. d. l. hæc uerba nume. 12. & 16. glo. communiter approbatam eſſe Soc. Iun. númer. 11. & nume. 63. Ant. Gomez. Varia. Reſolut. Tom. 2. cap. 11. nu. 28. Cur. Iunior. conſi. 20. qué refert Soarez. in Theſaur. ſentent. Verb. conditio, num. 175. Rubr. Alex. conſ 8. n. 8. Gozad. conſi. 27. nu. 4. Rol. conſi. l. 57. nu. 21. vol. 3. teſtatur Fernand. Vaſq. de ſucceſ. pſogreſ. 3. §. 17. n. 11. Ema. a Coſta, lib. 1. iterpret. c. 7. n. 6.

3 Sed quęro, an códitio quę tacitè in eſt expreſſa faciat veram & propriam códitionem, & legatum uerè conditionale; Reſpond. quod ſi conditio talis eſt, quæ neceſſaria eſt, vt ſi hæres adierit hęreditaté, expreſſio eius eo modo quo in eſt nó facit veram conditionem, nec legatum conditionale, ideoque tranſmittitur. Sin autem non ſit neceſſaria ad actum, tunç facit legatum conditionale, & non tráſmittitur, quia conditio tacite eo modo nó in eſt, quo exprimitũ Bar. d. l. hec verba. & hác dicit ibi communem eſſe opinionem Bolog. part. 1. num. 68. uerſ. propterea, Sadolet. nu. 25. Vt ſi teſtator legauerit Titio centum ſi volet, quæ códitio in legato nó eſt neceſſaria, ſed volũtaria, quia legata etiam debẽtur ignorãti poſt aditam hereditaté, unde expreſſa ſuſpendit legatum, & non tranſmittitur. ita tenet Bar. d. l. hæc verba & ſequũtur Doctores cómuniter, ut dicit Bolo. ibi nu. 135.

4 Prædicta tamen de neceſſaria conditione ad actum, intellige niſi ex mente teſtatoris appareat quòd voluerit per talem conditionem, & reddere legatũ penitus conditionale, & impedire tráſmiſſioné, quod facere poteſt. ita tenet Bar. d. l. hęc verba, & eãem eſſe opinioné aſſerit Io. Sadolet. ibi in repet. n. 4, Bolog. n. 58. quamuis ipſe in contrariam ſñiam magis inclinet, concedit tamen, quò ad effectum tráſmiſſionis, & dicit, quod ita procedũt omnia allegata per Doctores.

5 Sed tunc magna difficultas eſt, quando dicatur apparere de volũtate teſtatoris volentis facere hanc conditioné? Et variç fuerát Doct. opiniones. Bal. l. 1. C. de caduc. tollend. voluit, tunc conſtare de mente, quando teſtator dixit, Lego tibi ſub hac códitione, quẽ ſequitur Paul. de Caſt. & Soc. n. 59. & ſeq. d. l. hec verba, & dicit ibi Sadoletus, ꝙ nouiſſimi Bald. cómuniter ſequunt. Alia fuit euſdẽ Bal opinio ibid. ſi ut ſi verba dirigantur ad legatariũ, nó ſit códitionale legatũ: ſin ad grauatũ, tunc ſecus. Sed Bal. cõmuniter in hoc reprehenditur, ut dicit Bolog. d. l. hæc verba, nu. 62. qui tamen ſaluat eum, dum loquitur in a iis termi nis. Communis itaque eſt opinio, quod oportet conſtare ex verbis, vel claris cõiecturis de volũtate teſtatoris. Et nõ habet dubium, ſi dixerit expreſsè, volo ꝙ ſit códitionale, vel quid non tráſmittatur, vel, volo quòd nó debeatur niſi hæreditate adita, vel qđ legatarius ſolus habeat. quo caſu aperte conſtat excludi hęredes, vel ſi alia proferat verba teſtator vrgẽtia, & demóſtrátia enixã volũtatem teſtatoris, quod ſit conditionale.

6 Infertur ex pdictis, quòd hæc verba ſi hæreditatem adierit, faciant conditionem, ſi in teſtamento adiecta ſit clauſula codicillaris, quia tũc conditio illa in eſt ex voluntate, cum inſtitutis non adeuntibus ſuſtineãtur legata aditione veniẽtium ab inteſtato, á quibus propter clauſulam codicillaré legata intelligũtur repetitá, itaque nó exprimitur quod de neceſſitate inerat. ita tenet Bar. d. l. hec verba, & eſt cómunis opinio. vt teſtatur ibi Alex. & Iaſ. Soc. n. 41. & n. 43. & Sadol. n. 14. in fi. Rub. n. 18. Io. Bolog. 106. licet ipſe cótrariam teneat opinionem. & hæc multũ notáda ſunt i praxi, quia paucíſſima ſunt teſtaméta, q̃ b. hodie nó apponatur clauſula codicillaris, q̃ de cóſuetudine ẽt ab impitis notarijs adijci ſolet: & ita raró eueniet. vt in hac ſpecie legata nó ſint códitionalia, & licet contraria opinio in pũcto iuris fortè ſit verior: Tamẽ, ꝑpter autoritaté Bar. quẽ cæteri ſequun-

ſequũtur. durũ foret cõtra eũ obtinere.

7 Sed q̃d ſi legata valere & deberi contingat abſq; eo, quod inſtitutus adeat hæreditatẽ ex teſtamẽto, ut in caſu Auth. ex cã, C. de li. præter. Vbi filio præterito, licet hæres ſcriptus adire nõ poſſit hæreditatẽ, tñ legata debẽtur, nunq̃d legata ab inſtituto relicta ſub cõdõne ſit hæres erit? Reſp. quod nõ, q̃a conſeruatur p legẽ alio modo, quam voluerit teſtator, quo neq; expreſſe neq; tacitè inducitur illa confirmatio, q̃a de ea non uidetur cogitaſſe, ſicut nec cogitauit quod filius deberet annulare teſtamentũ. & ita conditio illa remanet neceſſaria, ſi legata cõſeruari dẽnt cõmõ, quo voluit teſtator cõſeruari. ita tenet Bart. h. d. hæc verba, & ibi dicit cõem eſſe opinionẽ Soc. n. 39. Bolog. n. 101. & n. 119.

8 Quæro, itẽ pdicta de cõditione ille, ſi hæres erit, q̃ neceſſaria eſt ad legatum, p cedunt & plana ſunt, ſi unus eſt inſtitutus & grauatus, ſed quid ſi plures ſint hæredes inſtituti, nũquid dicta conditio faciet legatũ conditionale? Reſp. quod ſi vni eſt conditio adiecta & legatum ab oĩbus relictũ, vt ſi Titiũ & Seiũ hæredes inſtituat, ſi Titius adierit, tunc in perſona cui apponitur conditio legatum eſt perſonaliter factum, & ſub conditione neceſſaria, & non efficitur conditionale: In perſona alterius conditio non erat neceſſaria ad ualiditatem legati, vnde legatũ ſit conditionale, quia altero adeunte teſtamentũ eſt firmatũ, & legatum in eſſe productũ, ſed ſuſpenſum in conditione, ſi collega adeat. Bar. d. l. hæc uerba, & ibi cõem Soc. limitatione tertia, n. Bolog. n. 64. & n. 80. Si verò plures inſtituti ſunt & ab vno, in cuius perſona conditio appoſita erat, relictũ eſt legatũ, ſecus eſt: quia non ſuſpenditur legatũ ita dicit communẽ opinionẽ idem Bolog. d. l. hæc verba, n. 70. & 71. q̃a eius aditio eſt neceſſaria, & ita intelligũt Doct. cõiter tex in cõditionibus, §. 1. ff. de condi. & demonſt. ut dicit idem Bolog. nu. 79.

Quæſtio Quadrageſima octaua.

S V M M A R I A.

1 An legatum dotis ſit purum uel cõdõnale.

2 Legatum relictum pro maritãda puella quãdo cedat.

3 Legatũ dotis nõĩe uel pro dote an ſit purũ.

4 Limita ſi ex coniecturis appareat, legãtẽ uoluiſſe quod legatum pro dote ſit purum.

5 Communis procedit in extraneo legãte pro dote, & quid in patre. & nu. 6.

7 Stante Statuto excludente fœminas ppter maſculos, an legatũ relictum pro dote filiæ ſit purum, & tranſmittatur.

8 An ſtante ſtatuto, quod exiſtẽtib. maſculis filia dotata non ſuccedat, filia dicatur dotata quãdo pa. er reliquit ei mille p dote.

9 An ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarũ, quæ debẽt dotari, dos ſuccedit loco legitimæ.

10 Legatũ a patre relictũ pro dote fœminæ dotatæ excluſæ per ſtatutũ eſt cõditionale.

11 Imò quod ſit purum tenent plures alij.

12 Relictum, ſi nubat, an ſit conditionale uel ſub modo.

1 QVæro, an legatum dotis uel cã dotis ſit cõditionale? Reſp. Intricata hęc eſt queſtio Pro. Illuſtriori itel lectu diſtingue. Aut relinquitur pro do

2 te uel dotis nomine. Primo caſo, quãdo relinqtur puellæ, pro ſe maritanda, nõ põt peti antẽ tempus nubilis ætatis, q̃a requiritur, quod cauſa propter quam relinquitur inſtet. Quando uerò ad ætatẽ legitimam qua nubilis eſt, peruenit, põt petere, præſtita cautione de nubendo ẽt antequam cõtrahat, quia relictũ eſt pro ea maritanda ſimpliciter, & poſſunt fieri expenſæ de neceſſitate ante contractũ matrimonij, & tale relictum nõ hẽt in ſe tacitam conditionẽ matrimonij: ſufficit enim quod expendatur pro ea maritanda. ita tenet Bar. l. Titio, §. Titio genero in fi. & ſequũtur cæteri Doctores cõmuniter, ut teſtatur Conſt. in. Roger. in trac. de dote, par. 5. n. 1.

3 Secundo caſu, quãdo relinqtur pro dote uel nomine dotis. Variatũ fuit glo. in l. Titio, §. Titio genero, ff. de cõdit. & demonſt. voluit legatum dotis nomine relictum non eſſe conditionale, ſed magis ſub modo datum, cuius opinionem omnes Doctores ſecuti ſunt ante Bart. vt teſtatur Ema. a Coſta. diuerſũ tamen ſẽtiẽtes in ſtipulatione, & hãc ſniam poſtea probauit Bald. l. qui filiũ, ubi pupil. educari debe. & hãc dicit eſſe cõmunem opinionẽ Imol. in d. §. Titio genero, quã ſi iſta verba, nomine dotis lego, non inducant

ducant præciſam neceſſitatē nubēdi, ſed conſiliū quoddā & nō præceptū ſignificare uideatur, quod prætermitti poteſt, quia fauorem legatariæ reſpicit.

Sed contrarium, quod legatum ſit cōditionale docuit Bar. in d. §. Titio genero, & hanc dicit eſſe cōmunē ibi Pau. de Caſtro, magis communē fatetur Alex. conſi. 42. nu. 2. lib. 7. Corn. conſil. 229. Volu. 4. Bald. Nouel. in tract. de dote, 6. par. priuileg. 50. & priuileg. 76. addens hanc opinionem eſſe veriſſimā. Lau. a Palat. de ſtatut. excludēte fœminas, colu. 39. Brun. tract. eo. art. 6. q. 3. & 7. & Bart. opi. de cōſuetudine ſeruari teſtatur Bal. in l. non ſine, C. de bon. quæ liber. & qđ oēs eam tenent dicit Paul. Pariſ. conſil. 110. vol. 4. nu. 7. allegans alios de cōmuni teſtātes. & eam opinionem ueriorem dicit Ang. conſ. 124. nu. 3. hanc quoq; receptiorem dicit eſſe ſententiam Eman. a à Coſta. lib. 2. interpret. c. 22. Couar. c. 3. extr. de teſtam. Fernand. Vaſqu. lib. 3. de ſucceſſ. progreſ. §. 29. nu. 22. Quemadmodum enim tempus certæ ætatis appoſitum in perſona honorati inducit conditionem, vt dixi ſupra q. 43. Siquidē incertum eſt, an aduentabit, nec ne: ita & hoc caſu, quo incertū eſt, an nuptura ſit, nec ne, non poteſt negari cōditionē induci.

4 Intellige tamē hanc communem opinionem procedere, niſi expreſſe vel cōiecturis appareat legantem uoluiſſe ꝙ relictum pro dote, uel dotis nomine ſit purum, & ſtatim debeatur etiam ante matrimonium contractum. ita tenet Bar. d. §. Titio genero, & cæteri ſequuntur. & hanc dicit eſſe communem opinionem Aim. Craue. conſi. 101. Abb. cōſi. 92. lib. 2. quem refert Couar. d. c. 3. uerſic. octauo, extra de teſtament. & quod ita tenēt communiter Doctores, d. §. Titio, teſtatur Soc. in conſi. 92. nu. 8. vol. 1.

5 Item procedit in extraneo relinquente pro dote, ſecus in patre, qui legitimā filiæ, alias relinquere tenetur: Namque relictum pro dote, purum eſt, & tranſmittitur, quia ſapit uim inſtitutionis, & pater aliàs erat relicturus. Itaque ſine grauamine reliquiſſe cenſetur ſaltem cū monitione, ut inde poſſit nubere. ita tenet Bar. d. §. Titio genero, & hanc opinionem dicit eſſe communem Anchora. conſil. 323. Paul. Pariſ. conſi. 25. nume. 58. lib. 24. Licet enim regulariter relictum pro dote habeat hanc tacitam conditionem, ſi nuptiæ ſequantur: Tamen hoc caſu ea conditio reijcitur de dote, quæ loco legitimæ ſuccedit non ſecus quàm de ipſa legitima. ita communiter teneri dicit Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 10. num. 265. & num. 432. & quod ſit concluſio indubitata fatetur Roderic. Suarez repet. l. quoniam in prioribus, 15. amplia. Didac. Couar. d. c. 3. nu. 11. uerſ. octauo.

7 Sed quid, ſtante ſtatuto, quòd filia dotata ſtantibus maſculis non ſuccedat: Numquid erit purum legatum, ſi pater ita relinquat filiæ pro dote, uel nomine dotis? Reſp. Articulus hic ualde dubius eſt, in quo uariè Doctores locuti ſunt. Pro habenda ueritate huius dubii præmittam duo, à quibus ſecundum Docto. pendere uidetur eius deciſio. Primum, an ſtante ſtatuto, quòd exiſtentibus maſculis filia dotata non ſuccedat, filia dicatur dotata, quando pater reliquit ei mille pro dote. Secundò, an dos ſuccedat loco legitimæ.

8 Quo ad primum, quamuis Doctores circa hoc ſatis uariè locuti ſint, omnes tamen communiori calculo conuenire uidentur, quòd ſtatuto ſatisfactum ſit, & propriè ētiunc dos dici poſſit quoad effectum excludendi eam. & ita tenet Bart. d. §. Titio genero, Bald. Nouel. in tract. de dote, par. 1. n. 20. vbi dicit hanc eſſe cōmunem opinionem, & par. 6. priuileg. 17. par. 11. §. hactenus, n. 22. Albe. Bru. tract. ſuper ſtatuto excluſi. fœmi. ar. 6. q. 3. & q. 7. vbi ait, ꝙ quāuis contraria opinio deſtricto iure forte ſit verior: tamen ab hac opinione propter auctoritatem eum ſequentiū, & quæ ēt uidetur approbata, non eſſe in practica & iudiciis recedendum, refert & ſequitur Franc. Becius conſ. 107. nu. 24. & ar. 10. q. 7. & communem eſſe opinionem affirmat Iaſ. conſ. 237. num. 2. lib. 2. & ita omnes Doct. tenere dicit Ang. Are. §. fuerat, nu. 34. Inſtit. de actio. cōem dicit Ruin. cōſi. 34. nu. 7. lib. 3. conſi. 41. nu. 3. eo. lib. Alciat. conſil. 271. num. 9. Hanc quoque dicit relatis utriuſq; opinionis authoribus communem Vincent. Saluiol. in

Rubr.

Rub.ff.ſol.Matrim. nu. 69. Ioan. Hannibal num.481. Niconit. num. 150. ibidem dicens ſe mirari, quòd Alex.conſil. 13.yolu.3.contrariam ſententiam, quæ fuit antiquorum, ſecutus fuerit. Cõmunem quoq; dicit, & veriſſimam affirmat Soc.ibid.d. rubr.num. 36. vbi etiam nu. 50.dicit ſe pro hac opinione conſuluiſſe & illud conſilium ſubſcriptum ab excellentiſſimo Decio. & ab iſta cõmuni opinione in deciſiuis non eſſe recedendum. hanc quoq; partem defendit latiſſimè, & communiorem aſſerit Soc. in d. rub. nu. 23.cum ſeq.part.1.Didac. Couar.c. 3.n. 11.verſ.9.extra.de teſtamen.Rol.a Valle in tract.de lucro dotis. q. 5. num. 14. Vbi dotis de propria ſignificatione, etiã promiſſam intelligi omnes Doctores tenere aſſirmat. Communem quoque ex communi nouiſſimè refert Ioſeph. Ludou. deciſ.pedemont.21. num. 8. & ſequent. Communem dicit & ueriorem Phanut.de Phanut.in tract.de lucro dotis, verb.reſtituenda, n.21. Anton. Guil. Coſta, tractat.de dotibus, c.2.nu. 12. licet ipſe contra ium ſentiat. Ratio, qua omnes mouentur, eſt, quòd pater ita legando exercuit actum paternum conſtituendi dotem filiæ, & dotem ipſam deſtinauit, itaque illud deſtinatum pro matrimonio quantũ ad excluſionem, pro dote ipſa accipi debet. ita communem eſſe opinionem dicũt ſupradicti Doctores, & maximè hæc opinio procedere debet hodie, attento communi uſu loquendi, quo dos uel promiſſa, vel legata pro uera dote accipitur, quia etiã pupillã communiter dicimus bonam dotem habere, ſecundum quem communem uſum loquendi ſtatuta intelligi debent.

9 Secunda dubitatio non minus difficilis eſt, & in multas diuiſa ſententias quas refert Albert.Brun.in tract. ſuper dicto ſtatuto, art.11. q. 2. Sed magis communiter in eam itum eſt ſententiam, quòd inſpicienda & ponderanda ſint uerba ſtatuti: Aut enim ſtatutum ſimpliciter excludit filias fęminas à ſucceſſione, exiſtẽtibus maſculis, vel excludit ſimpliciter, & tñ vult, & iubet ab hærede dotari, & tunc dos à patre in teſtamento relicta non ſuccedit loco legitimæ, quia nullã ab inteſtato partem eſt habitura, itaq; legitima, quæ inteſtati ratione dicitur, deberi ei dici non poteſt. Hãc dicit eſſe cõmunem opinionem Dec.conſil.296.nu. 2.& conſ.299.nu.3.Pariſ.conſil. 53. nu. 76.& ſeq.par.3.& hoc eſſe indubitatum dicit Albert.Brun.d.tract. Quod ſtantibus maſculis.art.11.q.2.nu.18. & in artic.13.nu.34.& 41.dicit hanc eſſe magis communem opin.

Aut vero ſtatutum nõ excludit filias ſimpliciter, ſed cũ qualitate dotationis, vt quia dicit filias dotatas nõ debere ſuccedere in hæreditate exiſtentibus maſculis, & tũc dos ſuccedat loco legitimę. ita tradit Bart.d.l.Titio centum.§. Titio genero, ff.de condit. & dem. Alber. l. quoniam in prioribus, in prin.C.de, inoſ.teſta.& ibi dicit Bald. ita tenere communiter Doctores. Bald.l.ſancimus, C. de nupt.Fran.Rip.l.3.nu.54.ff.ſol.matr. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur.Cur.ſeni.conſil. 5.num.3.Paul. Pariſ.conſil.53.numero 77.lib.3. & quod communiter Doctores in hoc concordant, quòd ſtatutum uideatur tũc velle, quòd dicta dos ſuccedat loco cuiuſdã legitimæ aſſerit Baldus Nouellus in tract. de dote, ſexta parte, numero 3. uerſicu. quid enim dicit. Communem quoq; dicit Cephal.conſ.245.nu.30.& 33.lib.2. Roland.a Valle conſi.97.num.15.lib.2. quos refert Franciſc.Burſat. conſil. 32. nu.63.lib.1.faciunt quę dixi infra §. legitima, q.An.

10 Hoc præmiſſo in quæſtione noſtra, Bartolus in d.§. Titio genero, dicit tale legatum eſſe cõditionale. Quia pater nõ tenetur ex forma ſtatuti purè filiam dotare: & talis dos ſuccedit loco legitimæ, quæ poteſt per ſtatutum minui in quantitate, ergo etiam in tempore conſequenter, & hanc opinionem quamplures alij ſequuntur, quos refert Ant.Gabriel. li. 6.commu.concluſ.Tit.de legat.concluſ. 9.num.14.& dicit veram & æquam Imola.d.§.Titio, col.penult. Verb.extra glo. & legatum hoc pro dote, ſtante ſtatuto, ſine dubio eſſe conditionale communiter teneri part.6.priuileg.17.n. 5.aſſerit Bal. Nouel.trac.de dote, & nõ tranſmitti.communem eſſe opinionem refert Pariſ.conſil. 110.num.8.& 11.lib.4.

Contrarium uero, quod imo legatũ

ſit

ſit purum, reiecta conditione, & ſtatim peti poſſit, tenuit antiquus Doct. Richardus Malūb. in quadam diſpu. vt refert eū Bar. d. §. Titio, & quam plures ſe quūtur, de quibus per Pariſ. cōſ. 25. nu. 58. libr. 2. vbi dicit ipſe hāc eſſe communem opinionem Gabriel. Ro. d. cōcluſ. 1. vbi ex Pariſio cómunem refert. Communem quoque dicit Conſtant. Roger. in tract. de dote, c. 4. qualiter in teſtamēto dos conſtitui poſſit, nu. 5. licet ipſe in diſtincte cum Bart. tranſeat.

Sed aduerte quòd prędictæ opiniones cōtrariæ non loquuntur in iiſdē terminis, quia Barto. & Doctores firmantes legatum eſſe conditionale proponunt quæſtionem, ut ſupra, quando ſtatutum dicit, quòd filia dotata non ſuccedat extantibus maſculis, ſed aduerſa pars contendens legatum eſſe purum, quærunt, quando ſimpliciter excluditur fœmina, vel ſtatutum dicit, quòd non ſuccedat, ſed debet dotari à maſculo.

Tertia igitur ſucceſſit opinio, qua diſtinguitur, aut ſtatutum loquitur ſimpliciter, quòd filia fęmina non ſuccedat, ſed debet dotari à fratre, tunc bene procedit opinio Bartol. quod legatum ſit conditionale, quia excluditur nō propter dotem, ſed propter ſolā exiſtētiam maſculorū, & ſenſus eſt ſtatuti, quòd dos dari debeat non propter ſucceſſionem, ſed propter matrimoniū, & ita conditionaliter, ſi nubat, ideoq; nulla debetur legitima, nec pōt dici quòd dos ſuccedat loco legitimæ: conſequenter ſicut ſi in teſtamento non fuiſſet dos relicta, non poſſet petere ſe dotari, antequam nuberet: ita ēt, ſi relinquatur in teſtamento, cenſetur relictū conditionale, ſicut ab extraneo, n c debetur anteq̃ nubat. ita tenet Paul. de Caſtr. d. §. Titio genero, & in conſi. 6. par. 2. in nouis. conſi. 25. par. 3. ita eſt communis opinio, vt teſtatur. Vaſq. de ſucceſ. crea. §. 10. nu. 432. & quod ſecundum hanc opinionem Paul. de Caſtr. pleriq; modernorum conſuluerunt firmat Roder. Suarez. Repet. l. quoniā in prioribus, limit. 11. C. de inof. teſta. & ita communiter tenere modernos dicit Bru. d. trac. quòd ſtantibus maſculis, art. 11. q. 2. n. 42. Aut vero ſtatutū dicit quòd filia dotata non ſuccedat, ſecundū quod loquitur Bart. & tunc contraria opinio procedit, quia tunc relictum eſt purū, aliàs non diceretur dotata, & non eſſet excluſa ex teſtamento: & tunc pōt peti tale legatū ſtatim tranſmitti ad hæredes. ita concordat Paul. de Caſt. d. conſ. & d. §. Titio genero. & hanc ſententiam dicit eſſe ueriorem Soc. in conſi. 288. nu. 24. vol. 2. & conſi. 92. uolu. 1. & quod hæc uidetur communis modernorum opinio teſtatur. Alber. Bru. d. tract. quòd ſtentibus maſculis, art. 11. nu. 35. & certè videtur uerior, ſi quidem pater neceſſario tenebatur dotem de ſuis bonis & ſubſtantia relinquere uel inter uiuos, uel in ultima uoluntate, quæ portio loco legitimæ ſuccedit: Vnde uidetur etiam purè uoluiſſe relinquere, cum de tempore dictum non ſit, & uidetur hoc etiam fuiſſe mente ſtatuentium, quòd cum filia excluſa dotem ex bonis paternis omninò habere deberet vti proprium patrimonium acciperet. Pro quo facit communis opinio, de qua Vaſq. de ſucceſ. progreſ. § 10. nu. 208. quod ſtante ſtatuto, quod filia ſit tacite & contēta quacūque quātitate à patre ſibi relicta, ſi relictū eſſet ſub cōditione vel dilatione, poſſet impugnare patris volūtatē: quia licet ſtatutū diſpēſauerat in quātitate & titulo, nō tñ videtur diſpenſaſſe cū lęſione. quę prouenit ex dilatione, vel conditione, de quo infra. §. legitima.

Quæſtio Quadrageſimanona.

SVMMARIVM.

Legatum monachis ut partem diuidant inter pauperes, an conditionale.

QVæro ſi legatum relictum ſit monachis ſub hac conditione, vt partē diuidāt inter pauperes, quos ipſi elegerint, an ſit cōditionale? Reſp. ardua & difficilis eſt quæſtio: Quidā exiſtimant, videri conditionale per hæc verba, ſub hac cōditione, & ſi non diuidatur legatū amitti ita tenet Bar. in tract. Minoric. lib. 3. diſt. 1. & hāc dicit eſſe communem Io. Dilect. de arte teſtam Tit. 7. cau. 7.

Sed contrariam partem tenet Cardina. in Clem. exiuit, verb. rerum, de verbo. ſig. Bar. l. 1. §. ſi plures, ff. de exer. ac.

& hanc dicit eſſe cõem And. Barb.c.tua, nu.10.ext.de teſt. refert & ſequitur Fernand. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. li.3.§.27. nu.15. Quia dicta uerba ſub conditione imaginẽ, non ſubſtantiã conditionis habent. Nã natura conditionis eſt, ut ſuſpendat legati acquiſitionẽ. Sed hic teſtator nõ voluit impedire acquiſitionẽ, ſed poſt acquiſitionẽ partẽ diuidi inter pauperes, ergo non tã ſub conditione, q̃ ſub modo, qui non ſuſpẽdit, ſed modificationẽ quandã inducit, factũ uidetur.

Quæſtio Quinquaginta.

SVMMARIA.

1 *Impoſſibilis conditio non uitiat legatum.*

2 *Dummodo impoſſibilis conditio a ſciente fuerit appoſita, ſecus ab ignorante.*

3 *An teſtator poſſit legatario apponere conditionem non nubendi. Diſtinguitur inter virginem & uiduam. item, an in totum prohibeatur, an uerò tantum reſpectu certarum perſonarum, uel loci, aut temporis & nu.4.*

5 *Quid in ſponſa de præſenti.*

6 *Item quid in corrupta, quæ tamẽ nõ nupſit.*

7 *Viduitatis cõditio remittitur etiã ei perſonæ, quæ relictũ alij reſtituere rogata eſt.*

8 *Fideicõmiſſum relictũ a muliere, cui ſimpliciter legaretur, ſi nuberet, non ualet.*

9 *Cõditio nubẽdi alterius arbitratu reijcitur, ſiue accipiatur pro libera illius uoluntate, ſiue pro arbitrio boni uiri.*

10 *Viduis poteſt hodiè iniungi conditio nubẽdi alieno arbitrio, uel conſenſu.*

11 *Conſilij requirendi ſuper matrimonio conditio ualet, & non repugnat naturæ ipſius matrimonij.*

12 *Puella cui mille relicta ſunt, ſi nupſerit, et centum ſi monaſterium ingrediatur, an poſſit petere mille, ſi monaſterium fuerit ingreſſa.*

13 *Viduitatis conditio admittitur, per quam quis inuitat ad matrimoniũ ſpirituale.*

14 *Legatum relictũ ſub conditione ſi duxerit Seiam in uxorem, an ualeat.*

1 IMpoſſibilis cõditio legato adiecta, ſiue natura, vt ſi cælũ digito tãgas, ſiue iure impoſſibilis ſit, ut quæ eſt contra bonos mores, quo minus legatũ purum ſit nõ impedit, q̃a reijcit, text. eſt in l.3. ff. de condit. & demonſtr. quamuis ſecus ſit in contractibus. Ratio eſt generalis fauor ultimarũ voluntatum, quo cõtra cuiuſq; defuncti volũtatem haberi pro nulla, conditionẽ impoſſibilẽ receptũ eſt. Ioã. Imol. l.1. ff. de cond. inſt. quem cõiter ſequuntur Doct. ut teſtatur Ant. Gome. varia. reſol. li.1.c.12.nu.67. Ema. a Coſt. li.1. interpre.c.8.nu.2. quẽ Ema. Soarez refert addi. ad Gomez. ibi. verb. & omiſſis, vterq; improbantes eã rõnẽ tanquã inanẽ & falſam, ſiue intelligatur in ſpecie eum fauorem attributum, ſiue generi, tũ quod inane genus ſit, quod ad ſpeciem aliquã referri nequit; tũ quod dici, ductiq; nulla rõne poſſit in voluntatis fauorẽ robur ac uis impenſa, ſiquidẽ uoluntas abſq; ipſo uolente, nec odium, nec gratiam impetrare obtinereve poteſt. & certe rem apud Iuriſc. controuerſam fuiſſe ex d. l. obtinuit, apparet. Vnde dici poteſt multa in iure eſſe, quorum ratio idonea reddi non poteſt.

2 Supradicta intellige, quando impoſſibilis conditio a ſciente fuit appoſita, quia tunc non vitiat diſpoſitionem. Secus ſi ab ignorante, & quia teſtator credebat eã eſſe poſſibilẽ, nã tunc nõ habetur pro nulla, tex. in l. ſeruo manumiſſo, ff. de cond. indeb. quem Doct. ita cõiter intelligũt, vt teſtatur Gom. d.c.12.nu.75. Ema. a Coſta lib.1. interpr.c.9.num.1. licèt ipſe cõmunem intellectũ improbet.

3 Iuxta prædicta quero, an teſtator poſſit legatario apponere conditionẽ non nubendi? Reſp. Diſtingue, aut in totum prohibetur matrimoniũ, vt cũ nulla perſona, nullo tẽpore & loco poſſit cõtrahere, & tũc talis conditio, vt turpis, & impoſſibilis de iure, & quæ eſt cõtra bonos mores, ipſo iure reijcitur. Aut verò tantum prohibetur reſpectu certarum perſonarũ, vel loci, aut temporis, ut ſi cum Titia nõ contrahat, & talis cõditio ualet, tex. & ibi gl. l. ſed & ſi. §. fi. ff. de cõd. & dem. hanc dicit eſſe cõem opinionem Are. conſ.67. Ale. & Iaſ. l. turpia, §.1. ff. de leg.1. Iaſ. in auth. cui relictum, nu.7. Fel. c. ex parte. ext. de conſt. & cõem quoque teſtatur eſſe opinionẽ Soc. l. mulieri & Titio, ff de cond. & demon. Dec. l. nuptias, ff. de reg. iur. Fran. Rip. rub. nu.11. C. de ſecun. nup. & quod ita cõiter Doc.

dicit

dicit Ant. Gome. uaria. reſol.to.1.c.12. nu.78. & receptá eſſe ſententiá fatetur Ema.a Coſt.rep.l.cum tale,§.ſi arbitratu,vlt. ampl. nu.16.ff.de cond.& demõ.

4 Et hæc intellige,ut procedant in uirgine, quæ nódũ contraxit matrimoniũ, nec mulier facta eſt: ná ibi reijcitur talis conditio cœlibatus, vel viduitatis. hanc dicit eſſe cõem opinionem,& receptiſſimá Emanuel a Coſta.repe.d.§.ſi arbitratu,limita.vltima.Soarez in theſau.recepta ſenten.verb.nuptiæ. Secus eſt hodiè in muliere,quæ primas nuptias contraxit;ná tunc in legato ei ſub tali conditione uiduitatis relicto hæc conditio non reijcitur,tex.eſt in auth.cui relictum,& ibi Doctores cõiter,C.de indic. viduita. vt teſtatur Anto. Gomez. tracta.uaria. reſolutio.to.1.c.12.nu.78.& cõem dicit eſſe opinioné Io.de Garro.rub.nu.9.C. de ſecund.nup.Iaſ.d.auth. cui relictum, in princip.dum dicit opinionem Ioa.in gloſſ.eſſe ueram & communem,quod d. auth.tantum procedat in uidua.

5 Sed quid in uirgine, quæ contraxit matrimoniũ per uerba de præſenti, quæ tamen nondum deducta eſt domum,nec a marito carnaliter cognita, nunquid in legato ei relicto conditio iſta reijcietur? Reſp.ꝙ ſic.ita notat Bal.Ang.& reliqui Doctores d.auth.cui relictum & eſt communis opinio, vt aſſerit Anto. Gomez. varia.reſolut.tract d.c.12.num.79. verſ. iuxta quod tamen quæro: reputans hoc notabile Ema.à Coſt.repet. d. §. ſi arbitratu,limit.vlt.Soarez.in theſau. recep. ſen.verb. nuptiæ, & verb.matrimoniũ. quod tene mẽti,quia ſi maritus, vel ſpõſus moriatur,& ipſe vel alius faciat ei legatum ſub conditione ſi non nupſerit, idem erit,prout in virgine, non ut in uidua, & ſic conditio reijcietur, & legatum ipſa habebit p urè.

6 Quæro item,quid ſi mulier fuerit corrupta, & ſpoliata virginitate, optima mulierũ dote,& nunquá nupſit,nunqd ſi ei legetur ſub conditione,ſi non nupſerit,reijcieẽ?Reſp. ꝙ ſic,ita tenet Ang. & Docto. communiter d. auth. cui relictum,& ibi Phil.Corne.frequẽtius placitum reſoluit,Iacobin. de S. Georg.ibi & communiter teneri teſtatur Anto. Gome.d.c.12. num. 78. verſ.item adde, quod idem eſt,Emanu.à Coſt.d.§. ſi arbitratu,limita.vit.nu. 4. Soarez. in theſau.recep.ſenten.verb. nuptiæ, & verb. matrimonii, itẽ in addit. ad Gomez. d. cap.12.verſ.& dico quod ſic

7 Item prędictæ,quod conditio ſi non nupſerit,de legato & reijcitur, ꝓcedunt etiam ſi mulier cui ſub conditione ſi non nupſerit, relinquitur,rogata eſſet ſimpliciter, alteri, quod accipit,reſtituere. Nanque ei conditio remittitur,& purè relictũ legatũ conſequitur, atq; ſi poſtea nupſerit, reſtituere id alteri cogitur.tex.l.nõ dubiũ.ff.de leg.3.& qđ hęc ſit receptior, & verior ſententia dicit Ema.à Coſt.d.§.ſi arbitratu. ampl. 6. n. 1.dicẽs gl.ibi.d.l.nõ dubiũ aliter ſentiat.

8 Sed quid ſi purè mulieri fundus eſſet legatus, & ſi nupſiſſet iuſſa reſtituere, vel amittere?Reſpon.gl. d.l.ſi arbitratu. tenet quod tunc admittitur. Sed contrarium, quod imò conditio reijcitur,& mulier nõ cogitur reſtituere, etiá ſi nupſerit;docet Bar.ibi.nu.&quod Doctores cõmuniter ſequũtur dicit additio ibi ad Bart.uerb. valeret, Emanuel a Coſta ampliatione ſeptima quia ſub cõditione ademptum,ſub conditione datũ intelligitur,& ſaltem obliquè fieret cõtra mentem legis,quod admitti non debet,ac ſi directio fieret.

9 Quęro,quid ſi teſtator puellæ relinquat,ſi arbitratu alterius nupſerit?nunquid conditio illa admittetur? Reſpõd. quod non, ſed remiſſa cõditione nubẽs legatum conſequitur:ita eſt tex.d.l.ſi arbitratu.& ibi Doctores cõiter Quod ꝓcedit non tantum ſi arbitrium ſumatur pro libera uoluntate,ſicut uulgo ab omnibus intelligi tex.in d.§.ſi arbitratu.aſſerit Roderic. Suarez. in lectur. Legum Regni fol. 69. uerumetiá ſi pro arbitrio boni uiri accipiatur, ita uoluit Bart. d.l. cum tale,§.reſcriptũ. Iaſon,l.ſi quis arbitratu,numero 18.ff.de uerborum obligatio.& hãc dicit eſſe communem,& receptiorem opinioné Emanuel a Coſta d.§.ſi arbitratu,ampliatione ultima.quẽ refert & ſequitur Fernand. Vaſq.controuerſ.illuſtr.lib.3. cap.94. nume.14.& quod hæc ſit communis opinio teſtatur Couar.libr.4.decretal.par.2. capit. 3. §. 8.nu.3.Ratio eſt,quare cõditio remittitur,

titur,

ſtitur, ne alienum arbitrium in nuptijs ſe qui cogatur, contra matrimonii libertatem, quam rationem communem enunciat idem Eman. à Coſt. d. §. ſi arbitratu, nu. 9. Vaſq. d. c. 94. nu. 14. uerſic. infertur licet vterque eam improbent.

10 Cæterum tamen hæc arbitratus alieni conditio hodie in uiduis admittitur, ſi quidem illis perpetuum impedimentum per conditionem iniungi poteſt, ne unquam matrimonium contrahant, ut dixi ſupra. ita uoluit Areti. & Doctores antiqui l. turpia, §. 1. ff. de leg. 1. Lucas de Penna l. ſi. C. de incol. lib. 10. Capella Tholoſ. deciſ. 29. & hác eſſe communem & veram opinionem dicit Ema. à Coſta d. §. ſi arbitratu, amplia. vltima. n. 15. & 16.

11 Sed quid ſi legatum relictum ſit ſub conditione, ſi cum conſenſu alterius matrimonium contraxerit, nunquid illa cõditio reiicietur? Reſpond. quod non, ſed ei parere mulierem neceſſe eſt, adeò ut ſi irrequiſito eo nupſerit, conditio defeciſſe uideatur, & mulier ad relictũ admitti non poſſit: ita tenet Cyn. d. §. ſi arbitratu, Pau. de Caſtr. Alex. & cæteri ſic intelligẽtes Iuriſconſultum in d. §. ſi arbitratu, in l. turpia, §. 1. ff. de leg. 1. & hác dicit eſſe communem opinionem Aim. Crauet. conſi. 1. nu. 3. Guliel. Benedic. in Repet. c. Rainutius, Verb. qui cum alia matrimonium contrahens, nu. 8. ext. de teſtam. refert & ſequitur Ema. à Coſta Repet. d. §. ſi arbitratu, limit. 11. num. 1. Didac. Couar. lib. 4. Decretal. par. 2. cap. 8 §. 8. num. 3. Quia non impeditur libertas matrimonij: ſiquidem non tenetur mulier conſilium ſequi. ſed duntaxat requirere nec eſt contrarium naturæ matrimonii, ſed magis conſuetum, in contrahendis matrimoniis equirere conſilium conſanguineorum & amicorum. Sed contrarium, quod imo diſpoſitio d. §. ſi arbitratu, etiam locum habeat in cõſilio, uoluit Dynus, Bal. d. §. ſi arbitratu, & plures alii, quos refert Felin. c. ex parte, n. 1. verſi. Sed vltra omnes, ext. de cõſtit. & hanc ſententiam ueriorem credidit Iacobin. de S. Georg. in l. 2. nume. 7. C. de inſti. & ſubſti. & probat Emanue. à Coſta d. §. ſi arbitratu, limit. 11. Quia multa poſſunt interuenire impedimenta, propter quæ non poterit ita benè requirere conſilium, & ſic non erit omnimoda matrimonii libertas, cum tamen uelit Iuriſc. ne quod omninò uel minimum nuptiis impedimentum inferatur. & licet hæc opinio in puncto iuris fortè procedat: Tamen prima in iudiciis probari ſolet, ut idem à Coſta fatetur, ideò non eſt ab ea recedendum.

12 Quæro item, Pone quidam legauit puellæ mille ſi nupſerit, centum verò ſi religionem ſit ingreſſa, utrum conditio illa ingredieti appoſita loco pœnæ reijcietur? Reſp. Bal. in Auth. niſi rogati, C. ad Trebel. teſtatoris uoluntatem obſeruandam eſſe uoluit, dicens hanc ſententiam contra Barto. communiter teneri & in l. Deo nobis, & Pau. de Caſt. Crot. l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. & hanc eſſe communem & ſeruari dicit Ancho. in reg. nemo poteſt, q. 5. de reg. iur. 16. Iaſ. auth. ſi qua mulier. & ueriorem ſibi uideri fatetur. Couar. uaria. reſol. libr. 1. c. 19. nu. 9.

Sed contrariam partem, quod imò conditio illa ſi nupſerit, oppoſita ingredienti monaſterium, reijcienda ſit, & relictum integrum debeatur, fauore quidem religionis, ne quis metu amittendi legatum magis abſtineat ingreſſu religionis, tenet Bartol. l. 2. ff. de his quæ pœnæ cau. & hanc dicit eſſe communem opinionem Iaſ. d. l. ſi qua mulier, Crotus l. nemo poteſt, fol. 7. ff. de lega. 1. Socin. l. 2. col. 2. ff. de condi. & demonſt. & hanc partem veriorem & communem laudat Pariſ. conſi. 65. num. 14. volum. 2. & tanquam magis receptam ſequitur Socin. in conſi. 269. colum. 1. inquiens ab ea in iudicando & conſulendo non eſſe recedendum, & Bartol. ſententiam pluribus auctoritatibus munitam eſſe, licet contrariam ſequatur, fatetur Couar. dicto loco, & iuxta Bar. opinionem iudicatum eſſe Bononiæ dicit Alexand. conſil. addit. ad Bartol. d. l. 2. de his, quæ pen. nom. & ab ea in iudicando non eſſe recedendum cenſet Dec. ſibi contrarius, conſil. 674. & iſtam dicit magis communem. Ioan. Crot. d. l. nemo poteſt, colum. 31. Socin. conſil. 241. vbi ſimiliter, ut magis communem ſequitur

magis communem ſequitur Iaſ. in auth. ſi qua mulier col. 4. & ſeq. C. de ſacroſ. eccl. dicit iſtam magis communem. & idē dicit Hypp. de Marſ. rub. de fideiuſ. col. 29. & in l. 1. col. 26. C. de rap. virg. idem firmat Fel. cap. in præſentia, num. 18. in fi. extr. de prob. & ibi Dec. hanc opinionem dicit eſſe magis cōmunem, & communem dicit Franc. Rip. l. 1. num. 62. ff. ſol. matr. Maria. Soc. Iun. conſ. 160. nu. 7. vol. 2. Ruy. conſ. 68. vol. 4. & eam cōmunem, ab eaq; non eſſe recedendū dicit Tho. Ferra. in caut. 9. idem dicit Gab. Sarat in addit. ad Matheſii. notab. 52. ut refert & ſequitur Rol. à Val. conſi. 36. num. 17. volum. 3. Gab. Rom. lib. 4. com. concl. tit. de legat. concl. 2.

13 Aduerte iuxta prædicta quod admittitur uiduitatis conditio ſi per eam quis inuitatur ad matrimonium ſpirituale, vt ſi legatum alicui fuerit relictum: ſi religionem fuerit ingreſſa. hāc dicit eſſe magis communem opinionē Ant. Gomez. variar. reſol. tom. 1. c. 12. nu. 78. & tenet Bal. quē ſequitur ibi Pau. de Caſt. & Iaſ. nu. 2. d. auth. cui relictum, & beniguiorē eſſe ibidem dicit Cor. & probat Ema. à Coſt. d. §. ſi arbitratu, limi. 3. Quin adeò hæc conditio admittitur, vt ſi nubendi cōditio legato adiecta ſit religionis ingreſſu impleatur, licet ēt teſtator contrarium expreſſè caueat. hanc dicit eſſe cōmunē opinionem Hypp. de Marſi. l. vnica. C. de rap. virg. nu. 46. quem refert Soarez. in t. eſau. recep. ſen. verb. nupt. num. 72.

14 Sed quid ſi legatum relictū ſit ſub cōditione, ſi duxerit Seiam in uxorē, nunquid talis conditio tanquam impediens liberam matrimonij contrahendi poteſtatem, reijcietur? Reſpon. quòd tale legatum ualet. ita aſſerunt commune placitum Aret. l. Titia, nume. 7. ff. de verb. obliga. Did. Coua. lib. 4. decreta. part. 2. cap. 3. §. 8. Emanuel. à Coſta. repet. d. §. arbitratu limita. 7. in princip. Pōt enim quis ſpe pretij inuitari ad matrimonium contrahendum, ut tradit Barto. communiter probatus in l. ſi ita ſtipulatus fuero, §. ſi ubi nupſero, ff. de uerb. obliga. & licet cæteris omnibus nubere prohibeatur: tamen cum Seiam honeſtè poſſit in uxorem ducere, talis conditio non reijcitur.

Quæſtio Quinquageſimaprima.

S V M M A R I V M.

Legatum conditionale an tranſmittatur, ſi dictū ſit ſi conditio cōtingerit, ex nūc lego.

DIxi ſupra, conditionale legatū non deberi, nec tranſmitti ad hæredes antequàm impleta, & purificata ſit cōditio qđ procedit, ſiue ea poteſtatiua, ſiue caſualis, vel mixta ſit. tex. eſt l. vnica. §. ſi ſub conditione, ibi Bart. & Docto. C. de cad. tol. Sed quæro, quid ſi teſtator adijciat hæc verba, & ſi conditio extiterit, ex nunc lego fundum, an ne tunc exiſtentia conditionis retrotrahetur ad diem mortis teſtatoris, & perinde habebitur, ac ſi viuente legatario extitiſſet? Reſpondet, quod non, & ſi mortuo teſtatore, legatarius ante conditionis euentum deceſſerit, legatum ad hæredes ipſius nō tranſmittitur. ita tenet Bar. l. is qui ꝓ emptore, ff. de vſuc. & eſt communis opinio, vt dicit Franc. Turza. in ſua collect. com. opinio. concl. 178. Quamuis contrarium in d. l. ſi quis, Iaſ. conetur defendere, motus ex eo, quod Doct. cōmuniter uolūt teſtatorem facere poſſe trāſmiſſibile ſua voluntate, quod non eſt tranſmiſſibile, & hoc verius exiſtimet. Vide quæ dixi infra §. fi. de tranſmiſſione hæreditatis.

Quæſtio Quinquageſimaſecunda.

S V M M A R I A.

1 *Conditio legato appoſita debet in ſpecie & forma ſpecifica impleri.*

2 *Declara ut procedat in conditionibus uoluntariis, quibus teſtator non de effectu, ſed forma ſpecifica conſiderauit.*

3 *Conditio dandi hæredi teſtatoris, non impletur dando fideicommiſſario.*

4 *Conditio dandi hæredi, non impletur dando emptori hæreditatis.*

5 *Sed dando tutori pupilli uel furioſi, item curatori adoleſcentis rectè impletur.*

6 *Cōditio neceſſaria ad ſubſtantiā actus, uel effectum, per æquipollens impleri poteſt.*

7 *Si teſtator inſtitutis filiis legauit uxori, mille de fruendū tēpore uitæ ſuæ, donec uidualiter uixerit. & poſt eius mortem Titio, eaque iterum nupſit, legatum ſtatim debetur Titio.*

1 Q. Vero item, an cõditio appoſita legato debeat i ſpecie, & forma ſpecifica impleri, an verò ſufficiat, quod fiat per æquippolẽs? Reſp. q̃d formaliter debet impleri, nec poteſt alio modo æquipollẽti id fieri. tex. l. q hæredi, ibi glo. & Bar. ff. de condi. & demonſt. Quia in conditionibus implẽdis, præſertim quãdo agitur de lucro captando, verba cõditionis ſtrictiſſime ſunt intelligenda. & formaliter: & requiſitum pro forma nõ poteſt per æquipollens impleri, vt ex communi reſoluit Dec. l. 1. C. de inſtit. & ſubſti. num. 2. & ſeq. & quod ita communiter tenent Doct. dicit Ant. Gomez. vari. reſo. Tom. 1. c. 12. num. 77. Fernã. Vaſq. lib. 3. contro. illuſtri. c. 91. nu. 3.

2 Sed hanc communem opinionem intellige procedere in cõditionib. voluntarijs, in quib. non fit extenſio ad ſimilem caſum, cum diſponens non conſiderauerit de effectu: Sed de forma ſpecifica, quę venit ſecundum modum. illũ adimplenda. ita dicit Bar. in l. Gallus, §. quid ſi tantum, nu. 2. ff. de lib. & poſth. quẽ ſequuntur Doctores communiter, vt ibi teſtat̃ Alex. Iaſon, & Soc. Iun. nu. 59. verſicu. octaua & vltima concluſio. Dec. dicta l. 1. num. 1. & rubr. num. 14. extra de probationibus. Anto. Gomez. d. c. 12. nu. 77. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Ruin. conſi. 4. num. 4. vol. 3. & quod Bar. doctrina ſit communiter approbata dicit Pariſ. conſi. 32. nu. 7. vol. 1. Rolan. a Valle conſil. 89. nu. 2. vol. 3.

3 Ex quo infertur, ꝙ ſi teſtator legauerit ſub conditione dandi hæredi eius, nõ ſufficit dare fideicõmiſſario, cui hæreditas eſt reſtituta, nec hęres tenetur fideicommiſſario reſtituere. tex. l. qui hæredi, §. cum hereditas, ff. de conditio. & demõ. ibi Bart. & communiter Docto. vt enunciat Gomez. d. c. 12. num. 77.

4 Infert̃ ſecũdo, ꝙ ſi teſtator legat ſub conditione dandi hæredi, quia poſtea vẽdidit hæreditatem, non ſufficit dare emptori. ita tenet Bar. d. §. cum hæreditas, & quod communiter probant Doctores fatetur idem Gomez. d. c. 12. nu. 77.

5 Nota tamen, quòd ſi ſub conditione dandi pupillo, vel furioſo relictum fuerit, & tutori vel curatori detur, rectè cõditio impleta dicitur: quia ratione adminiſtrationis repreſentant perſonas eorum: idem in curatore adoleſcentis, ſi pecunia in rem eius verſa ſit: ita tenet Accurſ. l. ſi fundus, ff. de condi. & demonſtr. & ita cõmuniter teneri dicit Gomez. d. c. 12. num. 77. Eman. à Coſta lib. 1. interpret. c. 10. nu. 2.

6 Cęterum ſi cõditio fuerit neceſſaria ad actus ſubſtantiam, vel effectum actus, ſufficit, quod conditio per æquipollens impleat̃. ita docet Bart. d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, & cum eo tranſeunt communiter Doctores, vt teſtatur Socinus ibi. num. 58. & ſequen. & eius doctrinam communiter probatam fatetur Roland. à Valle d. conſil. 89. Vnde fideicommiſſum relictum liberis Titij, cum morte patris, ſui iuris effecti fuerint, illis debetur ſtatim atque emancipati ſunt, idque ex præſumpta teſtatoris voluntate, q effectum potius conſideraſſe videtur.

7 Infertur ex hoc, quod ſi teſtator, filijs inſtitutis, legauit vxori ſuæ mille fruenda toto tempore vitæ ſuę, donec ſine viro honeſtè vixerit, & poſt mortem eius voluit Titium habere illa mille, & vxor tranſiuit ad ſecundas nuptias, propter quod extinguitur vſusfructus, Titius ille ſtatim mille habere debeat, etiam in vita vxoris, vt dixi ſupra q. 45. Quia conditio mortis, ſ. vxoris, appoſita neceſſaria eſt ad effectũ actus: Nam teſtator cogitauit vxorem in viduitate permanſurã, itaque vſumfructũ finiri ſolũ morte, qui finis vſusfructus erat neceſſarius, vt legatarius pleno iure conſequeretur. Quocunque igitur modo finiatur ex præſumpta mente teſtatoris ſufficit, hanc eſſe cõmunem Doctorum opinionem ultra ſupra allegatos teſtatur Dec. l. ſi mater, nu. 6. C. de inſtitu. & ſubſtitu. Soc. Iun. d. §. & quid ſi tantũ, numer. 62. & ſeq. Galt. nu. 16. Ruin. nu. 51.

Quæſtio Quinquageſimatertia.

SVMMARIA.

1 *Satis eſt, quod conditio impleatur momẽto, licet non duret.*

2 *Maritus ſi vxori reliquerit, ſub cõditione, ſi vidua erit, utrũ de perpetua viduitate ſenſiſſe videbitur.*

3 *Annuũ legatum mulieri relictum ſi vidua erit, durat etiam poſt nuptias.*

Annum

4 *Annuũ legatum ſi matri nuptæ filius legauerit, ſi vidua erit, an ex uoluntate petatur a muliere, quæ poſtquã vidua facta eſt, nupſit.*

5 *Quid ſi cõditio habeat tractum ſucceſſiuũ.*

1 QVæro item, an ſufficiat ſemel extitiſſe & impletam eſſe conditioné, an verò requiratur vt duret? Reſp. Cõmunis eſt opinio, quod regulariter ſufficit ſemel extitiſſe conditionem vel momento, licet non duret. ita traditur in l. hęc conditio, ff. de condi. & demõſtra & quod illud omnes indifferenter firmãt, fatetur Cor. cõſi. 7 x. vol. 1. & communé eſſe concluſionem dicit Pau. Pariſ. cõſi. 32. num. 89. volum. 1.

2 Ex quo infertur, quod ſi alicui mulieri, vel maſculo legatum fuerit, ſi, vel cũ ad uiduitaté peruenerit, uel uidua erit, & poſtquam uidua fuerit effecta, iterũ ad ſecundas nuptias tranſiuerit, nihilominus legatum conſequitur: quia ſatis eſt, quod conditio ſemel extiterit, licet poſtea non durauerit. ita tenet Bald. l. fi. C. de indict. viduit. quem ſequũtur plériq; alij, & hanc eſſe communé opinionem reſoluit Philip. Cor num. 2. & Iaſ. num. 31. d. l. fin.

3 Et hoc ꝓcedit etiã in legato annuo: Nam ſtatim, vbi mulier uidua facta fuerit, legatum cedit, & durat, etiã ſi poſtea nupſerit, vt ex communi idem Corn. & Iaſ. ibidem referunt, & hanc frequentiorem eſſe ſententiam dicit Eman. a Coſta, d. §. ſi arbitratu, limit. vltim. num. 16. ver. 3. not. Nã dicta verba, ſi, vel cũ vidua erit, ſignificat ſi, uel cũ maritũ amiſerit.

4 Sed quid ſi filius, qui patré & matré ſuperſtites moriens reliquit, matri annũ reliquerit ſub conditione, ſi uidua erit, Annuẽ relictũ retinebit illa, ſi poſt mortem mariti ad ſecunda uota tranſiuerit? Reſp. Angel. in l. ſubſtitutio, ff. de vulgar. & pupillar. exiſtimauit matrem hoc caſu ad legatum annuũ poſt nuptias admittendam non eſſe, ex præſumpta filij uoluntate, quaſi eius, qui per matris uiduę ſecundas nuptias offenderetur, mẽs fuerit & cogitatio annuum legare, ſi uidua efficeretur, & quandiu in illo ſtatu permanſiſſet. Sed contrariam ſententiã eſſe receptiorem teſtatur Emã. a Coſta, d. §. ſi arbitratu, limi. vltima. nu. 22.

Aduertendum tamen eſt, quod prędicta concluſio, quæ vult ſufficere conditionem momento impleri, non procédat, quando eſſet talis conditio, quę habet tractum ſucceſſiuum ex ſui natura: tunc enim non ſufficit conditionem ſemel impleri: ſed requiritur ꝑſeuerãtia, & vt duret implementum. ita tenet Bal. l. fi. 2. not. C. de indict. uiduit. tollẽd. Iaſ. & Dec. l. qui hæredem, nu. 4. ver. 4. notabiliter limita. C. de inſti. & ſubſti. Ang. conſ 34. Corn. conſ. 7. verſ. non obſtat, vol. 1. & ꝙ hãc opinioné ſequuntur oẽs, & ita declarant communem concluſionem, dicit Pariſ. conſ. 32. nu. 86. vol. 1.

Quæſtio Quinquageſima quarta.

SVMMARIVM.

Cõditio ſi caſtè vixerit, an defficiat ꝑ trãſitum ad ſecundas nuptias.

1 QVęro, ſi maritus legauit vxori mille, ſi caſtè vixerit, an ꝑ ſecundas nuptias dicatur defeciſſe cõditio, vt legatũ amittat? Reſp. Diuerſę sũt doctorũ opiniones: Sed diſtinguẽdum eſt, aut n. illud legatũ factũ eſt ab ipſo marito ſub illa conditione, qui ex huiuſmodi nuptijs offenditur, & tũc legatũ per ſecũdas nuptias amitti uoluit Ang. & Alex. l. mulier, §. cũ proponeretur. ff. ad Trebel. idẽ ſi a filio premortui mariti conditio illa adiecta ſit: hanc dicit eſſe cõem opinioné Io. Dile. de arte teſtãd. tit. 6. Cau. 39. nu. 4. Bermond. de publ. concub. co. 193.

Aut verò cõditio a patre vel extraneo adiecta eſt, qui non eſt prioris mariti cõſanguineus, & tunc non amittit fœmina legatum, etiam ſi ſecũdo nubat. Auge. d. §. cum proponetur, & hanc eius diſtinctionem communiter probatam eſſe dicit Iaſ. l. fi. nu. 30. C. de indict. viduit. tollend. Io. a Garron. Rubr. de ſecũd. nup. n. 98. & fatetur Tiraq. l. Bones. §. hoc ſermone, num. 149. Didac. Couar. lib. 4. decret. par. 2. c. 3. §. 9. num. 12. & in practica hanc opinio. ſequendam eſſe dicit Corſet. Reper. verb. vſuſfructũ, Caual. de vſufruct. mulier. num. 114. & probat Vaſqui. de ſucceſ. progreſ. §. 27. nu. 29. dicẽs hãc partem eſſe benigniorem: quã tenẽ. pro qua facit communis opinio, quod hodiè pœnæ ſecundò nubentium ſunt ſublatæ tam de iure canonico, quàm ci-

uili, ut teſtitur idē Vaſq.d.loco, ideoq; non poteſt dici, ſecundo nubētem, cum lege permittente faciat, inhoneſte uel turpiter agere.

Quæſtio Quinquageſimaquinta.

S V M M A R I V M.

Legatum monaſterio relictum ſub conditione recipiendi filiam, an deficiat conditione non impleta.

QVæro ſi monaſterio relinquat legatū ſub conditione, ſi talē puellam in monaſterium receperit, an deficiat legatum non impleta conditione? Reſp. In hac quæſtione multum uariāt interpretes, adeo ut in triplicē opinionem deducta ſit. Prima eſt opinatio, tale legatum propter conditionē adiectè uitiari & nullum eſſe; cuius opinio author eſt Bar.l. Titio, §.1. ff.de condit. & demonſtra.& ſequitur ibid. Ang.& Imo. & alii.& hāc opinionem eſſe communē dicit Alex.l.2.C.de inſti.& ſubſti.

Secunda opinio eſt, quod tale legatū remanet purum reiecta conditione tanquā turpi,& hanc tenet Bar.ſibi contrarius in d.l.2.& eam dicit eſſe magis communem ibid. Iaſ.nu.3.

Tertia uero opinio eſt, qđ legatū ualeat non modo, quò ad ſubſtantiam, ſed etiam quò ad conditionem, & ſic implēdā eſſe, alias deficere. ita dicit Are.l. Titia.ff.de ver.obli. Quid dicendū in tanta uarietate? Equidem uidetur reiiciendam eſſe conditionem tanquā turpem. ita dicit eſſe magis cōiter de mēte ſcribētium Ant. Natta conſil.619.nu.11. Sed difficultas eſt, utrum non ſolum cōditio reijciatur, ſed ēt uitietur legatū, & uerius eſt, ꝙ non uitietur. Quia in ultimis uolūtatibus regulariter conditio q̃ reputatur impoſſibilis, habetur pro nō ſcripta, ut dixi ſupra q.& legatum ut purum ſeruatur, & in dubio magis amplectimur opinionem, quæ fauet piæ cauſæ.

Quæſtio Quinquageſimaſexta.

S V M M A R I V M.

Conditio, ſi ſine liberis, quando exiſtat.

QVæro quando cōditio hęc, ſi ſine liberis deceſſerit, dicatur exiſtere vel deficere? Reſp. dixi infra §. fidei commiſſum.

Quæſtio Quinquageſimaſeptima.

S V M M A R I A.

1 *Quādo cōditio legato appoſita ſit īplēda.*

2 *Cōditio poteſtatiua, quamprimum fieri poteſt, impleri debet. & ſi legatarius ſemel neglexerit, ad legatum amplius nō admittitur.*

3 *Cōditio poteſtatiua faƈto aut caſu nō īpleī & quid ſi in factum tertij conferatur.*

4 *Conditio ſi hæres capitolium non aſcēderit, quamprimum poteſt, impleri debet.*

5 *Poteſtatiua non reiterabilis quandocūq; impleri poteſt.*

1 QVæro quando cōditio legato adiecta impleri debeat? Reſpond. quòd conditio caſualis, & mixta impleri poſſunt quandocunque etiam in uita teſtatoris: Poteſtatiua uerò indiſtinctè impleri poſt mortem teſtatoris, & non in uita eius debet tex.l.2.ff.de condit.& demonſtra.& ibi tenet gl.& Doctores communiter Gom.uaria reſo. lib.1.c.12.nu.68. Ratio eſt, quia caſualis, & mixta non pēdent a uoluntate honorati: itaque teſtator effectum ſiue implementum conſideraſſe intelligitur, & ſufficit quandocunque impleri. Secus in poteſtatiua, quæ pendet ex mera uoluntate eius, unde ſecundum uoluntatem debet impleri.

2 Et nota, quod conditionem poteſtatiuam, legatarius quamprimū poterit, implere dēt, adeò vt ſi neglexerit ſemel cōditionem, non admittatur ad legatū, tex.l.hæc cōditio, ff.de cond.& demōſt. & ita tenet Bar.ibi. Ale.l.ſi inſulam, nu me.24. ibi Ripa.nu.103.ff.de uerb.obli. Iaſ.num.8.Dec.num.9.l.1.C.de inſti.& ſubſtitutio. & hanc dicit eſſe communē & receptā opinionē Ema.a Coſta lib.2. interpret. c. 4. nu.1.& nu.9. licet ipſe in totum accedat. In hæreditate uero hoc non ſeruatur. Nam obtinuit exiſtimantium opinio, ut ea conditio non illico poſt mortem teſtatoris neceſſe ſit, vt impleatur. ita tenet gloſ.l.ſi quis ita hæres inſtituatur, ff.de hæred.inſtit.& eſt communis opinio, vt refert Cor.l.1.num.2. C.de inſti.& ſubſti.Emanuel a Coſta repet.l.cū tale, §.ſi arbitratu, limit.6. ff. de condi.& demonſt. refert Vaſqui.li.3.controuerſ.illuſtri.c.94.n.8. Quia in hęreditate quæ ſe habet ad cōmodū uel incōmodum,

dum, maius vertitur periculum, q̃ in legato: Vnde præcipitandus nõ eſt hæres inſtitutus, ne cum ſuo malo ſuſpectam adeat hæreditaté. & dixi infra §. inſtitu.

3 Prædicta etiam in legato procedunt ſi conditio poteſtatiua in factum legatarij confertur: & tunc etiam non ſufficit, quod fato aut caſu impleatur, Sed oportet impleri ex animo implere debentis. ita tenet Bar. l. 2. ff. de cond. & demon. & eſt cõis opinio, vt dicit Vaſq. li. 3. cõtro. Illuſtr. c. 91. nu. 2. Sed quid ſi in alterius tertij factũ collata ſit, vt ſi mihi relictũ ſit, ſi Titius in capitoliũ aſcẽderit? Reſp. Conditionem etiam viuo teſtatore, & quandocunq; ab ignorante poſſe impleri, & quocunque modo exiſtat, paritum conditione videri. ita eſt communis & vulgata opinio, vt teſtatur Emã. à Coſta lib. 1. interpret. c. 21. nu. 5. repetit. l. cum tale, §. ſi arbitratu ampli. vlt. nu. 7. dixi ſupra, q. 46. num. 5.

4 Quid ſi ita legatũ ſit: hæres niſi in capitoliũ aſcenderit Titio dabit centum? Reſp. Vtiq; ita accipiendũ eſt, vt ſi tantũ tp̃s tranſiuit, vt commodè aſcendere pòtuiſſet, & nõ aſcendit, conditio impleta dicat̃: ita docet Bar. 3. ff. de lega. 2. & eſt cõis opinio, ut dicit Ripa. l. ita ſtipulatus, nu. 42. ff. de verb. oblig. licet contrariũ conet̃ defendere, refert & ſeq̃t̃. Emã. à Coſta lib. 2. interpre. c. 4. nu. 5.

5 Intellige etiam prædicta, vt procedat in conditione reiterabili, vt dandi, faciẽdi, & ſimilibus requiritur. n. vt poſt mortem teſtatoris impleãtur. Secus eſt in cõditione non reiterabili, vt manumittendi ſeruum: Namq; ſufficit etiam ut in uita teſtatoris ſit impleta. text. in l. q̃ ſub cõditiones, §. quotiens. ff. de cõdi. iſtit. & quod ita teneant cõiter Doctores fatetur Gome. uaria. reſol. li. 1. c. 12. nu. 68. Bar. Soc. l. hæc conditio, §. ſi ſic legatum, nu. 4. ff. de cõdi. & demonſt. ratio, quia poſtquam ſemel eſt impleta, cenſetur poſtea impoſſibilis, itaq̃ reiicitur, & diſpoſitio vt puta habetur.

Quæſtio Quinquageſima octaua.

SVMMARIA.

1 *Sub modo quando relinquatur, & an ſtatim peti poſſit.*

2 *Quid item ſi teſtator conditionem in modo.*

3 *Si pater legauit mille ſub modo [illegible] vel maritetur, [illegible] minori dote [illegible]*

4 *Modus mixtus [illegible] cere relict[illegible]*

1 SVb modo [illegible] teſtatorẽ, vt legatarius [illegible] faciat: & differt hoc legatũ modale a legato conditionali, quia conditio pẽdens impedit [illegible] obligationis & actionis, vt dixi ſupra. Modus verò donec pẽdet nõ impedit quod oriatur actio & obligatio: licet executionem & effectũ impediat. Ideoq; tale legatum cũ effectu peti non poteſt niſi impleto modo, vel p̃ſtita cautione de modo implendo. text. eſt l. quibus. §. Termilius, ff. de cond. & demonſt. & ibi glo. & hanc dicit eſſe communem opinionem Iaſ. l. ſi Titio, nu. 8. & 9. ff. de leg. 1. Anto. Gomez. variar. reſolu. Tom. 1. c. 12. num. 70.

2 Et prędicta procedunt etiam ſi teſtator conditionem adijciat in modo. vt ſi dixerit. lego Titio centum ſub conditione ut hoc uel illud faciat: quia tunc ſimiliter erit modus & non conditio, quoniam attenditur mens & uoluntas teſtatoris potius quam uerba. ita tenet Bart. d. §. Termilius, num. 5. & eſt communis opinio, vt dixi ſupra. q. 49.

3 Sed quæro: Pone quod pater lagauit in teſtamento mille ſub modo ut nubat vel maritet̃, poſtea ſuperuixit, & ipſe filiam maritauit conſtituta dote quingentorum aureorum, & ita cauſa ſiue modus implutus eſt: nunquid poterit filia petere reſiduum, ſcilicet reliqua quinquaginta? Reſp. Controuerſia fuit inter interpretes: Dyn. i l. Lucius, ff. de leg. 2. exiſtimauit, petitioni locum nõ eſſe, q̃d cauſa legati minori impendio ſit executioni tradita, & ob id extincta cauſa receſſum a primo legato, & ſequitur Pau. de Caſt. Cuma. & Imol. d. l. Lucius & hãc opinioné cõiter recerptã dicit Campe. in tract. de dote, par. 1. q. 36.

Sed contrarium, quod ſcilicet filia indiſtinctè admittẽda ad petendũ reliquos quingentos aureos ex legato, voluit Oldra. ut refert cũ Bar. ibid. & ſequit̃, ſi rectè aduertatur: licet quidé aliter cũ intelligat, diſtinguẽtes an p̃ filia maritanda puer legauerit, an uerò ſimpliciter pro

dote vt nubat, quaſi primo caſu Bart. videatũ probare Oldradi ſniam, ſecundo verò nõ item: Nã eum non eſſe Bar. ſenſum rectè aduertit Imo. in d. locis, ſiquidem Bar. referẽs Oldradi opinionem & eius rationem eam probat in primo caſu. Similiter & in altero caſu, ſed non ex eadem ratione in eius ſententiam deſcendit. Hanc etiam opinionem amplectitur Bald. Ang. Iaſ. dicens hac eſſe cõmunem opinionem in l. filia numer. 3. Corn. num. 4. C. de legat. Communem quoque dicit Socin. in conſi. 101. col. ſecũda vol. 3. Couar. c. officij, nu. 10. ext. de teſta. vbi ſubiicit hãc opinionem eſſe veriorem Iacobin. de S. Georg. d. l. filia, quem refert & ſequitur. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa. limi. 18. nu. 1. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 27. nu. 8. quia implementum cauſę legati non reſoluit, ſiue non facit ceſſare legatum: imò ipſum corroborat & confirmat.

4 Quero item, ſi modus miſtus ſit, & caſu deficiat, an etiam facit deficere relictum; ita ut peti non poſſit legatum, uel ſi oblata cautione accepit, reſtituendum ſit? Reſp. Controuerſum fuit, quibuſdã exiſtimantibus modum caſu non impletum, ſicut conditionẽ deficere, quę opinio fuit Chriſtopho. de Caſtel. Fulgoſ. & aliorũ l. 1. C. de inſtit. & ſubſtitu. Alijs verò contrà, ſ. licet, ſit modus mixtus, & deficiat, non tamen deficere legatum, imò ad legatarium pertinere, ita tenet gloſ. in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. & hanc opinionem eius dicit eſſe communem, & tenendam Alex. ibid. & Corn. & idem Cor. in l. 1. C. de his, quæ ſub modo. Iaſ. l. ſi Titio. nu. ff. de leg. 1. Communẽ quoque aſſerit Didac. Couar. c. 3. nu. 11. ext. de teſta. Ema. à Coſta. li. 2. interpret. c. 21. nu. 7. Fernan. Vaſq. lib. 3. contro. illuſt. c. 93. num. 25. & in hoc differt à legato cõditionali. Ratio eſt, quia cõditio pendẽs impedit ortum & natiuitatem obligationis & actionis: Sed modus donec pendet, non impedit, ſed imò oritur actio, licet impediat executionẽ, ita tenent oẽs, vt fatetur Iaſ. d. l. 1. num. 9. verſ. in ſexta.

5 Quid autem ſi legatarius moriatur, nunquid hęres poterit implere, an uerò modus non impletus per defunctũ impediet legatum tranſmitti? Reſp. in hoc dubio diſtinguendum eſt, aut modus talis eſt, q̃ ab hærede impleri poteſt, & tũc admittitur heres, & implẽdo modũ conſequitũ legatum. ita tenet gl. l. teſtatore, ibi Bar. ff. de cond. & demon. Bar. l. quib. dieb. §. Termilius, nu. 13. & ita cõiter teneri dicit Ant. Gome. varia. reſol. li. 1. vl. nu. 72. aut verò modus iniũctus eſt perſonalis, & tunc ſi decedat legatarius, modus omninò deficit, & legatum non debetur. Bar. d. §. Termilius, num. 13. & ita notant omnes, vt dicit Couã. c. 3. nu. 11. de teſta. & ꝙ eſt cõmunis opinio fatetur Cor. conſ. 229. num. 4. li. 4. quem refert Ema. à Coſta li. 2. interpret. c. 22. num. 7.

Hinc infertur, ꝙ ſi alicui puellę legatũ relictũ ſit ſub modo nubendi, & ipſa moriatur anteq̃ nubet remanere dẽt legatum apud hęredes teſtatoris, & hæredes puellę exceptione repelli, imò ſi oblata cautione mulier legatum acceperit, hæredes eius conuenientur, & reſtituẽt. in hoc concordare antiquos & modernos ſcribit Cor. d. conſ. Ema. à Coſta d. c. 22. nu. 7. & ſubdit in iudicãdo & cõſulendo hãc ſniam ꝓbandã, Couar. d. c. 3. nu. 11. Licet cõtrariũ teneat Bal. Nouel. & quaſi indubitatũ tradat in tracta. de dote. par. 6. priuil. 76. nu. 2. ſecundum q̃ opinionẽ etiã Vliſbonæ iudicatum eſſe idem Coſta refert, ſed priorem ſequitur.

Quæſtio Quinquageſimanona.

SVMMARIA.

1 *Sub demonſtratione legatũ conceptum valet, ſi vera eſt demonſtratio.*

2 *Sed quid ſi falſa ſit demõſtratio, diſtinguitũ inter ſpeciẽ uel quantitatẽ legatam, itẽ, an demonſtratio adſcripta ſit in perſona teſtatoris, aut legatarij, uel tertij. n. 3. & 4.*

1 SVb demonſtratione legatum quoq; concipitur, quando ſcilicet teſtator ponit rei legatę ſignum, locum, quantitatem, ve aliud, per quod cognoſcitur: & tunc ſi vera eſt demonſtratio, valet legatum. Vt ſi quis dixerit, fundũ, in quo eſt oliuetum lego: idem enim eſt, ac ſi cõfines demonſtraſſet, ita dicit eſſe cõmunem opinionem Mandel. conſ. 10. n. 5.

2 Sed quid ſi demõſtratio falſa ſit, nunqd valebit legatũ? Reſp. quod ſic. & non habet dubium in re, vel ſpecie legata. tex. l. demõſtratio falſa, §. quod autem, & ibi

& ibi gl. ff. de condi. & demonſt. & ita cō muniter teneri dicit Gomc. variar. reſol. Tom. 1. c. vlt. num. 74.

3 Sed quid in pecunia vel quantitate legata? Reſpō. Diſtingue, aut legatur quā titas & demōſtratio aſcripta eſt in perſona ipſius teſtatoris, aut in perſona legatarij, aut tertij. Primo caſu, ſi quantitas legatur ut certum corpus, ut lego. 100. quæ in tali arca, vel loco habeo, nō valet legatum, niſi quatenus demonſtratio uera eſt. quia aliter non conſtat de corpore, & q̄ non extat, deberi non poteſt. tex. eſt in l. ſi ſeruus. §. qui quinque. ff. de leg. 1. & tenēt communiter Doctores, ut dicit Gome. d. c. 12. nume. 75. Sin autem certa quantitas ſimpliciter legatur, ut lego Titio quę ei debeo, licet falſa ſit demonſtratio tamen ualet legatū, quia de ſubſtantia legati conſtat, & licet non debeatur: Tamen teſtator uidetur mādaſſe hæredi ut ſoluat. ita tenet Bar. l. ſi ſic. §. ſi mihi. de lega. 1. & eſt cōis opinio ſiue per uerba primæ, uel tertiæ perſonę relinquatur, ut dicit ibi Iaſ. num. 6. Quā tamē concluſionē intellige ut procedat, ſi teſtator ſciens ſe non debere, legaſſet, quod i re dubia p̄ſumitur, ideoq; ad heredē ſpectabit probare errorem, ſi nolit ſoluere: Secus ſi errauit: quia tunc hæres habet exceptionē doli mali. ita tenet gl. l. 1. §. adeò, ff. de dot. præleg. & ſequit Bar. Alex. nu. 20. & Iaſ. nu. 11. d. l. ſi ſic. §. 1. hanc dicit receptam & ueriorē opinionem Ema. à Coſta lib. 1. interpre. c. 5. nu. 4. & 8. Sed contrarium tenet Gome. d. c vlt. nu. 75. dicens ſe no uelle ab eo diſcedere iudicando & conſulendo. tu tamen tene communem.

4 Secundo caſu, quando demonſtratio falſa adiicitur in perſona legatarij uel alterius tertii, ut ſi dixerit teſtator, lego Titio 10. quę mihi dēt, uel q̄ Caius dēt, & non ualet legatū, quia perimitur legati ſubſtantia, quæ non cōſiſtit in 10. ſed in liberatione, quā uidet Titio legaſſe: ex quo igitur non eſt debitum, non poteſt etiam eſſe liberatio, & conſequenter extinguitur legatum. Sic in tertio non quantitatem, ſed actionem, quæ nō exiſtēte debito nulla eſt. ita tenet Bar. d. l. ſi ſic. §. 1. & cum eo magis communiter Doctores, ut teſtatur Iaſ. ibi nu. 2. & 3.

Quæſtio Sexageſima.

SVMMARIA.

Si eadē quantitas relicta eſt & in eodem teſtamento ſæpius repetita ſemel tantum debetur, nu. 1.

Quid autem ſi in diuerſis ſcripturis repetita ſit eadem quantitas, nu. 2.

Quid diſpar ſit ſumma, nu. 3.

Si eadem quātitas relicta ſit à plurib. an ſemel uel ſæpius debeatur, diſtinguit n. 4.

Dixi ſæpius legari poſſe. Sed quęre, 1 Si eadem quantitas, uel res ſæpius in eodē teſtamento lēgel. An multiplicetur legatū, ut amplius, quā ſemel debeatur, & peti poſſit? Reſp. in hac q̄ōne diſtinguēdū eſt inter res, ſiue ſpecies, & q̄titatē legatā. Si quantitas legata eſt, & in eodē teſtamento ſępius repetita, nō cenſetur duplicata, ſed ſemel tm̄ debetur, niſi per legatariū probetur teſtatoris uolūtas tex. l. eidem. & ibi glo. uerb. oſtendatur cōmuniter ptobata & ſequitur Bar. & cōmuniter Doctores, ut teſtatur ibid. Iaſ. & Zaſ. nu. 14. & q̄ ſit communis opinio teſtatur Ant. Gomez. uariar. reſolu. lib. 1. c. 22. nu. 38. Fernan. Vaſqui. de ſucceſ. progreſſ. lib. 3. §. 21. nu. 10. & ſequēt.

2 Sin autem eadem quantitas repetita ſit in diuerſis ſcripturis, ut puta in teſtamēto, deinde i codicillis. Alii aliter ſentiūt Nam Ang. in l. plane, §. ſi pluribus. ff. de legat. 1. ſemel tantum deberi exiſtimauit, Sed contrarium, quod omnes ſummæ debeantur, tenet gloſſ. d. l. plane. uerb. oſtendatur, & ſequitur ibi Bart. & omne, & Iaſ. ibi num. 16. dicit hanc eſſe communem opinionem, idem firmat Zaſ. dicta gloſ. ab omnibus eſſe receptam ibi nume. 15. licet ipſe a communi recedat, exiſtimans nihil referre, an par quantitas eadem legetur in eodem teſtamento, deinde in codicillis. Communē quoque dicit Iaſ. Franciſ. Rip. & Crot. l. re coniuncti, ff. de lega. 3. Gomez. d. ca. 12. num. 38.

3 Sed q̄d ſi diſpar ſumma. vel quātitas ſæpius ſit repetita? Reſ. Oēs ſummas in diſtinčte deberi tex. l. cum cērum, & ibi tenet Bar. hanc dicit eſſe cōem opinionē Iaſ. d. l. plane, §. ſi eadem, nume. 11. & in l. ſi cui ſerui, & §. a filio, ff. de legat. primo, quē refert & ſequitur Fernā. Vaſq.

de ſucceſ.progreſſ.lib 3.§. 21. num. 11.

Prædicta procedũt, quando teſtator ab vno hærede ſæpius repetiuiſſet: Sed quid ſi a pluribus eandem quantitatẽ repetat, An ſemel, vel ſæpius debit? Reſp. Quod ſi conſtat de mente teſtatoris, an velit vtrũque teneri in ſolidum: an verò pro partibus hereditariis, & illa ſeruãda eſt. Aut non conſtat, & ſumus in dubio, & tunc generaliter, uel indefinitè hæredes ſunt grauati, ut hæredes mei Titio centũ dent; vel etiam ſingulariter hæres meus Titio centum det, & tantum pro partibus hæreditariis tenẽtur tex.l. legatorum, ff.de lega. 2. & ita tenet ibi gloſſ. Bart. & Doctores communiter, ut teſtatur Gome.d.cap.12.num.17.

Aut relinquitur copulatiuè à diuerſis in diuerſis orationibus, & in dubio multiplicatũ uidetur ratione diuerſarũ perſonarũ, & utrumque legatum debetur.tex.d.l.ſi pluribus, §.fina.ff.de legat. ſecundo, & ita tenent communiter Doctores, ut fatetur Gomez.uariar.reſolutio.tom.1.cap.12.num.38. & quod ſi cõmunis opinio aſſerit Thomas Diplonat. in addit.ad Alexand.in l.ſi ex toto, §. ſi ita ſcriptum, uerb. grauati. Aut grauantur diuerſi hæredes in eadem oratione & uidentur grauati pro partibus hæreditariis Bald. Alexan. & de cæteri cõmuniter d.§.ſi ita ſcriptum, ut fatetur idem Thomas Diplonat.d.loco.

Aut verò alternatiua ponitur inter grauatos, & tunc iura uidentur in ſolidum grauati, quiſque eorum nõ pro parte virili, & põt legatarius ab alterutro exigere.text.d.l.ſi ex toto.§.1. & ibi tenet Barto.Bald. Alexãd. & communiter Doctores, ut teſtatur idem Gome. dicto capit. 12.num. decimoſeptimo. Thomas Diplonat. Addit.dicto uerb.grauati, ubi dicit hanc diſtinctionem eſſe communem, & no.quia vidit de facto, & conſuluit in quodam teſtamento.

Secundo caſu quando res vel ſpecies legatur, dic; quod aut legatũ ab vno hærede, & ſemel tantum debetur, quia ſpecies nõ eſt multiplicabilis, & teſtator nõ videtur tã ſæpius legare quàm ſæpius loqui.tex.l.planè.& ibi tenet glo.& cõmuniter ſequũtur Doctores, ut dicit Iaſ.ibi num.8.Ant.Gomez.variar. reſol.Tom. 1.cap.vltim.nu.38.Zaſ.d.l.planè, & ſubdit ita ſine dubio tenẽdum. Aut à diuerſis relinquitur, & ſimiliter ſemel tãtum debetur, ſi ſimpliciter relictũ ſit, Sin verò à quolibet in ſolidũ, ab vtroq; debetur, & alter rem, alter æſtimationem ſoluit.tex.l.quid ergo, §. ſi duos.ff.de legat.1.& ita communiter teneri dicit Gomez.d.nu.38.

Quæſtio Sexageſi maprima.

SVMMARIA.

1 Legatum generis an ualeat.

Legatum in genere generaliſſimo vel ſubalterno relictum non ualet. 2.

Legatũ ĩ genere inferiori quod prædicatur de pluribus differẽtib. numero uel ſpecie ſi hẽt certos terminos à natura ualet.n.3

Idẽ ſi terminos habet facto hominis niſi legãs non habeat aliqd de illo genere.n. 4.

Sed ſi ſola deſtinatione hominis hẽt terminos inutile eſt.n.5.& declaratur, nu. 6.

Prædicta limitantur quãdo relinquitur incertum de certus.nu.7.

Quid autem ſi conſtet teſtatorem ab initio de certo ſenſiſſe, ſed poſtea errorẽ non expreſſit.num.8.

1 Ixi generaliter legari poſſe, tex. l. legato generaliter. ff. de de leg. 1. Sed circa hoc diſtinguendũ eſt, aut enim legatur aliquid in genere generaliſſimo, ut ſubſtãtia, corpus, aut genus ſub alternum, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, ut animal, & his duobus caſibus non ualet legatum propter inexplicabilem & effuſam incertitudinem, & quod eſſet deriſorium.ita tenet gl.& Docto.§.generaliter.inſtit.de leg.gl.Bar. Alexand. Iaſ. & omnes d.l.legato hunc dicit eſſe communem opinionẽ Gome.varia. reſol.tom.2.c.11.nu.8.verſ. 10.concl.

3 Aut verò legatur res ĩ genere inferiori, qđ ſpeciẽ Dialectici & genus Iuriſcõſ.appellant, quod predicatur de pluribus differẽtib. numero, vt homo, equus, & tunc iterum diſtingue tres caſus: Aut enim talis ſpecies legata habet fines determinatos à natura, ut homo, equus, arbor. Aut non habet fines determinatos a natura, ſed facto hominis, vt domus, nauis, lanx. Aut nõ habet certos fines deſignatos à natura, nec facto hominis.

Primo caſu valet legatũ indiſtinctè, ſiue

ſiue teſtator hẽat ĩ ſuo patrimonio,ſiue nõ ita tenet gl.Bar.& oẽs ĩ d.l.legato,vt dicit Bened.Capr.trac.reg.reg.113.n.19.

4 Secũdo caſu, quando res habet fines deſtinatos facto hominis,ſimiliter valet, ſi in patrimonio teſtatoris tales res inueniant,ſiue de certo ſenſerit, ſiue non.Secus ſi non ſint in patrimonio eius, quia diſpoſitio dicitur eluſoria.tex. eſt in l.ſi domus.ff.de leg.1.& ibi tenet gloſ. Bart. & communiter alij,vt teſtatur Iaſ.ibi.n. 3.& communem dicit opi. Soc.iun.l. ita ſtipulatus.nu.102.ff.de verb.obl. Bened. Capr.reg.113.n.25.Ant.Gomez. varia. reſolu.tom.2.d.c.11.nu.8.verſ.10.conclu.& fateť Zaſ.lib. 1. Singula intellect. c.1.nu.42.& in l.legato generaliter,nume.9.Main. l.in obſcuris,nu.9.ff.de reg. iur.Pet.PecK.de teſt.coniug.lib.5. c. 11. num.1.Sed hanc communem diſtinctionem improbat idẽ Zaſ.d. loco. ac docet, quod legatũ generis,ſiue à natura, ſiue facto hominis limites acceperit,rectè valet, etiã ſi teſtator eius generis nullas habeat ſpecies,quaſi ĩ d.l.ſi domus teſtator in genere nihil legauerit,ſed de certa domo ſenſerit,itaque non valeat legatum, quod inanis fuerit ipſius cogitatio, qui de certa re, quam non habuit cogitauit. Secus ſi in genere legauit, q̃a ſufficit de aliqua domo in genere ſenſiſſe.& hęc opinio videtur ſuſtineri poſſe.

5 Tertio caſu quando tale genus hẽt limites ſola hoĩs deſtinatione,abſq; facto extinſeco legatũ generaliter & ſimpliciter factũ inutile eſt,vt ſi quis fundũ ruſticũ nulla demonſtratione facta legauerit.ita tenet gl.l.cũ poſt diuortiũ,§.gen. ff. de iure dot. ſequiť Bar.d. l. legat.& l. ita ſtipulatus.ff.de verb.oblig.& cũ Bar. tráſeunt cõiter Doctores dicit Soc. ibi.

6 Hæc concluſio de plano quidem procedit, quãdo teſtator fundos non habet in patrimonio.controuerſia eſt inter Doctores:Nãq; gl d.l.legato, quam ſequitur Bar.d.l.ſi domus.& ĩ l.ita ſtipulatus, vult indiſtinctè non valere, nec habere locũ diſpoſitionẽ d.l.quẽ plures ſequũtur, & dicit eſſe communem opinionem Iaſ.d.l.legato generaliter.num.15.& magis communem Imo. d. l. ita ſtipulatus. Zaſ.d.l.legato,num.9.

Cõtrarium, quod diſpoſitio d.l.ſi domus habeat locum etiã in legato prædiĩ ruſtici.voluit Pet.de Bella.Pert.vt refert Bar. vt ſi fundum habeat in patrimonio teſtator, valeat legatum.& hãc dicit eſſe magis cõem.n.27.idem Iaſ.d.l.ſi domus. Frãc.Ripa.d.l.iſta ſtipulatus.nu.31.Soc. Iun. nu. 103. magis cõem quoque dicit Gomez.varia reſol.Tom.1.c.12.n.32.& Tom.2.c.11.nu.8.Fernand.Vaſq. de ſucceſſ.progreſ.lib.3.§.27.nu.35.& vt longè veriorem amplectitur Zaſ.d.l. legato, nu.9. Neque. n. ſimpliciter verũ eſt,q̃d ſola hominis deſtinatione fundus cõſtituitur magis quam domus, quia imò in fundo diuiſo per ragiones plures fiunt fundi appoſitis ſignis lapidibus uiris, aut ſimilib. Nec põt hæres fundũ vnius palmitis conſtituere, & ſola ſua volũtate alterare,vel modificare,ſed cogiť eligere & præſtare eo modo, forma & limite quod defunctus habuit.

7 Prædicta procedunt,& locum habent quando legatur incertum de incertis, vt quia domus ſimpliciter legatur, ſecus ſi teſtator legauerit domum fundum, uel quid aliud diſponit de incerto de certis, quia indiſtinctè ualet legatum,vt ſi dixerit,lego vnum de fundis Seianis,vel vnũ de ſeruis meis:quo caſu res incertis creditur fuiſſe etiã in mente teſtatoris,cum non cenſeatur de vno magis quam alio cogitaſſe. idem ſi dixerit Sthicum ſeruũ meum,vel fundum Seianum, cum plures eiuſdem nominis haberẽt.quia incerta res eſt apud nos, licet teſtator credatur de re certa in mẽte ſua diſpoſuiſſe.ita eſt gl.in l.ſi q̃s à filio.§.ſi quis plures,ff. de leg.1. quã ab omnibus approbatã dicit Soc.Iu.d.l.ita ſtipulatus.num. 97. & quod d. l. ſi domus non loquatur in his terminis, ſed quando legatur incertum de incertis tenet Bar.& omnes in l. ſi domus. ut fatetur Alex. d. l. ita ſtipulatus. nu.32.Communem dicit Iaſ. l. ſi quis à filio.§.ſi quis plures.nu.2.ff.de leg.1.

8. Sed quid ſi conſtet teſtatorem ab initio ſenſiſſe de certo,ut quia antequã teſtaretur,dixit ſe velle fundum certũ Titio relinquere, & poſtea teſtamẽto ſtatim facto per errorem omiſit,& legauit ſimpliciter fundum?Reſpond.Bar.in d.l.ita ſtipulatus. valere tale legatũ exiſtimat. & volũtatem teſtatoris declarari per hæ-

redem

redem debere. per text. d. l. legato §. 1. & Bar. ſequũtur omnes ut teſtatur Alex. d. l. ita ſtipulatus num. 32. & quòd opinio Bart. ſit communis, dicit ibid. Soc. Iu. nume. 85. & 99. licet cõtrarium teneat ibi. Imo. quem idem Soc. dicit communiter reprobari. ipſe tamen Soc. in eius ſentẽtiam videtur inclinare. Sed à communẽ non eſt recedẽdum, cum conſtet teſtatorẽ de certo fundo ſenſiſſe, & ſæpenumerò teſtatores ęgri mortis cogitatione in eiuſmodi locutionibus labantur & memoria deficiãt. unde eius uoluntatis declaratio hæredi committetur.

Quæſtio Sexageſimaſecunda.

SVMMARIA.

1 *In legato generis ſi uerba directa sũt ad hæredẽ ipſius erit electio, ſin ad legatariũ & ipſius erit, & num. 2.*

3 *Legati incertis habentis terminos à natura uerba ad neutrũ directa ſit teſtator non ſenſit de certo, electio eſt legatarÿ. Secus in legato quod facto hominis limitatur.*

4 *Legati à natura limitati electio eſt legatarÿ ſi cogitauit de certa ſpecie, & nu. 5.*

6 *In legatis alternatiuis cuius ſit electio.*

7 *Si teſtatur habẽs plures res eiuſdẽ generis legat unã uni, aliam alÿ, non exprimens in ſpecie rẽ legatam, quis eorum eliget.*

1 IVxta prædicta q̃ro in legato valido cuius ſit electio? Reſp. q́ó hæc intricata eſt. Tu dic, aut teſtator alicui exp̃ſsè conceſſit electionem, & tũc ei competit electio, & hoc non habet dubium.

2 Aut nõ expreſsè, & tũc aut verba executiua legati dirigũtur ad legatarium & eius erit electio. Aut dirigũtur verba ad hæredem. & tunc hęredis erit electio. gl. eſt ordin. & cõmuniter probata in l. Lucio. ff. de leg. 2. vt teſtatur Alex. d. l. legato. nu. 4. & ꝙ hęc ſit cõmunis opinio dicit Ant. Gomez. varia. reſo. tõ. 2. cap. 11. nu. 43. & quod hoc non habet dubium fatetur Zaſ. d. l. legato. nu. 22. communẽ dicit Couar. c. indicante. nu. 3. de teſt.

3 Aut verò verba legati ad neutrũ referuntur, ſed ſimpliciter proferũtur, & ſumus in dubio, & habes gl. diſtinguẽtem in d. l. legato generaliter, quam communiter approbatam dicit ibi Alexãd. nu. 3. Iaſ. nu. 21. & 23. Zaſ. nu. 16. in fi. & fatetur Ioa. Sneidewein. tit. de leg. §. 1. generaliter, nu. 15. Aut n. res in genere legata habet fines à natura deſignatos, & tũc ſi res talis in patrimonio eius inueniatur electio erit legatarii. Ratio eſt, q̃a legatarius habet commodum actionum, ut legata petat qua actione uelit. Vnde conſequens eſt, ut habeat commodum eligẽdi, quę petere poſſit. & hęc ratio cõmuniter approbatur, vt dicit Iaſ. d. l. legato. nu. 19. Sin autem non habet in patrimonio teſtator, electio eſt hęredis, quia in rebus alienis electio locum non habet.

Aut verò legatũ tale eſt quod facto, aut deſtinatione hominis limitatũ ſi quidem eas res teſtator in patrimonio ſuo habuerit, electio eſt hæredis, ſiue teſtator de certo ſenſerit, ſiue nõ d. gl. ĩ d. l. legato. & l. ſi domus. & ibi Alex. n. 2. dicit d. gl. cõmuniter teneri Iaſ. nu. 21. Zaſ. d. l. ſi legato licet ipſe omnino condẽnet hãc opinionẽ exiſtimãs in dubio, vbi res omnino incerta relinquitur electionem hoc caſu quoque eſſe legatarii. Quam concluſionem tamen intellige, vt procedat quando teſtator plures domos habuit ĩ vna ciuitate: ſecus ſi in diuerſis ciuitatibus, q̃a teſtator intelligit reliq̃ſſe illã domũ, quæ eſt in ciuitate, in qua habitauit, & ita tũc non eſt electio hęredis quã velit dare ita tenet Bal. in conſ. 72. lib. 3. Alex. d. l. ſi domus. & ibi Iaſ. n. 8. dicit hãc eſſe cõem opi. licet ipſe cõtrariũ teneat Bero. q. 101. n. 2. & 5. Gul. Bene, c. Rain. verb. domũ. n. 35. communẽ quoque dicit Pet. Peck. de teſt. coniug. lib. 5. c. 11. num. 3. vbi improbat Iaſ.

4 Prædicta etiam in legato generis à natura limitati procedunt, quãdo teſtator omninò incertum reliquit, & nõ. cogitauit de certa ſpecie, quia. ſ. non nominatim, ſed in genere ſpeciẽ aliquam legauit, ut lego vnã domũ, vel duos ſeruos. Secus verò ſi cogitauit de certa ſpecie. quia nominatim expreſſit, ut lego Titiũ ex ſeruis meis cũ plures Titios haberet tunc enim electio ad hęredem pertinet. gl. approbata. d. l. legato Ratio eſt, quia magis eſt declaratio volũtatis defuncti, quam ut plurimum veriſimiliter melius nouit hæres quam alius. ita dicit Bar. & Doct. communiter, ut teſtatur Iaſon. l. ſi quis à filio. §. ſi quis. nume. 8. ff. de legat. 1. qui tamen improbat illam rationem.

Sed

5 Sed quæro, quid ſi teſtator fundum, vel domum legauerit, & nõ habuit in pa trimonio, ſed tamẽ de certa ſpecie ſenſit, vt quia legauit fundum Titianum & vici nus plures habet fundos Titianos, cuius erit electio? Reſp. gl. fi. d. l. legato dicit qđ videtˀ legatarii eſſe electionẽ. Sed eã communiter improbari dicit Iaſ. ibi. in fi. Zaſ. n. 20. & quod electio hoc etiam caſu ſit hæredis quæ ſententia etiam uerior, quia tex. ibi indiſtinctè loquitur.

6 Sed quid in legatis alternatiuis, cuius erit electio hæredis ne an legatarii? Reſp. quòd ſi verba executiua diriguntur, vel ad hæredem, vel legatarium, eius erit electio. Sin autem dubium eſt, quia ſimpliciter alternatiuè relictũ eſt, legatarius debet eligere. ita eſt glo. pulchra & communiter approbata in l. Lucio. ff. de leg 2. vt teſtatur Aut. Com. varia. reſor. tom. 2. ca. 11. nu. 43. & communem dicit opi. Sal. l. plerunque. §. fina. ff. de iur. dot. Alex. l. ſi pluribus. §. ſi ita Titio. & in l. qui duos. ff. de leg. 1. & hãc gl. meliorẽ de iure dicit Bal. & Imo. ibi cõem dicit opinionẽ Did. Couar. c. indicante. nu. 3. ext. de teſt. quã uis ſecus ſit in contractibus, vt ibi dixi.

7 Quæro item, pone quidẽ teſtator habuit duas res eiuſdem generis quarũ vna prætioſior altera, vt puta equos & legauit vnũ cuidã amico ſuo, alterum alii vter illorũ eliget; Reſpon. alii aliter ſentiunt, ſed communis eſt opinio quod is eliget qui primo nominatus eſt. ita tenet Dyn. in l. ſi. ita ſcriptum. ff. de legat. 1. & ſequitˀ Barto. & doctores in l. qui duos. ff. eod. titul. & ibi Alexand. dicit hãc eſſe communem opinionem, nume. 5. Iaſ. nume. 6. Communem quoque fatetur Lancel. Dec. d. l. ſi ita ſcriptum. Anto. Gome. variar. reſolu. Tom. 1. capit. vltim. nu. 18. Quia legatum eſt incertũ de certis & teſtator legans unum de certis non uidetur cogitaſſe magis de vno quàm de alio itaque non hęredis ſed legatarii debet eſſe electio.

Quæſtio Sexageſimatertia.

SVMMARIVM.

Quid in legato generis in dubio ſit eligendũ.

SVcceſſiuè quęro etiam, quid in legato generis in dubio debeat eligi An mediocre vel minimum? Reſpond. glo. in d. l. domus diſtinguit. Aut res in genere legata talis eſt, quã potius [illegible] habere, quã habere expediat, vt in animalibus, & tunc mediocris non optuma eligitur, nec peſſima. ita loquitur d. l. legato.

Aut talis res relicta, quam ẽt exiguã potius habere expedit quàm nõ habere, vt domus, lãx, & ſimiles, & tũc quod minimũ eligi poteſt, hanc gloſſę opinionẽ dicit communiter approbatam Alex. nu. 2. & Iaſ. n. 23. d. l. ſi domus. Iaſ. d. l. generaliter. nu. 13. vbi ſubdit quod non videtur vera, ſed tñ durũ foret ab ea recedere ideoq; tenẽda. Cõem quoq; dicit Zaſ. ibi. nullo ĩ diuerſũ eũt. n. 12. licet ipſe vt erroneã reprobet Couar. c. 4. n. 4. de teſt.

Quæſtio Sexageſima quarta.

SVMMARIA.

1 *Incertitudo circa perſonam legatarÿ vitiat legatum, & declaratur nu. 2.*

3 *Legatũ incertũ ratione perſonæ fauore piæ cauſæ non uitiatur.*

4 *Legatũ eccleſiæ relictũ ſi plures ſint eccleſiæ in domicilio teſtatoris, cui debebitˀ & ſeq.*

5 *Legatum incertum ratione loci an ualeat ad pias cauſas. num. 6.*

1 DIctũ eſt de incertitudine circa rem legatam: Sed quæro an incertitudo circa legatarium vitiet legatũ? Reſp. quod ſic. ita tenet Barto. l. ſi ita. ff. de reb. dub. & eſt cõmunis opinio, ut aſſerit Bened. Capra. ĩ tract. reg. reg. 113. Ant. Gome. varia. reſo. tom. 2. c. 11. nu. 8. hæres. n. non cogitur ſoluere, niſi appareat certa perſona, de qua ſenſerit teſtator.

2 Declara tamen hanc concluſionem vt non procedat quando legatum fit perſonæ incertæ de certis, ſiue de incertis, qñ ex futuro euentu perſona venit certificãda: quia tunc legatum valet. hanc dicit eſſe communẽ opinionẽ Bar. Soc. l. quidã relegatus. nume. 12. ff. de reb. dub.

3 Item hæc concluſio non habet locum quo ad pias cauſas: valet enim legatum ratione perſonæ incertum. hanc dicit eſſe communem opinionem Bart. Soc. d. l. quidã. num. 12. Capra. d. reg. 113. num. 3. Ideoque ſi legatum factum ſit pauperibus, uel eccleſię ſine alia demõſtratione ualet. ita tenet gl. l. quidam ff. de reb. dub. & ita tenere Bartol. & omnes refert Gomez. d. tom. 2. cap. 11. num. 8. verſ. 8. concluſio.

cluſio. Fernand. Vaſqui. lib. 3. de ſucceſ. progreſ. §. 27. nu. 42.

4 Sed quid ſi plures ſint eccleſiæ in ciuitate teſtatoris: cui debebit? Reſpon. Sũt qui uelint maiori relictum uideri. ita docet Faber. & Ang. in §. ius quidẽ. inſti. de iure nat. gent. & ciuili.

Sed contrariam opinionem, quod ſcilicet parochiali eccleſiæ teſtatoris debeatur, tenet Bart. l. quæ cõditio, §. cum ita, ff. de cõdit. & demonſtr. Anchor. capitu. Relatũ, ext. de teſta. & hanc dicit eſſe cõmunem opinionẽ Iaſ. l. qui inſulam. ff. de verb. oblig. Abb. c. indicante, de teſtã. Andr. Tiraq. 1 tract. de priuil. piæ cauſæ. priu. 56. licet ipſe neutram partẽ ſequatur, ſed communem veram dicit Vaſqui. de ſucceſ. progreſ. lib. 3. §. 27. num. 42.

5 Idẽ eſt, ſi eccleſiæ S. Mariæ relictũ ſit legatum, & plures ſint eccleſiæ eiuſdem nominis: Nanque tunc debitur eccleſiæ in parochia teſtatoris exiſtenti ita tenet Ioan. Andr. & Imo. d. c. indicãte. Bar. d. l. quæ conditio, §. fina. & hæc eſt cummunis & recepta opinio, vt refert Capra d. reg. 113. nu 7. Barto. Soc. l. quæ cõditio, §. cum ita, in prin. ff. de cõdi. & demonſt. Sin autẽ vtraque in eadem parochia ſit, inſpiciendum erit, an ab alterutra obſequia acceperit, & ei preſtabitur: Sin minus ei, quã ipſe ſolitus ingredi, vel pauperiori ſi vtranque viſitare cõſueuit, vel utrique ſi æquè paupertate premantur, ita communiter teneri dicit Gomez. d. c. 11. numer. 8. & ſeq.

Sed ſi de ſupradictis diſtingui nõ poſſit, in dubio Epiſcopus vni aſſignando gratificari poterit. ita tenet Hoſt. & Doctores. d. c. indicante, & hanc communem eſſe opinionem dicit Capra, d. reg. 113. num. 11. Dida. Coua. d. capit. indicãte, nu. 2. quamuis ipſe de iure uerius exiſtimet diuidendũ legatum equaliter inter dictas eccleſias.

6 Similiter ſi ratione loci incertũ ſit legatum, fauore piæ cauſæ valet, vt ſi teſtator iuſſit monaſterium uel eccleſiam extrui nõ expreſſo loco. ita tenet gl. c. nos. quidã, extr. de teſta. & ita communiter teneri dicit Capra reg. 113. num. 14. & dictam gloſſam cõiter eſſe probatam dicit Alex. Iaſ. & Rip. nu. 19. l. ita ſtipulatus. ff. de uerb. obli. Coua. c. 3. nu. 12. de teſta.

Quæſtio Sexageſimaquinta.

SVMMARIA.

1 *Nominatim quando dicatur legatum eſſe relictum.*

2 *Legatum an uitietur propter errorem in nomine proprio rei legatæ. & quid ĩ nomine teſtatoris, num. 4.*

3 *Vt de corpore conſtet ſufficiunt duæ demonſtrationes.*

5 *Quid ſi erratum ſit in nomine appellatiuo. Error in nomine proprio uel appellatiuo nõ uitiat legatum un. 6. 7. & 8.*

Quid ſi in nomine adiectiuo ſit erratũ. n. 9.

Si teſtator legauit equum morellum cũ haberet tãtum album, ualet legatum. n. 10.

1 NOminatim quoq; legata relinqui poſſe dictũ eſt: & hoc ſit quando exprimitur nomẽ proprium, uel appellatiuum, ſeu adiectiuum, q nõ põt conuenire niſi uni. hãc dicit ueriorẽ opinionẽ Bolog. l. ſerui, par. 1. n. 84. ff. de lega. 1.

2 Sed quęro, quid ſi legato nominatim relicto in nomine erratum fuerit. nunquid vitiabitur legatũ? Reſp. diſtinguẽdum eſt: Aut enim error ſit in nomine proprio, aut appellatiuo. Primo caſu error in nomine proprio ipſius rei legatæ non vitiat legatũ, ſi aliàs de corpore cõſtet, vt per cõfinia, vel quia nõ hẽt teſtator niſi vnum fundum. ita tenet Bar. l. ſi qs fundi. ff. de leg. 1. & ibi Rip. dicit hãc eſſe cõem opinionẽ. & magis communẽ dicit Alexand. conſil. 108. num. 7. vol. 8.

3 Et nota, quo ad hoc, ut de corpore cõſtet, ſufficere duas demõſtrationes, quæ corpori cõueniunt. ita tenet Bar. l. 1. §. ſi. ff. de dote pręleg. Alexan. d. conſi. & cõmunem dicit eſſe opinionem Mandel. Alban. conſ. 10. num. 4.

4 Itẽ in legato alternatiuo ẽt tacito & facto legatarij puta qñ teſtator legat eãdem rem duobus in ſolidũ quo caſu vĩ rem legaſſe vni, alteri æſtimationem, & eſt in electione eius, qui primo fuit litẽ conteſtatus, nãq; nõ datur rei uẽdicatio. Bar. l. ſi pluribus, & eſt cõis opinio, ut dicit Iaſ. ibi, & idẽ Iaſ. d. l. j. itẽ Rip. de le. j.

Item

5 Item in re hæredis legata non datur ad eam rei vẽdicatio. ita Bar. l. ſi hæredis ſeruus, ff. de leg. 1. communem dicit Rip. d. l. 1. nu. 59. Quod tamen intellige, niſi de conſenſu hæredis rem apud legatariũ exiſtentem legauerit. ita Alex. d. l. 1. nu. 59. Sed tu uid. quæ dixi ſupra q. 69.

6 Dic idem in legato uſusfructus earũ rerum, quę uſu conſumuntur, qui uſusfructus nõ cõſtituitur ipſo iure niſi pręſtita cautione de reſtituendo tantũdem. ita eſt communis opinio, ut dicit Rip. d. l. 1. num. 61. Solus Alex. repugnat, cuius doctrinã cõiter re ꝓbatã dicit idẽ. Ripa. Eandem dicit cõem Bolog. ibid. nu. 304.

Quæſtio Septuageſimaſexta.

SVMMARIA.

1 *Hypothecaria an competierit pro legatis cõſequendis ſe de iure ſforum.*

2 *An res ipſa legata p hypotecariã peti poſſit.*

3 *An detur pro legatis, pro quib. cõpetit ſolũ officium iudicis.*

4 *Quid ſi remittat teſtator hypothecã tacitã in teſtamento.*

1 Dixi etiã hypothecariam actionem ꝓ legatis competere & iſtud hodie ẽ expeditũ, ſed dubiũ fuit, an de iure fforũ cõpetierit. Et Bar. l. is cui, §. poſtquã vt in poſ. legat. exiſtimauit cõpetere, & hãc opinionem dicit veriorem Rom. in ſingu. 596. incip. legatarius. Sed contrariũ, quòd nõ competierit de iure antiquo, ſed nouiter ꝑ Iuſtinianũ introducta fuit, tenẽt cõiter Doct. vt dicit Rip. d. l. 2. nu. 64. Bolog. nu. 314. ff. de leg. 1.

2 Sed quęro, an res legata poſſit peti ꝑ actionem hypothecariã tãquam ſibi ob ligata tacitè? Reſpõ. gl. §. noſtra iſtit. de leg. tenet ꝙ non, & hanc dicit eſſe communem opinionẽ Iaſ. l. 1. ff. de leg. 1. Bolog. ibid. nu. 318. Contrariam opinionẽ tenet Bar. ſibi contrarius. l. 1. ff. de leg. 1. & eam dicit eſſe cõmunem ibi Soc. Sed primam vt veriorem, & magis communẽm ſequitur Rip. ibi, n. 65. Neguſan. in tract. de pignor. par. 2. memb. 4. nu. 159. dicens Bar. opinionem communiter reprobari. Et procedit iſta cõcluſio etiam ſi eſſet legatum ſpecificè factum credito ri, & ex teſtamento adita hæreditas, ita tenet gl. ordin. §. ſi qs, verb. amplius, inſti. de legat. hanc dicit ueriorem opinionem Alex. l. ſi creditori, ff. de leg. 1. cõtra Bar. ibid. & ꝙ ita tenent omnes moderni cõmuniter dicit Iaſ. ibid. Purpur. ſubdẽs ab ea in iudicando non eſſe recedendum conſi. 29. nu. 14. inter conſi. feudalia.

3 Quæro itẽ, an pro legatis, pro quib. competit ſolum officium iudicis, detur hypothecaria? Reſp. cõmunis eſt ꝙ com petat, ita tenet Bar. d. l. 1. ff. de legat. 1. & hanc dicit eſſe communem opinionem Alex. ibi Soc. & Rip. num. 66. Iacob. de Nigris nu. 150. ſequitur Neguſ. de pign. par. 2. memb. 4. 157. Quę ſententia uera eſt quia exiſtente eadem ratione, diſpoſi tio loquens de actione extenditur ad of ficium iudicis, licet largo modo dicatur actio ſecundum communem, de qua Alex. Dec. l. 1. nume. 23. ff. de iuriſdict. hic autem eſt eadẽ ratio quia hypothecaria datur propter uolũtatem teſtatoris, quę tam in legatis pro quib. iudicis officium competit, adeſt, quam aliis pro quibus actio competit, ergo hypothecaria ſaltẽ utilis competere debet.

4 Scias etiam ꝙ hæc actio non competat qñ teſtator in ſuo teſtamento remittit dictam tacitam hypothecam introdu ctam pro legatis, nã illam remittere põt ut tenet gl. l. 2. ff. ut in poſ. leg. ibi Bar. & magis cõiter doct. ut fatetur. Neguſan. d. loco, nu. 161. Cõem dicit Alex. nu. 13. & Cro. nu. 45. l. nemo poteſt, ff. de legat. 1.

Quæſtio Septuageſimaſeptima.

SVMMARIVM.

An pro legatis agi poſſit executiuè.

1 Quæro an pro legato conſequendo agi poſſit via executiua, uel ꝑ viam præceptorum? Rdſpõ. variè locuti ſunt Doc. namque Alex. in l. ſi cum dotem, §. eo autẽ tempore, nu. 60. ff. ſol. mat. vo luit nequaquã legatariũ executiuè agere poſſe, & plures moderni ſecuti ſũt vt per Menoch. trac. de adipiſ. poſ. remed. 4. nu. 694. verſ. hoc etiam intelligitur.

Sed cõtrariã opinionem quod qñ pe titur legatum eſt teſtõ, nõ eſt neceſſe ꝙ pars petat heredẽ condẽnari per ſniam definitiuam, ſed tãtũ vt fiat ꝓceptum de ſoluẽdo. tenuit gl. verb. decreto, §. illud. Auth. de hæred. & falc. & ibi Ang. & no tandũ dicit Iaſ. l. fin. C. de edict. D. Adria ni, quia quotidianum, & hãc communẽ

eſſe opinionem dicit Fran.Dec.conſ.17. nu.6.& q̄ hæc uerior & ſp ſibi æquior viſa fuit Ioſeph.Ludo.dec.23.nu.9. & omnino ſequenda eſt,cum pro ea ſtet gloſſ.

Quæſtio Septuageſimaoctaua.

SVMMARIA.

1 *Legata reuocatur expreſſe uel tacitè.*
2 *An legata reuocari poſſint in uoluntate minus ſolenni.*
3 *In codicillis ſolenniter factis reuocatio fit ipſo iure, aliàs ope exceptionis tãtum, & quando dicatur ſolennes.*
4 *Tacitè quibus modis reuocantur legata 13 per inimicitias capitales, & quãdo, n.5.*
Alienatione uoluntaria fit reuocatio, nu.6.
Quid in hypotheca, nu 7.
Quid ſi alienatio fuit nulla, nu.8.

Reſtat ut qualiter reuocetur legatũ a teſtatore relictũ, dicamus: Et hoc
1 fit uel expreſſe, uel tacitè. Expſſe dĩ fieri, quãdo teſtator ductus pœnitentia, reuocat legatũ in totum, uel pro parte, qđ quidem in teſtõ uel ultima uoluntate æque ſolenni fieri poſſe, nõ hẽt dubium.
2 Sed quæro, nunquid talis reuocatio expreſſa fieri poſſit in uoluntate minus ſolenni utputa codicillis? Reſp. q̄ ſic.ita tenet gl.l. fideicommiſſum. C. de fideic. quam ab omnibus receptã eſſe dicit Dida.Couar.rub.de teſt.par.2.n.27. & hãc ſniam communem eſſe fatentur Alex.& Iaſ.l.ſi ita ſcriptum,ff.de leg.1.Alex.l.datum legatum,C.de legat. Pau.de Caſt.l. hæredes palam,§.ſi quis,ff.de teſtam.
3 Et nota, q̄ ſi codicilli ſunt ſolenniter facti, adẽptio fit ipſo iure.ita eſt cõis opinio, ut fateť Couar.d.rub. par.2. nu.21. uerſi.qđ ſi.& frequẽter placitũ aſſeuerat Porcus inſt.d.leg.adẽpan prin.nu.4.Sin uero ſolẽnes nõ ſint, ope exceptionis legata cenſenť adẽpta ita dicit gl. quã ſup. diximus cõiter approbatã d.l. fideicom. & tenet Imo. Ale. d.l. ſi ita ſcriptũ Dñr autem codicilli minus ſolennes quo ad hunc effectũ ſi in eis legata non dentur.
4 Tacitè fit reuocatio, qñ eſt cõiectura a mente teſtatoris id apparet. Et hoc fit in caſib.ſeq.Primus caſus eſt qñ poſt legatum inter teſtõrẽ & legatariũ ſuperuenerũt inimicitiæ capitales & graues, qa tũc pſumiť mutatio uoluntatis: ſecus ſi fuerint leues inimicitiæ, uel ſi iterum redierint in grãm & amicitiã, quia tunc iterum confirmatur legatũ.ita eſt tex.l.3.§. fi.& ſeq.ff.de adimẽ.leg.& ibi gl. & Doc. cõiter, ut dicit Ant.Gomez.uaria, reſol. lib.1.c.12.nu.56.Ideoq; ſi legatarius cõmiſit adulteriũ cum uxore teſtatoris, cẽſetur reuocatum legatum. ita eſt gl. cõiter probata in l.fideicõmiſſum, C. de fideic.ut dicit ibi Iaſ.& Gomez.d.loco.
5 Sed oriť dubitabilis qõ, nunquid hæc reuocatio, quæ pp inimicitias capitales induciť, demũ pcedit, ſi facto & culpa legatarii inimicitiæ capitales ſupuenerit, an uero etiam ſi culpa donatoris? Reſp. Bar.l.cum tabulis §.1.ff.de his, quibus, ut indi. exiſtimauit hanc reuocationem demum pcedere, ſi culpa legatarii pceſſerint inimicitię.& refert Iaſ.in l.ſi filia. nu.2.C.de inoſ.teſt.& l.hæreditas, C.q-bus ut indig. dicẽs q̄ nõ inuenit aliquẽ, qui uel approbet, uel reprobet. Sed eam ſequitur expreſſe Alex. ibi addit. ad Bart. & plures alii, de quibus per Vaſq.de ſucceſ.progreſſ.§.27.nu.9.

Contrarium tñ quod indiſtinctè procedat ẽt nulla legatarii culpa interueniẽte, ſed ſolius teſtatoris, cenſuit idem Iaſ. d.locis, Rip.l.ult.q.45.n.151.nouiſſimè Vaſq. ubi ſu.dicẽs hãc opinionẽ eſſe ueriorẽ Soarez addi.ad Gome.d.loco, littera M.quia rõ, quod preſumitur mutatio uoluntatis, utroq; caſu militat.Sed Bar. opinionem plurib. adductis auctoritab. reddi cõem dicit Cat. Cotta. memorab. ſuorum lib.uerb.inimicitiæ, & Bar.i hac ſententia plures ſequaces habuiſſe, contra dicentem uerò neminem, excepto.Iaſone, Io.de amic.& Ripa.dicit Hyp. Rimin.de dona.in prin.nu.412. eamq; ſequitur & tenẽda eſt Cum.n.teſtator potuerit mutare teſtamentum, & id non fecerit, lex præſumit cum pœnituiſſe prioris offenſæ, quam legatario intulerat, & voluiſſe cum illo teſtamento mori, merito legatum firmum debet remanere.
6 Secundus caſus, ſi teſtator rem legatã poſtea in vita alienauit, quod intelligas ſi volũtarie facta ſit alienatio. Secus ſi de neceſſitate rei familiaris, tex.§.ſi rẽ inſt. de leg.vbi glo.& eſt communis vt aſſerit Capra.reg.108.nu.21.Gomez.d.ca.12. num.56. non enim creditur teſtator animum reuocandi habuiſſe, quoniam neceſſitate

ceſſitate rei familiaris conctus vendit, ideoq; hæres cõtrarium probare debet.

7 Quæro ſi non plenè alienauit, ſed tantum pignoris uel hypothecæ loco poſuit? Reſpon. quod nõ cenſeatur reuocatũ d. §. ſi rem ſuam. inſti. de leg. ita tenẽt cõiter Doctores. l. q poſt, C. de leg. vt teſtaĩ ibi Alex. Gomez. d. c. 12. nume. 56. Hieron. Alban. cõſi. 31. nu. 4. Quia natura pignoris nõ eſt, vt fit apud creditorẽ perpetuo, vnde cẽſetur teſtator per eius obligationem uoluntatem mutaſſe.

8 Sed quid ſi elienatio nulla ſit? Reſpõ. quod inducit reuocatio. ita tenet Bart. l. cũ domin⁹, §. fi. ff. de pecul. leg. Ale. Iaſ. l. plane, ff. de leg. 1. tex. l. legatũ, §. pater, ff. de adimend. leg. ita cõiter teneri dicit Capra d. reg. 108. n. & cõem intellectũ. d. §. pater, dicit Couar. d. 2. par. nu. 2. rub. ext. de teſtam. actus. n. inter viuos licet nulli ſint, ademptionem legati inducunt.

Quæſtio Septuageſimanona.

SVMMARIVM.

Qualiter probetur reuocatio.

QVero qualiter probãda ſit reuocatio legati per teſtatorẽ facta? Reſpõ. Cõmunis eſt opinio expreſſam adẽptionẽ quinq; teſtibus probãdã eſſe. Eam aũt quæ tacitè fit, vt puta inimicitiã, vel aliũ ſimplicẽ actũ duob. ꝓbari poſſe. ita tenet Bar. d. l. fideicõmiſſum, licet i d. §. ſi quis, vtroq; caſu teſtes requiri autumet, & hãc primã opinionẽ cõem eſſe dicit Couar. d. par. 2. num. 21.

Quæſtio Octuageſima.

SVMMARIA.

1 *An teſtator legãs vni, quod alteri legauit cenſeatur adimere. & quando nu. 2. 3. 4.*

1 QVero itẽ ſi teſtator legat vni, ꝙ alteri legauit, an cenſeantur adimere? Reſp. Quod ſi expreſſe cõſtat, ꝙ teſtator expreſſe uoluit adimere a primo & dare ſecũdo, nõ hẽt dubiũ Bart. l. ſicut, ff. de adimẽ. legat. quẽ ſequũtur magis cõiter oẽs, vt dicit Alex. d. l. ſi plurib. Sin uero nõ cõſtat in dubio, nõ vr adimere niſi partẽ quæ applicaĩ per cõiunctionẽ rea lẽ. ita tenet gl. l. ſicut. ff. de adimen. legat. & ibi ſequit Bar. & idem Bar. l. re coniũcti, 2. oppoſit. in princ. & hãc opinionem Bar. magis cõiter probatã eſſe teſtaĩ. Alex. l. ſi plurib. ff. de leg. 1. nu. 2. Ant. Gomez varia. reſol. li. 1. c. 10. nu. 24. verſ. nec obſtat. Natta addit. ad Alex. conſi. 169. lib. 5. Couar. rub. de teſta. par. 2. nu. 21. Ferna. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. li. 3. §. 23. n. 96. Soarez addit. ad Gome. d. loco littera G.

2 Et procedit hęc concluſio, ſiue teſtator ſimpliciter nõ facta cõmemoratione primi legati, ſiue ſub cõmemoratione primi qa non in totum, ſed pro parte tantũ ademptio facta cenſetur. ita tenet Barto. d. l. re coniũcti, & eſt cõis cõcluſio vt dicit ibidẽ Iaſ. n. 24. Cro. n. 9. & 10. Doctores. ſ. allegati. licet cõtrariã Dy. ſniam in pũcto iuris veriorẽ exiſtimet Crot.

3 Aduerte tamẽ, ꝙ ſi teſtator eandẽ rẽ pluribus legauerit ſeparatim hoc acto, vt quilibet illam in ſolidũ conſequatur tunc uni res, alteri æſtimatio debetur, tex. l. ſi plurib. ff. de leg. 1. & ibi tenẽt omnes Doctores, vt dicit Gomez. d. c. 10. n. 24. & communem eſſe opinionem dicit Crot. l. re coniuncti, num. 25. ff. de leg. 3. & dixi infra. §. ius accreſcendi.

Adde etiã, quod prędicta procedunt in legato ſpeciei, ſecus in legato quãtitatis, quia cenſetur multiplicatum, ſi diuerſis ſcripturis fuerit relictũ. ita tenet glo. l. planè, §. 1. ff. de l. 1. & eſt cõmunis opinio, ut dicit Iaſ. ibi nu. 16. Gom. varia. reſol. lib. 1. c. 10. n. 24. in fi. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. lib. 3. §. 21. nu. 11. & nu. 15 dixi infra. §. ius accreſcendi. q. ubi uide.

§. Donatio cauſa mortis.

Quæſtio Prima.

SVMMARIA.

1 *Quid ſi donatio cauſa mortis.*

2 *An in dubio cenſeaĩ donatio cauſa mortis & num. 3.*

Quid ſi dicatur donari cauſa mortis adijciatur pactum de nõ reuocando, num. 4. 5. & nu. 6.

Quid ſi fiat alicuĩ. & hæredibus eius. nu. 7.

Quid ſi dictũ ſit, donari inter viuos an cenſenda ſit donatio cauſa mortis, ſi fiat mentio mortis nu. 8.

LEgatis donatio cauſa mortis ꝓxima eſt, & hodie frequẽs in his regionibus. Quęro primum, quid ſit donatio cauſa mortis? Reſpon. Donatio cauſa mortis eſt.

eſt, cũ magis ſe quis uelit hēre, quã eũ, cui donat. magisq; eum, cui donat, quã hæredẽ ſuũ. tex. §. 1 ſumma, inſti. de don.

2 Sed quero, an in dubio cenſeatur potius inter uiuos uel cauſa mortis? Reſ. ꝙ ſi fiat mẽtio mortis, præſumitur donatio cauſa mortis, alias ſecus. ita tenet gl. & ſequitur Bar. l. Seia, §. fin. ff. de donat. cauſa mort. & hanc dicit eſſe communẽ opinionem Iaſ. l. quę dotis, nu. 16. ff. ſolu. matr. Alex. conſ. 81. nu. 2. uol. 2. Dec. l. h. n. 20. C. de pact. Pariſ. con. 90. in princ. uol. 3. communem quoq; dicit Boci. deciſ. 354. in prin. Grammat. conſ. 125. num. 1. Bertrád. conſi. 58. nu. 6. uol. 2. idem ait Ant. Gomez. uar. reſol. li. 2. c. 4. nu. 16. Did. Couar. rub. ext. de teſtam. part. 3. nu. 25. Rimi. inſti. de donat. in princ. nu. 316. Iul. Clarus, §. donatio, q. 4. Viuius recept. ſenten. li. 1. verb. donatio. Soarez in theſau. verb. donatio.

3 Et hęc quidem concluſio, procedit, ſiue fiat donatio ab infirmo, uel in mortis extremis exiſtente, uel ratione nauigationis, incurſus hoſtiũ, aut ſimilis neceſſitatis, ſiue etiam fiat a ſano. Requirit .n. mortis mentionẽ, ut dicatur cauſa mortis, alias inter uiuos cenſetur. ita communiter tenere Doctores ultra laudatos p Clarum, dicit Alex. d. l. quæ dotis, nu. 6. Gomez. d. capit. 4. Hyppol. Riminal. de donat. in princip. nume. 319. & ſequen. Didac. Couar. d. rub. part. 3. numero 25. licet aliter uoluerit Buti. c. 2. de conſuetu. quod infirmus in dubio nõ uidetur facere actum inter uiuos, ſed ultimæ uolũtatis. & ſequitur Gozad. conſi. 8. Sed cõmuniter reprobari dicit Alexan. d. l. quę dotis, Guliel. Bened. repet. c. Raynutius. uerb. teſtamentum 4. nume. 21. Frãc. Ripa. lib. 3. Reſpond. cap. 9. Riminal. d. loco, nume. 318. idque propter text. d. l. Seiæ ſecundum communem intellectum, idem dicit Rolan. à Valle conſil. 92. numer. 36. lib. 1. Quod bene nota. quia alias ſæpe multi poſſunt decipi, ſicut ille ſcholaris fuit deceptus a fratribus Prædicatoribus Bononiæ, cum haberet denarios in Bancho: iuſſit enim eis dari cum eſſet in periculo mortis, deinde uolebat repetere: fratres dicebant donationẽ inter uiuos ibi eſſe factam.

Sed quid ſi in donatione dicatur cauſa mortis fieri, & adijciatur pactum de non reuocando: Nũquid cẽſebitur cauſa mortis? Reſp. ꝙ non, ſed erit donatio inter viuos, non attenta mentione mortis. ita tex. eſt clarus, l. vbi ita donatur, ff. de dona. cau. mor. & eſt cõmunis opinio, vt dicit vltra Clarũ, d. q. 4. Gomez. d. c. 4. nu. 22. & ea in re neminem reluctari ait Natta conſ. 104. num. 6. & ſeq. Tobias Nonius conſ. 54. nu. 11. Hyppo. Riminal. de donat. in princip. nu. 361. cum pluribus per eum allegatis. & quod hęc ſit indubitata ſententia dicit Rode. Suarez. allega. 20. nu. 5. & licet quidã exiſtiment neceſſarium eſſe, vt promittat nullo caſu reuocare: Tamen contrarium, quod etiam ſi non dicatur, ꝙ nullo caſu velit reuocari, cõmuniter teneri fatetur Dida. Couard. rubr. part. 2. nu. 11. Videtur enim mẽtio mortis facta potius cauſa differentiæ ſolutionis, quam ſubſtantialis diſpoſitionis.

5 Et hoc quidẽ procul dubio verũ eſt & procedit, quãdo vt donatio inter uiuos ualere poteſt. Sed quid ſi tale pactũ de nõ reuocando redderet donationem inualidã & nullam, vt ſi quis donet omnia bona ſua pręſẽtia, & futura, quæ donatio nõ ualet inter uiuos, ut dixi §. donatio, in materia contractuum? Reſpon. Paul. de Caſtr. cõſil. 101. dicit valere potius vt donationem cauſa mortis ex mẽte cõtrahẽtium, ut actus potius ualeat, quam pereat, quem refert & ſequitur Alexan. l. ſtipulatio hoc modo, num. 19. ff. de verbo. oblig. Soci. cõſ. 130. volume. 1. conſi. 235. volume. 2. Andre. ab Exea. lib. pact. num. 504. Grat. cõſi. 70. volum. 1. & ſequitur Deciſ. Neapol. 338. nu. 6. Hyp. Riminal. de donat. num. 364. Sed cõtrarium tenet idem Alex. d. l. quę dotis, nu. 11. quem ſequitur Guliel. Bene. d. c. Rainutius, verb. teſtamentum. 4. nu. 25. motus ea ratione, ꝙ donatio omniũ bonorum pręſentium & futurorum ualet, quo ad præſentia. quæ ratio tamẽ falſa eſt, ſecundum communem opinionẽ, quæ omnino inutilem eſſe uult talem donationem etiam quo ad preſentia, ut dixi d. §. donatio. hãc ſequi uidetur Gomez. d. c. 4. num. 22. Soarez. in theſa. recept. ſentẽ. verb. donatio, & dicit Alex. d. l. quæ dotis, ab opinione gloſ. l. apud

Cal-

Celſum. §. Iulianus, ff. de doli excep. ſ iu dicando & conſulendo non eſſe receden dū. Sed mihi prima opinio equior & mē ti contrahentium magis conuenire uidetur, quam etiam ſequitur & ſummè notandam dicit Couar. d. rub. nu. 25.

6 Predicta quoque intellige, quādo pa ctum de non reuocando adiectum eſt in ipſa diſpoſitione principali, ut qa dixit teſtator, dono tibi cauſa mortis, & promitto nullo unquā tempore cōtrauenire: Secus ſi in fine inſtrumenti ſubijciatur clauſula generalis: promittit omnia in inſtrumento cōtenta, rata & firma habere & ſeruare: Quia tunc de cōſuetudine Notariorū hæc clauſula, ſicut aliæ ſimiles adiectæ cenſentur, ſecundum communem opinionem, ut firmat Tiraq. repet. l. ſi nunquā, in princ. nume. 122. de Reu. donа. Grāmat. decif. 62. nu. 22. Hāc ſententiā dicit eſſe cōem Gomez. d. c. 4. nu. 22. Didac. Couar. d. Rub. par. 2. nu. 13. & receptionē dicit Soarez in theſau. recep. ſentētia. verb. donatio, num. 281. licet ipſe nō probet. Sed veriſſimā dicit Tobias Nonius cōſi. 54. num. 14. & ego ſequor, qa verba uel clauſule, quę a Notariis epponi ſolita & conſueta ſunt, ex voluntate contrahentium quidem adiecta cenſentur, quando non mutant naturam contractus, alias ſecus.

7 Sed qd ſi fiat alicui & eius heredibus donatio facta mentione mortis: An erit donatio cauſa mortis? Reſp. q̄ non, ſed erit donatio inter uiuos, cum ea tranſmittatur ad hæredes, & pactum illud eſt contra naturam donationis cauſa mortis, de cuius natura eſt, quod premoriente donatario euaneſcat donatio, nec tranſeat ad filios. ita tenet Bald. l. 2. C. de iur. dot. Boer. decif. 353. nu. 22. & hanc opinionem in praxi frequentiſſimo Autorum conſenſu obtinere dicit Didac. Couar. d. rub. par. 3. nu. 25. & cū multis per eum laudatis veriſſimam dicit concluſionem Hyp. Rim. de donat. in princ. num. 346. & quod ſit communis opinio, & ab ea in iudicando temerarium recedere dicit Rolan. a Valle conſ 8. nume. 21. vol. 1. Quam tamen intellige nō ſimpliciter & abſolutè inter uiuos cenſeri, ſed quo ad caſum tantum expreſſum, ſi donatarium premori contingat: ita dicit eſſe de mēte omniū idem Rim. d. prin. nu. 346.

8 Idem eſt, ſi teſtator expreſsè dixit, ſe donare inter vivos, nam donatio cauſa mortis non cenſebitur, etiamſi ſit mentio facta mortis, ſed inter uiuos, nec enī curamus, quod mortis facta ſit mentio. ita tenet Bar. & omnes. d. l. quæ dotis, & facit l. cum maritus, §. fi. ff. de pact. ſecundum verum intellectum gl. quam communiter probat Doct. d. l. quæ dotis, vt dicit Rode. Suarez Alleg. 20. num. 4. Eādem dicit eſſe communem, opinionem Alex. ibi. i. d. l. quę dotis, num. 6. & quod hec concluſio non habet dubium dicit Dec. d. l. fi. nu. 2. C. de pact.

Quæſtio Secunda.

SVMMARIA.

1 *An donatio cauſa mortis potius æquiparetur contractui, quam ultimæ voluntati, & concluditur, quod quo ad modum & formam magis accedat contractibus.*

2 *Idem quò ad confirmationem.*

3 *Quid autem quoad effectum.*

4 *Quid ſi donatio cauſa mortis facta ſit in annos ſingulos, vel annua, bima, trima die. & quid in legatis, nu. 5.*

6 *Accuſans teſtamentum de falſo an amittat donationem cauſa mortis & nu 7.*

8 *Stante ſtatuto, mulierem vel minorem non poſſe contrahere ſine conſenſu viri uel propinquorum an etiam prohibitum ſit donare cauſa mortis.*

1 QVæro, an donatio cauſa mortis æquiparetur potius contractui, quā ultimæ uoluntati? Reſp. Hæc quæſtio in triplicem deducta eſt opinionem. Prima fuit opinio, q̄ donatio mortis cauſa verius habet naturā contractus, quā dixit cōmunē Boer. decif. 34. nu. 12. Secūda fuit, quod uerius eſſet ponēda inter vltimas voluntates, & hāc ueram & cōmunē dixit Hyp. de Marl. ſing. 136. Ripa l. ſciēdū, ff. de leg. 1. refert Cla. §. donatio, q. 5. Tertia opinio fuit Bald. in l. hac cōſultiſſima, C. q teſta. facere poſ. quod ſcilicet quo ad ordinationem, modum, & formam æquiparetur cōtractui. ita itelligit gl. l. 2. ff. de dote pleg. & hāc opinionē magis cōiter ſequunt Doc. d. l. 2. ff. de le. 1. ut teſtaō ibi Cuma. Ale. Ial. dicēs qđ tot⁹ mūdus. ita tenet Ri. Rui. Pō. ta. & Soc. Iun. n. 48. dicēs qđ quaſi oēs ti

ibi,

ibi,q̃ alibi ſe concludunt. Eandem dicit eſſe cõmunem Gulie. Bened.repe.c.Rainr.uerb.teſtamentũ.4.nu.34.Pariſ.conſi. 97.num.5.uol.3.Mainer.l.in teſtamentis,nu.2.ff.de reg.iur. Communem quoque dicit Ale.l.2. nu.10.ff. de uerb. obl. & magis communem dicit. Hypp.Rimi. in princ.de dona.nu. 238. & nume.572. Ant.Gome.uaria.reſol.tom.2.c.4.num. 16.Anç.Natta.d.l.hac cõſultiſſima,§.ex imperfecto,nu,43.Didac.Coua.rub ext. de teſta.par.3.nu.1.ratio ſecundum omnes, quia fit præſenti & factum donatarij requirit, rem ipſam uel promiſſioné recipiétis: fit enim traditione uel ſtipulatione,uel ſaltẽ nudo pacto, quę in ordinatione ultimæ uolũtatis nõ requiruntˀ.

2 Idem dic quò ad ſui confirmationé: æquiparatur enim contractibus, non legatis.ita tenet Bald.d.l.ſciendũ.& ibi dicit hanc eſſe communem opinioné Alc. Rui.Rip.nu. 18.magis communem Soç. iu.num.77.& Ponta.ibi. Alex.l.qui Romæ.§. Flauius, nu. 10. ff. de uerb.obli. Gul.Bened.d.c.Rainutius,uerb.teſtamẽtũ 4.nu. 36. Didac. Couar.d. rub. par.3. num.22.Hip.d.prin.de donat.num.648. Quia ultimæ uoluntates requirũt ad ſui confirmationẽ aditionẽ hæreditatis. At ſecus eſt in donatione cauſa mortis, quę ſola morte confirmatur. Quæ ratio tamẽ opinionem Doctorum non probat, imò contrarium, cum morte tantum confirmetur hæc donatio non in uita donantis, quod repugnat cõtractibus. Vera itaque uidetur opinio, quod quò ad confirmationem ſui donatio cauſa mortis non æquiparetˀ ultimæ uoluntati, ut omnes tenent, teſte Riminal. Sed nec etiam contractib. per ſupradicta. Scias etiam, quòd licet donatio quo ad ordinationẽ, & formam æquiparetur contractib.& dum fit contractus cenſeri debeat, illud tamen procedere in donatione facta extra teſtamentum: Sin uerò in teſtamento, uel codicilis fiat, diſtinguendum eſt: Aut enim donatio cauſa mortis in teſtamento facta fuit præſente parte uel ſtipulãte, uel notario eius nomine, & tunc etiam dicitur contractus,& agitur ex contractu ſtipulationis. Aut ſtipulatio nõ interuenit, ſed ſimpliciter facta eſt, & tũc poteſt dici ultima uolũtas, quia habet uim fidei commiſſi.ita tenet Bar.l.fin.ff.de dona. cauſa mort. Cuius opinio communiter tenetˀ, ut dicit Imol. & Riminal.d.locis num.591.

3 Ceterum quo ad effectum & efficaciã donatio cauſa mortis iam perfecta ęquiparatur ultimæ uoluntati regulariter ita tenent poſt Bald.frequentiſſimè omnes iuris utriuſq; Doc.Couar.d.rub.part.3. nu.15.ut infra circa effectus dicemus.

4 Sed non procedit hæc ęquiparatio in donatione cauſa mortis in annos ſingulos: Nã dicitˀ una, legata uerò plura tex. eſt l.Senatus,§.fina.ff.de dona.cauſ.mor. & tenet Dyn.ibi, & hanc eſſe communẽ opinionẽ teſtatur ibi Cuma. Alexan.l.ſi Stichum, §.1.ff.de uerb. oblig. & quod ita paſſim omnes cõcludunt dicit Riminal.d. princip.nu.422. & nu.440.Secus tamẽ eſt, ſi in donatione ſtipulatus ſit annua,bima,trima die dari,tunc enim non una,ſed plures ſunt donationes,hanc dicit eſſe communem opinionẽ Cuma. & Alex.d.locis.Rimin.d. princip.idq; pp expreſſam dinumerationem temporum.

7 Et quod dictũ eſt de legatis in annos ſingulos,idem intellige ſi relicta ſint annua,bima, trima die: alias ſecus eſt,ut ſi lego uſumfructum fundi· licet enim uideatur relictus,quouſque uixerit legatarius: Tamen unum eſt legatum: ſecus ſi expreſſa fuit dinumeratio tẽporũ, ideo que ſi maritus filio inſtituto,eique dato ſubſtituto pupillariter,reliquerit uxorẽ uſufructuariã,donec caſte uixerit,legatũ dicitur annuum, incipitque quolibet anno deberi,merito bonis ad ſubſtitutum deuolutis debet habere integrũ uſũfructũ, licet uiuente filio tantũ alimẽta conſequi deberet, ut dixi ſupra.§. precedẽti.q. Secus ſi ſimpliciter tantum uſufructuaria fuiſſet relicta.hec eſt doc. Bar.l.Titia,§.Titia,ff.de leg.2.quã communiter ſequuntur omnes,ut refert Picus, d.§. Titia, nu.35. & ſeq. Rimin.d. prin.de donat.num. 448. Vtilitas huius differentiæ eſt euidens propter moram: Quia cũ donatio ſit una,& pro omnibus annis nata obligatio, lapſus cuiuslibet anni cõſtituit ĩ mora. Sed ĩ legatis cõtra, cũ primo anno tantũ ſint pura, aliis uerò conditionalia,euentus que conditionis nõ poſſit ĩ mora cõſtituere. Bal.l.ita

ſtipu-

ſtipulatus.q.1.n.44.ff.de uerb.oblig. & ita dicit eſſe communẽ opin. Iaſ.l. quoties, ff.de verb.oblig. Hyp.Rim.d.princ. de donat.nũ.462.

6 Prędicta ęquiparatio quoque nõ habet locum in alio: Nam accuſans teſtamentum de falſo perdit legatum ſibi in teſtamento relictum: Donationem verò cauſa mortis non ęquè: idemque ſi quis querelet teſtamentum, non tamen amittit donationem cauſa mortis. ita eſt glo. no. quã Bar. ſequitur l. etiã, ff. de inoff. teſtam. & eſt communis opinio, ut dicit Hyp. & Rimi. in princ. de dona. n. 474. licet contrarium teneat ſolus Fulgoſ. ratio eſt, quia donatio morte cõfirmatur, non teſtamento, & in accuſatione falſi, & querela diſputatur ſolũ de uirib. teſtamenti, ideoque nõ repellitur niſi ab eo, quod debetur ea teſtamẽto, uel uolũtate pendente ab eo.

7 Et hęc quidem concluſio procedit in donatione extra teſtamentum facta.

Sed quid in donatione cauſa mortis cõfirmata in teſtamẽto? Reſp. ꝙ ſi donatio cauſa mortis fuit facta in teſtamento abſenti, quoniã non dicitur propriè donatio cauſa mortis, ſed tranſit in legatũ, ſeu fideicommiſſum, meritò amittit. & hæc concluſio eſt indubitabilis, ut dicit Rimi. in princ. de dona. num. 482. Si uerò donatio facta eſt præſenti, non obſtãte confirmatione in teſtamẽto facta, manet adhuc donatio, & nomen ſuum retinet, & tunc quoque accuſando teſtamẽtum de falſo, perdit donationẽ uelut ab eo pendentem. ita tenet gl. d. l. etiam, & ſequtur Imo. l. fi. ff. de dona. cauſ. mor. & iſta uidetur communis & uerior, ut per Hyp. Rimi. d. prin. de dona. nu. 485. licet contrariũ teneat Pau. de Caſt. d. l. etiam.

8 Prędicta inueſtigatio, an donatio cauſa mortis ęquiparetur contractui, uel ultimę uoluntati, magnam habet utilitatem propter ſtatuta. Nam ſtãte ſtatuto, mulierem uel minorem non poſſe contrahere ſine conſenſu uiri, uel duorum propinquorũ, utique talis vxor uel minor prohibiti, intelliguntur etiã donare cauſa mortis, ſi quidẽ donatio cauſa mortis contractui ęquiparatur in modo incũdi, de quo loquitur ſtatutum. ita teſtatur communem eſſe opinionem Soci. Iu. d. l. 2. nu. 48. Rip. nu. 10. Pont. nu. 32. ff. de leg. 2. Pariſ. conſ. 97. nu. 4. uol [illegible] Di da. Couar. d. rub. de teſ. par. 3. nu. 1 [illegible] etiam opinionem dicit eſſe communem Hyp. Rimi. d. prin. de do. nu. 589. Cõtrarium verò tenent quãplures alij, & hãc ueriorem dicit Iaſ. d. l. 2. nu. 12. Alcia. & refert Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 1. n. 24. Sed à cõi non eſt recedẽdum, ut dicit Ripa. d. loco, quam idem Iaſ. ſibi cõtrarius ſequit §. 1. inſti. de actio. Tiraq. de legib. connub. gl. verb. contracter, n. 74. & 79. Conſenſus enim ille propinquorum reſpicit ſolemnitatem donationis cauſa mortis, & ita modum ineundi. Vnde cũ ſtatutum de contractu loquatur, donatio cauſa mortis, quæ in hoc contractui æquiparatur, excludi non debet.

Quæſtio Tertia.

SVMMARIA.

1 Qui poſſint donare cauſa mortis uel non, & quid in filiofa.

An pater poſſit conſentire filio ſibi donanti num. 2.

An ſufficiat conſenſus tacitus, nu. 3.

4 Clauſula codicillaris an ſuſtineat teſtamentum filiifamilias, conſentiente patre factum, in uim donationis cauſa mortis, & num. 5.

VVlgaris eſt cõcluſio: donare poſſe cauſa mortis eum, qui teſtari non poteſt. econtra prohiberi q teſtari non poteſt. tex. l. tam is. ibi glo. communiter probata, ff. de dona. cauſ. mor. Sed quæro, an filiusfamilias poſſit donare cauſa mortis? Reſp. cõis eſt concluſio omnium indubitata, quòd non. & quidem procedit ſine ſcrupulo in profectitiis uel aduentitijs, quorum vſusfructus ad patrẽ ſpectat. Sed dubiũ eſt in illis bonis, quæ pleno iure ad filium ſpectant: Sũt enim qui exiſtimãt in illis filio permiſſum eſſe donare cauſa mortis ſine cõſenſu patris: hęc opinio fuit in primis de mente antiquorũ, quos refert Bart. & ſequitur l. fi. §. neceſſitate, C. de bo. quę lib. quã magis cõem dicit Crot. l. frater a fratre, ff. de condict. indeb. mouentur hac ratione, quod conſenſus fratris requiratur in aduentitiis filii, non ad integrandam eius perſonam. Sed ob ipſius patris præiu-

præiudicium, vnde ex quo in his nõ hẽt vſumfructũ, pſonã habet integrã filius.

Sed contrariã opinionem, quod indiſtinctè etiam in aduentitiis, quorũ uſuſfructus patri non quæritur, requiratur conſenſus patris, quando filiusfamil. donat cauſa mortis, dicit eſſe communem Alex. l. nemo in prin. nu. 2. C. qui teſt. fa ce. poſ. Soc. conſi. 112. vol. 1. conſi. 172. vol. 2. Soc. d. l. 2. n. 15. ff. de leg. 1. Eandẽ dicit communem latè defendens rubr. conſi. 127. quem refert & ſequitur Hip. Rimin. d. princ. de dona. nu. 520. Couar. d. rub. de teſta. par. 3. nu. 9. ratio eſt, quia conſenſus patris requiritur in effectu ad integrandam perſonam filij, & ita ad authoritatem & ſolennitatem actus, ut dicit gl. d. §. neceſſitate, & ibi Bal. adhæras huic gl. & nunquam errabis & hanc rõné fatentur communiter eſſe approbatã Soc. l. j. §. fuit quæſitum, ff. ad Treb. Couar. d. rub. de teſt. par. 3. nu. 6. Hippo. Rimin. d. prin. de dona. n. 521. & hæc reuera magis communis eſt & tenenda, quicquid dixerit Crot.

Cæterum ſi pater conſenſerit indubitata eſt concluſio, filiumf. donare poſſe mortis. tex. eſt d. l. tam is, §. 1. ff. de donatio, q. 6. Rui. in prin. l. ſenium. C. qui teſta. face. & hoc non eſſe dubium, ſicque omnes concludere. dicit Ant. Gom. c. ſi pater, de teſt. in 6. Hyp. Riminal. d. prin. de dona. nu. 496. Guliel. Bened. repet. c. Rainutius, uerb. matrem inſuper, nu. 43. Solus Cuma. d. l. tam is, §. 1. tenet, contrarium, quoniam teſtamentum cõdere etiam patris conſenſu nequit filiusfam. ut dixi infra §. teſtamentum, & qui non poteſt teſtari, nec donare cauſa mortis poteſt: Sed tñ concludit tandẽ non eſſe contra ſtimulum calcitrandum, & ſic in communem ſententiam declinat. Ratio autem differẽtiæ inter teſtamentum & donationem cauſa mortis multiplex affertur, ſed communiter tenetur ſecunda ratio glo. d. l. ſenium, quod teſtm̃ non debet pendere ex alieno arbitrio, quã late ibi defendit Iaſ. Deciusque Ruin. d. l. 3. dicuntq; eam eſſe communem, ut refert Hypp. Rimin. d. prin. de dona. nu. 530. & nu. 586.

2 Sed quæro, nunquid pater poſſit cõſentire filio ſibi donanti cauſa mortis? Reſpon. magna eſt controuerſia. Sunt qui exiſtiment donationem valere. & fatetur communem eſſe opinionem Pau. de Caſtro, d. l. ſenium, & ſe iuxta hac ſentẽtiam conſuluiſſe, & conſultum eſſe per antiquos Doctores Peruſinos, & iſta opinioné ueriorẽ dicit Bal. conſi. 59. lib. 2. & communem dicit Alex. & Iaſ. d. l. 1. §. quæſitum, num. 3. quos refert Clar. d. q. 6. verſ. quæro etiam, & ueriorem dicunt Moder. Pariſien. add. ad Alex. conſil. 106. uerb. mortis, uol. 1.

Contrariã ſentẽtiam, quod pater nõ poſſit conſentire filio ſibi donanti cauſa mortis, quia non poteſt integrare perſonam filij ad proprium commodum, voluit gl. & poſt eam Bar. l. 1. ff. de author. tutor cuius opinionem fatetur eſſe communem Bal. in conſ. 59. inc. pactum tale eſt, uolum. 2. quem refert Dec. d. l. ſenium, nu. 56. Imo. Rom. & So. d. l. 1. §. quæſitum, Ruber. conſi. 46. & 127. Corne. conſ. 294. uol. 1. Dec. conſil. 245. cõſ. 279. col. 2. Hyppo. Riminal. d. princ. de don. nu. 521. vbi dicit quoque Iaſ. qui contrarium dicit, loqui contra magis cõmunem opinionem Doctorum, & ſic fuiſſe iudicatum tradit Guid. Pap. q. 223 communem cum alijs dicit Clar. d. q. 6. Couar. d. rub. de teſta. par. 3. nu. 7. vnde hæc etiam tãquam magis communis & in iudicijs approbata ſequenda eſt, ut dicit idem Couar. Remedium tamẽ eſt, ut patri donare poſſit cauſa mortis filiuſ famil. quod hoc faciat cum authoritate iudicis, ut docet Ioan. dilect. de arte teſt. cau. 1. tit. 1. quod commendat Crot. d. l. frater a fratre, quæſt. 11. dicta l. ſenium, & ferè omnes.

3 Et nota conſenſum patris in donatione cauſa mortis requiri expreſſum & ſpecialem, nec ſufficere ꝙ tacite cõſentiat, tex. eſt d. l. filiusfam. & docet gl. l. qui in poteſtate, ff. de teſt. Bar. l. tam is, ff. de dona. & non habet cõtradictorem, ut dicit Bar. Soc. conſi. 112. num. 8. quem refert Clar. d. §. donatio, q. 6. uerſ. ſucceſſiue. Ideoque ſi filiusfam. de conſenſu patris fecit teſtamentum, & adiecit clauſulam, ſi non ualet iure teſtamẽti, ualeat eo modo, quo poteſt, uel iure cuiuſcunq; vltimæ uoluntatis, etiam ſi is in quẽ actus di igitur præſens ſit, non ualebit in uim dona-

donationis cā mortis, cuius nulla mētio facta fuit, nec in illa generali clauſula cō prehēdi vr̃, quę magis de codicillis, q̃ de donatiōne cauſa mortis, quę in ſui ordinatione contractui accedit, intelligi dēt, ita communiter teneri Doc. dicit Rolā. in ſum. de teſta. par. 3. num. 18. Bar. Soc. d. conſ. 112. nu. 5. verſ. aliqñ & tertio. & hanc dicit eſſe veritatem Alex. l. ſenium, nu. 9. C. qui teſta. facere poſſ. Secus verò, ſi dixit, ſi nō valet iure teſtamēti, valeat iure codicillorū, vel donationis cā mortis, qa tunc patre expreſsè cōſentiente, eo in quē actus dirigit̃ p̄ſente, talis pręſentia inducit cōſenſū donatarij. in hoc concordare oēs dicit Soc. d. conſ. num. 5. Sed ſi fuerit abſens cui relinquitur nemine recipiente, neque interueniente nuncio vel epiſtola, tūc diſpoſitio illa nec vt teſtamentū nec vt codicillus, ſiquidem etiam de patris conſenſu non id poteſt, nec vt donatio cauſa mortis valere poteſt. p ea q̃ dixi infra q. 9. & cōiter teneri idem Soc. d. conſ. 112. nu. 5.

Sed maior difficultas, ſi filius familias non expreſſiſſet, quod volebat valere iure donationis cauſa mortis, ſed adiecit clauſulam generalem ſi nō valet iure teſtamēti, valeat iure codicillorū, vel cuiuſcūq; volūtatis? Reſp. variarū fuit, sūt. n. qui exiſtimarūt, & tunc valere relictū ut donationem cā mortis, qa primum facta eſt mentio ſpecierū vltimæ voluntatis, nempe teſtamenti & codicillorum, vnde ſubſequens gn̄alis clauſula non poteſt ad aliam ſpeciem quam donationem cā mortis referri, & conſequēter perinde videtur ac ſi expreſſe mētio facta eſſet. quā ſententiam videt̃ tenere Ang. d. l. ſeniū magis veram dicit Alex. ibi nume. 8. & ex authoritatibus per eū relatis, dicit communem Soc. conſ. 125. num. 1. volum. 3.

Sed contrarium tenet Spe. tit. de inſtru. edit. §. compēdioſè, verſ. qđ ſi filius. & ſequit̃ Ang. l. fi. §. q filiis, C. de bo. quę liber. & dicit ita Peruſij eſſe iudicatū, & hanc opi. tenent ſupremæ autoritatis uiri, vt dicit Soc. d. cōſ. 112. n. 7. ſubdēs, qđ illā ſequeretur iudicando in caſu de quo ibi per eū, & eā amplectitur Cou. d. rub. de teſt. par. 3. nu. 10. quia donatio cauſa mortis vt vltima volūtas ſub illis verbis non includit̃, ex eo quod à filiofamilias fieri non poteſt etiā patre in ſpecie conſentiente, ſi iudicat̃ vt ultima uoluntas, nec ſubſtineri. & hæc uidetur in puncto iuris ſubſidere, ſed prima ęquior eſt.

Adde etiā, quod uſque adeò expreſſa & ſpecialis permiſſio requiritur in donatione cauſa mortis filiifamilias, ut ſi qs generaliter concedat filio ſuo, q̀ donare poſſit, non poſſit tantū mortis cauſa donare. tex. l. filius famil. uerſ. ſed. nu. ff. de don. & tenet Are. §. 1. inſt. qb. alien. licet. cuius opinionem communē dicit Rom. d. l. filiusfa. Hyp. Rimi. d. §. 1. nu. 115. & ſeq. dicens ab ea non eſſe recedendum. Nota tamen, quod ille conſenſus præſtandus per Patrem, poteſt præſtari per epiſtolam. ita dicit eſſe communem opinionem Ant. de Tremo. in addi. ad pract. Bonacur. rubr. quib. mod. ſuo. n. 15. uerb. uerum non puto.

Quæſtio Quarta.

SVMMARIA.

1 *Pupillus nō poteſt donare cauſa mortis, etiā cum authoritate tutoris.*

2 *Quid ĩ minore uel adulto habēte curationē.*

1 TVſcis quod pupillus nō poſſit donare cauſa mortis, etiam cum auctoritate tutoris. tex. eſt in. l. j. ff. de tutel. & rat. diſtra. ibi Bar. & Doc.

2 Sed quæro, nunquid minor uel adultus habens curatorem poſſit mortis cauſa donare? Reſp. diuerſæ sūt opiniones, namque quod non poſſit, tenet Bal. c. 1. §. item ſacramenta, de pace iur. firmād. quem refert & ſequit̃ Alex. l. 2. ff. de leg. 1. licet enim adultus poſſit ultimam uoluntatem diſponere. Tamen id demum uerum eſt in mera uoluntate ultima: Secus in donatione cauſa mortis.

3 Sed contrarium tenet idem Bald. ſibi contrarius. l. ſi curatorem habens, C. de in integ. reſti. & eam ſequūtur communiter moderniores, ut dicit Roder. Soarez. alleg. 20. nume. 1. licet cōtrariam opinionem uerioré putet, & probat Soc. Iu. d. l. 2. nu. 62. ff. de leg. 1. ex eo, quia licitum eſt adulto teſtari, ergo eodem modo donare cauſa mortis, & eam ſequor: quia cōmunis eſt opinio, quod donatio cauſa mortis quo ad cauſam efficientem ſiue potentiam faciendi æquiparet̃ ultimæ uolūtati, ut aſſerit So. Iu. d. l. 2 n. 12.

Quæſtio Quinta.

SVMMARIA.

Vſurarius manifeſtus an poſſit donare cauſa mortis.

QVero, vſurarius manifeſtus prohibet teſtari, niſi præſtet cautionẽ de reſtituendo vſuras, iuxta cap. quem quã, de uſur. lib. 6. an poterit donare cã mortis? Reſpon. Articulus eſt valde dubius & controuerſus, quidam exiſtimãt poſſe vſurarium dare cauſa mortis ſine cautione. quã partẽ probat Bal. l. executionẽ, C. de execut. rei iud. & eã dicit eſſe cõem legiſtarũ Ang. i ſua diſpu. Aſtẽſis miles, q. 4. Ripa. d. l. 2. n. 8. ff. de leg. 1. So. Iun. ibi nu. 22. Imo. & Ro. d. l. tam is.

Alij verò cõtrariã aſſeuerant, ꝙ ſcilicet deciſio d. c. quãquã extendatur ẽt ad donationem cã mortis. & hanc eſſe cõem Canoniſtarum opinionem cõtra legiſtas dicit idem Imo. & Rom. d. l. tam is, & ab ea non eſſe recedendũ in iudicando dicit Soc. Senior d. l. 2. nu. 6. & 9. Soc. Iun. nu. 22. & nu. 25. in practica tenẽdam ſuadet. & hanc uti tutiorẽ ſequi Senenſes dicit Rip. ibid. & cõem dicit Natta l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, nu. 45. C. de inof. teſta. Dida. Couar. rubr. extra de teſta. par. 3. num. 11. Hyp. Rim. de dona. in princ. nu. 615. cũ ſeq. Pro prima tñ opinione militat maxima ratio, ꝙ donatio cauſa mortis quò ad formam & ſolennitatem æquiparetur contractui magis q̃ vltimæ voluntati, quo caſu loquit. d. c. quanq̃. d. ĩ requirit quod cautionem præſtet de reſtituendo uſuras. Sed tñ ſecũda opinio in iudicando abſq; dubio obtinebit, p rationem ſummi Pontificis, quæ fuit in effectu remouere vſuras, atq; eas euellere, q ratio militat ẽt in donatione cauſa mortis: Nam vſuras declinabit, q in animo habet fænerari, ſciẽs ſe donare ñ poſſe: alias ſi poſſet donare cã mortis, diſpoſitio d. c. quanq̃, redderet eluſoria: ille. n. vſurarius, ꝙ non poſſet per teſtamentum facere, faceret per donationem cauſa mortis. hanc dicit eſſe communem Alex. l. diſcretis in princ. C. qui in teſta. facere poſ. & quod pro hac parte negatiua caſu euaniente iudicaret & cõſuleret dicit Viui. commun. opin. lib. 1. verb. vſurarius manifeſtus.

Quæſtio Sexta.

SVMMARIA.

1 *An uir et uxor inuicẽ poſſint donare cauſa mortis. & nu. 2.*

3 *Quid ſi donatio ſit iuramento firmata.*

1 QVæro etiam, an vir & vxor inuicem mortis cauſa douare poſſint? Reſpon. Cõis eſt opinio, ꝙ donatio inter virum & vxorem cauſa mortis non æquiparetur legatis, ſed ratione matrimonij impediatur, ſicut inter uiuos donatio. ita tenet glo. communiter approbata ab omnib. l. 2. ff. de dote præleg. vt teſtatur Dida. Coua. rub. de teſta. par. 3. num. 2. Ema. à Coſta cap. ſi pater, verb. lagauit, ĩ prin. de teſta. lib. 6. Ripa d. l. 2. num. 3. de leg. 1. qui tñ ab ea diſceſſit, putans nõ minus valere donationem, q̃ legatũ, & hæc mihi de iure verior videtur. licet. n. inter viuos donare inuicem non poſſint: Tamen cum id propterea factum ſit, quod irreuocabilis ſit illa donatio, & cõſequẽter donator profuſa quadã facilitate ad inopiam ſæpe perducebatur ad donationem cauſa mortis, in qua hæc cauſa ceſſat trahi non poteſt. & eſt text. clarus l. Martianus, ff. de dona. cauſa mort. hanc opinionem tenet Gomez. variar. reſolu. Tom. 2. c. 4. nu. 18. verſ. Nono. & ita frequenter apud noſtrates ſeruaẽ & in foro Saxonico ſeruari dicit Ioã. Sneidev via inſti. de dona. nu. 7.

2 Retẽta aũt cõi, intellige eam, quò adhoc ut ab initio ſuſtineaẽ & ualeat non interueniente traditione, licet mors alterius coniugis ſuperuenerit, ſed ſi traditio præceſſerit morte alterius coniugis donantis cõfirmatur, ut docet gl. l. Papinianus, ff. de dona. inter vir. & vxor. quã cõiter approbatã dicit Laſ. l. frater, ff. de cõdict. indeb. Dida Couar. d. rub. par. 3. nu. 3. cum plurib. per eum allegatis, quos refert Clar. d. §. donatio, q. 9. Gabr. Roma. lib. 3. de dona. conclu. 3. nu. 27. Et donatio cauſa mortis retrotrahitur ad tẽpus traditionis, nõ quidẽ quo ad dominiũ, ſed quo ad fructus ſaltem. ita tenet glo. l. 2. C. de inof. dona. & ẽ cõis opinio, vt dicit Ale. l. talis ſcriptur. ff. đ leg. 1. Io. Cro. apud quẽ diligens eſt huius quæſtionis diſputatio, l. pro emptore, colu. 11. C. de vſucap. quos refert Coua. rubr. de teſta.

par. 3.

par.3.nu.5.ex eo Clarus q.9.d.§. donatio, & ex cōi pulchrè reſoluit Ema. à Coſta cap.ſi pater, verb.leg init,de teſta. lib.6. Quā cōem tñ intellige procedere, ſiue traditio vera, vel ficta interuenit te net gl.l.2.C.de dote caut.quā gl.opinio nē affirmāt eſſe cōmunē Paul. de Caſtr. Iaſ.& Socin.l.1.§.ſi iure, ff.de acq.poſ.& Doctores allegati per Gabr.Rom.d. cō clu.nu.27. Vnde ſatis eſt hoc caſu ſi con ſtitutum interuenerit, cōfirmat.n. donationē inter virum & uxorē, ſecuta morte mariti.ita tenet gl.d.l.2.& hāc dicunt eſſe communem opinionem Pau. de Ca ſtr.& Iaſ.d.§.ſi vir, Gabri. Ro.cū aliis per eum d.concl.nu.29.

3 Sed quid ſi iuramētum fuerit appoſitum, aliquid confirmabitur? Reſp. diuerſę ſūt opiniones, Bar.l. Seius Augerius, ff.ad l.falcid.tenet, ꝙ firmetur iuramēto, & hāc dicit eſſe communem opinionē Panor cap.fi.ext.de dona.inter vir.& vxor. Eādē dicit eſſe cōem Deci.l. pacta ꝙ, nu.6.C.de pact.& conſi.280. num. 2. cōſi.240.num.1. Alex.conſi. 8. & conſi. 107.vol.2.Rom.cōſi.44.& ita dicit cōiter teneri Corn.conſi.41.nu.6. lib. 3. & hanc eſſe cōem opinionem dicit Laur. Silua.conſ.40.n.20 Cagn.l.fi.C.de pac. Stephan. Aufred. addit ad deciſ. Capel. Tholoſ. deci.361. & magis cōem dicit opinionem Roder.Suarez.l.1.tit.de Las arras lib.6.fori.3.q.n.13.cōem quoq; dicit Bertr.conſ.301.nu.6. & magis communem, ab eaq; i iudicādo & conſulendo non eſſe recedendū in conſ.327.n.4. vol.1.idem firmat. Hip. Marſ. late pract. Crim.§.2.q.n.59. & ita deciſum eſſe refert Boer.deciſ.92.n.6.& quod ſecundū hāc opi.ſępius uidit iudicari refert Cat. Cot.lib.memorab.ſuor. verb. donationes īter virū & vxorem, & magis cōem refert & ſequit Hyp.Rim.de donat.§. 1. n.272. Io.Cāpe.trac.de dote, q.52.n. 5. Contrariā opi. quod talis donatio non firmet iuramento, tenet idem Bar. ſibi cōtrarius l.1.ff.de donat. iter vir.& vxo. & eā dicit cōmuniorem, & ſequit Caſſane in conſue.Burgund. tit. des droicts, rub.4.§.7.fol.167.nu. 27. vbi fatetur ēt, quod tenentes hanc partem ſunt maioris authoritatis, quam qui tenent aliam, & hanc ſibi magis placere dicit Alciat.c. [illegible]

cum contingat, nu.198. extr. de iureiur. Burſat.conſ.33.num.4.lib.1. Sed [illegible] Doctores fere omnes per Caſſa[illegible] & Alcia. allegati loquuntur in caſu [illegible] ſo, nimirū in confeſſione dotis receptę, nam tunc iuramentum ſuper præterito, hic uerò ſuper futuro interponitur, quo caſu Regula eſt iuramētum, quod ſeruari pōt ſine interitu æternæ ſalutis ſeruā dum eſſe, Ideoq; a magis cōi nō eſt recedendū in iudicando & conſulendo, quā intellige in donatione uera, ſecus in præſumpta, utputa ꝙ ex confeſſione dotis receptę reſultat, quia tali ꝯ confeſſio non firmatur iuramento ꝑ ſupradicta. hanc etiam magis communem fatetur Franc. Burſ.conſ.32.n.4.li.1. Soc. conſ.61.uol. 1. quem refert Gabriel. Rōm.lib.3.com. conclu.tit.de don.concl.3.nu.3.ſubdens hanc eſſe magis communem.

Et not.ꝙ donatio uera inter uirū & uxorem adeo confirmatur iuramēto, ut non opus ſit aliā confirmatione ꝑ mortem donantis; Quia illo etiā non ꝓcedente dicitur ualida. ita tenet Bald. Nouel.trac.de dote, par.10.& dicit hoc communiter teneri, refert Gabriel, Roman. concl.3.de donat lib.3. nu. 21.

Quæſtio Septima.

SVMMARIVM.

An cæcus poſſit donare cauſa mortis abſq; ſolennitate l.hac conſultiſſima.

QVæro itē, Tu ſcis, quod cæcus teſtm̄ facere nequit, abſque ſolēnitate, de qua in l. hac conſultiſſima, C.de inoffi. teſt. Nunquid etiam abſque illa ſolennitate poſſit donare cauſa mortis? Reſp. diuerſę ſunt doctorum ſententię, Nā Soc. in l.2. ff.de leg. 1. refert Petrum Germanum Baldi conſuluiſſe, qđ dicta ſolennitas requiſita in teſtamento cæci, non habeat locum in donatione cauſa mortis facta a cæco, ſicq; cæcus libere poſſit donare cauſa mortis coram quinque teſtibus, qui in qualibet ultima uoluntate, excepto teſtamento ſufficiunt, idē tenet Ro. d.l.2 [illegible] is, & eſt comm.opi.ut firmat Hyp. Rimin.in prin.de donat.num.626. Quia iſta ſolennitas reſpicit ordinationem teſtamenti, quo reſpectu donatio cauſa mortis æquiparatur contractui.

Contrarium uerò tenet Rom. d. l. 2, [illegible]

ꝓ qua opi.eſt tex.d.l.hac conſultiſſima, verb.quæ in eũdem modum, iuxta primũ intellectũ glo. quem ſequitur Bart, Bal.Alex.& alij plures, vbi probaẽ qđ cæcus volens legata vel codicillos facere, ſolemnitatem in teſtamento requiſitã debet obſeruare, & legatis donatio cauſa mor.æquiparaẽ, ſecundũ Bar. doctrinã, quã oẽs ſequunẽ d.l.2.vt ſup.dixi.Sed a cõi non eſt recedendum, qa cæcus poteſt contrahere & donare iter uiuos, multo magis cauſa mortis, quod in ineundi modo contractibus æquiparata ſit, & reuocabilis hęc donatio.

Quæſtio Octaua.

SVMMARIA.

1 *Donatio cauſa mortis olim fiebat ſtipulatione vel traditione.hodie ẽt nudo pacto.*

2 *An donatio cauſa mortis poſſit fieri præſenti & tacenti.*

1 NVnc etiã qualiter fiat donatio cã mortis,& q̃ in ea reqranẽ, uidendum eſt. Scire itaq debes, quod de iure.ff. de codicis ante Iuſtinianum donatio cã mortis ſtipulatione tãtum vel traditione fiebat.ita tenet gl.§.1.verb. acqſitionis, inſtit.de dona.cum qua tranſeunt Doct.cõiter, ut tradit Corn. conſ. 237. col. 1.volum.4.Rom.conſ.486. in prin. And.ab Exea.lib.pactor.nu.94. quos refert Hyp.Rim.de dona.in princ.n. 152. licet ipſe contrariũ teneat. Hodiè uero per diſpoſitionẽ l.ſi quis argentũ,C. de do.ſufficit nudũ pactum.Et hoc quidem de plano procedit in donatione inter viuos.Sed dubium eſt,quoniã d.l.ſi quis, ſimpliciter loquitur de donatione, nunquid etiam donatio cã mortis nudo pacto fieri poſſit,& diſpoſitio d.l.ĩ ea locũ habeat? Reſ.quod ſic.ita tenet gl.ab omnib.reputata ſingularis l.cũ pater,§.Mænio,ff.de leg.2. & eſt cõis opinio,ut dicit ultra laudatos per Cla.d.§. donatio, q.14.Aret.de dona. ĩ prin.gl.1.Caccialup.ĩ trac.de pac.q.6.princ.nu.48. Alexan.l.ſciẽdũ,nu.7.Iaſ.n.20. Rip. Socin. nu.36.Ponta.ff.de leg.1. Soc. conſ. 125. nu.1.volum.3.Cor.r.2.verſ.in donatione,ff.de leg.2.Cagn.l.ſemper,num.4.ff. de reg.iur.Fortu.Garzia.l.iuriſgẽtiũ,§. quinmo,ff.đ pac.& hãc cõiorẽ aſſerit Tiraq.rep.l.ſi vnq̃.verb.dõne largitus,nu. 248.de reuocã.don.& legib. connubial. verb.contracten.gl.5.n.81.Hyp.Rim.de don.in prin.n.211.& num.583. Couar. rub.de teſta.par.3.nu.14. Addi.ad Rol. par.3.Hor.nu.12.Vaſq.de controu.illuſtrib.li.2.c.62.n.11. Cõtrariũ tñ tenet Signorol.cõſ.171.Rom.ſibi contrarius l.1. & l.ſi mortis,ff. de do. cã mor. & plures alii, ut q hęc qõ ſatis diſputabilis,ut ex Riminaldo apparet,d.loco.n.211. & ſeq. Sed prior vt magis cõis ex auctoritatibus ꝑ Tiraq.allegatis ſequẽda eſt.Cũ eadẽ ſit rõ,imò maior,ſi qdem eſt reuocabilis,donatio verò iter viuos irreuocabilis, qn ẽt donatio cã mortis fauorabilior.qa ĩ multis participat de ultimavolũtate, deinde quò ad ineũdi modũ æqparaẽ donationi iter uiuos:ergo qcquid plus iuris hẽt donatio inter uiuos huic cõicat, iuxta doctrinã cõiter ꝓbatã l. 2. ff.de le.1.ut đt Rim.d.prin.de do.n.266.

2 Quid autẽ ſi ea donatio fiat præſentĩ & taceti,an per eã preſentiã & taciturnitatem acceptare & agnoſcere uideaẽ, ut ſic ualeat, quaſi ex pacto tacitè inito inter donatorẽ & donatariũ? Reſp.diuerſæ sũt opiniones: Aret.n. quẽ refert Crot. rub.ff.de verb.oblig.negat hanc donationem ualere,ſequitur Dec.rub.C.de pa. & l.ſenium,C.qui teſta.facere poſſ.

Contrariã opinionẽ, qđ ualeat donatio,& ſufficiat ſola pſentia eius cui ſit,tenet Ang.conſ.183.col.2.& eam eẽ cõem fatetur Cur. Iu.d.rub.C.de pac.And.ab Exea in rub.de pac.n.98.Alc.d.rub. nu. 3.ff.de uerbo. obli.Iaſ.ibid. col. 3. quos refert Dida.Couar.d.rub.de teſta.par.3. nu.13.cõem quoq; dicit Cagno.d.l.ſemper,ff.de reg.iur.Fernã.Vaſq.cõtrouerſ. illuſtri.li.2.c.62.nu.13.idem Vaſq. trac. de ſucceſ.ꝓgreſ.§.27.nu.32. & ſeq. qui oẽs affirmãt,ꝙ talis donatio non ſit præſũpta, ſed expſſa.Purpu.l.rogaſti, §.ſi tibi,n.64.ff.ſi cer.peta. Quia taciturnitas donatarii pſentis inducit acceptationẽ & conſequenter conſenſum, ſicque ex utriuſq; mutuo conſenſu donatio firmatur & cõſumaẽ,nec refert an hoc uel illo mõ in unũ cõsẽsũ fuerit.eſt.n.pactũ duorũ uel plurũ ĩ idẽ cõſenſus, q̃ cõſenſus ſicut ex uerbis ſigñantib.ita ex aliis quoque modis & ſignis, uti ex taciturnitate & pſentia iuncta eius utilitate colligiẽ.

Quæſt.

Quæſtio Nona.

S V M M A R I A.

1 *In donatione cauſa mortis requiritur donatarij præſentia.*

2 *Teſtamentū habens clauſulā codicillarem uel donationis cauſa mortis, non ſubſtinetur in uim donationis, niſi donatarius fuerit præſens.*

3 *Donatio cauſa mortis fit interueniente epiſtola uel nuncio, dummodo ad hoc fuerit deſtinatus, nu. 4.*

5 *Donatio cauſa mortis abſenti facta ſuſtinetur in uim fideicommiſſi.*

1 DOnatio cā mortis, ut ualeat, requirit ēt donatarii præſentiam, ſicut donatio inter uiuos, quæ ſi abſenti fiat, non ualet. tex. eſt l. inter mortis, ff. do. cā mort. & ibi not. gl. & cōiter Doctores, ut dicit Dec. l. ſi ego, n. 2. ff. ſi cer. pet. Hyp. de Marſ. l. ſi quis, nu. 98. de q. Ant. Gom. uaria. reſo. lib. 2. c. 4. nu. 16. Coua. rub. de teſta. par. 3. num. 13.

2 Ideoq; ſi clauſula codicillaris, uel donationis cā mortis i teſtō fuerit adiecta, legata in uim donationis cauſa mortis, tñ ualere non poſſunt, ſi quidem donatarius nō fuerit præſens. ita dicit cōmuniter teneri Bar. Soc. conſ. 112. incip. multū abūdè. uol. 1. Rol. a Valle conſ. 82. in fi. uol. 1. Hart. Piſto. q. 13. nu. 7.

3 Prædicta tamen concluſio admittitur ſi donatio fiat immediatè donatario. Secus ſi interueniente epiſtola uel nūcio, quia tunc etiam abſenti facta ualet. ita tenent Doctores ſupradicti. & uoluit gl. l. nec ambigi, C. de donat. quam communiter probatam dicit Ro. conſil. 353. nu. 10. Capit. deci. 180. nume. 9. quem refert Clar. d. §. donatio q. 12.

4 Requiritur tamen, ut talis nūcius uel alia perſona ad hoc ſpecialiter ſit deſtinata, adeò ut etſi quiſpiam ad hoc non deputatus, uoluntatem donatoris ad donatarium motu proprio perferret, & donatarius acceptaret & ratificaret. non tñ ideò magis donatio illa ſubſiſteret. ita tenet d. gl. l. nec ambigi cōiter probata, & cōiter receptā fatet Cor. conſ. 254. uol. 3. dicens non eſſe tutū ab iſta ſententia oium antiquorum patrū in deciſiuis recedere. idem aſſerit Pariſ. conſ. 88. nu. 15. uo. 3. Hyp. de Marſ. l. nec quis, n. 69. ff. de q. quos refert Soarez. ad d. li. ad Gomez. uaria. reſol. lib. 2. c. 4. lit. A. cū plurib. alleg. per eundem in Theſ. recep. ſen. uerb. donatio, nu. 153. & ſeq. Har. Piſtor. d. q. 13.

5 Sed quæro nūquid ſi donatio facta ſit abſenti non interueniente nūcio, ualeat ſaltem in uim fideicommiſſi? Reſ. quòd ſic, dummodo quinque teſtes fuerint adhibiti. ita not. gl. l. 1. C. de don. cauſ. mor. & ſequitur Bar. l. 1. ff. eo. & hanc opinionem communiter receptam eſſe teſtatur Dec. conſ. 196. circa fi. Maria. Soc. conſil. 67. nu. 17. lib. 3. Pariſ. conſ. 88. uiſo proceſſu, nu. 98. uol. 3. quos refert Tobias Nonius conſi. 1. nu. 8. communem quoque dicit Ant. Gome. uaria. reſo. li. 1. c. 4. nu. 18. Iul. Clar. §. donatio, q. 5. uerſ. pone, Har. Piſtor. d. q. 13. num. 8.

Quæſtio Decima.

S V M M A R I A.

1 *Donatione cauſa mortis requiritur ut fiat mentio mortis, & donatio in tempus mortis conferatur.*

2 *Si quis bona ſua donet poſt mortem, cēſetur donatio cauſa mortis.*

Quid ſi traditio rei donatæ interuenerit, n. 3.

1 REquiritur etiam in donatione cauſa mortis pricipaliter, vt expreſsè fiat mentio mortis, vel alterius inſtantis periculi, alias reputat donatio ſimpliciter inter viuos. vt dixi ſupra q. 1. nec ſufficit ſolū mortis fieri mētionem, ſed neceſſe eſt, vt in tempus mortis collata ſit. ita cōmunem eſſe opinionē aſſatur Sygiſ. Lofred. conſ. 4. feud. vt eū refert, quāuis nō probet, Soarez. Theſau. recep. ſent. verb. donatio, n. 283. Clar. dicēs perpetuo notādū, §. donatio, q. & ita cōiter teneri dicit Gome. variar. reſolu. lib. 2. c. 4. nu. 15.

2 Vnde ſi quis donauerit bona ſua poſt mortem, cēſebitur donatio cauſa mortis, q. a eſt facta mētio mortis. ita expreſſe tenet Bar. l. fi. C. de pac. & ibi Cagnol. dicit omnes Doctores ſequūtur, n. 213. & ita communiter teneri dicit Alexand. conſ. 81. n. 2. vol. 1. Idem ſi propter mortem vel propter periculū inſtāns aliqs donauerit, ita communiter quoq; teneri dicit Gomez. d. cap. 4. num. 15.

3 Eſtq; adeo hoc verū, vt talis donatio cēſeat cā mortis, et ſi facta eſſet expreſſa traditio rei donatæ: q. a intelligit hæc

traditio facta cũ illa cauſa & cõditione, niſi fuerit reuocata, & niſi donãtem pœniteat, itaq; non alterat donationem cauſa mortis. tex eſt l. non omnis, ff. ſi cert. pet. & ibi glo. quam dicit communiter approbatam Parſ. conſil. 16. nu. 9. vol. 2. Anton. Gomez. d. cap. 4. nu. 16.

Quæſtio Vndecima.

SVMMARIA.

1 *In donatione cauſa mortis quinque teſtes requiruntur.*

Vltima uoluntas uim dõnis tũ demũ ſuſtinet, quãdo quinque teſtes adfuerint. n. 2

Mulier an poſſit eſſe teſtis in donatione cauſa mortis, nu. 3.

Teſtamenti ſolennitas ſi ſit diminuta, an cẽſeatur etiam diminuta illa, quæ requiritur in codicillis, nu. 4.

1 Sciendum etiã eſt in donatione cauſa mortis ex diſpoſitione l. fi. C. de don. cauſa mort. adhibẽdos eſſe quinq; teſtes. & ita communiter receptum eſſe dicit Hyp. Rim. in prin. de donat. num.
2 342. Eſtq; hoc adeo verum, vt teſtm̃ iure donationis, cauſa mortis ſuſtineri nõ poſſit, niſi quinq; teſtes in preſentia donatarij fuerint adhibiti ita tenet Bar. l. 1. ff. de donat. cauſa mort. & ita cõiter teneri dicit Bar. Soci. conſ. 112. uol. 3. Har. Piſtor. q. 2. n. 22.

Sed nunquid mulier poterit eſſe te-
3 ſtis, quæ in teſtamento non admittitur vt dixi infra. §. teſtamentum? Reſ. quòd ſic, ita eſt gloſ. in l. ſi quis, C. de codicil. verb. quinque teſtes, q̃ vult ꝙ in omni vltima voluntate excepto teſtamẽto admittatur, & tenent omnes ut dicit Iaſ. d. l. ſi quis, nu. 17. & ſubdit quòd ita obſeruatur, & facit quod dixi § ſeq. nu. 12.
4 Sed pone, ſtatuto vel cõſuetudine ſolẽnitas teſtiũ in teſtõ remiſſa eſt, vel minor numerus ſufficit, prout hic Roſtochij, & in alijs locis, vbi ius Lubecẽſe viget, an etiã in donatione cauſa mortis ſolẽnitas teſtiũ proportione eadẽ, uel tãta pars remiſſa cenſebitur, ita vt ſi quinque teſtes ſufficiant in teſtõ, donatio cauſa mortis coram tribus fieri poſſit? Reſp. Bar. l. 2. ff. de leg. 1. tenet quòd non, ſed eãdem tũc ſolennitatem q̃ in teſtamentis requiritur, in donatione cauſa mortis ſeruandam eſſe, & hæc eſt communis opi. ut teſtatur Brun. in tract. de forma. §. ult. q. 10. quem refert & ſequitur Dida. Couar. rubr. de teſta. part. 3. num. 21. Quamuis contrariũ conetur defendere Franciſ. Rip. d. l. 2. & in tract. de peſte, 2. par. particula. 2. ſed à communi non eſt recedendum, uid. infra. §. ſeq. nu. 7.

Quæſtio Duodecima.

SVMMARIVM.

An in don. cã mor. requiratur inſinuatio.

1 Quæro, an in donatione cã mortis requirat inſinuatio? Reſ. Aret. cõſ. 17. tenent qđ ſic, ſed contrariũ & rectius docuit Bar. l. fi. per illũ tex. C. de don. cauſ. mort. per quẽ ẽt dicit correctã eſſe l. donatio, C. de don. in qua Aret. ſe fundat, qđ ẽt voluit gl. l. ſi q. redẽptione, verb. ad refectionem. C. de don. & expreſſè concludit Guido Papa. q. 610. & deciſ. 325. n. 3. & quod ita affirmãt Doct. cõiter dicit Gabr. Ro. cõm. concluſ. li. 3. ti. de don. concl. 1. n. 7. idem teſtatur Ant. Gome. uaria. reſo. tom. 2. c. 4. num. 17.

Quæſtio Decimatertia.

SVMMARIVM.

An hæreditatis aditio requiratur in donatione cauſa mortis.

1 Quæro, nunquid in donatione cauſa mortis requiratur hæreditatis aditio? Reſpon. quod non, quia ſola morte confirmatur, nec confirmatur teſtamento uel codicillo, uel alia ultima diſpoſitione. ita tenet gl. l. poſt legatum, §. qui mortis, ff. de his quib. ut indig. & ibi ſequitur Bar. & in l. 2. ff. de leg. 1. Doct. communiter, ut teſtatur Anto. Gome. uaria. reſo. tom. 2. c. 4. num. 16. & hanc gl. dicit ſingularem Alex. d. l. 2. & communem eſſe opinionẽ dicit Alex. l. qui Romæ, §. Flauius, nume. 10. ff. de uerb. obl. Paul. de Mont. Pico l. quartã, ff. ad l. falcid. Couar. rub. de teſta. par. 2. num. 2. Intellige tñ hanc opinionẽ procedere, quando donatio cauſa mortis fit extra teſtamentum, & tunc ſi hæredes ab inteſtato ſuccedant aduerſus illos uel aduerſus curatorem bonis petitum & datum, donatarius agit tanquam creditor ex contractu. ita in effectu Docto. communiter tenere dicit Gome. d. loco, num. 16. Secus ſi in teſtamento facta

ſit, quia tunc requiritur hereditatis aditio, ita dicit communem aſſertiorem intelligendam Coua. d. rub. nu. 22.

Queſtio Decimaquarta.

SVMMARIVM.

An omnia bona cauſa mortis donari poſſint.

1 QVæro, an oia bona donari poſſint cauſa mortis? Reſ. quod ſi quis donat cauſa mortis oia bona præſentia, valet talis donatio ſicut & inter viuos, & eſt communis Doctorũ ſententia vt dicit Cagn. l. fi. 215. C. de pact. Alex. conſ. 14. vol. 1. Idẽ eſt, ſi dixerit donator ſimpliciter, dono oia bona mea poſt mortẽ, vt firmat idẽ Cag. quia reſtringitur donatio tãtũ ad præſentia, quãuis Alex. aliter ſentiat, pp modicũ præiudicium in donatione cauſa mortis, quæ reuocari poteſt. Sin uerò præſentia & futura donauerit, ardua q̃ſtio eſt, ſed cõter tenetur, donationẽ cã mortis bonorum p̃ſentium & futurorum valere. ita tenet Bar. quem ſequuntur ſcribentes communiter, vt dicit Cag. d. l. fi. nu. 278. So. conſil. 232. lib. 2. Intellige tamen illud, ſi donet quis vniuerſitatem bonorum: Secus ſi donet omnia, vt hæreditatem, & ita ius uniuerſale, ſiue ius ſucceſſionis vel hæreditatis, quia pactis hæreditas dari non poteſt. ita tenet Soc. d. conſil. & conſ. 235. nu. 3. lib. 3. refert ex cõi Ema. Soarez. Theſa recepta. ſent. verb. donatio, nu. 180. & quod iſta ſit cõis cõcluſio dicit Vveſembec. in com. ff. ti. de don. cã mort. nu. 5. Nam ſi cauſa mortis donatione omnia bona præſentia & futura reliquerit non ſit hæres talis donatarius, ſed loco legatarij habet. Ideoq; alium hæredem inſtituere poteſt, qui hæres ſcriptus, vel ſi non ſcripſerit, hæres ab inteſtato, ſicut de legato, ita de hac donatione cauſa mortis falcidiam detrahere põt, vt dixi ifra. §. falcidia, q.

Queſtio Decimaquinta.

SVMMARIVM.

An dominium rei donatæ ſtatim tranſeat a die mortis donatoris.

1 DIxi ſupra donationẽ cauſa mortis quo ad effectum æquiparari ultimæ uoluntati. Ideoq; dominiũ rei donatæ cauſa mortis ſtatim à die mortis transit in donatarium ſine ulla traditione, ſicut rei legatæ, ita eſt gl. l. 2. ff. de publ. in rem act. quam communiter approbatam fatetur Alex. l. traditionibus, C. de pact. Alex. Iaſ. & Soc. Iu. nu. 107. l. 2. ff. de lega. 1. & quod ita tenent Doct. communiter dicit Ant. Gome. uaria. reſol. Tom. 2. c. 4. nu. 17. Quod intellige, ſi nulla fuit facta traditio in uita, ſecus ſi res donata fuit tradita, quia ſtatim in uita donantis dominium tranſit, ſed ſub cõditione reſoluitur, ut dixi ſupra.

Queſtio Decimaſexta.

SVMMARIVM.

An ius accreſcẽdi habeat locum in donatione cauſa mortis.

1 QVæro, nunquid ius accreſcendi habeat locum in donatione cauſa mortis? Reſp. quòd ſic, ut in ultimis uoluntatibus data coniunctione, tex. l. uni. §. fi. C. de caduc. tollend. & tenet Bar. l. re coniuncti, ff. de leg. 3. & ibi dicunt hanc eſſe cõem opinionem Cro. Ripa. & Iaſ. quos refert Rimi. in prin. de dona. nu. 661. & quod ita tenent cõmuniter Doc. dicit Ant. Gome. uaria. reſo. Tom. 2. c. 4. n. 17. Quamuis contrariũ conetur firmare Rui. l. 2. ff. d leg. 1. Quia licet quo ad formam & ſolennitatẽ æquiparatur contractui. Tñ quo ad effectũ eius æquiparatur ultimæ uolũtati & legatis, ut s. dixi, q. 2. ideoq; ſicut in legatis locũ hẽt ius accreſcẽdi, ita in donatiõe cã mortis. 1

Queſtio Decimaſeptima.

SVMMARIVM.

An impoſſibilis conditio uitiet donationem cauſa mortis.

1 QVæro, an impoſſibilis conditio adiecta in donatione cauſa mortis uitiat diſpoſitionem? Reſp. quòd non uitiat ſed ipſa uitiatur & reijcitur de diſpoſitione ſicut in legato, ut dixi ſupra §. præced. q. 50. ita tenet Imo. l. illud. ff. de do. cauſa mortis, Imo. & Doct. l. impoſſibilis, ff. de uerb. obl. & quod iſta ſit communis opinio teſtatur Soc. Iu. d. l. 2. nu. 115. ff. de leg. 1. Ant. Gome. uaria. reſo. Tom. 2. c. 4. nu. 17. uerſ. 7.

Queſtio Decimaoctaua.

SVMMARIVM.

Quæ actio competat ex dõne cauſa mort.

1 QVæro, quę actio cõpetat ex donatione cauſa mortis? Reſp. quod ſi donatio ſit in teſt. uel codicillis, competit actio ex teſtã. tex. l. 1. C. de do. cã mor. Si uerò fit extra teſt. uel codicillos, interueniẽte ſtipulatione, ex ſtipulatu actio. abſq; ea verò cõditio ex d. l. ſi quis argentũ. ita eſt cõis opinio, ut dicit Dida. Coua. rub. de teſta. 3. par. nu. 17. hanc opinionem quoque magis cõiter receptam eſſe fatetur Hyp. Rim. in prin. de do. nu. 133. lex. n. introducit actionem ex l. propter pactũ quã nudo pacto fit donatio, nec oritur actio ex ipſo pacto nudo, ut tenet Bar. l. legitima, ff. de pact. & ibi communiter cæteri ſequuntur, ut refert Iaſ. nu. 8. & Alex. ibi, & firmat Hypp. Rimi. de don. §. 1. nu. 128. & hæc ſnia uerior eſt, licet contrarium uelint Fulgoſ. & Garz.

Quæſtio Decimanona.

SVMMARIVM.

An actio hypothecaria competat.

1 QVæro nunquid etiam actio hypothecaria competat pro donatione cã mortis, ſicut pro legatis? Reſp. diuerſæ ſunt opiniones. Bal. d. l. 2. ff. de leg. 1. tenet quod nõ, quem ſequitur Pau. de Caſ. Alex. Ponta. Ripa. & cõem dicit opinionẽ Soc. Iun. n. 90. & 99. & ſubdit durum eſſe ab ea recedere, & quod eã opinionẽ omnes cõiter probãt aſſerit Hyp. Rimi. in prin. de dona. nu. 683. & nu. 690. mouentur communiter, quia talis actio ſpecialiter & in priuilegium inducta eſt pro legatis & fideicommiſſis. conſequens igitur eſt, in aliis caſib. dari non debere, vbi expreſſum non reperitur.

Sed contrarium tenet Rui. d. l. 2. quia donatio cã mortis oẽs effectus ſortitur, quos hñt vltimę volũtates, & hãc fortè in pũcto iuris veriorẽ dicit Hyp. Rim. d. loco, a cõmuni tamen non recedẽdũ.

Quæſtio Vigeſima.

SVMMARIVM.

An falcidiæ locus ſit in dõne cauſa mortis.

1 QVæro, nunquid in donationibus cauſa mortis locus ſit falcidiæ? Reſpon. uide infra. §. falcidia, q.

Quæſtio Vigeſimaprima.

SVMMARIA.

Donatio cauſa mortis reuocatur expreſsè uel tacitè per alienationẽ rei donatæ, nu. 1.

Item per reconualeſcentiam donantis tacitè reuocatur, nu. 2.

Expreſsè reuocatur per pænitentiã, & expreſſam uoluntatem donatoris, dũmodo ſine hærede non deceſſerit, nu. 3.

Quid ſi iuramentum interuenerit, nu. 4.

An reuocatione facta ipſo iure dominium tranſeat, nu. 5.

An fructus repeti poſſint. nu. 6.

1 REſtat vt de reuocãdis donationib. uideamus, & ſcire debes, quod non tã tũ expreſsè, ſed & tacita uoluntatis mutatione dõ. cã. mortis reuocatur, ut puta per alienationem uolũtariã rei donatæ a donatore factã. ita tenet Dyn. l. Stichũ, quod meus, ff. de leg. 1. cuius dictũ dicit aureũ Bal. ibi, & ſequitur Imo. Cuma. Are. Alex. & Iaſ. ibi Alex. d. l. 2. ff. de leg. 1. & ibi magis cõem dicit opinionẽ eſſe Soc. Iu. n. 121. & cõem dicit Alc. l. non oĩs, ff. ſi cer. pet. Ruin. conſ. 123. nu. 4. uol. 1. & conſ. 7. n. 15. uol. 3. Dida. Coua. rub. de teſta. part. 3. nu. 19. & ex cõi refert Soarez. Theſa. receptar. ſenten. n. 18. uerb. donatio, Rim. d. prĩc. de don. n. 399. Ant. Gomez. uar. reſol. Tom. 2. c. 4. nu. 4.

2 Secũdò donatio cã mortis tacitè reuocatur, alia expreſſa reuocatione per recõualeſcẽtiã donatoris ab infirmitate uel periculo mortis, cuius cã donauit. ita tenet gl. & ſequitur Bar. l. 3. ff. eod. tit. & eſt oium recepta cõcluſio, ut fatetur Dec. li eet nõ nihil refragetur d. l. non oĩs, idẽ ait Alc. ibi, Hyp. Rim. d. prin. de don. n. 380. Intellige tñ, ſi donatio facta eſt imminẽte periculo mortis, vel alterius. Quia tunc donãs in periculo mortis videtur ad illud ſe aſtringere, & ſic intelligitur tacita cõditio, ſi donans ex illa infirmitate deceſſerit. Secus ſi fiat donatio nullo inſtãte periculo, ut ſi quis ſanus ſola mortis cogitatione donat, & poſtea incidat in aduerſã ualetudinẽ, & recõualeſcat, non n. ſtatim ipſo iure reuocatur donatio. ita dicit tenere Doc. cõiter. Gomez. d. c. 4. n. 19. vbi ſubdit hãc cõem et non procedere, quã donatio fit abſenti, quia tunc in omnibus æquiparatur vltimæ uolũtati, &c

ti,& nõ reuocatur per recõualeſcentiã, ſicut etiam ultima uoluntas. & hoc eſſe valde notabile & menti tenendum.

3 Expreſsè reuocaẽ donatio cã mortis per pœnitentiã & expreſsã voluntatẽ donatoris,tex.eſt l.qui mortis,ff.de don.cã mor. Quod tñ intellige non procedere, qñ donans ſine hærede deceſſit.ita uoluit Ang.in q.Aſtenſis Miles.& communem eſſe opinionẽ vltra Couar.quem allegat Clar.in fi.d.§.donatio, teſtaẽ Soc.& Maria.Nepos d.l.2.nu.88.ff.de leg.1. Hyp. Rim.d.prin.de don.nu.390.cum multis aliis per eum laudatis. qui ſubdit ab hac opinione durum eſſe in practica recedere,quamuis cõtrarium aſſerat Cor.cõſ. 68.vol.3.ratio eſt,qa licet hoc caſu ipſo jure dicatur reuocatã donatio: tñ cũ nullus ſit,qui dictã reuocationem objiciat in effectu pro reuocata haberi dẽt, & p conſequens firma remanere, quia paria ſunt,qđ valere, uel nullũ eſſe, & de nullitate dici non poſſe.

4 Intellige prędicta quoq;,ni ſi iuramẽtum interuenerit, quia tunc donatio cã mortis ita tranſit in donationẽ inter uiuos,vt amplius reuocari non poſſit. ita oẽs admittere, qui tenent donationem cauſa mortis fieri irreuocabilẽ, qñ promiſſio adiecta eſt de non reuocando,de quo ſupra q.1.dicit Gabr.Ro.lib.2.com. opi.Ti. de iureiu.concluſ.9. nu.11.cum plurib.per eũ allegatis,Did.Couar.rub. de teſta.par.2.nu.10.faciunt quę dixi ſupra q.1.nu.4.& ſeq.

5 Sed quæro,an reuocatione expreſsè, vel tacitè facta ſtatim ipſo iure reuertatur dñium ĩ donatorẽ?Reſp.q ſic & cõpetit ei rei uendicatiõ vel cõdictio ſine cauſa vel ob cãm ita not.gl.l.ſi mortis,ff. de don.cauſa mort. & hanc eſſe communem opinionem dicit Ant.Gome.varia. reſo. Tom.2.c.4.nu.20. & eſſe de mente omnium dicunt Moder. Pariſ.in conſue. Pariſ.in materia feud.§.22.num.81.facit quod in caſibus, qbus ex ſolo titulo vel contract.tranſit dominium, iiſdem caſibus reuocatione facta dominium reuertitur ipſo iure in alienantem, ut eſt communis opinio ſecundum Gomez.ibid.

6 Sed nunquid facta reuocatione hoc modo fructus repeti ualebũt? Reſp. qđ ſic,& nedum pẽdentes, ſed ẽt percepti à tempore donationis cũ omni cauſa.text. eſt l.cum quis, ff.de dona.ob cauſam. & tenet gl.& Bar.d.l.ſi mortis. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Gome. d.c.4.nu.20.Hyp.Rim.d.princi.de don. num.601.& num.18.

Quæſtio Vigeſimaſecunda.

SVMMARIVM.

An donatio cauſa mortis extinguaẽ pœna capitali damnatis.

QVæro, an donatio cã mortis inter extraneos facta ante delictum,ſecuta condemnatione reuocetur? Reſp. quod ſic indiſtinctè, etiamſi abſq; metu pęnæ facta ſit.ita tenet Bart.l. poſt contractum, num.10.ff.de don. & ibi dicit hanc eſſe communem opinionẽ Io.Hannibal.nu.349.quẽ refert Couar.d. rubr. de teſta.par.3.nu.4.

§.Codicillus.

An codicillus dicatur teſtamentum,nu.1.

Codicillos facere poſſunt omnes, qui teſtari poſſunt,num 2.

An prohibitus teſtari per ſtatutum poſſit codicillari,nu.3.

In codicillis requiruntẽ quinque teſtes.n.4.

Clauſula codicillaris tunc demũ teſtamẽto uim codicilli tribuit,quando quinque teſtes & alia requiſita interuenerũt,nu.5.

Si teſtium numerus in teſtamento diminutus ſit,an idem in codicillis,nu.6.

Solennitas requiſita in teſtamento cæci, an etiam in codicillis requiratur, nu.7.

In codicillis per quos teſtamentũ ruptum cõfirmatur,quinq;teſtes requiruntur n.8.

An teſtes in conſpectu codicillantis eſſe debeant.nu.9.

Codicillis in ſcriptis factis,an pro forma requiratur ſubſcriptio teſtium.num.10.& quomodo hoc intelligatur,nu.11.

Signacula teſtium in codicillis non requiruntur,num.12.

Hæreditas directo dari non poteſt in codicillis nu.13.& pro. edi: non tantũ inter extraneos,ſed etiam inter filios,nu.14.

Nunquid etiã fieri poſſit per formam ſubſtitutionis,nu.15. & ſi directè fiat,an trahatur ad fideicommiſſum.

Quid ſi fiat per fideicommiſſum.nu.16.

Si filius rogatus ſit reſtituere alij poſt mortẽ ipſius liberi legitimam detrahunt,n.17.

Decla-

Declaratio hæredis pôt fieri ĩ codicillis.n.18
Codicilli fieri poſſunt extra teſtamentum et in teſtamento.nu.19.
Clauſula codicillaris an trahatur ad fideicõmiſſum, qñ ſubſtitutio eſt directa,nu.20.
Clauſula codicillaris an ſuſtineat teſtamentum in uim codicillorũ, et ſuppleat defectum ex præteritione.nu 21.& nu 22.
An filius qui tenet reſtituere hæredi ſcripto,duas quartas detrahat nu.23.
An reſciſſo teſtamento per querelam à fratre turpi perſona inſtituta clauſula codicillaris operetur,nu.24.
Idem dic de clauſula,ſi non ualet quod ago, ut ago,ualeat eo modo, quo poteſt.nu.25.
An teſtator una uia tantum poſſit agere,an utraq́; ſi adiecta in teſtamento eſt clauſula codicillaris.nu.26.
An teſtamento inter liberos condito coram quinq́; teſtibus,legata extraneis relicta ſuſtineantur in uim codicillorum.nu.27.
An ſi teſtator,qui ritè fecit teſtamentũ,iuſſit ualere in uim codicillorum, uoluntas eius rata ſit.nu.28.
Quid ſi teſtator uoluit teſtamentum facere, non tamen adhibuit ſolennitates requiſitas,ſed quæ ad codicillos ſufficiũt, an ualeat in uim codicillorum.nu 29.
An codicilli priores per poſteriores tollant. nume.30
Intellige quãdo codicilli non ſunt cõtrarij, ſecus alias nu.31.
Quid ſi duo sũt codicilli,& non cõſtat quis prior uel poſterior,nu.32
Quid ſi reperiantur duo codicili eodem die facti,num.33.
Si hæres ſcriptus repudiauit hæreditatẽ,an pereant codicilli.nu.34.
Quid ſi defunctus nullũ teſtamentũ facit, ſed tantum codicillos.nu 35.

1 COdicillꝰ quoq́; vltima volũtas eſt, minꝰ tñ ſolẽnis: an át teſtm̃ dicat vel appellatione teſtamenti contineatur in controuerſiá venit eaq́;in triplicẽ opinionẽ deducta eſt: Prima illorũ q nullo mõ codicillos tm̃ eẽ volũt. Secũa dicẽtò cõtraria ẽ,q ꝓpriè ſint teſtm̃,cũ ſint ſpecies teſtamenti in genere: eſt.n.teſtatio mẽtis defuncti. Tertia eſt, quòd codicilli impropriè & largo modo dicantur teſtm̃,& hæc eſt cõis opinio,vt dicit Alcia. rub.ff.de leg.1.& ibid. Bolog.nu.48 Cũ nõ reperiatur teſtm̃ in genere, ſed ſubijciatur generi vltimę voluntati,ſicut teſtamentũ,& ſolennis,ad reuocandũ legata ipſo iure in teſtõ relict.. hæc eſt magis cõis opinio,vt firmat Alex.l.datũ, C.de leg.l.ſi ita ſcriptum nu.4.ff.de leg.1.

2 Poſsũt aũt codillos facere illi omnes, & qui & teſtamẽta facere pñt: & ſi quis de iure teſtari prohibet, vt q furioſus, impubes,vel ex alia ca.nec codicillos facere põt.& hoc nõ habet dubium, vt ait Rolan.tract.de codic.n.6.Sed quæro,an hoc etiam procedat ſtante iure municipali,vt ſi quis prohibeatur per ſtatutum

3 ante annum.25.teſtamentũ facere,etiam codicillos facere non poſſit? Reſp.quòd ſic.ita tenet Bar.l.2.ff.de leg.1.& eſt communiter recepta ſententia,vt teſtatur ibi Alex.num.2.Iaſ.nu.33.Rip.nu.20.Soc. Iu.nu.13. qui dicit ab ea non eſſe recedẽdum conſulendo & iudicando, Zaſ.nu. 2.Fer.Vaſq.d ſucceſ.progreſ.§.30.n.32. licet voluerit cõtrariũ Bal.l.fi.C.de teſ.

4 Requiritur etiã ad hoc vt valeant codicilli,vt quinque teſtes vno eodemq́;tẽpore ſint adhibiti, ſicut ĩ qualibet alia vltima voluntate. tex.l.fi. C.de codicil.nõ tamẽ opus eſt,vt tales teſtes adhibiti ſpecialiter ad hoc ſint rogati,ſed ſufficit,qđ fortuiti aduenerint, d.l.fin.ſicut & in cõtractibus inter viuos, nec rogari neceſſe eſt ſecundum communem opinionem, vt ait Vaſq.d.§.30.num.14. Eſtque adeò verum quinque teſtes requiri, vt etiã teſtamentum ratione ſolennitatis inualidũ,vigore clauſulæ codicillaris iure codicilli ſolennis ualere ñ poſſit,niſi quinque teſtes interuenerint. ita tenent paſſim interpretes,& in l.1.ff.de iur.codicil. vt fatetur Cor.conſi.18.volum.2.conſi. 298.volum.1.

Quinimò, quamuis teſtamento ſolennitas etiam teſtium, in teſtamento diminuta ſit, ita vt quinque uel pauciores ex diſpoſitione cõſuetudinis ſufficiant, nõ tamen in codicillis minor numerus pro eadẽ portione admittitur, licet totidem ſufficiant. ita tenet Bar.d.l.2.ff.de legat. 2,& ibi dicit eſſe hanc communem opinionẽ Soc. Iu.nume.154. Dida. Couar. rubr.de teſtamen.par.3. nume.21. & qđ Bar.cæteri communiter ſequuntur aſſerít Io.Cepha.conſi.360.num.13.

7 Sed quæro, tu ſcis, quod maior teſtiũ

numerus

numerus requiritur in teſtamento cęci. l. hac conſultiſſima, C. de teſt. Nunquid in codicillis factis à cęco debeant interuenire tot teſtes, quot in teſtō ipſius, an verò quinque ſufficiant, ſecundum formā communem? Reſp. gl. in d. l. hac conſultiſſima duas ponit opiniones cōtrarias. Vna eſt, ſufficere quinq; teſtes, quā ſequitur Salic. Pau. de Caſt. & Iaſ. quaſi minus nouum ſit, eandem ſolennitatē, quæ in teſtamentis requiritur, in codicilis quoque adhiberi. Altera eſt totidē requiri, quot in teſtamento, quā ſecuti ſunt Bal. Fulgoſ. Ang. Roma. Alexand. & alii communiter, vt teſtatur Fernād. Vaſq. controuerſ. illuſtr. lib. 3. c. 103. nume. 13. dicitque hanc opinionem eſſe veriorem, & iure regio approbatam.

8 Pone item, quidam fecit teſtamentū & codicillos, poſtea teſtamentum natiuitate poſthumi rūpitur, ſi teſtator velit teſtamentum ruptum confirmare codicillis, nūquid neceſſe erit adhibere quinque teſtes? Reſp. quod ſic, ita tenet glo. l. j. C. de codicil. & ibi communiter teneri dicit Alex. nu. 2.

9 Quæro, item, nūquid requiratur, qđ teſtes ſint in cōſpectu codicillantis, nō aliter atque in teſtamento? Reſp. quod non, ita tenet Math. notab. 115. qa iura quę volunt, quod teſtes debent eſſe in cōſpectu teſtatoris, ita vt videāt teſtatorē, & teſtator eos, loquunť in teſtō, in quo maior ſolennitas, quam in codicillis, qui nullam ordinationis ſolennitatē requirunt. hanc ſententiam ſequitur Alex. in l. ſi non ſpeciali, C. de teſt. nu. 7. & Iaſ. ibid. num. 8. dicit quod in practica ſtaretur dicto Matheſilani, quia nō habet contradicentem. hanc opinionē ut coēm ſequiť Fernand. Vaſq. de ſucceſ. progr. §. 30. nu. 12. Contrarium tamen tenet ſolus Dec. conſ. 354. quem refert Aim. Crau. repet. rub. ff. de leg. 1. Sed a communi non eſt recedendum.

10 Quero, ſi codicilli fiant in ſcriptis, an tunc etiam pro forma ipſorum requirať ſubſcriptio quinque teſtium? Reſpon. Azo. in ſum. C. de codicil. tenet, qđ nō, quam opinionem veriorem dicit Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 25. nu. 25. quoniā non ſunt duæ ſpecies codicillorum conſtituendæ, in ſcriptis, & nuncupatiua, licet ſi fiant in ſcriptis ſine teſtiū ſubſcriptione, deficere non neget in probatione. Contrarium verò, ꝙ imò pro forma requiratur ſubſcriptio, tenet gl. d. l. ſi. & ſequitur ibi Alex. Iaſ. & Corn. eſtque receptior & communior opinio, vt idem Vaſq. ibi fatetur.

11 Quam intellige procedere ſiue teſtator expreſsè dixerit ſe velle ī ſcriptis codicillari, & non aliter valere ſuos codicillos, q̄ ſi ſcriptura de ſuper, ſolenniter riteque fieret, ſiue id nō dixerit quia in dubio, ex quo expreſſit velle in ſcriptis codicillari, intelligitur ſcripturam non tantum pro probatione, ſed etiam pro forma codicillorum exigere. ita communem eſſe opinionem dicit Vaſq. d. loco. Secus verò ſi expreſsè conſtet codicillātem voluiſſe qđ valerēt codicilli, etiā ſi ſcriptura de ſuper non fieret, & quod hoc omnes admittitur dicit Vaſq. d. loco

12 Sed nunquid ēt ſigilla teſtium ſunt neceſſaria ad validitatem codicillorum? Reſp. quod non ita videť velle gl. d. l. ſi. C. de codic. & communiter Doctores, ut dicit Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 30. n. 17. & de ſucceſ. creat. §. 15. nu. 42.

Quæro nūquid femina teſtis eſſe poſſit in codicillis? Reſp. qđ ſic, licet in teſtis ſecus obſerueť. ita in ſpecie tenet gl. d. l. ſi. verb. quinq; teſtes, & l. qui teſtō, §. mulier, verb. poſſe, ff. de teſt. quam gl. cōiter eſſe approbatā dicit Dec. l. feminę ff. de reg. iur. Iaſ. l. ſi quis, n. 17. C. de codic. Fern. Vaſq. de ſucceſ. crea. §. 12. n. 68. & §. 15. n. 42. & quod ita cōmuniter teneāt Doctores dicit idē Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 30. nu. 12. Viui. com. opi. li. 1. verb. teſtis. eſſe non poteſt nu. 3.

13 Scias etiam, quod in codicillis hæreditas nec relinqui nec adimi p̄t. tex. l. 2. C. de codic. l. hæreditas, C. qb. ut indig. vbi Bar. Bal. & alii omnes tradunt, ut teſtať Pariſ. conſ. 35. nu. 5. lib. 2. Et hæc quidē

14 concluſio non habet dubiū inter extraneos. Sed quid inter liberos, nunquid pater in codicillis poterit hereditatē directò relinquere? Reſp. Bar. in l. milites codicillis, ff. de teſt. milit. tenet quod ſic. Sed contrariū tenet Bald. l. filij. ff. famil. herciſ. ꝙ imò pater inter liberos ſuos, ñ poterit codicillari, ita quod directo relinquat hæreditatē, licet in imperfecto teſta-

teſtaméto id facere poſſit, vt dixi inf. §. teſtamétum. hanc dicit eſſe communem opinionem Rom conſ. 179. & quod oés ita tenent dicit Iaſ. l. hac cóſultiſſima, §. ſi quis, n. 4. C. de teſt. Pari. d. cóſ. 35. n. 6. & ſeq. qđ ſit cóñer, receptior, & uerior, ſiua, fateť Fer. Vaſq. de ſucceſ. crea. li. 3. §. 25. n. 7. circa ſiné, q inter p̄rem & militẽ, quo fundó Bar. & contrarium ſentientes nituntur, longè diuerſa eſt ró, ſi quidem militibus ſine ſolénitate teſtari cóceditur propter eorum ſimplicitaté, quę ró ceſſat in patre inter liberos teſtáte, & multæ alię ſunt differétiæ circa teſtaméta inter patrem & militem, eoque de vno ad aliũ nó debet argui. Ego tamé Bar. opinionem in terminis quibus loquitur verá iudicio, ſ. in ſubſtitutione pupillari facta de extraneo, quæ p aliud teſtamentũ inter liberos in codicillis factũ reuocatur, prout eam veriorem & receptioré dicit Vaſq. de ſucceſ. reſo. §. 1. nu. 38. quoniam acta eſt hæc ſecunda diſpoſitio iter ipſos liberos, & magis eſt fauorabilis ipſis liberis, quam primũ teſtamétum. ſi quidem reuocatur ſubſtitutio extranei, & alius ex liberis ſubſtituitur. facit gl. d. Auth. inter liberos, q̃ dicit teſtamentũ ſolenne per aliã diſpoſitionem minus ſolénem inter liberos, ipſis magis fauorabilem reuocari, & hanc opinioné ibi dicit communem Rim. quem refert Pariſ. conſi. 35. num. 23. vol. 2.

15 Prędicta etiam procedũt, vt per viam inſtitutionis hereditas dari nó poſſit, vt dicit cóem opinionem eſſe Pariſ. d. cóſ. 35. n. 6. Sed quid ſi detur per viam ſubſtitutionis pupillaris, vt ſi pater fecit teſtamétũ filio impuberi, & eidé pupillariter in codicillis ſubſtituat? Reſp. quod nec id quidem fieri pót. ita tex. l. ſi idem C. de codicil. quẽ refert Villa. in ſua collect. cómun. opin. verb. pater, nu. 39. Io. Dilect. tract. de arte teſtad. tit. 5. cau. 34. licet aliud ſit í caſu de quo p Bar. vbi ſ.

16 Cæterũ ſi verbis non directis, ſed per fideicómiſſum hereditas in codicillis ſit relictũ vt fideicommiſſum. tex. l. 2. C. de codi. & eſt cómunis opinio, vt dicit Iaſ. l. ex tribus, C. de codi. Ioan. dilect. tract. de art. teſtand. tit. 5. cau. 34.

17 Sed pone, quod teſtator hæreditatem in codicillis de facto reliquit, quo caſu iure directo valere nó pót, nũquid ſaltẽ valebit iure fideicómiſſi? Reſp. pro vera reſolutióe huiꝰ dubij diſtigue tres caſꝰ.

Primus eſt, qñ præceſſit teſtamentũ, & poſtea in codicillis teſtator eſt verbis directis, vt ſi í teſtaméto inſtituit Titiũ, poſtea in codicillis dixit. Sépronium poſt morté Titij hæredé eſſe debere, & hoc caſu licet directo iure nó valeat: Tamen hodie de benignitate, & æquitate & inſtitutio directa in codicillis facta, & hereditas directò relicta, eſt valida & firma, nó in vim directę ſubſtitutionis, ſed in vim fideicómiſſi. tex. eſt in l. Scæuola, ff. ad Trebel. & tradit Bar. l. 1. C. de codicil. & omnes ibi ſequũtur, vt teſtatur Pariſ. cóſil. 75. n. 5. vol. 3. & conſ. 91. nu. 21. volu. 1. & magis veram & communẽ dicit Pariſ. conſ. 41. nu. 52. vol. 2. & quod hoc ſit vulgatũ & certiſſimum, idem firmat cóſil. 10. n. 3. vol. eo. Et hoc etiam procedit etiam in teſtaméto, alia fuiſſet facta pupillaris ſubſtitio. ita dicit cómuniter teneri Alex. l. 2. nu. 5. C. de codicil.

Secũdus caſus eſt, quando non præceſſit aliud teſtamétum, & tunc ſi conſtat, quod teſtator voluit teſtari, & non adhibuit ſolénitates neceſſarias, ſed corá quinq; teſtibus dixit ſe Titiũ hęredé inſtituere, nó valet talis diſpoſitio propter defectum volũtatis, vnde ſi voluit teſtari, & nó valet, vt teſtamentum, non præſumit voluiſſe valere iure codicillorum & fideicómiſſi. tex. l. i. ff. de iure codicil. & ita tenét omnes Doctores, vt dicit Ferná. Vaſq. lib. 3. de ſucceſ. progreſ. §. 30. nu. 38. Sin veró appareat diſponenté voluiſſe codicillos tenere, ut quia expreſſit, uel id uero ſimiliter ex eius uolũtate colligatur, tũc diſpoſitio per uerba directa facta trahitur ad fideicómiſſum indiſtincte. hanc dicit eſſe communé opinionèm Alex. d. l. ſi. in fi. nu. 5.

18 Scias etiam, quòd prędicta circa dationé uel ademptionem hæreditatis procedunt, quæ in codicillis fieri nó poſſunt. Secus uerò eſt, quo ad declarationé perſonæ hæredis, ut ſi in teſtaméto dicatur: Inſtituo, quem in codicillis nominauero, nam id bene fieri poteſt in codicillis. tex. l. aſſe toto, ff. de hered. inſtit. & tenet Cyn l. ſiue & ibi Alexand. dicit hác eſſe cómunem opinionem, C. de codic. Qui enim

enim declarat nihil dat, ſed datum ſignificat, & codicilli trahuntur ad teſtm̄, & declaratio facta uidetur in teſtamento.

Similiter licet hæreditas in codicillis directò dari non pōt. Tñ pater in codicillis pōt bona ſua diuidere, & de illis vni plus aſſignare, q̄ alteri, & talē diuiſionē iudex ad unguem ſeruare debet. tex. l. ex parte, §. inteſtato, & ibi tenēt oēs Bal. & omnes cōmuniter l. ſi cogitationē. ut teſtatur Pariſ. conſ. 34. nu. 19. & ſeq. vol. 2.

19 Tu ſcis, quod codicilli fiunt quandoque in ipſo teſtamento, qñ. ſ. quis facit teſtamentum, & in ſubſidiū codicillos, ut, ſi ualeant demū, ſint teſtamentū ualere non poſſunt, quia forte in ſolēnitate deficit, vt quia ex teſtibus vnus eſt impubes, uel quinq; teſtes tantū, inter quos etiā fœmina, & eſt adiecta clauſula codicillaris, ſi nō ualet iure teſtamēti, ualeat iure codicillorum: & tūc etiam eius clauſula effectus eſt, quod ſi teſtamentū non ualeat, inſtitutio facta in teſtamento cōuertatur in fideicommiſſum uniuerſale, & uenientes ab inteſtato ſuccedant, ſed virtute illius clauſulæ teneātur reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto retenta Trebellianica. ita tenet Bar. l. 1. ff. de iure codicil. & eſt communis opinio, ut dicit Pariſ. conſ. 61. n. 40. vol. 3. Fernād. Vaſq. de ſucceſ. crea. §. 12. nu. 69.

20 Idem dic in ſubſtitutione directa: Si enim in teſtamento appoſita eſt clauſula codicillaris, operatur illa effectum, vt valeat iure fideicōmiſſi, ſicut ſi directa fiat ſubſtitutio in codicillis. hanc dicit eſſe cōmunem op. Pariſ. conſ. 41. nu. 53. & 66. vol. 2. Io. Ceph. conſ. 402. num. 2. & ſeq. lib. 3. & procedit hoc ſiue ſubſtitutio fiat verbis ēt directis ac ciuilib. ſiue communibus. ita dicit eſſe communem opin. idē Ceph. d. conſ. 420. num. 2. dixi. §. ſubſtō.

21 Sed quid ſi teſtamentum eſt nullum filij pręteritione. Numquid clauſula codicillaris operabitur ut inſtitutio trāſeat i fideicommiſſum? Reſ. In hac queſtione diſtingue duos caſus. Primus eſt in filio iam nato præterito, & glo. in auth. ex cā, C. de liber. præter. tenet ꝙ hoc caſu clauſula illa nihil operetur, & hāc dicit communem opi. Signorol. de Homod. conſ. 271. Sed contrariā partē, quod imo clauſula codicillaris operetur circa inſtitutionem, ut in fideicōmiſſum tranſeat, tenet Bar. l. 1. q. 5. ff. de iure codicil. & eā dicit magis cōem op. eſſe Ale. conſ. 37. vol. 1. Capr. conſ. 30. nu. 34. Anch. q. li. 1. q. 11. nu. 10. Zuntus Reſp. pro uxo. nu. 572. & cōmuniorem refert Matt. Gribald. com. op. uerb. præteritio, & uerb. codicil. Deci. conſ. 490. col. peu. Burſ. conſ. 92. n. 4. Gabriel. Roma. de concl. 7. nu. 1. li. 6. de clauſ. Clar. d. q. 46. cum plurib. per eum allegatis. Cōem quoque dicit gl. Iaſ. d. Auth. ex cauſa, & dictā gl. per oēs reprobari, nu. 22. Cur. iun. nu. 68. & receptiorem fatetur Fernand. Vaſqui. li. 3. de ſucceſ. progreſ. §. 30. n. 37. & nu. 48. Io. Dilect. tract. de arte teſtandi tit. 3. cau. 1. nu. 4. Et hoc nota, quia licet ex diſpoſitione Auth. & cauſa in teſtamento ratione prę teritionis nullo, legato conſeruentur: tamen non item inſtitutio.

22 Secundus caſus eſt, qñ filius poſthumus eſt ignoranter præteritus, uel quē teſtator adhuc uiuum ignorauit. Et qđ opereē illa clauſula codicillaris circa legata dixi ſupra, §. legatum, q. 67. An aūt circa inſtitutionem operetur, ut ad fidei commiſſum trahatur, magis controuertitur, itaq; variant Doct. & alijs, alij quā plurimi ſibi ipſis aduerſanē, & Cæſarea deciſione opus ſit. In hoc aūt cōcordāt, quod clauſula codicillaris futurū reſpiciens inducat fideicommiſſum, non obſtante poſthumi præteritione, qñ ſcienter eſt præteritus, ut notat Bar. d. l. j. ff. de iure codic. q. 6. & quod in hoc omnes cō cordant dicit Pariſ. conſ. 60. vol. 2. nu. 9. & n. 128. dicit hāc eſſe cōem opi. & cōſil. 61. nu. & conſ. 64. nu. 20. eod. volu. At ſi ignoranter ſit pręteritus, affirmatiuam, quod opereē fideicōmiſſum clauſula codicillaris futurū reſpiciens, tenuit Bart. ſibi contrarius. l. qui filiabus, ff. de legatis primo. quam opinionem ultra relatos per Clarum, d. q. 46. magis communem dicit Ad ii. ad Bar. d. l. 1. de iure codicil. lit. P. Cor. conſ. 158. vol. j. conſ. 118. vol. 2. & veriorem dicit in cōſ. 195. vol. 1. Nicel. in concordant. Bart. 206. magis communem dicit eſſe opinionem Pariſ. conſ. 60. nu. 2. & conſi. 64. nu. 8. volu. 2. Corne. Auth. ex cauſa, nu. 45. de lib. præter. & conſi. 195. vol. 2. Anchar. quæſtio. familiar. 11 num. 3. lib. 5. & q. 40. num. 8. lib. 6.

li.6.Soc.iun.conſi.107.nu.24.volum.1. Crot.conſi.66.nu.8.Bertrand. cõſi. 10. in prin.vol.1.Belon.conſi. 57.nu.14.Bero conſi.17.nu.28.Mandoſ.ad Rom. cõſil.122. Alciat.conſ.359.& ex magis cõi refert Villal.cõ.opi.verb.clauſula codicillaris,n.67.Suarez.Theſau.recep.ſenté.verb.præteritio,Io.Ceph.cõſ.138.n. 3.vol.1.& pluribus authoritatibus comprobat Burſ.conſ.89.nu.41.vol.1.Gabr. Roma.com.opin.lib.6.tit.de clauſulis, cõcl.7.num.8.ex quibus apparet, quòd hãc tenentes numero forte præponderãt. Sed hoc caſu filius præteritus detrahit legitimam.vt tenent omnes ſupra dicti Docto.Burſa.d.conſil. 88.nu.19.Sicut etiam ſi pater in codicillis filium rogaſſet,ut hæreditatem alteri poſt morté reſtituere, poſſunt hęredes eius legitimã detrahere,quamuis ſecus,ſi hęredes rogarent,vel in dubio mãdaſſet reſtitui, quo caſu ipſi hæredes rogati cenſentur, nec detrahunt legitimam, ita tenet Bar. l.ſi fundũ,§.fi.ff.de leg.1.& eſt cõis opinio,vt teſtatur Pariſ.cõſ.41.n 45.vol.2. Io.Dilec.trac.de arte teſtãd.ti.5.cau.34.

Et omninò hãc conclu. admittũt Docto. quãdo teſtator ſuperuixit & nõ mutauit,cũ teſtamentũ poſſet mutare, quo caſu tacite intelligitur approbaſſe,maxime ſi admonitus non reuocauit. hãc dicit eſſe communem ultra Dec.cõſ.490. quẽ refert Clar.d.q.46.uerſi.quæ opin. Crot.conſ.66. nu. 9. & 11. quem refert Burſ.conſ.89.nu.49.uol.1.Cur.iu.conſ. 150.nu.112.& 113.Pariſ.conſ.60.n.23. & conſ.61.uol.2.Cephal.d.conſ.138. n. 32. Quam cõem tamen non ſimpliciter intelligas quãdo teſtator ſuperuixit,ſed ubi clauſula futurum reſpiciens addita erat,& alia, quæ tñ teſtantis fuiſſe perſiſtere in uoluntate ordinate oſtendunt, hãc dicit eſſe cõem opin.Pariſ. conſ. 64. n.17.uolu.2.& id receptiori calculo oẽs admittere dicit Burſat.conſ.89. nu. 50. Burſat.conſ.88.n.19.uol.1.Secus uero ſi dicta clauſula non eſſet adita, teſtator tñ ſuperuixerat,uel extraneus tantũ inſtitutus erat, & coniecturata mens non concurreret. Quia tũc clauſula illa non operaretur. hãc cõem dicit opin.Ant.Alex.cõſ.25.Barb.cõſ.60.uol.2.Soc.cõſ. 93.uol.4.quos allegat Gabr.d.con.7. n. 16.& ſeq.Pariſ.d.conſi.60.nu.28.uol.2.

Contraria parté, q̃ clauſula codicillaris poſthumo ignorãter præterito indiſtinćte nihil operet, amplexus eſt Bart. l.1.nu.10.ff.de iure codicil.& hanc dicit eſſe communem opi.Soc.cõſ.93.uol.4. cum pluribus alleg.per Gabr.d.concl.7. num.6.& q̃ Doct.in conſcientia ſua tenuerũt hanc opi.ęquiorem dicit Bolog. d.Auth.ex cauſa,& communem teſtatur Cagn.ibi n.124.& vt veriorem & ęquiorem amplectitur Bert.cõſ.10. vol.2.cõſi.71.vol.3 & hãc opi. vt animæ conſulatur amplectẽda ſuadet, Igne.d.Auth. ex cauſa,n.201.& ſeq.2n. Alciat. in trac. præſumpt.reg.1.preſump.13.& quod opinio Bar.eſt veritas,dicũt Mode. Pariſ. add.ad Alex.cõſ.30.vol.3.lit.A.& cõem dicit Bert.cõſ.170.nu.5.cũ ſeq.vol.1.& ita iudicatũ fuiſſe p Parlamẽt. Delphin. & hãc opi. Bar. canonizatã & approbatam ab omnib. ait Mantua conſ. 164. in fi.& multis comprobat.Burſ.conſ 15.n. 22.& ſeq.ideoq; vti communiter hodie, ęquior,& rationabilior iudicãdo obſeruata ſequẽda eſt, etiã ſi clauſula adiecta futurum reſpiciat. & teſtator ſuperuixerit, ex quo.n.ſemel teſtamẽtum poſthumi agnatione ruptum & inualidum, ex eo ſolo quod ſuperuixit & nõ mutauit, vel clauſula in futurum concepta eſt,reconualeſcere in preiudicium pteriti dicẽdũ vel cui aliud preſumẽdum non eſt.

Intellige tamẽ hanc concluſionẽ procedere preter legata i teſtamẽto relicta. dũmodo non ſint ta magna, q̃ maiorem partem bonorum aſcẽdant, vt dixi ſup. §.legatũ,q.67. & plurib.cõprobat ex cõmunis Burſa.conſ.15.nu.26.Capra.reg. 111.nu.18.& ſeq.etiam ſi clauſula reſpiciat tempus preſens,vel futurum.Gabr. d.concl 7.num.9.& ſeq.

23 Quæro item, an reſciſſo teſtamento per querelam inofficioſi teſtameti inſtituta turpi pſona clauſula iſta codicillaris operetur, vt frater teneat reſtituere p fideicommiſſum? Reſp. cõmunis opi. q̃ non,vt teſtat Iaſ.l.fratres,Dec.conſi. 561.conſ.530.Curt.l.1.C.de inof.teſta. Sed contrariũ tenet Alex.l.poſthumus. §.fi.C.de iniuſto.rup.teſta. verita pendet ab eo,an fratri ſufficiat legitimam relinquere turpi perſona iſtituta,an verò

ta ſubſtantia debeatur. de quo dixi infra §. teſta. Si cõmunem ſequimur, quod totum debeatur, tunc Decij & cõis opi. procederet, quia nõ curatur de volũtate teſtatoris, & ſic de clauſula illa codicillari. Sin uero contrariã partem amplectamur, quę uerior, tunc Alc. opi. præualeret, quod excepta legitima teſtator in tales pſonas diſponere poſſit de bonis ſuis & pp clauſulã codicillarem teneẽ frater detracta legitima reliquũ inſtituto reſtituere, ita tenet Cagn. l. 1. C. de inof. teſt.

24 Sed pone, quidam inſtituit duos filios ęqualiter, unus deceſſit relictis nepotib. qui reperiuntur præteriti, & ita teſtamẽtum rumpitur agnatione ſui hęredis per l. Velleiã, nũquid hoc caſu clauſula codicillaris operabit? Reſp. cõis eſt opin. qđ teſtamentum ruptum quoad inſtitutiones heredum ex cauſa præteritionis, ſuſtinet quo ad legata & fideicommiſſa nedum ex Auth. ex cauſa, ſed etiã ui clauſulæ codicillaris, ipſique nepotes ſuccedunt ab inteſtato, & uigore dictæ clauſulæ codicillaris cenſent grauati reſtituere eorum patruo, quatenus ab inteſtato caperent de eo, in quo patruus fuerat inſtitutus: non autem intelliguntur grauati reſtituere portionem patris eorũ. Quia clauſula codicillaris operatur ſolum, ut ſuccedẽs ab inteſtato reſtituat iure fideicõmiſſi hæredi inſtituto illud, in quo directo erat inſtitutus ipſe cui teſtõ fit. ita tenet Bar. d. l. 1. q. 11. ff. de iure codicil. & quod nemo Doctorum contradicit deciſioni Bar. dicit Alex. conſ. 161. n. 3. uol. 2 & communẽ eſſe opin. & ueram fatetur pulchre declarãs Pariſ. cõſ. 60. nu. 37. & ſeq. uol. 2. An autem tales nepotes Trebellianicam detrahere poſſint, ſi habeãt legitimam, dixi inf. §. Trebellianica.

25 Quæro, quidam deceſſit factis duob. teſtamentis, ex quibus ſecundũ inualidũ ſuſtinetur uigore clauſulæ codicillaris, quas perſonas cõprehẽdat, & an operetur, ut per eam dicantur rogati uenientes ab inteſtato? Reſ. Bar. in l. ſi iure. ff. de leg. 3. ur. ult., quod ſi in ſecundo teſtõ fuerit clauſula caſſans & irritans, tũc tollatur primum, & per aditionẽ uenientiũ ab inteſtato confirmetur ſecundũ inualidum, & conſequenter clauſula d. caſſans & irritans. Sed cõis eſt opi. in cõtrariũ, qđ ſcilicet dicta clauſula codicillaris nõ operetur, ut per eã dicanẽ rogati uenientes ab inteſtato, ſed potius hæredes inſtituti in primo teſtõ, ita tenet idẽ Bar. l. 1. q. 1. ff. de iure codic. ideoq; hoc caſu illa clauſula nullo modo reuocationẽ iſtã inducit. ita dicit cõem eſſe opinionem, quicquid Bar. dixerit d. l. ſi iure, Soc. in conſi. 106. incip. pulcra profecto. lib. 1. quẽ refert Tobias Nonius conſi. 119. nu. 23.

26 Quæro, ſi adiecta eſt clauſula codicillaris in teſtõ ſub conditione, ſi non valet iure teſtamenti, ualeat iure codicillõrum, an tñ poſſit agi una uia, an uerõ utraque? Reſp. cõis eſt opinio, quod cõditio illa ſcindatur, & locũ habeat, quatenus non valet iure teſtamẽti, ita tenet Bar. Auth. ex cã, C. de liber. præter. & cũ Bar. trãſeunt cõiter Doctores, ut dicit Ripa. l. Stichum, nu. 34. ff. de leg. 1.

Sciat etiam, quod teſtamentum nunquam cenſetur habere clauſulã codicillarem, niſi fuerit adiecta. tex. l. 1. ff. de iure codicil. Sed dubiũ eſt in teſtõ condito per patrem inter liberos, ſunt. n. q exiſtiment, quod clauſula codicillaris ineſſe vř in teſtõ inter liberos, licet non fuerit appoſita, gl. l. cohæredi, §. cũ filię, ff. de vulg. & pup. & eſt communis opinio, ut teſtatur Alex. in l. uer. ciuilib. ff. de uulg. Cur. Iun. l. precibus, n. 54. C. de impub. & alus ſubſt. licet ipſe eam falſam exiſtimet. Eandẽ dicit cõem, & ſequitur Boer. deciſ. 240. verſ. primo ponã regulã, nu. 6. Alex. l. hac. conſultiſſima, §. ex impfecto, C. de inof. teſt. ibi Iaſ. Cur. Iun. col. 13. Communem item aſſerit Couar. c. Rainutius, §. 1. nu. 4. extr. de teſt.

Contrarium uerõ tenet Salic. Auth. nouiſſima, C. de inoff. teſtament. dicẽs hanc ſententiam eſſe communem, idem fatetur ibidẽ Iaſ. Alciat. lib. 1. tit. de verborum ſign. Addit. alciat. tract. de præſump. reg. 1. præſumpt. 28. nu. 7. communem hanc opi. dicit Io. Dilect. trac. de arte teſtan. tit. 3. caut. 1. nu. 7. & receptiorẽ dicit Cou. rub. de teſtamen. par. 2. nu. 20. Andre. Tiraq. Repet. l. ſi unquam. verb. liberis, nu. 103. C. de reuo. dona. & nouiſſime refert Vaſq. trac. de ſucceſ. progreſ. §. 30. nu. 43. pro qua opi. facit quod traditur, leges generaliter loquentes comprehendere quoque caſus priuilegiatos niſi

niſi ſpecialiter in eo habeant priuilegiũ. Quid dicendum in hac ardua quæſtione? Mihi videtur prima opi. iuri magis eſſe conſona quam etiam æquiorem & veriorem olim contrariam amplexus, nũcupat, & ſequitur Fernãd. Vaſq. d. §. 30. nu. 43. Iul. Clar. §. teſtamentum, q. 8. verſic. vnum, Ioſeph. Ludo. deci. cauſarum Peruſi. deciſ. 2. nu. 31. par. 1.

Solet ẽt cõtrouerti, an relicta in codicillis hæreditatis aditionem ſaltem ab inteſtato deſiderent, & vtraq; harũ opinionũ eximios ꝓ ſe hẽt defenſores & patronos, namq; hęreditatis aditionẽ non requiri voluit Bal. conſ. 234. incip. in Chriſti nomine, & conſ. 164. lib. 3. hanc communem exiſtimat eſſe opinionẽ, & ſeqtur Iacobin. d. S. Georg. Aut. ex cauſa, n. 24. C. de lib. præter. Corn. conſ. 92. li. 2.

Sed contrariam opin. ꝙ ſcilicet aditio hæreditatis ſit neceſſaria ab inteſtato tenet gl. l. q. filio impuberi, §. ſeruus, verb. liber, ff. de hæred. inſt. & hanc gl. cõmuniter eſſe approbatam dicit Iaſ. l. eã quam, nu. 13. C. de fideic. & veriorẽ dicit Fernan. Vaſqui. de ſucceſ. progreſ. §. 30. nu. 42. lib. 3. vbi adducit tex. clarum, §. 1. & 2. inſtit. de eo cui liber. cauſa bona addi. & hæc ſententia, cum pro ea ſtet tex. & in gl. ſequenda eſt.

27 Sed pone fecit aliquis teſtamentũ ſolẽne, & deinde iuſſit, vt nõ valeat in vim teſtamẽti, ſed codicillorum, nũquid eius uoluntas rata erit, ut uoluntas transformetur in naturam codicillorũ? Reſp. ꝙ ſic, ita tenet Io. And. addit. Spec. tit. de inſtru. edit. §. compendioſe, & hanc opi. eſſe communem teſtatur Soc. conſ. 142. n. 4. inc. Reuerende pater, vol. 1. Fer. Vaſq. de ſucceſ. creat. lib. 1 §. 10. n. 91. & lib. 3. de ſucceſ. progreſ. §. 30. nu. 34. quib. locis dicit ſe non inuenire contradicentem licet ipſe contrariam partem non ante teſtamentũ uel in ipſo actu teſtandi, ſed poſt teſtamentum perfectum teſtator id declarauit, ueriorem dicat.

28 Quæro, quid ſi pater fecit teſtamẽtũ inter liberos coram quinq; teſtib. & reliquit extraneis legata & fideicommiſſa, an ualebit quo ad extraneos in vim codicillorũ? Reſp. Pau. de Caſt. conſ. 93. viſo dicto teſtamento in Antiq. tenet quòd ſic, quẽ ſequitur Nicol. Boer. dec. 23. q. a coram quinq; teſtibus poſſunt legata relinqui. Sed contraria opi. cõis eſt, quã tenet Bal. l. 1. ff. de iure codicil. & quod omnes ita tenẽt & ſequuntur dicit Fernan. Vaſq; li. 1. de ſucceſ. reſolut. §. 1. nũ. 43. licet enim codicillos corã quinq; teſtib. facere poſſimus: tamen propter defectũ uoluntatis in uim codicillorũ valere nequit, nec vt teſtamentum, quia ſeptẽ id teſtes non ſunt itaque deficiunt legata, hæc ſententia verior eſt, & ſequenda.

29 Quæro, pater in codicillis omnia bona ſua extraneis conceſſit, & expreſſit ſe filium preteritum reliquiſſe, quia ingratus fuit, & ingratitudinis iuſtam cauſam expreſſit. itaq; legitimã & trebellianicã prohibuit: numquid ſi honorati in codicillis ꝓbauerint cãm gratitudinis, filius repelletur ab hereditate ab inteſtato? Reſpon. cõtrouerſum eſt quibuſdam exiſtimantib. eam cãm, quę in exhæredatione rite expreſſa, filiũ ab hęreditate repellit, ſufficere ad repellendum eum ab hęreditate ab inteſtato. ita tenet glo. Autho. de nupt. §. ingratitudinẽ, & ſequit ibi Ang. Iaſ. Auth. non licet C. de li. præter. Alijs verò contra cenſentibus vti Iaſ. qui ſibi contrarius l. in arenam, C. de inof. teſt. & hęc eſt magis com. opi. & vera, ut teſtať Vaſqui. de ſucceſ. creat. §. 30. nu. 179. & poteſt filius in codicillis exhæredari uel præteriti cum cauſæ expreſſione, ſicut in teſtamento. Ideoque filius ita præteritus omnia bona patris ſui capit, ut eius legitima reſiduum bonorum legatarijs, & fideicommiſſarijs præſtabit.

30 Poſtremo vt reſoluantur codicilli uideamus, & ſcire debes, quod licet teſtm̃ primum per poſterius tollatur, ut dixi inſ. §. teſtñ. Tamen nõ ita codicilli priores poſterioribus infirmantur, ita tenẽt Doctores l. 3. C. de codicil. & communem dicit Fernand. Vaſq. d. §. 30. nu. 52. Quia in teſtamentis diſpoſitio fit uniuerſalis, in codicillis verò particularis.

31 Et hæc concluſio de plano procedit qñ non ſunt codicilli contrarij, aliàs ſecus, ut Doct. ibi. Sed quid ſi reperianť duo codicilli, nec apparet, quis ſit prior uel poſterior, in quorum uno alicui certa res legatur, in altero adimitur, utri ſtabitur? Reſp gl. d. l. 3. tenet neutrum ualere, & ſequitur Bar. idq; ratione incertitudi-

& alij, eſtque communis opi. Modernorum ut dicit Alexá. & Iaſ. d. l. 3. quia cẽſentur vltimi per quos fit ademptio, cũ in dubio priuatio præſupponat habitũ & actum procedere.

32 Sed quid ſi reperiantur duo codicilli eodem die facti, & in vno res legetur Titio, & in alio Caio, nũquid videtur facta ademptio? Reſp. quòd non, ſed ambo concurrunt. & ambo admittũtur ſimul ad aliud legatũ, ita tenet d. glo. verb. cõtrarium, & eam communiter ſequuntur Doctores, ut dicit Alexand. ibi, num. 3. vide, quæ dixi ſupra §. legatũ, q. 80. & 5. §. accreſcendi.

4 Quæro item, quid ſi ſub die incerta, vel ad diem incertū hęres ſit inſtitutus, nūquid ualebit inſtitutio? Reſp. q\u0303d pōt qs inſtitui ex incerto die uel tp̃e, ut ſcilicet tunc incipiat, uel ad tp̃s incertum ut deſinat eſſe hæres non quidē directo, ſed per fideicōmiſſum, text. eſt l. extraneum, C. de hæred. inſtit. Et intellige hāc cōcluſionē ſiue fiat inſtitutio ſub die, uel tēpore incerto omnino an & quando, ut cum aliquid factū fuerit, ſiue incerto quando ſed certo an, ut ex die mortis, dummodo inſtitutio fiat ſub die incerto mortis alicuius tertii, ut cū Titius morietur, quia pro conditione habetur, Idemque ac ſi dictum ſit, ſi morietur. Secus uerò ſi ſub die incerto mortis ipſius hæredis, quia tunc ſubducto tempore pura remanet inſtitutio. ita tenet Bar. & cōiter Doctores, ut teſtatur Alex. ibi n. 2. & nu. 5. uerſ. & contra Imol. Iaſ. nu. 4. uerſ. teneas igitur cōmunem intellectum. Ant. Gomez. uaria. reſol. Tom. 1. cap. 2. nu. 11.

7 Infertur ex hoc, quod ualet hęredis inſtitutio facta de incapace in tp̃s quo capax erit tex. l. in tempus, ff. de hęred. inſtit. Quod non habet dubiū, q\u0303n incapacitas ſurgit ex uitio ſolius hæredis, ut in deportato propter ſuū delictum, ſed ſi incapacitas prouenit ex uitio amborū, ſcilicet teſtatoris & hæredis, ut quando inſtituitur ſpurius cū capere poterit, controuerſum fuit. Nāque Ang. §. hæres, inſtit. de hæred. inſtit. tenet hoc caſu nullā eſſe hæredis inſtitutionem, & quod ita ſequūtur Doct. communiter dicit Guliel. Bened. c. Rainutius, uerb. reliquit, nu. 6. Sed reuera cōis eſt opi. in contrariū ut dixi ſ. q. 7. & dicit Ema. a Coſta l. Gallus, §. & quid ſi tantū, 2. par. n. 172. ubi ſpurii inſtitutio conditionaliter eſt concepta, ut puta ſi legitimus factus fuerit, uel cum capere potuerit, nullā eſſe difficultatem, quin ualeat iſtitutio & legitimatio poſt mortem, ut patris ſit ſucceſſor & hæres.

8 Hinc eſt, quod ſi teſtator inſtituat hæredem uxorem in uita tantum, uel relinquat eam uſufructuariam & dominam, & poſt

& poſt eius mortem inſtituat alium, talis vxor cenſetur hæres vniuerſalis in uita. & poſt eius mortem reſtitueret hæreditatem per uiam fideicommiſſi alii inſtituto. ita tenet Bal.d.l.extraneum. & eſt communis opi. vt teſtatur ibi Alexan. & Iaſ. Pariſ.d.conſ.69.n.11. Cephal.conſi. 472.nu.57.& dixi late ſupra,§.legatum, qõ.23.

9 Infertur etiam, quod ſi quis inſtituat monaſterium, eccleſiam vel hoſpitale poſt alterius mortem, talis inſtitutio valeat, & monaſterium ſiue eccleſia vel hoſpitale venit per fideicommiſſum, etiam non expectato tempore, quia nõ poteſt mori, & ita certum eſt diem venturum. ita tenet Bal.d.l.extraneum, & ſequuntur Doct.omnes, vt teſtatur. Alexan.addit.ad Bar.d.l.hæreditas, verb.mori, & ꝙ iſta ſit communis opinio Doctorum contra Bart.qui contrariũ uoluit ibid.d. l.hæreditas, dicit Pariſ.cõſ.69.nu.5.li.2.

Quæſtio Vigeſimaquinta.

SVMMARIA.

Sub conditione hæres inſtitui poteſt, nu.1.

Dummodo ſit poſſibilis. Secus ſi impoſſibilis. num.2.

Limita in impoſſibili natura vel iure. Secus ſi facto ſit impoſſibilis, quo caſu diſtinguitur, num.3.

Conditio impoſſibilis, quam teſtator credidit poſſibilem uitiat inſtitutionem.nu.4.

1 QVæro, nunquid ſub conditione poſſit hæres inſtitui? Reſp. quod extraneus ſub qualibet conditione põt inſtitui, ſiue ſit poteſtatiua, ſiue caſualis vel mixta, de quibus dixi ſupra.§.legatũ, tex.eſt l.ſub. cõditione, ff.de hæred.inſti.

2 Quæ tamen concluſio procedit quidem, ſi conditio ſit poſſibilis Sed.quid in conditione impoſſibili? Reſp.quod ſecundũ omnium ſententiam impoſſibilis conditio reijcitur de inſtitutione & pro pura habetur, ac ſi pure hæres inſtitutus eſſet. tex.§.impoſſibilis, inſtit.eo. Ratio eſt fauor ultimarum uoluntatum ut not. Io. Imo.l.1.ff.de condit.inſtit. & uulgo receptum eſſe a Doctoribus teſtatur. Eman. Coſta lib.1.interpret.cap.8.n.2.licet non ſatis idoneam exiſtimet.

3 Et hoc quidem obtinet in conditione natura vel de iure impoſſibili, quia apparet, quod teſtator faciat deriſorie, & nihilominus velit heredem eſſe. tex.l.1.ff. de condit.inſtit. ſecundum com.intellectum, vt teſtatur Couar.lib.4.Decret.c. 3.2.par.n.7. Dummodo talis cõditio impoſſibilis, de iure & contra bonos mores non inducat captatoriam voluntatem, quia tunc vitiat inſtitutionem. ut tenet Bar.d.l.1.nu.5.ff.de condit inſtit. quem communiter approbatum eſſe dicit Fernãd. Vaſqui. de ſucceſ. progreſ.§.3.n.46. & dixi ſupra.q.8.

Cæterum ſi de facto fuerit impoſſibilis, diſtinguendũ eſt. Aut.n.talis difficultas eſt ſolũ reſpectu pſonæ, cui adiicit & non ſimpliciter reſpectu aliorum, & tũc diſpoſitio vitiatur, ſi conditio impoſſibilis ſiue difficilis non impletur. Sin vero alias fuerit impleta, purificat & habet effectũ. Aut vero ſimpliciter eſt impoſſibilis conditio, nõ tm̃ ei cui adijcit, ſed cuilibet alij, vt ſi montẽ aureũ dederit, quã nemo vnus implere poſſit, & ea non impleta, inſtitutio uitiat.ita eſt gl.§.impoſſibilis, inſtit.de hæred.inſtit. & ita diſtinguit Io.de Imo. d.l.1.& hac diſtinctionẽ cõiter receptã eſſe fatet Ema. Coſta lib.1. interpret.c.8.nu.9.quamuis ipſe poſt nõ nullos alios contrarium ſentiat, ſed ea pp à communi recedum non eſt.

4 Sed quid ſi teſtator impoſſibilem conditionem exiſtimauit poſſibilẽ, An pro nulla habebitur? Reſp.quod non, ſed vitiabitur inſtitutio. ita tenet glo.l.ſeruo manumiſſo, ff.de condit.indebiti. & hanc eſſe com.opi.licet de ea dubitet, dicit Coſta li.1.interpret.c.9.nu.1.&.Rep.c.ſi pater, verb.in re certa.nu.8.de teſtam.in 6. Communem quoque aſſerit Laurent. de Pinu.conſi.46.num.5.

Quid item ſi in præſens vel præteritũ concepta ſit conditio impoſſibilis, nunquid inſtitutio erit vtilis? Reſpõ.quod ſi conditio in præſens uel præteritum concepta fuerit falſa, ut quæ potuit contingere, nec tamen contigit, efficit ut nullius momenti ſit inſtitutio tanquam impoſſibilis ex accidenti: Secus ſi cõditio in præteritũ uel præſens tẽpus concepta, nec contingit, nec contingere potuit:

5 tunc enim reijcitur illa conditio, & inſtitutio ualet, ut ſi teſtator dixerit, ſi filia

mea

mea viuit, cum teſtator nunquam habuerit filiam, nam quia conditio fuit de genere impoſſibilium, non tam eſt impoſſibilis quia falſa, quam neceſſario falſa, quia ſemper fuit impoſſibilis, & ita nugatoria eſt potius conditio. tex. l. ſi Mæuia, ff. de hæred. inſtitu. & ita tenet Barto. d. l. 1. ff. de condit. inſtitu. & ſequuntur Doctores communiter, ut teſtatur Dida. Coua. lib. 4. Decretal. 2. par. c. 3. n. 3. Ema. Coſta in terpret. lib. 1. cap. 11. in prin. quamuis cõtrarium teneat Fab. §. conditiones, nu. 3. inſtit. de verb. oblig.

Aduerte etiam iuxta prædicta, quod ſi conditio a natura quidem poſſibilis, ex accidẽti tñ, uel lapſu alicuius in pteritũ qđ redire non põt, impoſſibilis, in futurũ concipiat, vt ſi Titius viuet, quia iam tẽpore cõceptionis teſtamẽti, mortẽ obierat, talis cõditio reiicitur vt impoſſibilis. tex. l. mulcta, §. 1. ff. de condit. & demonſtratio. ſecundum com. intellectũ glo. ibi vt teſtatur Coua. d. c. 3. nu. 3. Eman. Coſta d. c. 11. in prin. Porrò filius inſtitui nõ poteſt, niſi ſub conditione poteſtatiua, vt dixi infra, §. teſtamentum.

Quæſtio Vigeſimaſexta.

SVMMARIA.

Inſtitutio conditionalis pendente conditione ſuſpendit affectum. nu. 1.

Limita quando in præſens uel præteritum eſt concepta. nu. 2.

Quid ſi una parte pure, in alia ſub conditione eſt inſtitutus, nu. 3.

Si plures ſint adſcriptæ conditiones, omnes impleri debent, nu. 4.

Conditio caſualis nõ habetur pro impleta quocunque modo deficiat etiam caſu, nu. 5.

Quid in conditione poteſtatiua. nu. 6.

Quid item mixta, nu. 7.

Quid ſi deficiet mixta conditio caſu in perſona hæredis contingente, nu. 8.

Quid ſi conditio deficiat ex perſona teſtatoris & eius culpa. nu. 9.

1 INſtitutio conditionalis non hẽt effectũ ante euentum conditionis, eaq; deficiente euaneſcit. Conditio n. eſt futurus quidam euentus, in quem diſpoſitio ſuſpenditur. vt docet Bar. l. 1. C. de cõdit. inſtit. quem ſequuntur communiter Doctores, ut teſtat Ant. Gom. varia. reſo. Tomo. 1. c. 12. n. 59. Vnde non eſt acquiſitũ aliquod ius adeundi vel repudiandi, nec fit trãſmiſſio, cum pendente conditione non ſit delata hæditas, ut dixi infra. §. fin.

2 Et hoc procedit dũmodo cõditio non ſit in præſens vel præteritũ tẽpus concepta, quia tũc non eſt proprie cõditio, & ſi vera eſt, tũc ſtatim obligat, & non ſuſpendit actũ. vt dixi ſup. §. legatũ, q. 46. Secus ſi falſa vt dixi q. præced. verſi. quid item.

3 Item prædicta procedunt quado quis ſimpliciter eſt hæres inſtitutus ſub conditione. Secus ſi in aliqua parte pure eſt inſtitutus, in alia ſub cõdõne, quia tũc ſi velit adire ex pura inſtitutione, ſtatim efficit hæres in tota hæreditate, nec requiritur vt impleatur, conditio, quia ſi non eueniat vel impleatur illa pars iure accreſcendi ſibi debetur, dummodo nõ habuerit ſubſtitutum uulgarem, quia tunc conditio expectanda eſt tex. eſt l. ſi te ſolum, & ibi communiter Docto. ut teſtatur Gome. d. cap. 2. nu. 12.

4 Sed quæro ſi plures ſint conditiones, an oẽs euenire ſiue īplere neceſſe ſit, vel vnam implere ſufficiat? Reſp. quod ſi plures ſint conditiones adſcriptæ oĩb. parendum eſt, dũmodo alternatiuè nõ fuerint cõceptæ, quia vnã implere ſufficit. ita eſt tex. & gl. l. ſi hæredi plures. ff. de cõdit. inſtit. & ſequuntur Doct. cõiter, ut teſtatur Gom. variar. reſol. Tom. 1. c. 2. n. 12.

5 Quod tamẽ intellige, vt nõ procedat quãdo alternatiua poſita eſt inter plures conditiones quibus apponitur illa, ſi ſine liberis deceſſerit, cũ adiectione ſubſtituti. Quia tunc reſoluitur in copulã pp præſumptã mentẽ teſtatoris. ita eſt communis opinio, vt teſtat Iaſ. l. generaliter. & ibi Dec. nu. 2. C. de inſtit. & ſubſtit.

6 Porro dictum deficiente conditione deficere inſtitutionem, hoc quidem procedit, ſi conditio ſit caſualis indiſtinctè, ſiue per factum tertij, ſiue etiam per caſum mortis uel quocũque alio modo defecerit, ut dixi ſupra. Sed quid ſi conditio ſit merè poteſtatiua? Reſpond. quod ſi per factum hæredis non impletur, non conſequitur hæreditatem, ſed ſi caſu deficiat, habetur pro impleta, ſi caſus non contingat in perſona hæredis, alias habetur pro defecta. ita tenet Imol. l. in teſtamento, ff. de condi. & demonſt. & Docto. cõiter ſequuntur, ut teſtatur Iaſ. n. 9. dicens

Error in nomine proprio teſtatoris an uitiet inſtitutionem, nu. 2.

Error in perſona inſtituti uel rei corpore, an uitiet inſtitutionem, nu. 3.

Error in qualitate inſtituti naturali uel ciuili, an uitiet, nu. 4.

Deſtinatũ fieri quando nõ fit intelligitur ꝑ errorẽ omiſſum, & quando uitiat, nu. 5.

1 QVæro, an error vitiet inſtitutioné? Reſp. In hac q. conſiderandi, & diſtinguendi ſunt aliquod caſus. Primus caſus eſt, quando aliquid circa inſtitutionem vel alias omiſſum eſt per errorem notarii, ut ſi notarius ſcripto nomine ꝓprio omiſit, hæres eſto, probato errore, nó vitiatur inſtitutio. tex. l. errore, C. de teſtam. & ibi dicit hanc eſſe magis com. opi. Alex. n. 6. Et ſi agitur de probãda ſubſtãtia ſeu voluntate teſtatoris omiſſa errore notarii, ad probãdum errorem requirũtur ſeptem teſtes in teſtamẽto, in codicillis quoque. Sin autẽ agitur de probãda qualitate aliqua, ſufficiunt duo teſtes. ita eſt gl. not. l. hȩredes palã, verb. poſſe, ff. de teſtam. docet Bart. l. cũ proponebat, ff. de leg. 2. & ꝙ hȩc diſtinctio ſit vera & cõmuniter approbata teſtatur Iaſ. l. errore, nu. 7. C. de teſt.

2 Secundus caſus eſt, quando teſtator errauit in nomine ſuo proprio uitiatur inſtitutio, quia talis error oſtẽdit fatuitaté, ita tenet Bar. l. cum in liberis, C. de hȩred. inſti. & ibi dicit hanc eſſe communem opinionem Alex. & Iaſ. nu. 2.

3 Tertius caſus eſt, qñ teſtór errauit in ipſius perſonȩ inſtituti uel rei corpore, inutilis eſt inſtitutio, l. ſi in noie, ibi oés C. de teſt. & hoc non habet dubium.

4 Quartus caſus eſt: quando error a teſtatore commiſſus eſt in qualitate inſtituti naturalis uel ciuili, deſignante cauſam finalem, ꝑ ꝑ quam fuit motus ad inſtituendum, error uitiat inſtitutionem. tex. l. neq; profeſſio, C. de teſta. & tenet glo. Azo. l. eam quam, C. de fideicom. cuius dictum non habet contradictorem. ut teſtatur Dec. conſ. 176. pro quo ẽt dicit ſe iudicaturum, ex quo cõtradicẽtẽ habet neminẽ, & extollit Iaſ. conſ. 127. nu 10. uol. 4. quos refert Marzar. conſi. 37. n. 20. Ideoq; ſi teſtator per errorem inſtituat, quẽ filiũ ſuum uel agnatũ putabat, non ualet inſtitutio. hanc dicit eſſe com. opi. Iaſ. d. l. eam, nu. 16. Fernan d. Vaſq. de controuer. illuſtr. lib. 3. c. 102. nũ. 4. Em. a Coſt. c. ſi pater, uerb. uxoré, nu 16. de teſta. in 6. Et hoc caſu hæreditas inſtituto relicta nó applicatur fiſco, ſed venientibus ab inteſtato defertur, iis uero deficientibus fiſco. ita tenet glo. d. l. ſi pater, C. de hȩred. inſti. & ibi ſequitũr Bar. & hanc eſſe com. op. dicit ibi Ia. nu. 10. Ema. a Coſta d. uerb. uxorẽ, n. 16. quod nota ad Reg. quæ habet quod hæreditas quæ alicui tanquam indigno aufertur, applicatur fiſco, nam illa reg. procedit quando indignitas procedit culpa hæredis Secus ſi per errorem teſtatoris ut hic. ita omnes tenere dicit ibid. Iaſon Eman. a Coſta ubi ſupra nu. 17.

5 Quintus caſus, quãdo teſtator ab initio in ꝑparatione teſtãdi deſtinauit conditionẽ vel quid aliud in ipſa inſtitutione iſerere, poſtea per errorẽ illud omittitur, tũc uitiatur inſtitutio: ſecus ſi antea teſtator non deſtinauit, licet poſtea ſubiecerit, & declarationẽ uolũtatis ſibi reſeruauit, quia tũc non uitiatur. ita tenet Bar. l. quoties, §. tã tundem, ff. de hæred. inſtit. Alex. l. ſi teſtamentum, nu. 3. C. de inſtit. & ſubſtit. & quod cum Bar. traſeunt magis communiter Doct. teſtatur Soc. iun. l. ita ſtipulatus, nu. 70. ff. de uerb. obl. Ratio eſt, quia primo caſu deſtinauit facere inſtitutionẽ condõnalẽ, qđ poſtea non fecit, & ita errauit in ſubſtãtia inſtitutionis. In ſecundo uerò nó deſtinauit, & in ſubſtãtia nó errauit, & inſtitutio per ſe eſt expreſſa & ꝑfecta, & circa accidẽs illud potuit pȩnitere, uel ſaltem error in eo cómiſſus inſtitutionem non debet vitiare, ita procedit tex. l. 2. ff de hȩred. iſtit. & dicit magis com. Doct. opi. Alex. l. ſi teſtamentum, nu. 3. C. de inſtit. & ſubſtit. Lud. Zunt. conſ. pro uxore, n. 268. 2. caſu, quòs caſus ex receptiſſ. Doct. opi. exceptos aſſerit ſub n. 30. Et hæc in preſentia ſufficiant.

§ Subſtitutio.

HAEc ſubſtitutionum materia ſubtilis eſt propter textuum amplitudinem, verborũ interpretationem nec non uoluntatis quæſtionem & deciſionum

ſionum diuerſitatem: Sed ſubtilitatem vincit utilitas, ut omnes interpretes ſeſe in magnis hæreditatibus uſu percepiſſe fatentur; & Cuma. ex ore Baldi audiuiſſe refert, quod ex hac materia lucratus fuit pluſquam quindecim milia ducatorum, Quare ſicco pede tranſeunda non eſt.

Quæſtio Prima.

SVMMARIVM.

Quid ſit ſubſtitutio.

1 QVæro in primis qd ſit ſubſtitutio Reſp. Subſtitutionis nomen quam latiſſime patet. in genere igitur definitur, quod ſit in alterius locũ repoſitio. In ſpecie vero, quãuis uariæ à Doctoribus adferãtur definitiones, hanc tñ præcipuã tradũt, quod ſubſtitutio ſit quælibet ſecunda inſtitutio. author. fuit Accurſ. l. 1. ff. de vul. pup. & ſeqtur Bar. & magis cõiter Doctores, ibi, & paſſim alibi, ut teſtatur Sapia. rubr. C. de imp. & aliis ſub n. 2. Cag. l. precibus, n. 3. C. eod. quem refert Sfort. Odd. in tract. compẽdioſe, in prælud. par. 1. q. 1. & quod cũ ea trãſeunt Doct. magis cõiter dicit Soc. iun. l. Centurio, nu. 2. ff. de vulg. & hanc com. eſſe teſtatur Anto. Fume tract. ſub. nu. 1. quamuis eam improbet. Et nota, quod licet tertio, quarto, uel ulteriori gradu fieri poſſit ſubſtitutio, tamẽ oẽs, ſiue ſit tertia ſiue quarta vel ulterior ꝑter primam, dicuntur ſecunda. ita tenet gl. d. rub. & Doctores communiter, ut dicit Sfortia Oddo d. q. 1. oppoſ. 2.

Quæſtio Secunda.

SVMMARIVM.

An ſubſtitutio ſit proprie inſtitutio.

QVæro, an ſubſtitutio ſit proprie inſtitutio? Reſ. diuerſæ ſunt Doctorũ ſententię, Bar. l. mulier, §. fi. ff. de condi. inſtit. tenet, quod ſic, quẽ nonnulli alii ſequunt, & patet ex definitione. ubi uerbum inſtitutionis ponit tanquam ſpecies, unde ſuccedit Reg. quod omnis ſpẽs eſt ꝓprie ſicut genus. Sed cõtrarũ, quod ſcilicet inſtitutio tam directa, quã obliqua non ſit proprie inſtitutio tenẽt Doctores communiter, ut teſtatur Sap. d. rub. C. de impub. & aliis ſub. n. 6. Frã. Rip. l. 1. n. 2. ff. de uulg. & pup. quem refert Lud. Zun. conſ. pro uxore, nu. 733. & com. dicit opi. Bello, ſuppuc. li. 3. c. 19. Quia ſubſtitutio nõ eſt ſimpliciter inſtitutio, ſed ſecunda, & eſt tm̃ conditionalis iſtitutio. Vera uidet reſolutio, quod uerbum inſtitutio poteſt capi in genere. & tunc dicitur proprie inſtitutio. ita eſt gl. l. ſi pater filio, ff. eod. & ibi tenent omnes, ut idem Sapia. teſtatur d. loco, item capitur ſubſtitutio in ſpecie, & tũc proprie in primo gradu uerificatur.

Quæſtio Tertia.

SVMMARIA.

Quotuplex ſit ſubſtitutio, nu. 1.
An fideicommiſſ. ſit proprio ſubſtitutio, n. 2.
Quĩq; ſũt ſpẽs directæ ſubſtitutionis. n. 3.

1 QVæro quotuplex ſit ſubſtitutio? Reſp. Principalis ſubſtitutionum diuiſio eſt, quod alia ſit obliqua ſeu fideicõmiſſaria, alia directa. Obliqua eſt per quam accipitur manu alterius, videlicet hæredis inſtituti, qui ad illam ſubſtituto reſtituendam rogatus vel iuſſus eſt. Directa eſt per quam accipitur hæreditas teſtatoris non alterius. ita tradit glo. rub. ff. de vulg. & pup. & ab omnibus cõmuniter recepta eſt, vt teſtat Sfor. Odd. d. tract. par. i. q. 5. & iuſtiorem ac veriorẽ dicit Suarez. addit. ad Gome. varia. reſolu. Tom. 1. cap. 3. nu. 16.

2 Sed controueri ſolet, an iſta diuiſio cõueniat ſupradictæ definitioni ſubſtitutionis, ita vt vtrũque membrũ comprehẽdat, & obliqua ſiue fideicommiſſaria ſubſtitutio proprie dicatur ſubſtitutio? Reſ. Hæc quæſtio adeo du[...]ia eſt, vt vix determinari poſſit, quæ ſententia hodie communior ſit. Namque negatiuam partem, quod improprie & largo modo ſit ſubſtitutio fere omnes tenent d. rub. C. de impub. & aliis ſubſtit. & hanc in effectu com. eſſe dicit Decius ibi Sapia. n. 13. Iaſ. rub. C. de inſtit. cõmunẽ quoque nu. & authoritate, & ab ea non eſſe recedendum, atteſtatur Cagn. d. l. precibus, nu. 50. Gribal. l. Gallus, §. Et quid ſi tantum, verſ. breuiter uera & communis. Ripa d. rub. ff. de vulg. & pup. nu. 5. Soc. Iu. l. centurio. nu. 31.

Contra-

Contrariam partem quod fideicommiſſaria etiam propriè fit ſubſtitutio, & appellatione ſubſtitutionis generatim ſumptæ comprehendat tenet Ale.d.rub. C.de impub. & alijs ſubſtit. ſecundum hanc opinionem conſuluit Soc. conſil. 128.cui ſubſcripſerunt omnes illuſtres Doct. Italiæ numero pluſquam 20. vt refert Sfor. Odd. d. tract.compend.q. 5. dicens hanc opinionem hodie eſſe magis communem quam etiam ſequitur Fern. Vaſq.de ſucceſ.progreſ.§ 11. num.1. Et per totum. Pau. Leon. copioſiſſime tractans in prælud. ſubſtit.nu.85.cum pluribus eq.quod facit ad q.an ſtatum diſponens circa ſubſtitutionem habet locum in fideicommiſſo,de quo dixi alibi.

3 Porro directa ſubſtitutio quamuis alij aliter diuidant,tamen cõmuniter in quinque ſpecies ſecatur utputa vulgarem,pupillarem,exemplarem, breuiloquam ſiue reciprocam & compẽdioſam,ut teſtatur Fume.tract. ſubſtit. in princip. num. 6.Sfor.Odd.d.tract.compend.in prelud. par.1.q.5.in fin.& hanc eſſe communem doctrinam aſſerit author artis notariatus Tom.1.tit.de ſubſtit.cap.4.uerſi. ſunt autem ſubſtit.quinque ſpecies.

Quæſtio Quarta.

SVMMARIA.

Subſtitutiones fiunt verbis directis,obliquis & communibus.nu.1.

Directa duplicia ſunt.num.2.

Obliqua quæ ſint.num.3.

Communia quæ nu.4.

Verba communia ſi adiecta ſunt verba (eo ipſo) directum habens ſenſum,nu.5.

Idem ſi dicatur (pleno iure)nu.6.

Idem ſi dicatur(totaliter)nu.7.

Quid ſi dicatur omnia bona mea. nu.8.

Verba prolata in perſona teſtatoris etiam ſi obliqua ſunt,directum habẽt ſenſum.n.9

1 QVæro quotuplicibus uerbis fiãt ſubſtitutiones? Reſpon.ſubſtitutiones fieri verbis triplicibus, directis,obliquis & communibus. Directa ſunt ex quibus quis propria manu abſque alterius reſtitutione capere poſſit.Bar.l.centurio.nu. 43.ff.de vulg.& cum eo tranſeunt Doct. communiter,ut teſtatur Soc.iu. ibi num. 327.Ripa 179.Galia.nu. 502. Cacialup. nu.96.Didac.Goua.cap.Rainutius, §. 9. nu.4.verſi.communia.Capra tract.ſubſt. 5.ſpecie,nu.24.Et hæc duplicia ſunt, ciuilia & non ciuilia.Ciuilia ſunt directa, quę ex l.12.tab.deſcendunt,non ciuilia quæ moribus introducta, ita diſtinguit Barto.d.l.centurio, numer.15.quam diſtinctionem dicit communem ibi Rip. num.71 Ema a Coſta. cap.ſi pater,verb. moreretur.num. 13.Vaſq.de ſucceſ.progreſ.§.11.nu.32. Sed eam plures alij reprobant, & communiter reprobari maxime quoad effectum dicit Soci. Iu.ibi nu. 203.idem firmat.Iaſ.l.precibus.nu.9.Coua.d.cap.Rainutius,§.5.nu.5.dicens,nullo iure probari, & frequentiſſimo conſenſu Bar.diſtinctionem reprobari.

3 Obliqua ſunt quæ de ſua natura ſigni ficant, ut quis capiat de manu alterius: dicuntur & præcaria ſiue indirecta, quia directis contraria.

4 Communia ſunt quæ de ſua natura vtraque ſubſtitutioni adaptari poſſunt, ut tam de ſua manu quam alterius capere poſſit.gl.eſt communiter recepta d.l.precibus,& d.l.centurio,ut teſtatur Couar. d.§.9.num.4.verſi.communia. Et hoc verum eſt niſi eiuſmodi uerbo adiectum ſit

5 aliud denotans directam inſtitutionem, tunc enim talia uerba communia directa cenſentur,ut eo ipſo deueniat, ita tenet Bal.l.fi.nu.17.C.de S.S.eccl. & ſequuntur Doct.communiter, ut teſtatur Sfor. Oddo trac.compend.par.5.art.1. uerſic. retenta communi

6 Idem eſt in uerbo(pleno iure)& hanc dicit eſſe communem opinionem Odd. d.loco.uerſi.per quæ ego teneo,hãc cõmunem ſuiam Soc.d.l.cẽturio,nu. 335. dicens,quòd nouiſſimi ſequuntur.

7 Idem uerbum(totaliter)operatur Bartol.d.l.centurio num.27.& ibi hanc dicit communem eſſe opinionem Galiau.numero 518.

8 Sed quid ſi dixerit teſtator(omnia bona mea)An tunc uerba communia debebunt cenſeri directa?Reſp.quod ſic.ita tenet Bart.d.l.centurio,nu. 27.Et hæc opinio communiter recepta eſt , dicit Sfor. Odd.d.par.5.art.1.uerſ.7. adde.

9 Prædicta de uerbis directis, obliquis & cõmunib. intellige ut procedat quãdo prolata ſunt abſolute, ita ut nec ad inſtitutum nec ſubſtitutum dirigantur. Cęterum

rum ſi uerba prolata ſunt in perſona teſtatoris etiam ſi abſolute poſita eſſent mere obliqua, tamen ſenſum habent directum, ut quando Titius deceſſerit hæreditatem meã reſtituo Caio, ita tenet Bar. d.l. centurio, nu. 43. & ſequuntur magis communiter Doct. ut teſtatur Sfor. Od. tract. compend. par. 5. q. 2. ar. 1. uerſ. primus eſt, quia ita teſtator ipſe facit, nec diſponit ut alius faciat.

Quãdo uero uerba etiam directa prolata ſunt in perſona hæredis, ut faciat hæredem Titium, ſenſum habẽt obliquum, quia teſtator uult ut alius faciat, ut uoluit Bar. d. loco, & quod ita omnes tenẽt dicit Sfor. Odd. loco uerſ. ſecundus, & ſubdit quod hoc nõ hẽt dubitationem.

Item dic ſupradicta procedere quando tale uerbum abſolute prolatum adiectum eſt uniuerſitate bonorum.

Quãdo uero uerba abſolute poſita nec concepta uel in perſona teſtatoris, uel hæredis, ut deueniat, reſtituatur, ſit, &c. ſũt adiuncta rei alicui certæ alio uniuerſali cohærede, uel ſubſtituto dato, nunquã habent directũ ſenſum, ſed ſemper erunt obliqua. ita tenet Bar. d.l. centurio, nu. 48. ut teſtatur Sfor. Odd. d. l. loco uerſi. primus eſt, dummodo non ſit uerbum directum ciuile, quia tunc adiectum certæ rei non dato alio cohærede uniuerſali ſẽ ſum directum habet, Bart. d.l. centurio, nu. 18. & ſequuntur Doct. communiter. ut teſtatur Rip. ibi num. 95. dixi infra de compendioſa.

Quæſtio Quinta.

SVMMARIA.

Inſtitutio uerbum directum eſt. nu. 1.
Verbum hæres eſto directum eſt. nu. 2.
Accipiat directum eſt. nu. 3.
Verbum accreſcat directũm eſt. nu. 4.
Verbum capiat directum eſt. nu. 5.
Verbum dominus eſto directum eſt nu. 6.
Verbum reuertatur directum eſt. nu. 7.
Verbum moriatur directum eſt. nu. 8.
Verbum competat commune eſt. nu. 9.
Verbum deueniat commune eſt. nu. 10.
Verbum deuoluatur commune eſt. nu. 11.
Verbum habeat commune eſt. nu. 12.
Verbum pertineat commune eſt. nu. 13.
Verbum perueneat commune eſt. nu. 14.
Verbum poſſatur commune eſt. nu. 15.
Verbum relinquo commune eſt. nu. 16.
Verbum remaneat commune eſt. nu. 17.
Verbum ſubſtituo commune eſt. n. 18. limita num. 19.
Verbum ſuccedat commune eſt. nu. 20.
Verbum ueniat commune eſt. nu. 21.
Verbum detur obliquum eſt. nu. 22.
Verbum lego obliquum eſt, nu. 23.
Verbum reſtituat obliquum eſt, nu. 24.
Limita niſi fuerit adiectũ directæ ſubſtitutioni expreſſæ. nu. 25.

DIctum eſt de directis, obliquis, & communibus in genere, ſed in ſpecie uidendum quæ ſint iſta uerba, quare ordine quædam de quibus dubitari contingit ſubijciam, & primum ciuilia.

1 Verbum inſtituo eſt uerbum directũ & ciuile, ita tenet Bar. d.l. centurio, nu. 47. hanc teſtatur eſſe communem opinionem Soc. l. 3. col. 2. ff. de vulg. Galia. d.l. cẽturio. nu. 510.

2 Verbum hæres eſto, directum eſt & ciuile, ita tenet gl. l. precibus, uerb. hæred. C. de impu. & alijs ſubſt. hanc dicit eſſe communem opinionem Galiau. d.l. cẽturio, nu. 510. Sfor. Oddo d. tract. compendioſæ par. 5. art. 1. uerb. hæres eſto.

3 Verbum accipiat directum eſt, ita tenet Bar. d.l. centurio, nu. 19. & quòd fere omnes Docto. ita tenent dicit Sfor. Odd. d. loco uerbo accipiat, quamuis ipſe commune exiſtimet.

4 Verbum accreſcat directũ eſt, ita uult Bart. d.l. centurio, num. 55. & ibi Rip. dicit hanc eſſe communem opinionem nu. 195. & neminem reperire ſe contradicentem dicit Tiraq. l. ſi unquam uero reuertatur, nu. 207. Sfor. Odd. d. loco, uerb. accreſcat, licet dubitet & in puncto iuris hoc uerbum mere commune eſſe uerius exiſtimet.

5 Verbum capiat directum eſt, ita tenẽt omnes ut dicit Sfor. Oddo d. loco, uerb. capiat.

6 Verbum Dominus eſto directum eſt, ita tenet Bal. d.l. fin. C. de S. S. eccleſ. & quod ita omnes tenent dicit Franc. cap. pater, de teſt. in 6. uerſic. ſecundo eſt uerbum Dominus Galiau. d.l. centurio, nu. 508. Guli. Bened. cap. Raimutius, uer. ſuccederet, nu. 11. Sfor. Odd. d. tract. compend. par. 4. ar. 1. uerb. Dominus eſto.

7 Verbum reuertatur directum eſt, ita tenet

tenet Io. And. c. ſi pater. de teſta.in 6.& ꝙ ita fere omnes ſequuntur dicit Sfort. Odd.d.ar.1.verb.reuertantur, quamuis nonnulli alij contrarium velint.& hanc dicit eſſe communem ſniam Galia. d. l. Centurio, nu. 528. ſed primam ſequor.

8 Verbum moriatur directum eſt, ita tenet Bar.d.l.centurio,nu.56. & hanc eſſe magis communem opi. dicit ibi Rip.nu. 196. Galia.col.115.Coua.d. c. Rainu.§. 9.nu.5.qui tñ ita Bar.opinionem non eſſe receptam exiſtimat Sfor. Odd.d.ar.1. verb.moriatur, Ema.a Coſta ca. ſi pater, verb.moreretur,nu.11. Sed contrarium tenet Ang.d.l.centurio,n.5.& videt̃ uerius,quia eiuſmodi verba q̃ Bar.directa, nõ ciuilia appellat,nihil differunt a cõibus in effectu, quoad hoc, ꝙ obliquari poſſint,tu tene cõem ꝑ ea quę dixi ſup.

9 Verbum competat commune eſt, ita tenet Ang. ibi contrarius l.precibus, n. 12.C.de impub.& aliis ſubſti. & hanc dicit eſſe communem opi.Sfor.Odd. trac. compend.d.par. 4.ar. 1. verb. competat.

10 Verbũ deueniat,cõe eſt,ita tenet Bal. d.l.fi.n.17. C.de S. S.eccle.& hanc dicit eſſe cõem opi. Alex.conſi. 57.n.1. vol.2. Are.& Gail.d.l.Centurio,nu.516.Sfor. Odd.d.ar...uerb. deueniat.

11 Verbum deuoluatur,cõe eſt,ita tenet Bar. l. 2. ff.de alim.& cibar.lega.& hanc dicunt eſſe communem op.Rip.Soc.Iu. & Galia.nu.534.d.l.centurio,num.54. quia ſui natura tam ſenſui directo, quã obliquo applicabile eſt.

12 Verbum habeat eſt cõe, ita tenet Bar. d.l.centurio,nu.50. hanc dicit eſſe cõem opinionem Are.nu.19.Rip.n.130.Gaia. nu. 521. Sfor. Odd.d.ar.1. uerb.habeat.

13 Verbum pertineat commune eſt, ita tenet Bar.d.l.centurio,nu.49. & hãc dicit ibi communem opinionẽ Dec. & ibi Galia num.519. & omnes ita tenere firmat Soc.Iu.nu.338.& communem opi. atteſtatur Cur.Iu.l.licet, n.4. C.de pac. & hæc uerior eſt, quamuis contrarium teneat Bal.d.l. licet.

14 Verbum perueniat commune eſt,ita tenet Bar.d.l.centurio,num.48. & hanc communem omnium eſſe ſententiam dicit Iaſ.ibi,& Rip. Are.& Galia.nu. 516. Soc.Iun. num. 332. & uerioremde iure aſſerunt Alc.l. peruenisse, nu. 5.ff.de verb.ſig.Sfo.Odd.d.ar.1.uerb. perueniat.

15 Verbum potiatur commune eſt,ita tenet Imol.d.l.centurio,nu.26. & ꝙ omnes ſequantur teſtatur Tiraq. d. l. ſi vnquam,ver.reuertatur, nume.200. Sfor. Odd.d.ar.1. verb. potiatur.

16 Verbũ relinquo cõe eſt,ita tenet Bar. l.his uerbis,nu.3.ff. de hæred. inſti. d. l. centurio,nu.33.hanc dicit eſſe communem opinionem Bero.d.c.Rainu.nu.53. quamuis alij aliter ſentiant.

17 Verbum remaneat commune eſt, ita tenet Bar.d.l.centurio,num.51.& quòd ita dicunt omnes teſtatur Sfor. Odd. d. art.1.uerb.remaneat.

18 Verbum ſubſtituo cõe eſt & magis generale quam inſtitutio, vt tenet Bar.d l. centurio,n. 47. & hanc eſſe communem omnium ſententiam atteſtatur Ripa d.l. centurio.nu.187.Galia. num. 511. Soc. Iun.num.331.qui inquit ab hac non eſſe recedendum conſulendo & iudicando.Neuiz.conſi.26.nu.36.conſi.53. nu. 3.Sfor.Odd.d.ar.1.ſubſtitutio,Soc. cõſ. 144. col. 2. uolum.1. Eman.a Coſta c. ſi pater,uerb.moreretur,nu.10.Franc.nu. 61.Gribal.l.Gallus.§. & quid ſi tantum uerſi.5.Zaſ.in tract.compendioſæ, uerſ. ſuper ſecundò Dida. Couar. ca. Rainut. §.9.num. 5. & hæc verior, licet quidem aliter ſentiant.

19 Et hoc quidem procedit quando verbum ſubſtituo per ſe poſitum eſt, at ſi dixerit teſtator,ſubſtituo hęredem,illa hęredis adiectio efficit ut uerba ſint eũdem ter directa,ita tenet Bal.d.l.precibus, n. 43.& hanc ſententiam communiter receptam eſſe teſtatur Eman.a Coſta c.ſi pater,verb.inſtituendo,nu.2.de teſt.in 6o.

20 Verbum ſuccedat cõmune eſt, ita voluit Bar.d.l.centurio.num.52. & eſt tex. ſecundum eum in d.c.Rainut. cui cæteri frequenti conſenſu acceſſere ut ibi atteſtatur Iaſ.nu.71. Ripa nu. 192. Galia. nu.526.& Are.Sfor.Odd.d.art.1. uerb. ſuccedat,uerſi.facit etiam pro hac,Pariſ. conſi.18. nu.15.par.2.Ema.a Coſta cap. ſi pater,uerb.moreretur, nu. 12. Et hoc procedit etiamſi uerbum ſuccedat referatur ad perſonas dominantes, ita aduerſus Bald.d.l.fin.C.de S.S.eccl.ſ.tenent communiter Doctores ut teſtatur Couar. d. c.Rainut. §.9.nu. 5.

21 Verbum veniat commune eſt, magis communem dicit Sfort.Oddo dict.loco verb. ueniat.

22 Detur uerbũ obliquum eſt, ita tenet Bar.d.l.Centurio,n. 41. quia neceſſario factũ alterius requirit, & hanc dicit eſſe cõem opi.Sfor.Odd.d.ar.1.uerb. detur.

23 Verbum lego obliquum eſt, ita tenet Bar.d.l.Centurio,adeo vt etiã ſi adijciatur uniuerſitati bonorum non trahatur ad directum,& hanc communem eſſe opinionem teſtatur Bero.d.cap.Rainu.n. 54.Soc.Iun.rub.ff.de leg.1.nu.87.Sfor. Oddo.d.tract.art.1.uerb.lego,& dixi ſupra §.inſtitutio,q.

24 Verbũ reſtituat obliquum eſt, vt voluit Bar.d.l.Centurio,nu.45.& quod ita tenẽt ibi & paſſim omnes dicit Sfor. Oddo.d.ar.1.uerb.reſtituat.

25 Quod intellige dummodo nõ ſit adiectum directæ ſubſtitutioni expreſſæ, ut ſi hæres non erit, reſtituat Titio, quia tunc nudum ſaltem factum denotat non aliquam iuris reſtitutionem, ita uoluit Bar.l.querebatur in princ. num.3. ff. de mili.teſta.& hac ſententia neminem diſſentire dicit Sfor.Oddo d.loco.

Quæſtio Sexta.

SVMMARIVM.

Quid ſit vulgaris ſubſtitutio.

DIxi plures eſſe ſpecies directę ſubſtitutionis,de his igitur ordine videbimus, & primum de vulgari. Quæro quid ſit vulgaris ſubſtitutio?Reſp.quòd vulgaris ſubſtitutio eſt ſequens inſtitutio directa quæ omnib. & ab omnib. fieri poteſt,vt voluit Bar.l.1.nu.5.ff.de vulg. & pupil.ſic dicta quod omnib.tam liberis quam extraneis fiat.& cum Bar.tranſeunt Doctores reliqui magis communiter ut dicit Cagnol.l.precibus, nume. 3.C.de impub.quamuis quidam controuertant, ſed non puto his inſiſtendum nec etiam habet difficultatem ſi recte intelligatur quod omnibus & ab omnibus fieri poſſit directè.

Quæſtio Septima.

SVMMARIA.

Subſtitutio Vulgaris triplex expreſſa, tacita, partim tacita,et partim expreſſa,n.1.

Expreſſa quæ ſit, & quod modis dicatur, num.2 3. & 4.

Tacita quæ ſit.nu.5.& quando dicatur tacita omnino & quando expreſſa uerbis generalibus. nu.6.

Mixta q̃ ſit, et quotupliciter cõſideratũ.n 7.

Vulgaris facta in caſu uolũtatis an & q̃do trahatur ad caſũ impotentiæ n 8.9.10.

1 QVero quotuplex ſit vulgaris ſubſtitutio?Reſp.gl.in c.Rainu.duplicẽ cõſtituit expreſſam,& tacitam. Sed Bar. in l.1.ff.de vulg.triplicem facit, expreſſam, tacitam, & partim expreſſam partim tacitam,& ita mixtam, quam diſtinctionem Doct.facilioris doctrinæ gratia communiter ſequuntur ut teſtatur Ant. Gome.uaria.reſol.Tom.1.c.3.num. 10. quamuis ſubdiuidat.Sfor.Oddo.in trac. compend.in prælud.par. 2.q.3.

2 Expreſſa dicitur tribus modis in genere,in ſpecie,& in indiuiduo.Bar.d.l.1.& ita omnes Doct.tenent, ut teſtatur idem Gome.d.c.3.n.10.Sfor. Oddo.d.q.3. In genere dicitur illa,quæ fit verbis generalibus vt quę cõtinetur ſub reciproca vel cõpendioſa,& hæc dicitur expreſſa,quoad ſpecialia,ita docet Bar. d.l.1.nume.8. quem communiter receptum eſſe dicit Franc.Ripa.rubr.de vulg. & pupil. ſubſti.nu.77.Dida.Coua.c. Rainu.§. 4. nu. 4.Gome.d.c.13.num. 12. Fern. Vaſq.de ſucceſ.progreſ.§.11.nu.13.& nume. 21. Eman à Coſta cap.ſi pater uerb.obliqua num.3. Quod tamen declarat vt procedat niſi reciproca eſſet ſpecialiter collata in caſum vulgaris tantum,vt quia ſpecialiter caſus vulgaris eſſet expreſſus, ſ. & uter ex vobis hr̃s nõ erit, uos inuicem ſubſtituo,quia tunc dr̃ vulgaris expreſſa in ſpecie,ita tradit Bar.l. Lucius,ff. de vulga. ſubſti. & hanc dicit eſſe communem opinionem Ripa rubr. ff.eo.nu.79. Sfor.Odd.q.3.uerſ.unde limitatur.

3 In ſpecie dicitur expreſſa quando fit uerbis ſpecialibus conuenientib.ſubſtitutioni vulgari, vt inſtituo. Titium & ſi hæres non erit, Sempronius ſit hæres talis enim ſubſtitutio expreſſe comprehendit vulgarem ſubſtitutionẽ,ſ.ſi heres nõ erit,quia nolit vel non potuit, ſed non comprehẽdit ſingulariter omnes caſus.

4 Expreſſa ſingulariter in indiuiduo dicitur, quæ unum caſum uel utrumque comprehẽdit nominatim,vt ſi nolit eſſe

hæres,

hæres, uel ſi hęres eſſe noluerit uel non potuerit ſubſtituo Caiũ, Barto.d.l.1.& communiter Doctores ut dicuntur Docto.ſupra allegati.

5 Tacita uulgaris dicitur illa quę cōprehenditur ſub pupillari expreſſa, & dicitur omnino tacita, quando uerbis ſingularibus ſub pupillari comprehenditur, ut ſi filius meus hæres erit,& ĩ pupillari ætate deceſſerit, talem ſubſtituo, ita tenet Bar.d.l.1.& omnes ſequuntur, ut teſtatur Ripa l.heredes,nu.84. Ant.Gomez. d.c.3.nu.13.Capra tract.ſub. uulga.nu. 29.Ema.à Coſta c.ſi pater uer.obliqua, n.3.de teſta.Sfor. Odd.d.tract.compēd. in prælud.q.3.uerſic.Tacita autem,quia ſub illis uerbis & ſi hęres erit & ĩpubes deceſſerit,cōtinetur quoque caſus,ſi hęres nō erit,ex quo enim teſtator uoluit, ut ſubſtitutus haberet hereditatem ſuã, caſu quo filiꝰ habuiſſet,ſed de ea teſtatori nō potuiſſet,multo magis idē voluiſſe pręſumitur cum filius non habuit.

6 Secus ſi facta ſit omiſſis illis uerbis(ſi hęres erit) Nã tũc uulgaris contēta ſub pupillari erit expreſſa uerbis generalibꝰ non omnino tacita & habebit effectum ſubſtitutionis expreſſę, ita tenet Bald.l. precibus,C.de impub. & hanc opinionē dicit frequentiori calculo receptã Soc. nume.36. Alc. nume. 21. Ripa d. l. hęredes,nũm.84.quem refert Dida.Coua. d.c.Rainutius,§.5.num.5.Sfort.Odd.d. q.3.& quod dictum Bald.ſequuntur omnes Moderni teſtatur Dec. dict.l.precibus, numer.15.licet ipſe contrarium defendere conetur Sebaſti. Sapia.ibi num. 43.Cur.Iu.nu.37.Eman. à Coſta cap. ſi pater uerb.pupillares nume.9.licet complures cum ipſo contrarium teneãt.Ratio eſt, quia tũc illa uerba (ſi in pupillari ętate deceſſerit)poſſũt verificari ex generalitate uerborum tam adita hęreditate,quam non adita.

7 Mixta ſubſtituto uulgaris partim exp̄ſſa partim tacita duplex eſt,ſiue dupliciter conſideratur,uel quo ad caſus, uel quoad verba. Quoad verba illa eſt,q̃ expreſſa eſt in genere,& tacita in ſpecie,& continetur in reciproca & compendioſa, ut ſupra diximus. Quoad caſus dicitur tacita, quando unus caſus exprimitur. Sunt enim duo caſus ſubſtitutionis uulgaris, ſcilicet non aditę hęreditatis, qui comprehenduntur ſub expreſſa ſubſtitutione ſi hæres non erit,ſcilicet uoluntatis & impotentiæ, vt ſi uoluerit uel non potuerit. Vnde ſi teſtator unum caſum exp̄ſſit, ut ſi hæres eſſe uoluerit,& alius omiſſus ſit,tunc dicitur uulgaris partim expreſſa partim tacita, quia ſubſtitutio ita concepta tacite cōprehēdit alium caſũ,ſcilicet ſi hęres eſſe nō potuerit, uel ſi uiuo teſtatore deceſſerit ex iuris diſpoſitione,ita tenet Bartol.d.l.1. nume.13. & hanc diuiſionem dicit eſſe communẽ Coraſ.l.poſt aditam, nume.8.C.de impub.& alijs ſubſtit.Sfor.Oddo.d.quæſt. 3.uerſic.ſi autem teſtator.& concluſionē prędicta quod uulgaris facta in caſu uoluntas trahatur ad caſum impotentiæ. dicit eſſe communem opinionem Ripa d.l.1.nume.89. Corraſ.d.l. poſt aditam, num.26. Guliel. Benedi. Rainutius, uerb.abſque liberis,num.25. Rui.l.Gallus, §.& quid ſi tantum, nu.99.ff.de liber.& poſthum.Didac.Coua.d.c.Rainutius.§.4.nu.5.Sfor.Oddo.d.q.3. Eman. à Coſta d.§.& quid ſi tantum,par.5.nu. 1.cũ plurib. Paul.Leo. trac.ſubſtit.ca.1. nu.71.Suarez.addit. ad Gome.d. cap.3. nu.23.Et procedit ſiue in hæreditate ſiue ĩ legatis fiat ſubſtitutio,ut tenet Bar. d.l.1.& quod contraria opinio communiter damnatur dicit Rip.ibi.num.90.

8 Intellige tamē prædictam concluſionem, ut procedat quando ſubſtitutio facta eſſet in unum caſum ſub conditione neceſſaria: Secus ſi facta ſit ſub conditione uoluntaria, vt ſi filius non uiuo me deceſſerit. ita tenet Bartol.d.l.1.nu.14. & hanc eſſe communem opinionem dicit Rip.ibi num.94. Ruin.d.§.& quid ſi tantũ,nu.43.Rō diuerſitatis eſt, quia apponendo conditionem neceſſariam teſtator uidetur conſideraſſe effectum, apponendo verò uoluntariam,modum implendi, & ideo cōditio tũc debet impleri in forma ſpecifica.

9 Idem procedit quando facta extenſione de caſu ad caſum remanet eadem ſubſtitutio tam in perſona ſubſtituti, quam inſtituti:Secus ſi uarietur perſona inſtituti uel ſubſtituti,ita tenet Barto.d.§.& quid ſi tantum quē ſequuntur Doct.cōter d.l.1,ut ibi fatetur Ripa.num.92.

10 Dic idem, quando propter hanc extē
ſionem excluderet perſona à teſtatore
magis dilecta, quã ſubſtitutus, & hæc di
lectio ex ſerie teſtamenti cõſtaret. ita di
cit Barto. l. ſi mater. §. filiũ, ff. de vulg. &
cõem eſſe opinionem atteſtatur Ripa
d. l. 1. num. 97. Sfor. Oddo. d. q. 3. verſ. li-
mitatur ſecundo.

Quæſtio Octaua.

S V M M A R I A.

An hæredis inſtitutio requiratũ, pro forma vulgaris, num. 1.

Quibus uerbis concipiatur uulgaris. nu. 2.

Verba ſi hæres æqualiter intelligantur, nu. 3. & num. 4.

Filius īſtitutus dato ei ſubſtituto ſi repudiauit ſubſtitutus à patre excluditur, nu. 5.

Singularia uerba quibus uulgaris concipiũ quæ ſint, nu. 6.

Extrema uulgaris quæ ſint. nu. 7.

Si pater dixit: Sempronium inſtituo, Caium ſubſtituo, an ſit uulgaris ſubſtitutio. n. 8. & quando pupillaris contineatur, nu. 9.

Si teſtator dixit inſtituo Titiũ hæredē, & ſi hæres nõ erit, reſtituat hæreditatē Caio, an ſit uulgaris uel ſideicõmiſſaria. n. 10

Quid ſi inſtituat filium et nepotes ex eo an erit uulgaris uel fideicommiſſaria, n. 11.

Quid ſi ita cõcipiatur; Titium inſtituo, & Caiũ ſubſtituo uulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. nu. 12.

QVæro qualiter & qb. verbis fiat ſub
ſtitutio vulgaris? Reſp. Hic duo vi
1 déda, Primũ nũquid neceſſe ſit ad formã
vulgaris ſubſtitutionis vt procedit hære
des iſtitutio, & cõiter receptũ eſt, ꝙ ſic,
ſufficit tamen quodꝗ ſaltem tacita ſit in
ſtitutio. ita tenet Bar. d. l. 1. nu. 16. ff. de
vulg & quod ſit communis opinio teſta
tur Rip. ibi nume. 100. Zaſ. nu. 14. Sfor.
Oddo tract. compēd. in prælud. par. 2. q.
4. Vt ſi dixerit teſtator, ſi legitimꝰ hæres
non erit, hæres ſit Titius, vel ſubſtituo
Titiũ. tex. l. ſi quis ita hæres ff. de hæred.
inſtitu. Sed certè quamuis Doct. cõiter
autument in illo tex. fieri ſubſtitutioné
vulgarem: Tamen cõtrarium verius eſt,
cũ in illus ſpecie legitimus hæres inſti
tutus cenſeri non poſſit, ſed declaretur
voluntas teſtatoris ſecundum receptam
Accurſ. opinionem, eum eſſe hæredem
ab inteſtato, unde magis conditionalis
quædam eſt inſtitutio, quã ſubſtitutio,
vt dixi ſupra. §. præced. q. 17.
2 Secundum eſt, quibus uerbis fiat uel
concipiatur vulgaris ſubſtitutio, & repe
ti dicunt dicta in pręcedenti quæſtione,
poteſt namque fieri verbis generalibus,
ſpecialibus, & ſingularibus ſiue magis ĩ
diuiduis verba generalia ſunt cuiuſmo-
di eſt reciproca, vt ſi pluribus iſtitutis dĩ
xerit, eoſque inuicem ſubſtituo. Nam
verbũ ſubſtituo generale eſt, quod ſub
ſui generalitate vulgaré, & verba hæc (ſi
quis hæres non erit) comprehendit, idé
in verbis compendioſæ, vt præd. q. & in
fra in materia Reciprocæ & compendio
ſæ dixi Specialia sũt inſtituo, & ſi hæres
nõ erit, talem ſubſtituo, quæ uerba pro
priè cõueniũt vulgari ſubſtitutioni, tex.
dict. l. 1. vt not. Doctor. cõmuniter ſupra
quęſtio. pręced. allegati. Et hęc verba cõ
prehendunt omnes caſus vulgaris ſub-
ſtitutionis, ideſt non aditæ hæreditatis,
qui ad duos redigunt, ſcilicet quòd non
voluerit eſſe hæres, vel nõ potuerit. tex.
eſt in l. cũ proponas, C. de hęred. inſtit.
& ibi Bartol. & communiter Docto. te-
ſtatur Iaſ. ibi num. 3.
3 Ité prædicta verba (ſi hęres non erit)
intelliguntur per ſe vel per aliũ ideſt a-
lium hæredem non fecerit pro cuius cla
riori intellectu diſtingue, aut enim loq-
mur in hic ſui iuris, & hęc verba, ſi hæ-
res nõ erit, intelligũtur per ſe, ſeu ad ſui
vtilitatem: aut ſi mutata conditione aliũ
cuius poteſtati ſubijcitur, hæredem non
fecerit, aut loquimur in homine alieni
iuris, & intellige, ſi nõ erit hęres per ſe,
& ad ſui commodum mutata conditio-
ne, aut alium hęredem nõ fecerit, eo ſer
uo manente.
4 Et hęc de plano procedunt, ſi teſta-
tor ſciebat conditionem inſtituti, ſed
ſi circa eam errabat maius dubium eſt,
an hæc uerba talem admittant interpre-
tationem? Reſponde diſtingue. aut con-
ſtat, quod teſtator uoluit totum acqui-
ri inſtituto, & tunc intelligitur, ſi hæres
non erit, ad ſui commodum, & ita pro-
cedit tex. d. l. ſi cũ proponas. Aut dubi-
tatur, & tunc per conflictum rationum
neuter ſenſus recipiat in totum, & neu
ter reijcitur: ſed admittitur concurſus
inſtituti & ſubſtituti, ita ut ſemis diui-
datur

ſtatur inter dominum ſerui & ſubſtitutum, alter ſerui domino detur, iuxta l. ſi paterfamilias, ff. de hered. inſtit. ita tenet Bart. & Doctores communiter; vt teſtatur Ripa d. l. 1. nu. 115.

5 Et ſupradictis infert, ſi teſtator inſtituit filium alicuius hæredẽ, & illi ſubſtituit vulgariter, & filius repudiauit, ꝙ à patre excludatur ſubſtitutus, q̃a filius repudiando facit patrem hæredem. hanc dicit eſſe communem opi. Alex. d. l. cum proponas, n. 4. Rip. d. l. 1. nu. 156. idẽ dic in eo, qui venit per ius deliberandi, vt dicam inf. circa effectus vulgaris, §. ſeq.

6 Singularia verba ſunt q̃ñ ex ſupra dictis caſibus vnus exprimitur, vt ſi non vult hæres eſſe, vel vterque, ſi noluerit, vel non potuerit hæres eſſe: quæ dicunt ideò ſingularia, q̃a caſus ſubſtitutionis vulgaris ad indiuiduum exprimunt.

7 Porro aduerte iuxta prædicta, ꝙ ſubſtitutio vulgaris hẽt duo extrema, quorum alterum reſpicit ſubſtitutũ, & ſemper fit verbis affirmatiuis, videlicet ſubſtituo: Alterum inſtitutum, & reſpũ inſtituti ſubſtitutio ſemper fit verbis negatiuis, ſcilicet ſi hæres, non erit ita tradit Bar. d. l. 1. nu. 6. & cum Bar. tranſeunt cõiter oẽs, vt teſtatur Rip. d. l. 1. nu. 101.

8 Sed quero, quid ſi teſtator dixerit, Sẽpronium inſtituo; & Caium ſubſtituo: Nunquid dicatur vulgaris ſubſtitutio? Reſp. ꝙ ſic. ita tenē Bart. in l. Centurio, ff. de vulg. & ſequuntur cõiter Doct. vt atteſtatur Alex. l. Gallus. §. & quid ſi tantum, nu. 6. & ibi Alcia. quẽ ibi refert Gribal. verſ. circa quæſtionem Bar. addi. ad Bar. d. l. Gallus. §. quidã recte, verb. ſubſtituo. & hanc eſſe communem opi. dicit Ant. Gomez. varia. reſol. tom. 1, c. 3. nu. 4. Eman. à Coſta c. ſi pater. verb. obliqua, nu. 25. dum dicit Bal. opinionem, volentis etiam fideicommiſſariam contineri, cõiter improbari facit cõis illa regu. ꝙ ſubſtitutio dubia ſi fieri poteſt, ſemꝑ intelligenda eſt directa potius, quam obliqua, & quod vulgaris directa ſubſtitutio potius ſit accipiẽda, quam obliqua, tex. eſt in l. fi. C. de hæred. inſtit. vbi fideicõmiſſaria ſubſtitutio omnino non continetur, ſed ſola vulgaris. ita tenẽt omnes ibi, vt teſtatur Emanu. à Coſta capitu. ſi pater, verb. obliqua. nu. 3. Gomez. varia. reſolu. tom. 1. capit. 3. nume. 5.

9 Et hoc procedit ſi facta eſt ſubſtitutio maiori, ſecus ſi impuberi, cui pater iure patriæ poteſtatis potuit ſubſtituere pupillariter, quia tunc duplex ſubſtitutio, vulgaris expreſſa in caſu non aditæ hęreditatis, & pupillaris etiam expreſſa in caſu quo moriatur impupillari ætate, hęreditate non adita. ita tenet Bart. l. Centurio, num. 32. ff. de vulga. cuius doctrina communiter approbata eſt, vt teſtatur Iaſ. ibi. nu. 54. Galiaul. nu. 425. & Iaſ. in l. Lucius, num. 29. eod. tit. Alex. Gallus, §. & quid ſi tantum. nu. 5. Iaſ. nu. 10. Lancel. Galia. n. 10. Alcia. nu. 10. Fort. Garz. num. 19. Eman. à Coſta d. ca. ſi na. pater, verb. obliqua, nu. 21.

10 Quæro item, ſi teſtator dixit, inſtituo Titium hæredem, & ſi hæres nõ erit, reſtituat hæreditatem Seio, an ſit ſubſtitutio vulgaris vel fideicommiſſaria? Reſp. Ardua quæſtio eſt, in qua alij aliter ſentiunt, Alberi. enim poſt Rainer. rubr. de vulg. tenet. quò d ſit fideicõmiſſaria. Polit. in tract. ſno in materia vulgari nu. 2. omnino nullam eſſe contendit propter repugnantiam, ſed quod imo ſit vulgaris, & verbum reſtituat adiectum vulgari, ſignificet nudum tãtum miniſterium ipſius hæredis, & ſic reſtitutionem quãdam facti, non autem iuris, ſcilicet vt inſtitutus abſque eo, quod ipſe hæreditatẽ adeat, & ſic fiat hæres, reſtituat ipſi ſubſtituto, tenet Bal. l. humanitatis, nu. 53. C. de impu. & alijs ſubſtitu. & hanc dicit ſententiam eſſe veriorem Alexand. l. verbis ciuilibus, num. 7. ff. de vulga. & communiter a Doctorib. receptã Zaſ. tr. ct. ſubſtit. par. vltim. q. 1. reg. 3 pro qua facit ſupradicta cõmunis regula, quod ſubſtitutio dubia interpretatur potius directa vulgaris quam obliqua.

11 Sed quid ſi quis inſtituat filium ſuum & nepotes ex eo, quo caſu cẽſetur vocaſſe ordine ſucceſſiuo, & reſoluitur ꝑ ſubſtitutionem, nũquid erit vulgaris vel fideicommiſſum? Reſpondi. quod talis inſtitutio reſoluitur in ſubſtitutionẽ vulgarem, non autem in fideicommiſſum, ita tenet glo. & ſequuntur Bart. l. Gallus. §. quidã recte, ff. de liber. & poſt. & eſt communis opi. vt teſtatur Alexan. & Iaſ. ibi. Dec. conſ. 288. nu. 1. prope finem

nem. Io Cephal. conſi. 134. n. 1. & dixi §. præced. q. Et hoc procedit etiamſi eos inſtitutos inuicem ſubſtituat teſtator, quoniam Reciproca hæc ſolam comprehendit uulgaré ita tenet Bart. l. Lucius, ff. de uulg. & pup. & eſt cōis opi. ut dicit Alex. ibi nu. 19. Cephal. d. conſi. nu. 2.

12 Quæro etiam, quid ſi ita teſtator ſubſtitutionem concipiat Titium ſubſtituo, & Caium ſubſtituo uulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum, An q̃libet ſit nulla, uel potius uulgaris dicatur an fideicōmiſſaria? Reſp. q̄ utraq; ualet, & eſt in electione ſubſtituti, utrum uelit magis ſuccedere ex uulgari ſubſtōne ſi repudiet, an malit ipsū cōpellere, ut adeat & ita ſibi reſtituat. ita tenet Bar. in l. Centurio, ut teſtatur ibi Lancelot. Galia. nu. 487. uerſi. ſecunda concluſio, cum ſequ. Ant. Gome. uariar. reſolu. Tom. 1. cap. 3. nu. 7. Eman. à Coſta c. ſi pater. uerb. obliqua, nu. 25. quamuis ipſe in pupillariter ſubſtitutio aliter ſentiat.

Quæſtio Nona.

SVMMARIA.

Subſtitutio non admittitur, donec inſtitutus adire poteſt. nu. 1.

Amplia ſi inſtitutus repudiauit de iure ciuili, & ſpes ſit, quod poßit ſuccedere de iure prætorio, nu. 2.

Quid ſi ſpes ſit quod hæres inſtituti ſuccedat propter ius deliberandi. nu. 3.

Filio repudiante an pater in cuius poteſtate eſt præferatur nu. 4.

Quid ſi filius moriatur ante aditam hæreditatem. num. 5.

An monaſterium excludat ſubſtitutum repudiante monacho. nu. 6.

Et quid ſi moriatur ante aditam hæreditatem. nu. 7.

Quid ſi inſtitutus exiſtat indignus, an fiſcus excludat inſtitutum. nu. 8.

Quid ſi dati ſunt duo ſubſtituti, alter vulgariter alter per fideicommiſſum. nu. 9.

DIctum eſt de diffinitione & diuiſione uulgaris ſubſtitutionis, item quibus uerbis fiat, uidendum etiam erit de
1 natura & effectibus. Quæro itaq; qñ ſit locus huic ſubſtōni uulgari, & qñ talis ſubſtitutus admittatur? Reſp. quod quādiu inſtitutus poteſt adire, non admittitur ſubſtitutus. Sin autem hæres inſtitutus repudiauerit & noluerit hæres eſſe, uel non potuerit, quia incapax eſt, tūc admittit ſubſtitutus. ita docet Bar. d. l. 1. & ſequuntur oēs, ut teſtatur Soc. ibi.

2 Ex quo infertur, quod ſi inſtitutus repudiauerit de iure ciuili non erit locus ſubſtituto, donec ſit ſpes, q̄d poſſit ſubſtitutus ſuccedere de iure prætorio & econtra, iuxta ea quę dixi ſupra §. bonorū poſſeſſio, q. 14. ita tenet Bar. l. nequis, §. 1. ff. de acq. hære. & eſt communis opi. ut teſtatur Ripa d. l. 1. nu. 90. Alexā. l. 17. §. hæres, nu. 7. ff. de acq. hære. dicens glo. l. ſuum, C. eo. quæ contrarium tenet communiter damnari. Et hoc quod quamdiu ſpes eſt, intellige de iure cōi, ſecus de iure ſpeciali, ideoq; ſi minor repudiauit, licet poſſit reſtitui in integrum, ſubſtitutus admittitur. ita tenet Bar. d. l. 1. nu. 19. & ſequuntur Docto. cōiter, ut teſtatur Coraſ. l. poſt aditam, nu. 34. Ant. Gome. uariar. reſol. Tom. 1. c. 3. n. 14. Sfor. Odd. trac. compend. in prælud. par. 2. q. 5.

3 Sed quid ſi inſtitutus deceſſit non adita hæreditate, & hæres eius prætēdat ius deliberandi ad eum fuiſſe tranſmiſſum, nunquid admittatur ſubſtitutus? Reſp. In hac q. conſidera tres caſus, iuxta tres ſpecies tranſmiſſionis: Aut enim inſtitutus tranſmiſit hæreditatem ex potentia ſuitatis, & tunc ſubſtitutus admittitur & excludit hæredem inſtituti, quia ſubſtituto uulgaris tollit iura ſuitatis. hanc dicit magis communem opi. Alex. l. ſi filius hęres, & ibi Iaſ. uerſ. extra glo. ff. de liber. & poſth. Rip. d. l. 1. nu. 130. Soc. nume. 47. Cor. l. 3. nu. 12. Anto. Gem. d. c. 3. nu. 15. Sfort. Odd. d. q. 5. limit. 2.

Aut ſecundo trāſmiſſio facta eſt in deſcendentes beneficio l. unica C. de ijs, qui ante apert. tab. & tunc ſubſtitutus non admittitur, ſed præfertur hæres inſtitutus. ita tenet Bar. d. l. 1. & ibi dicit hāc eſſe communem opi. Rip. n. 131. Fer. Vaſq. de ſuc. prog. §. 12. nu. 22. uerſ. ſic ergo.

Et hoc etiam intellige quando eſſent inuicem ſubſtituti cum nepotibus. ita dicit communiter teneri Rip. d. l. 1. nu. 132 & receptiorem dicit Vaſq. de ſucceſ. progre. §. 6. nu. 34.

Aut tertio tranſmittit inſtitutos ius delibdrandi in hæredem, & tunc ſubſtitutus quoq; nō admittitur, ſed hæredes ab inteſtato

inteſtato defuncti præferuntur ſubſtituto. hanc dicit eſſe communem opin. Rip. d.l.1.nu.33. Corraſ.d.l.poſt aditam, nu. 34. quamuis vterq; in contrarium declinat Capra tract.ſubſtit.vulg.nu.46. Zaſ. in tract.ſubſtit.vulga.verſ.tertia ſpecies, quamuis contrariam partem ipſe quoq; ſequatur, quam etiam ueriorem in puncto iuris dicit Crot.in cap. Rainutius de teſtam. Lanfran. l. Centurio in materia vulg.ſubſti.conclu.5.& ſubdit ab ea non eſſe recedendum.

4 Quæro item ad ſupradicta: An filio repudiate, pater in cuius poteſtate eſt, præferetur ſubſtituto? Reſpó.q ſic.ita tenet Bar.d.l.1.& dicit ibi, q hæc ſit communis opi. Rip.nu.133. & ita crebrius receptum eſſe dicit Corraſ. d. l. poſt aditam, licet contrarium verius arbitretur, & ex cómuni refert Sfor.Odd.d.q.5.verſ.limita 3.Cómunem quoq; dicit Zaſ.d.tract. verſ.in ſecúdo caſu.eamq; eſſe frequétádá.filius.n.recuſando, patrem ſtatim facit hæredem, vt pleno iure admittatur, ac ſi ipſe inſtitutus fuiſſet, vnde ſubſtitutioni locus non erit, quia verba [ſi hæres non erit] intelliguntur ſi alium hæredé non fecerit, vt ſupra Villal.lit.E.nu.120

5 Quid autem ſi filius ante aditam hereditatem moriatur, núquid pater excluſo ſubſtituto poterit adire hæreditatem? Reſp.Bar.d.l.1.tenet,q non, & cum eo cóiter pertranſeunt omnes, vt dicit Rip. ibid.nu.153.Lanfr.l.Centurio, in materia vulg.ſubſti.concluſ.6.Calanth.repe. d.l.1.nu.40.verb.mihi.fol.260.

6 Item quæro, quid in monacho, ſi is repudiauit, nunquid admittetur monaſterium excluſo ſubſtituto? Reſp.Bar.d.l.1. tenet q ſic, & ſequuntur magis communiter alij, vt teſtatur Ripa ibi nume.149. Corraſ.d.l.poſt aditam, nu. 47. & q hác opinionem ſequantur communiter Canoniſtæ dicit Imo.c.Rainutius, de teſta. quem refert Capra tracta.ſubſtit. vulga. nu.61.&63.Iaſ.d.l.1.num.42, Felin.cap. in præſentia, Hyppo.Riminal. per quas perſonas nobis acquir.in princip.nume. 40.Socin.conſil.183. in princip. volum. 1.Guliel.Benedi.c.Rainutius, verſi.abſque liberis 2.num.48.

7 Sed quid ſi Monachus moriatur ante aditam hæreditatem? Reſpon. Hic conflictus eſt inter vtriuſque iuris interpretes, Canoniſtæ qui opinantur hæreditatem immediate deferri Monaſterio, nec requiri factum Monachi, [quam ſententiam in noſtra Germania conſuetudine notiſſima ſeruari, dicit Zaſ. tract.ſubſtit. vulga.ver .poſſet autem) tenent hoc caſu excludi ſubſtitutum, & præferri Monaſterium. hanc dicit communem Ripa. d.l.1.num.149.& ſequen.

Iuris ciuilis Doct.vero, qui volunt hæreditatem mediante pſona Monachi monaſterio deferri tenent contrarium, nimirum excluſo monaſterio ſubſtitutum admitti. ita tenet Bar.d.l.1.nu.22.vt dixi infra §.h.& hanc dicit eſſe com.opin. apud Iuris Cæſarij pſeſſores Ripa.ibi.n.154. attenta magis cói Doct.ſententia, quod Monaſterium filio æquiparetur, vt idé Beip.teſtatur ibi nu.149.Iaſ.l.1.§.p ſeruum, in h.ff.de acquir.poſſ. Guli.l. Bene.d.c.Rainutius, loco citato, n.85.Hip. Riminal.inſtit.per quas perſo. nobis acquir.in prin.n.41.Sfor.Odd.tract. compend.in prælud.par.2.lim.3.Et prædicta intellige in hæreditate extranei. Secus ſi eſt aſcendentium, quia tunc monaſteriú excluſo ſubſtituto admittitur.ita dicit tenere omnes Canoniſtas & Iuriſtas Soc. d.l.1.Sfort.Odd.d.part.2.vulg.ſubſtitu. quamuis aliqui dubitent quod per dationem ſubſtituti vulgaris tollitur ſuſ..s.

8 Quæro vlterius, quid ſi inſtitutus exiſtat indignus, ita vt in ipſius locum ſuccedat fiſcus, núquid ſubſtitutioni erit locus? Reſp.Bar.d.l.1.nu. 26. tenet fiſcum præferri ſubſtituto.& hanc opi.dicit eſſe commu.Rip.d.l.1 nu.155.& indubitáter vera eſt adita hæreditate per indignum, quia túc expirauit vulgaris ſubſtitutio, ſed dubium eſt, eo non adeunte & obtinuit fiſcum ſimiliter præferri, quia præſumitur in fraudé fiſci nolle adire, vt teſtatur Alex d.l.1.nu.28.Soc.nu.30.Rip. n.155.Corraſ.d.l.poſt aditam.n.50.licet ipſe improbet, iniquum exiſtimás vt pp hæredis factum teſtantis voluntati detrahatur; Com.quoque fatetur Polit.tract. ſubſtitu. & Zaſ. eodem tract. circa effectus vulg.ſubſtitu.verſi.in quarto. Sfor. Oddo.d.tract.2, part. verſi. limit. 5. Sed equidem dura hæc eſt deciſio, & iudicanˉdo in contrariam partem, uti æquiorem,

rem, & teſtatoris voluntati magis congruam facile inclinarem.

Nota tamen quod cõis opi. procedit tam in ſubſtitutione vulgari tacita, hoc eſt iure accreſcẽdi, quã ẽt expreſſa. excludit.n. ꝑ fiſcũ. ita tenet Bar.l.ſi Titio, ff. de leg. 2. & cõiter Doc. ſequuntur ut teſtaẽ Vaſq. de ſucceſ.progr.§.12.n.22.

9 Sed quid inſtitutio repudiante, ſi dati ſunt duo ſubſtituti, alter vulgariter, alter per fideicommiſſum? Reſp. quod ſi fideicõmiſſum fuit repetitum a ſubſtituto, Doctores concordãt in hoc, quod fideicommiſſarius preferatur, ſin autem fideicommiſſum non eſt repetitum, fuit controuerſum, ſed obtinuit quoq; fideicommiſſarium preferri & inſtitutum cogi poſſe ad adeundum. ita tenet Barto.l. aut facta, §.talia.n.5.ff.ad Trebel.ibi Alexan.dicit hanc eſſe com.opi.nu.27. Soc. nu.23.Iaſ.n.50.Ripa.n.160.Io.Corraſ. d.l.poſt aditam, nu.48. & ſeq. & hæc ſequenda eſt, quia videtur de mente teſtatoris fuiſſe grauando inſtitutum per fideicommiſſum, cum ſubſtituendo videatur velle prouidere in caſu, quo fideicommiſſum non haberet effectum.

Aduerte quamuis inſtitutus cum ſubſtituto non concurrat, tamen ſunt quidam caſus contra diſpoſitionem l.quamdiu, ff. de acqui. hæred. datur concurſus inſtituti & ſubſtituti.

Primus caſus eſt in filio inſtituto, dato ei ſubſtituto vulgari. Namq; talis ſubſtitutio quoad legitimã non ualet, quia abſque omni grauamine debetur, vt dixi infra.§.legitima. Vnde inſtitutus põt legitimam retinere, & reliqua bona ultra legitimam repudiare, & ita eo non adeũte vel immiſcente ſubſtitutus ſuccedit. ita tenet Bar.l. quia poterat, ff.ad Treb. & ibi Alex. dicit hanc eſſe communem opinionem Rip.d.l.1.nu.157.

Secundus caſus eſt, quando ita mens teſtatoris & iura fauent vtrique, ut quẽ vocauerit teſtator cognoſci nequeat: Nanque tunc in dubio concurſus inſtituti & ſubſtituti admittitur, iuxta diſpoſitionem l.ſi paterfamilias, ff. de hæred. inſti.ut dixi ſupra q.præced.

Tertius caſus eſt in patrono à liberto inſtituto dato ei ſubſtituto vulgari, is.n. poteſt partem ſibi debitã retinere, & reliquum repudiare, in quo ſubſtitutus admittitur, hanc dicit eſſe com.opin. Alex. quia poterat, ff.ad Trebel. Soc.d.l.1.nu. 31.Rip. num.157.

Quæſtio Decima.

SVMMARIA.

An teſtamentum poſſit incipere à ſubſtitutione vulgari nu.1. & quid ſi ex cauſa præteritionis teſtamentũ corruit, nu.2.

Quid ſi inſtitutus non poteſt hæres eſſe eo modo, quo voluit teſtator. nu.3.

Quid in tacita vulgari nu.4.

1 QVæro de alio effectu, an teſtamentum poſſit incipere, & effectum aſſumere à ſubſtitutione vulgari. Reſp. ꝙ ſic, ita tenet Bar.d.l.1.nu.28. & tranſeũt communiter Docto. ut teſtatur Rip.ibi
2 nu.161.Quod tamen intellige, quando ex quocunque euentu uel defectu concernente inſtitutum primus gradus deficit, vt ſi hæres eſſe nolit, vel incapax eſt, quia frater minor, ſpurius, deportatus, vel quia excluſus tempore. Secus ſi propter defectũ preteritionis, uel iniuſte exhæredationis, ut quia filius præteritus eſt in primo gradu inſtitutionis, uel nõ rite exhæredatus: tunc.n.teſtamentũ uires non accipiet à ſecũdo gradu, ſ. vulgari ſubſtituto, ſed ſubſtitutio corruit, ſicut inſtitutio Bar. d.l.1. & eſt cõis opin. quia filius preteritus ideo teſtamentum dicit nullum, vt ſit ei locus ad hæreditatem non ſubſtituto niſi in ſecundo gradu eſſet exhæredatio adiuncta.

3 Sed quid ſi inſtitutus ſub conditione voluntaria poteſt hæres eſſe, ſed non eo modo quo teſtator voluit, ut quia filius ut ſuus inſtituitur, ſed tẽpore mortis patris eſt ſui iuris, nũquid deficiet primus gradus? Reſp. ꝙ non, ita tenet Bar.d.l.1. nu.29. & ſequuntur Doct. cõiter ut teſtatur Sfortia Odd.d.par. verſi. hęc aũt.

4 Et prędicta non habent dubium in expreſſa ſubſtitutione vulgari Didac. Coua. qui omnium conſenſu receptum teſtatur c. Rainut.§.5.n.6 ver.ex proxime de teſtam. Sed ingens quæſtio eſt, an ſub expręſſa pupillari tacita vulgari cõtenta firmet teſtamentum, ut ab ea incipere poſſit, hereditate ex primo gradu nõ adita? Et Bar. d.l.1.n.30.duos diſtinguit caſus, aut.n.pupillus poſt mortẽ patris hęreditatem

reditatem

reditatem eius non adiuit. & tunc ait teſtamentum a tacita vulgari incipere poſſe, & eſt cōis opi. ut teſtatur Rip. ibi nu. 162. Iaſ. nu. 85. & nu. 161. Soc. nu. 36. & & quod hęc aſſertio non admodum controuertitur dicit Zaſ. in tract. ſubſti. vulgar ſub 5. effectu. Calanth. d. l. 1. nu. 46. Sfort. Odd. tract. compend. in prælud. par. 2. effectu 2. Fet. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 11. nu. 23. Capra de ſubſti. vulg. nu. 83. & hoc omnium conſenſu receptū eſſe teſtatur Dida. Couar. d. cap. Rainu. §. 5. 6. verſ. ex proxime adnotatis. & magis communiter teneri dicit Apoſtilla. ad Bar. d. l. 1. lit. B. Zaſ. ibid. nu. 42.

Aut verò pupillus moritur viuo patre, & tūc adeo variat Doc. vt facilius ſit dicente Zaſio, Nili fontes inuenire, quā huius nodi exitum. Sunt aūt tres præcipuę opiniones. Prima eſt negatiua, ꝙ. ſ. ab hac tacita vulgari incipere non poſſit cuius author eſt Dyn. d. l. 1. ff. de vulga. hanc dicit eſſe com. Rip. ibi. nu. 167. Iaſ. nu. 58. Soc. nu. 36. Dida. Coua. c. Rainu. §. 5. nu. 6. Sfort. Odd. tract. compend. in prælud. 2. par. licet ipſe Bar. ſequantur Secunda opi. huic cōtraria affirmatiuæ, quam tenet gl. l. Lex. Cornelia, verb. nō exiſtimo, ff. de vulg. hanc dicit eſſe receptiorem Rip. ibi. nu. 167. Alcia. nu. 74. Dida. Coua. d. § 5. qui eam ueriorem quoque arbitratur Gom. quoq; dicit Lafrā. repe. l. Centurio, in materia vulg. ſubſt. concl. & Vaſq. de progreſ. §. 11. nu. 38. & lib. 3. de creat. §. 21. nu. 242. Gomez. ca. 3. Ratio quia eiuſdem naturæ eſt tacita vulgaris cuius expreſſa, & ꝑ ſe ſubſiſtit ēt extincta pupillari expreſſa. Sicut igiť expræſſa locū hēt hēditate non adita, ſ. ſi inſtitutus hæres noluerit, ita & moriēte pupillo in pupillari etiam ante aditā hæreditatem locus erit vulgari ſubſtituto, vt adeat ex tacita vulgari ſub pupillari expreſſa comprehēſa. Tertia opinio media eſt Bar. diſtinguētis in d. l. 1. an diu pater ſuperuixit uel non. Sed hæc Bar. diſ. à Doctorib. communiter improbata eſt, vt teſtatur Alc. d. l. 1. n. 17. Did. Cou. d. §. 5. Sequere affirmatiuam, quæ proculdubio magis communis eſt, & uerior.

Sed quæro, quid ſi ſubſtitutio pupillaris facta eſt venti, & uenter non naſcatur, an ſubſtitutus admittatur ex tacita vulgari? Reſp. quod indiſtinctè admittitur, ita tenet Bar. d. l. 1. & hanc eſſe communem opinionem dicit ibi Calanth. n. 5. licet ipſe non probet.

Quęſtio Vndecima.

S V M M A R I A.

Expreſſa vulgaris continet tacitam pupillarem nu. 2. & 10. etiamſi in uno caſu tantum ſit concepta, nu. 2.

Quid ſi mater ſit in medio, nu. 3.

Quid ſi conſtet de contraria teſtatoris uoluntate. n. 4. Et quando dicatur expreſſe uel tacite conſtare, nu. 5. 6. & 7.

Quid ſi duobus imparibus ſeparatim ſubſtituatur. num. 8.

1 Eſt quoque alius effectus vulgaris ſubſtitutionis, quod. ſ. expreſſa vulgaris continet tacitam pupillarem, quādo facta eſt minori decem & quatuor annorum: Namque ſi is hæres efficeretur, & intra pupillarem decederet, ſuccederet ſubſtitutus ex tacita pupillari excluſis uenientib. ab inteſtato. tex. eſt l. iā hoc iure, ff. de vulg. & pup. & ita tenet Bar. d. l. 1. n. 34. ff. de vul. quem ſequuntur communiter alij Doctores, ut teſtatur Rip. ibi. Dou. c. Rainu. §. 4. nu. 6. ext. de teſta.

2 Et hoc generaliter verū eſt, & procedit etiāſi ipſa vulgaris expreſſa ſit concepta tantum in vno caſu, ſ. ſi hæres eſſe noluerit, quia tam vulgarem tacitam quam pupillarem tacitam continet. ita tenet Bar. d. l. 1. & admittūt omnes ut teſtatur Iaſ. l. fin. C. de inſti. & ſubſti. uerſi. iſtum intellectum Sfor. Oddo in tract. compen. 2. par. prælud. uerſi. 3. effectus.

3 Sed quid ſi mater ſit in medio, i. pupillus relinquit matrem, nunquid expreſſa vulgaris continebit tacitam pupillarem? Reſpond. quod ſic, ita tenet gl. l. præcibus, C. de impub. & alijs ſubſti. & ibi dicit hanc eſſe com. opi. Sapia. num. 25. & magis communem fatetur Sfor. Odd. d. par. 2. 3. effectu. An autem habeat effectum contra matrem, vel alios, infra de pupillari dixi.

4 Scias etiam, ꝙ ſupradicta concluſio procedit niſi expreſſe vel tacite appareat de contraria mente teſtatoris: quia tunc pupillaris tacita non continetur. Ratio eſt, quia quod pupillaris tacita contineť non fit vi uerborū, ſed propterea præſū-

ptā mentem, teſtatoris, quæ præſumptio ceſſat in caſu noſtro. tex. d. l. iā hoc iure, & hoc nō habet dubium. Expreſſe aūt di
5 citur conſtare de mēte teſtatoris, quādo teſtator vtitur verbo taxatiuo, vt ſi dixerit, Inſtituo filium meum impuberem in eo caſu tm̄, ſi hæres non erit, vnde non continetur pupillaris, q a ceſſat præſumptio, ita tenet Salic. d. l. precib. & eſt cōis opinio, vt teſtatur Zaſ. tract. ſubſti. vulg. 6. effectu. Sfor. Odd. d. 3. effectu idem eſt ſi teſtator expreſſe fuit proteſtatus. Alex. d. l. i. ibi Ripa dicit eſſe communem.

6 Tacite dicitur conſtare qn̄ alijs coniecturis pōt conſtare contrariā teſtatoris eſſe voluntatem, quales ſunt, primo ſi teſtator ſubſtituat diſparibus filijs quorū alter pubes eſt, quia tūc ex quo pupillaris in altero, ſ. filio pubere contineri nō poſſit, teſtator nō præſumitur velle magis unum quam alterum alij ſuccedere.

7 Secundo ſi diſparis ætatis filijs inſtitutis eos inuicem ſubſtituat, quo caſu veniunt vulgares expreſſe in genere vt ſupra dixi q. 6. 7. nu. 2. hoc caſu pupillaris tacita non intelligitur, quia in vno, ſ. pubere locum non habet, vnde inequaliter non præſumitur voluiſſe ſubſtituere.

8 Sed quid ſi duobus impar ib. teſtator ſubſtituat ſeparatim, vt ſi inſtituto filio & extraneo dixerit, ſi filios impubes hæres non erit, ſubſtituo talē, & ſi extraneꝰ hæres eundē ſubſtituo, nūquid ſubſtitutio pupillaris tacita continebitur? Reſp. quod in filio duplex erit ſubſtitutio, ſecus in extraneo, quia ex quo ſeparatim ſubſtituit, cenſetur vtriq; ſubſtituiſſe, eo modo, quo potuit ei ſuccedere ſubſtitutus. ita tenet Ber. d. l. iam hoc iure. & eſt cōis opi. vt teſtatur Soc. in d. l. 1. ibi Rip. nu. 170. licet ille cōtrariā opi. ſequatur. com. quoq; dicit Zaſ. trac. vul. ſubſtit. 6. effectu in fine, Sfor. Odd. d. 3. effectu.

9 Quæro item, quid ſtante ſtatuto, qđ teſtamento intelligantur ad literam, nū quid tacita pupillaris continebitur ſub expreſſa vulgari? Reſp. ingēs qō eſt, Bal. d. l. 1. precibus, num 15. tenet quod non contineatur, quia cenſetur reiectus omnis intellectus extraneus a verbis, & ſenſus ſtatuentiū fuiſſe, vt teſtamenta effectū haberēt, eatenus quatenus ſub proprietate verborū cōprehenderēt, & hæc eſt cōis opin. vt teſtatur Fran. Rip. d. l. 1. ff. de vulg. num. 157. licet ipſe duram exiſtimet, Fer. Vaſq. de ſucceſ. pgreſ. §. 11. nume. 19. qui ſubdit hanc eſſe tutiorem Sfor. Odd. tract. de compend. 2. par. prælud. 3. effectu.

10 Porro aduerte tunc expreſſam vulgarē cōtinere tacitā pupillarē, quoties fit verbis ſingularibus ſiue ſpecialibus, de q bus dixi ſupra q. Secus in illa quæ verbis generalibus concepta eſt, quia illa non tacita ſed expreſſa pupillaris eſt, vt ſi dixerit teſtator, inſtituo Titium & Sempronīū atq; eos inuicē ſubſtituo, namque ſi vterq; impubes eſt, pupillaris expreſſim continetur. ita tenet Bar. l. Lucius, nu. 7. ff. de vulg. & pup. & ibi Iaſ. dicit hāc eſſe communem opi. quem refert Didac. Couar. d. c. Rainu. § 4. nu. 6. ver. eſt autem. Idē dic ſi ita dixerit teſtator, inſtituo Titium filiū meum, & ei ſubſtituo Sempronium, nāque ſi Titius impubes eſt, cenſetur pupillaris expreſſa. ita tenet Bar. d. l. Centurio, nume. 32. & ibi dicit hanc eſſe com opi. Galiau. col. 87. Didac. d. §. 5.

Quæſtio Decimaſecunda.

SVMMARIA.

Per vulgarem ſuccedituꝛ teſtatori. nu 1.
Quid in vulgari expreſſa ſ. facta īpuberi. n. 2
Quid in tacita vulgare nu. 3.
Quid ſi per & filius ſimul moriremur, n. 4.
An tacita vulgaris excludat matrem, n. 5.
Quid in ſubſtitutione partim expreſſa partim tacita nu. 6.

1 Alius eſt effectus ſubſtitutionis vulgaris, quia per ea ſucceditur defuncto, & non ei cui facta eſt ſubſtitutio. ita ex tex. inſti. de vulg. ſubſti. in prin. & tenet Bar. quem ſequuntur oēs d. l. 1. n. 37

2 Sed quæro quid in vulgari expreſſa q̄ cōtinet pupillarem tacitā, qn̄ impuberi ſubſtitutio facta eſt uulgariter, nunquid per eam ſuccedit pupillo an ſoli teſtatori? Reſp. Fuerunt opiniones inter Doct. ſed Bar. diſtinguit, aut impubes repudiauit, & tūc ſubſtitutus tm̄ accipit bona defuncti, Aut pupillus in pupillari moritur, & non eſt hæres factus, & tūc ſubſtitutus vulgaris recipiet vtraque bona defuncti & pupilli: & quod Bar. ſequuntur Docto. cōiter teſtatur Zaſ. d. tractat. vltim. effectu. Sfort. Odd. tracta. compend

in prælud.2.par.4 effect. Sin aũt factus eſt hæres uirtute tacitę pupillaris utraq; bona recipiat,ita cõmuniter tenere Docto.teſtatur.Zaſ.d.l.1.nu.32.

3 Quæro item quid in tacita uulgari cõtẽta in pupillari expreſſa, nũquid trahet ad bona pupilli,puta q.a pupillus decedit in pupillari ætate ante aditã hæreditatẽ?Reſp.Diſtinguẽdũ eſt ut ſup.aut loquimur qñ repudiat pupillus, & tũc ſuccedit ex tacita uulgari tm̃ in bonis teſtatoris,non aũt pupilli. Aut qñ pupillus iã mortuus eſt ante aditã hæreditatem, & tunc nõ ſolũ ſucceditur pupillo, cõſequenter trahitur ad bona pupilli, & ille ſubſtitutus uenit ad bona teſtatoris & pupilli.ita tenet Bar.d.l.1.nu.4. & cũ eo tranſeũt cõitér Doc.ut teſtat Rip ibi nu. 173.Iaſ.d.l.fi.in fi.C.de inſti.& ſuſtitu.

4 Sed nunquid hoc locum habebit ſi pater & filius ſimul morerent?Reſp.Bar.d.l.n.4.in fi.tenet ꝙ ſic,& hoc quidem procedit ſi moriantur ſuperſtitibus matre & fratribus,& unus eorum fuerit ſubſtitutus,quia tũc ſubſtitutus utraq; bona recipiet.Secus uero ſi extraneus fuerit ſubſtitutus ſuperſtitib. prædictis perſonis. ita dicit cõiter tenere Doc.Rip.d.l.1.nu. 178.Sfor.Odd.d.par.2.4.effectu.

5 Quid aũt ſi pupillus non eſſet hæres, & inter pupillarẽ ætatem moreretur,mater tñ pupilli uiueret,nunquid ſubſtitutus ex tacita uulgari matri pferet? Reſp. ꝙ ſic ita tenet gl.l.fi.C.de inſti. ſubſtitu. quam ſequitur Bar.& cæteri Doc.cõiter ut teſtatur Iaſ.ibi in fi. & dicit indubitatũ Rip.d.l.1.n.175.quia uxor non ſuccedit in bonis mariti,niſi deficientib. agnatis & cognatis.Cæterum tñ ſi uiueret teſtatoris mater,illa per tacitam uulgarem non excludèretur.ita tenet Bar.d.l.1. n. 71.& ibi.Rip.nu.175.dicit hác eſſe com. opi.Did.Cou.c.Raınutius,§.5.in fi.non .n.præſumitur,quod teſtator matrẽ ſuã legitima ſucceſſione priuare voluerit.

6 Quid autẽ ſi ſubſtitutio ſit partim expreſſa partim tacita uulgaris, nunquid in caſu tacito excludet matrẽ pupilli, q̃ data eſt cohæres?Reſp.Bar.d.l.1.nu.43. tenet quod mater non excludatur.ſed ipſa admittatur excluſo ſubſtituto ex tacita uulgari.per tex.l.fi.C.de inſtit. & ſubſtit.Sed contrarium tenent communiter Doct.intelligentes d.l.fi.non in uulgari, ſed pupillari tacita,ut teſta.Reipu.d.l.1. nu.176.Alex.l.fi.n.4.C.de inſti.& ſubſti.& ibi.Iaſ.n.6.& Bal.& Pau.de Caſtr. dñt p p ambages,& fantaſiam Bart. non eſſe recedendum a communi opi.Cap.in tract.reg.de ſubſt.uul.n.89.Ant.Gome. uaria.reſo.lib.1.c.3.nu.28.Quæ ſententia uerior eſt:ſi enim hoc procedit in tacita uulgari contenta in pupillari expreſſa,q̃ uenit contra uerba teſtamenti, multo magis in tacita uulgari incluſa in uno caſu uulgaris expreſſæ,quæ uenit ex natura uerborum,locum habebit.

Quæſtio Decimatertia.

SVMMARIA.

Subſtitutus vulgaris excludit cõiũctũ.n.1
An id procedat in vulgari tacita,nu.2.
Quid in ſubſtitutione inualida.nu. 3.

Est quoq; alius eff.ctus,quod ſubſtitutus uulgaris ꝑ erit coniuncto, & ita ꝙ ſubſtĩõ uulgaris impedit ius accreſcendi.ita tenet Ang.d.l.1. & hæc eſt receptiſſima oium ſnia,ut teſtatur Pau. de Caſ.conſ.114.lib.1.Alex.conſ.38. lib. 1. & conſ.92.lib.3. Roma. conſ. 131.Cor. 39.lib.2.Soc.conſ.68.uol.ult.Dec.rub. C.qñ non pet.par.Ant.Gom.uari.reſo. lib.1.c.3.nu.26.Sfor.Odd.d.2.par 6.effect.Rõ eſt,quia prouiſio hominis tollit prouiſionem legis,tum etiã, quia ius accreſcendi eſt tacita quædam ſubſtitutio,unde per expreſſum tollitur.

2 Et hoc nõ habet dubium in ſubſtĩõne expreſſa,ſed quid in uulgari tacitã comprehenſa ſub pupillari:mouet qõnem,ꝙ ius accreſcendi quoque tacita quædam ſubſtĩõ cenſeatur,& ex tacita teſtẽris uoluntate proficiſci dicitur, ut dixi infra §. ius accreſcendi: Vñ inter pares non ui prælationi locus eſſe?Reſp.quòd imo ẽt tacita uulgaris comprehenſa in pupillari excludat coniunctũ ſiue ius accreſcendi.ita tenet Bal.d.l.fi.C.de inſt.& ſubſti. dicens hoc ualde notandum eſſe,& procedit indiſtincte, ẽt ſi aliqua concurrat qualitas coniunctionis uel ſanguinis,& quia eſt ualde coniuncta perſona teſtatoris uel cohæredis.hác ſniam frequenter placitam dicit Iaſ.l.re coniuncti,col.37. Crot.colum.18.ff. de legat. 3. Iaſ.d.l.fi. l.a.C.quando non peten.par.Anto.Gomez.

m.7. d.c.3.num.28. & ſeq.ibi.Soarez receptionem & veriorem dicēs n. 62.& cōmunem indifferentur dicit Vaſq.præfat. lib.2.de ſucceſ.progreſ.num.15. & num. 18.dicens, quod ab ea nemo vnquam diſcrepauit,imo tenetur tanquam indubitatiſſima,quamuis Bar.d.l.ſi.reſtringere conetur,quādo aliqua ſanguinis vel affectionis qualitas concurrit, quæ ad ius accreſcendi aſpirare videtur.Sed cōmunis ſequēda eſt,ex veriſimili mente teſtatoris, qui præſumitur magis velle pferre ſubſtitutum in ſua hæreditate, cū eū expreſſe in pupilli bonis in quibus ſua continebantur prætulerit.

3 Quæro Item, nūquid ſubſtitutio inualida impediat ius accreſcendi? Reſpō. quod ſic dummodo inualida ſit ex cauſa,q deſtinata eſt ad deducendum rem ad cauſam inteſtati, vt ſi eſt inualida ex cauſa præteritionis.ita tenet Bar.l. pe. ff.de iniuſt.n. 37. & ita crebrius recepcum dicit Soci.d.l.i.nu.74. & l. re coniunſti, num. 18.Sfor.Odd.d.par.2 6.effectu,quia teſtator ſua volūtate poteſt tollere ius accreſcendi, vt dixi infra §.ius accreſcēdi, in tollendo autem eadem eſt volūtas in inutili,ſicut in vtili.

Aduerte etiam,quod prædicta cōcluſio,quod ſubſtitutus præfertur coniuncto, procedit cum ſingulariter & nominatim vni ſubſtitutus eſt, non ſi ſimpliciter plurib. inſtitutis, alius ſimpliciter ſubſtituitur, quia tunc non tam vni quā toti gradui videtur ſubſtitutus, ſicque cōiunctus,qui erat in primo gradu præfertur. hanc dicunt communem Paul.de Caſtr. & Soci. l. ſi is, §. item ſi pater ff. de rub.dub.Soci l.1.2.qō. 5.princ.ff. de vulg. Fernan.Vaſq.de ſucceſ. progreſ.§. 42.num.22.

Quæſtio Decimaquarta.

SVMMARIVM.

Vulgaris facit de ſuo voluntarium.

VLtimus effectus eſt,quod vulgaris ſubſtitutio expreſſa facit de ſuo voluntarium.hanc communem eſſe opi. dicit Calant.d.l.1.nu.57.Ideoque ſi filium inſtituat, & ſi is hæres nō erit ſubſtituat alium,iam filius factus eſt heres voluntarius ita vt poſit repudiare etiam de iure ciuili,nec eget prætoris beneficio: itē tollit effectus, & ſuitatis priuilegia, dé quo dixi infra §.ſuitas quib.mod.tollāt.

Quæſtio decimaquinta.

SVMMARIA.

Per aditionē inſtituti ceſſat vulgaris, n.1.

Quid ſi ex pluribus inſtitutis vnus adeat. nu. 2.Declaratur.nu.3.

Minor reſtituto aduerſus aditionem an ſit locus vulgari nu.4.

Vulgaris an expiret ſi inſtitutus tantum de iure prætorio poſſit ſuccedere,n.5.Et quid ſi quis petat bono poſſeſ.cum tamen de iure ciuili poſſit ſuccedere.nu.6.

An exiſtentia ſui hæredis extinguat.n.7.

1 REſtat vt dicamus qualiter finiatur ſiue ceſſet vulgaris ſubſtitutio. Et hoc fit pluribus modis,& primo per aditionem factam per hæredē in primo gradu inſtitutum.tex.l.poſt aditā. C.de impub.& alijs ſubſti.ibi com.dicit Santa.n. 8.Ratio eſt, quia qui inſtituitur ſub aliqua cōditione, ſub contraria videtur excluſus, ſed inſtitutus eſt ſubſtitutus ſub illa conditione ſi hæres non erit, ergo ſi hæres erit cenſetur excluſus.

Sed quid ſi plures ſint heredes inſtituti, & eis datus ſit ſubſtitutus, nunquid vno adeunte expirabit ſubſtitutio? Reſpond. Magnus hic eſt Doct. conflictus & dubitatio, pro qua reſoluenda tu diſtinguas.

Aut facta eſt ſubſtitutio omnibus copulatiue vel coniunctim,& tunc vno ex omnibus adeunte expirāt ſubſtitutio,vt ſi teſtator Titium.& Meuium inſtituit, & ſi Titius,& Meuius hæredes nō erūt, ſubſtituat Caium.ita tenet Bald. & Doctores communiter in l.penul.C.de impub. vt teſtatur Rip.d.l.1.nu.198.Socin. dicens ita communiter ſentire Doctores l.quamuis,C. de impub. & quod maior pars Doctorum in omnibus exēplis cōiunctim & copulatiue conceptæ ſubſtitutionis ſequantur Bart. dicit Calanch. ibi.num.69.

Aut facta eſt ſubſtitutio plurib.inſtitutis ſimpliciter, ſiue indefinite hoc modo.Si heredes nō erūt,& ſimiliter expirat ſubſtitutio aditione vnius. ita tenet Bar.d.l.1. & eſt communis opi. vt teſtāt Rip.ibid.Sfor.Odd.d.2.par.q.6.

Aut ſubſtitutio facta eſt plurib.ſeparatim,

ratim,& varius aditione non expirat ſubſtitutio quod omnes, ſed uerificatur in partem vt vno decedente ex ſcriptis hæredibus, ſubſtitutus in eius locũ vocet̃, nec accreſcat cohæredi, ſiue ſubſtitutio fiat verbis alternatiuis. videlicet & ſi aut Titius, aut Seius hæredes non erunt, Caius ſubſtituo, ſiue per verbum diſtributiuum, vt ſi quis eorum hæres non erit, uel cuilibet, aut ſingulis ſubſtituo, ſiue et p expreſsã ſeparationẽ fiat, ita ut ſuus cuique ſeparatim detur ſubſtitutus: Vt ſi Titius hæres non erit, ſubſtituo Caiũ, & ſi Seius non erit, ſubſtituo Florum. ita tenet Bart. d. l. 1. num. 48. & eſt communis opinio, vt teſtatur Alexan. nu. 40. Socin. num. 82. verſ. circa ſecundam quæſt. Bar. Calant. d. l. 1. dicens, quod cũ Bart. tranſeunt omnes nemine diſcrepãte, Ripa ibi. nu. 187. & plurib. ſequitur & magis cõem dicit Ant. Gom uaria. reſol. to. 1. cap. 3. num. 35.

3 Prædicta tamen, quãdo ita ſeparatim facta eſt ſubſtitutio, declara, nt nõ procedant, quando perſona quæ adiuit eſſet veriſimiliter magis dilecta, quam ſubſtitutus, puta ſi eſſet de liberis teſtatoris, quia talis ſubſtitutum excluderet ne in partem vocaretur. ita tenet Bar. & Doc. d. l. 1. vt dicit Rip. ibi. nu. 203. Alc. conſi. 275. vol. 5. quem refert Zaſ. in tract. ſub ſti. cap. 6. uerſ. ſecunda concluſio in fi. & ab hac ſententia non eſſe reſcedendũ dicit Ripa ibid. num. 204.

4 Quæro item, quid ſi minor adiuit hæreditatem temerè & aduerſus aditionem ſit reſtitutus beneficio prætoris, vt abſtineat, nunquid admittat̃ ſubſtitutus vulgatis? Reſpon. quod ſic. ita tenet Bar. d. l. 1. num 49. & hanc dicit ibi communem opi. eſſe Soc. num. 48. Rip. nu. 203. Calan. nu. 83. Sfort. Odd. tract. compend. in prælud. q. 6. verſ. limitatur autẽ primo. Et poteſt talis ſubſtitutus adire etiam iure ciuili ſi uelit. ita tenet Bar. ibid. & cęteri communiter ſequũtur, vt teſtatur ibi Alex. & Rip. Sapia l. poſt aditam, nu. 8.

5 Quæro, quid ſi inſtitutus non poteſt ſuccedere niſi de iure prætorio, vel per bonorum poſſeſſionem, iuxta diſpoſitionem l. fi. C. vnde leg. nũquid ſubſtitutus qui venit de iure ciuili ſit admittendus? Reſ. In hac quæſtione cõſidera duos caſus: Primus eſt, quãdo bonorum poſſeſſio habuit originẽ in vita teſtatoris, & eo viuente, reconualeſcit teſtm̃ ruptum de iure ciuili, vt quia turpis cõditio ac iecta reijcitur a prætore, vel poſthumus præteritus deceſſit in vita teſtatoris, tunc ſubſtitutus vulgaris nõ admittitur. ita tenet Bar. d. l. 1. n. 51. & ibi Soc. n. 50. dicit hãc eſſe cõem opinionem Rip. n. 209. vbi dicit diſtinctionem Bar. cõiter approbari.

Secundus caſus eſt, qñ inſtitutio reconualeſcit de iure prætorio poſt mortem teſtatoris, vt ſi præteritus approbat teſtamentum patris de quo dixi, infra §. teſtamentum, ſubſtitutus vulgaris præfertur inſtitutio. ita dicit Bart. citato loco, & ibi Rip. Bar. communiter approbari, & quod gl. l. ſi quis eũ, §. fin. ff. de uulga. ſubſti. tenens contrarium communiter reprobetur dicit Lanfran. l. Cẽturio in materia ſubſti. uulga. cõcluſio. 17. Ratio eſt, quia actu ſuo quis alteri in iure quæſito præiudicare non poteſt.

6 Sed quid ſi inſtitutus poteſt adire de iure ciuili, & omiſſa aditione peta. bonorum poſſeſſionem de iure prætorio? Reſpond. quòd tunc ſubſtitutus repellitur per inſtitutum. ita tenet Bar. d. l. 1. num. 51. & quod ita cõmuniter tenetur dicit Ripa. ibi. nu. 220. Et hoc intellige niſi inſtitutus renunciaſſet alteri iuri non ſimpliciter, ſed ad electa cauſa, quia damnoſa eſſet hæreditas, tunc. n. uulgaris ſubſtitutio. extinguitur. ita tenet Bal. l. ſuum. C. de iur. deliberandi & ſequuntur Doc. cõmuniter, ut teſtatur Rip. d. l. 1. nu. 220.

7 Quæro etiam, nunquid exiſtentia ſui hæredis, utputa ſi filio ſuo det ſubſtitutus, qui ipſo iure hæres eſt, & fingit̃ adiuiſſe, extinguat ſubſtitutionẽ uulgarẽ? Reſp. q ſi facta eſt ſubſtituto uolũtarie ex cõſil iũ Galli, & l. Velleiæ, & inſtitutus ſe abſtineat ab hrditate, nõ expirat ſubſtiõ, niſi inſtitutus ſuus ſit hæres effectualiter. Secus ubi uulgaris ſubſtitutio ẽ neceſſaria, & fit ex neceſſitate ſecũdũ Galli cõſilium, ne rumpatur teſtm̃, ut ſi filiũ teſtator inſtituet, & ex eo nepotem naſciturũ uel natum ſubſtituat, tunc. n. exiſtentia ſola extinguit uulgarẽ ſubſtitutionẽ, quia cenſetur facta ſub cõditione ſi fili⁹ uiuo auo moriat̃. ita tenet Bar. d. l. 1. n. 50. & eſt cõmunis opinio, ut teſtatur

ſtatur Soc. ibi nu. 54. Rip. num. 208. & ꝙ Bar. opinionem tenent oẽs dicit Calant. ibi nu. 86. licet ipſe aliter ſentiat.

Quæſtio decimaſexta.

S V M M A R I A.

An ſubſtitutio vulgaris tacita expiret per aduentum pubertatis. nu. 1.

Declaratur, nu. 2.

1 QVæro vlterius, an ſubſtitutio vulgaris tacita comprehenſa in pupillari expiret adueniente pubertate? Reſp. Cõtrouerſum fuit, Bart. d. l. 1. nu. 56. diſtinguit. Aut. n. ſubſtitutio pupillaris facta eſt ſimpliciter, vt quiſquis mihi hæres erit, ſit & hæres filio meo impuberi, vel qñcunq; filius moriatur, & tunc non expirat vulgaris ſubſtitutio tacita. Idẽ dic ſi dixerit impuberem filium meum inſtituo, Mæuium ſubſtituo, ita vtriuſq; partis fautores agnoſcere dicit Vaſq. d. §. 11. nu. 46. & lib. 3. de crea. §. 21. nu. 244.

Aut ſubſtitutio facta eſt cum præfinitione temporis, & tunc ſi t͞ps breuius p̃finitum ſit, vt ſi intra 10. annũ deceſſerit, conueniunt omnes excepto Ripa & Alciato, vulgarem & pupillarem extingui, vt teſtatur Fern. Vaſq. de ſucceſ. ꝓgreſ. §. 51. n. 46. Sin vero p̃finitum fuit tẽpus ætatis pupillaris, vt ſi intra pupillarem ætatẽ deceſſerit ſubſtituo, & quod tunc ſicut expreſſa pupillaris, ita & tacita vulgaris expirat, tenet Barto. d. l. 1. nume. 56. & hanc dicit eſſe communem opin. Imo l. qui habebat, ff. de vulg. Albe. l. precibus, nu. 12. C. de impub. num. 4. Alex. n. 53. & Are. ibi. Soc. nu. 60. & n. 35. Alc. n. 92. Guili. Bened. c. Rainutius. trac. vlt. nu. 138. Coua. §. 5. nu. 5. verſ. Illud ſane. Rip. d. l. 1. n. 225. & quod iſta Bar. doctrina communiter ſit approbata dicit Zaſ. tract. ſubſtit. in materia vulg. ſubſtit. 5. membr. conclu. 2. receptionem fatetur Ema. Suarez add. ad Gom. citato loco, licet ipſe contrarium verius exiſtimet.

Contrariam partem quod imo ſubſtitutio tacita vulgaris ſiue fiat ſimpliciter ſiue cum præfinitione temporis, indiſtincte ſemper duret, tenet Imo. c. Rainu. & eam dicit hodie eſſe communem Vaſq. d. §. 11. n. 46. & veriorem putat, ſed reuera prior opinio magis communis eſt. hãc magis communem eſſe opinionem dicit S᷑or. Odd. d. tract. compen. par. 2. quæſt. 6. qui tamen contrarium ſibi quoq; placere dicit.

2 Sed cõmunis opinio procedit quidẽ quando vulgaris ab initio cum pupillari fuit vnita quia pupillaris ualuit quid autem ſi pupillaris a principio uſque fuit inutilis, puta facto extraneo, uel maiori, uel emancipato? Reſp. quod licet pupillaris nõ ualeat, tñ nihilominus comprehendit vulgarem, & ualebit ut vulgaris ſiue fiat ſimpliciter ſiue cum temporis p̃finitione, ita tenet Bar. d. l. 1. in fin. & eſt communis opinio, ut teſtatur Alex. ibi. n. 54. Rip. nu. 223. & nu. 228. Soc. n. 87. & 6. Corral. d. l. poſt aditam, licet ipſe cõtrariũ teneat. Dida. Coua. d. c. Rainut. §. 5. nu. 5. uerſ. 11.

Quæſtio decimaſeptima.

S V M M A R I A.

An per emancipationem poſt factam pupillarem, tacita vulgaris ceſſet.

QVæro item, ſi poſt factam pupillarẽ impubes emancipatus ſit, an tacita vulgaris extinguatur, non ſecus ac pupillaris expreſſa? Reſp. Bal. d. l. fin. C. de inſti. & ſubſti. tenet vulgarem non extingui, quem plures alij ſequuntur. Sed cõtrarium tenet Bar. d. l. 1. num. 55. & hanc communiter receptam eſſe fatetur Lanfran. d. l. Centurio, in materia vulg. concluſ. 20. Alcia. d. l. 1. n. 92. Fernan. Vaſq. qui tamen primam opinionem ueriorẽ & forte receptiorem exiſtimat d. §. 21. n. 243. quia ſub pupillari ex legis interpretatione comprehenditur vulgaris æque principaliter ſic altera per emancipatione ceſſante, altera integra & ſalua manet. & hæc de vulgari.

Quæſtio decimaoctaua.

S V M M A R I V M.

Quo introducta ſit pupillaris.

ACcedo nunc ad pupillerem: Quæro igitur quo iure introducta fuit pupillaris ſubſtitutio? Reſp. communis eſt opinio, ſubſtitutionẽ pupillarem iure ciuili non quidem ſcripto, ſed molib. & conſuetudine teſtatorum inuentam & introductam eſſe. ita tenet Bar. l. 2. n. 1. ff. de uulg. & ita communiter receptũ eſſe dicit Fran. Ripa. ibi, num. 22. Eman.

Suarez addi.ad Gom.varia.reſo.Tom.1. c.4.n. 1. Quia non eſt patris teſtamentũ neque patri per illam ſucceditur, ſed filio, vnde cum ſit non noſtra, ſed alienæ voluntatis ſententia & de rebus alienis, regulis iuris ciuilis refragatur.

Queſtio Decimanona.

SVMMARIVM.

Quid ſit pupillaris.

QVæro quid ſit pupillaris ſubſtitutio? Reſp. ꝙ pupillaris ſubſtitutio illa dicitur quam pater facit filio pupillo, vt ei intra pupillaria mortuo ſuccedatur; Ideo enim pupillaris dicitur qđ non niſi pupillo fiat, ita dicit eſſe communem opi. Sfor. Odd.tract.compen.in præl ud.par.3.q.12.

Quæſtio Vigeſima.

SVMMARIA.

Subſtitutio pupillaris fit verbis ſingularib. nume.1.

Verba (ſi hæres erit) an ſint de ſubſtantia pupillaris.nu.2.

Pupillaris expreſſa eſt facta per hæc verba: ſi in pupillari deceſſerit. nu.3.

Quid ſi dixerit, ſi in pupillari deceſſerit mihi ſit hæres, nu.4. Declara.nu.5.

Quid ſit differentia inter hãc: ſi hæres erit, & in pupillari deceſſerit, & illam, ſi in pupillari deceſſerit, nu.6.

An ſit pupillaris expreſſa hæc: filio meo impuberi ſubſtituo.n.7. & quid ſi dixerit, ei ſit hæres, nu.8.

Subſtitutio verbis generalib. concepta quãdo dicatur nu.9.& 10.

An ſit pupillaris hæc: inſtituo filium & cũ eo Titium & Mæuium, & quiſquis mihi hæres erit, ſit hæres filio. nu.11.

An ſit pupillaris filio impuberi ſi deceſſerit ſubſtituo.nu.12.

1 QVæro quibus verbis fiat pupillaris ſubſtitutio? Reſp.quod ſubſtitutio hæc pluribus modis concipitur. Quandoque & primo fit verbis ſingularibus, & ſub duabus conditionibus perſonam impuberis reſpicientibus, & ita concipitur inſtituo filium meum, & ſi is hęres erit, & in pupillari ętate deceſſerit, ſubſtituo Caiũ.hæc forma ex Bar. ſententia in l.2. ff.de vulg.nume.27.recepta eſt ut teſtatur Zaſ.in tract.pupillaris, 3.memb. & quod ſit communis opinio dicit Coua. d.cap.Rainut. §.5. num.4.

2 Intellige tamen hoc, vt iſta uerba (& ſi hæres erit) non ſint omnino de ſubſtãtia pupillaris ſubſtitutionis. ita docet Bar.ibi.& eſt magis communis opi. ut teſtatur Ripa d.l.2.n.38.Dec.l.precibus, C.de impub.& alijs ſubſti. nu.15. Sfor. Odd. d. q.6. Ideoque ſi copulatiue hoc modo cõcepta ſit ſubſtitutio pupillaris ſub duabus conditionibus, ſi hæres erit, & in pupillari deceſſerit concurſus copulatorum non requiritur, vt ſubſtitutioni locus ſit, ita vult Bart.d.l. 2. & ſequuntur communiter Doct. vt teſtatur Ripa.d. loco.

3 Secundo igitur ita cõcipitur pupillaris ſubſtitutio expreſſe ꝑ hęc verba: Si filius meus in pupillari ętate deceſſerit. In hoc tñ diuerſæ ſunt opiniones, an dĩcta verba (ſi filius in pupillari ætate deceſſerit) inducant ſolam pupillarem, an vero compendioſam, & Bald.in l. precibus tenet cõpendioſam eſſe. & hãc dicit eſſe communem opinionem Iaſ. d.l.2.n. 47. Bald. conſi. 122. lib.1. Contrarium quod imo ſit pupillaris tenet Bar. d.l.2. num.27.& eſt communis opinio, ut teſtatur, Rip.ibi dicens ab ea non eſſe recedendum, n.41. Zaſ.in tract. compendioſæ, ver. requiruntur. Dida. Coua.c. Rainutius, §.5.nu.5.& §.9. verſ. 3. de teſta. Fern. Vaſq.de ſucceſ. progreſ. §. 73. nu. 29.uerſ.denique. Quia non continet niſi unicum tempus pupillaris ætatis, alias eſſet compendioſa, vt infra circa compẽdioſam dixi.

4 Sed quæro, ſi ita concipiatur ſubſtitutio: Si filius meus deceſſerit in pupillari ętate, filia mihi hæres ſit, nunquid hæc dictio (mihi) impediat ſubſtitutionẽ pupillarem? Reſp.quod non, ita tenet gl.l. 1.uerb.Caius, ff.de vulg.& quod omnes ita tenent teſtatur Ema.a Coſta.c.ſi pater verb.pupillares, n.2.Pariſ. cõſ.73. n. 54.2.par.quia pro non ſcripto habetur.

5 Aduerte tamen illud non procedere in ſubſtitutione, quæ nullius eſſet momenti ut ſi fieret filio exhæredato. ita tenet Pau.de Caſtr.d.l.1.nu.9.ff. de vul.& d.l.precibus, nu.13.& eius opinio magis communiter recepta eſt, ut teſtaƭ Ema. a Coſta d.uerb.pupillares, nu.3. quamuis quidam contrarium tueri conentur.

Quero,

6 Quæro, quæ ſit differentia inter primam conceptioné mere pupillaris ſubſtitutionis [ſi hæres erit & in pupillari ętate deceſſerit] & ſecundá, ſ. ſi in pupillari ætate deceſſerit omiſſis illis, ſi hæres erit? Reſp. Differentia in hoc eſt, qđ in prima cóceptione expreſſa eſt ſpecialiter ſola pupillaris ſubſtitutio, quoniam illa verba, ſi hæres erit, omnino repugnant vulgari, ideoque ſub figura verborum non comprehenditur vulgaris, ſed pupillaris porrigitur ad vtilitatem omnino tacitæ ex autoritate legis, & ita tacita omnino hoc caſu eſt vulgaris, vt dixi ſup. q. 7. Sed qñ dicitur ſimpliciter, ſi pupillus in pupillari deceſſerit, ſub generalitate verborum continetur vulgaris expreſſa, non omnino tacita, & ita in illa ſpecie non minus vulgaris expreſſa videtur, quam pupillaris. ita tenet Bal. d. l. precibus, & ibi dicit eſſe cómuniter receptam opinionem Dec. nu. 15. Soc. d. l. 1. nu. 36. Rip. 84. Alex. nu. 21. Alc. d. l. Centurio, nu. 56. Sapia. nu. 43. d. l. precibus. Cur. Iun. nu. 33. Coua. d. c. Rainutius, §. 5. nu. 5. Eman. a Coſta c. ſi pater, verb. pupillares, num. 9. Vtilitas eſt magna, quia talis habet effectum vulgaris expreſſæ, vt dixi ſup. d. q. 7.

7 Quid autem ſi dixerit teſtator, filio meo impuberi ſubſtituo, an per iſta verba intelligatur pupillaris expreſſa? Reſ. Bal. in l. precibus, n. 48. tenet quod non, quia illa verba, pupillo vel impuberi, intelliguntur appoſita demonſtratiue potius quam diſpoſitiue. Contrarium vero quod ſit expreſſa pupillaris cenſuit Bar. l. Centurio, nu. 32. in fi. & communé dicit opinionem Alex. l. Gallus, §. 1. nu. 9. quem refert Ema. a Coſta d. verbo pupillares, nu. 14. in fi. & verius dicit idem Alex. l. 2. nu. 16. ff. de vulg.

8 Et hoc procedit etiá, ſi teſtator dixiſſet: ſi filius intra pubertaté deceſſerit filius ei hæres: t. ita Bal. ſniam in hac etiam ſpecie probari a moderniorib. dicit Alc. d. l. 1. nu. 93. Sed in hoc contrarium tenet Alex. ibi nume. 25. verſ. 1. quia Bart. Soc. d. l. Centurio, nu. 34. Io. Baptiſt. d. l. precib. num. 21. Cor. nu. 10. Polit. de pupil. ſubſti. 5. & 6. q. Ema. a Coſta d. verb. pupil. nu. 11. idque propter dictioné ei, quæ vulgarem ſubſtitutionem tollit, & meram pupillarem indicat, ſiquidé per vulgarem non ſucceditur pupillo, ſed ipſi teſtatori.

9 Tertio concipitur etiam hęc ſubſtitutio verbis generalibus, his quidem: filiú meum inſtituo, & ei ſubſtituo Titiú, vel filio meo ſubſtituo, namque ſi filius ſit impubes, hæc ſubſtitutio pupillaris eſt verbis generalibus facta. ita cenſuit Bar. d. l. Centurio, n. 32. in fi. Fran. ſibi cótrarius c. ſi pater, nu. 71. & eſt uerior & communior ſentétia, vt teſtatur Eman. a Coſta d. c. ſi pater, uerb. pupillares, nu. 14. Quamuis his verbis ſolam vulgarem exprimi voluerunt Cyn. & alij d. l. precib.

10 Idem eſt in recipróca, vt ſi dixerit: Titium & Caium filios meos inſtituo, & eos inuicem ſubſtituo eſt enim hic etiam pupillaris ſubſtitutio, ſi vterque filius ſit impubes, expreſſa quidem verbis generalibus, tacita quoad ſpecialia.

11 Quęro, quid ſi teſtator inſtituat duos uel plures cú filio, & ſubijciat, quiſquis mihi heres ſit, ſit & hęs filio meo utrú céſeat mera pupillaris ſubſtó? Reſpó. Azo. in ſum. nu. 2. C. de impub. & alijs ſubſti. vult hiſce verbis expreſsá vulgarem cótineri, & tacita pupillarem ſubintelligi. Contrarium veró voluit gl. mag. §. quaratione, inſti. de pupil. quem ſequit Bar. l. quę liberis, §. hæc verba, n. 2. q. ſ. ſit mera pupillaris ſubſti. quę ad vulgaré omninò tacita extenditur, idem Bar. d. l. 1. n. 16. ff. de vulg. quem cóiter receptum teſtatur Ema. a Coſta d. c. ſi pr. verb. pupillares, nu. 15. & hæc ſententia verior eſt, quia verba ſuccedendi referuntur ad impuberem cui hæres eſſe ſubſtitutus non poteſt, niſi ex pupillari.

12 Quid autem ſi dixerit filio meo impuberi ſi deceſſerit, ſubſtituo, an erit pupillaris quod impuberi facta fuit, an compendioſa cótinens pupillarem infra pubertatem & fideicommiſſariam? Reſpon. quod ſi compendioſa. ita dicit communé eſſe opi. Alex. conſi. 1 li. 2. Rip. l. Centurio, nume. 140. ff. de vulg. quos refert Vaſq. de ſucceſſ. progreſ. li. 2. §. 13. n. 43. licet ille pupillarem ſimplicem eſſe opinetur. Sed communis verior eſt, maxime ſi dixerit, ſi deceſſerit non liquens. non. n. adiectio illa ita conuenit ætati pupillari ſicut adultæ, vnde intétio uit teſtatoris,

vt ſubſtitutus admitteretur, ſiue in pupillari ſiue adulta ætate deceſſiſſet.

Quæſtio decimaprima.

SVMRIA.

In pupillari vt valeat neceſſe eſt vt ſit fili⁹ nu. 1. & quid in naturalibus. nu. 2.

Quid in adoptiuis, nu. 3.

An ſubſtō facta Emãcipato naturali vel extraneo conuertatur in fideicõmiſſũ. nu. 4.

VIdendum eſt etiam, quę pro forma & validitate huius ſubſtitutionis
1 pupillaris requirantur. Et ſcias quod eorum quę requiruntur quędam reſpiciũt perſonam eius, cui ſubſtituitur, quædam formam, quædam modum conſeruandi. Et primo requiritur, quod is cui ſubſtituitur, ſit de liberis filius, ſ. nepos vel alius deſcendens, tex. l. 2. ff. de vul. & eſt veriſſimum vt dicit Ripa i 1 nu. 16.
2 Et hoc quidem procedit in liberis naturalib. & legitimis, ſed quid in naturalibus tantum? Reſp. quod eis pupillariter ſubſtitui non poteſt. ita tenet Bar. d. l. 2. num. 3. cum quo tranſeunt omnes ibi indifferenter, vt teſtatur Fern. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. lib. 2. §. 14. num. 3. in fi. Ant. Fume tract. ſubſt. pupil. nu. 37. non enim ſũt in poteſtate teſtatoris vt dixit.
3 Quid in filijs adoptiuis? Reſp. Bar. d. l. 2. docet, ꝙ cum hodie non omnes adoptiui tranſeant in poteſtatẽ adoptantis, in illis caſib. quib. in poteſtatẽ adoptatus non tranſit, ſubſtitui talem nõ poſſe, cuius opi. non ſolum cõis, ſed ẽt indifferẽter recepta eſt, vt refert Rip. ibi i 1. req ſi. nu. 16. Fernan. Vaſq. d. §. 14. num. 3. Sfo. O. d. d. trac. comp. in prælud. par. 3. q. 4.
4 Sed qro, ſi pupillaris ſubſtitutio fiat emancipato naturali vel extraneo, nunquid inutilis hæc ſubſtitutio cõuertatur in fideicommiſſum? Reſp. glo. in l. verbis ciuilib. ff. de vulg. docet, ꝙ valet in vim fideicõmiſſi. & eſt cõis op. vt teſtaĩ Soc. n. 55. Iaſ. n. 32. Claud. col. 6. d. l. Cẽturio Iaſ. d. l. verbis ciuilib. n. 6. & 19. Rip. l. ex facto, ff. ad Treb. in prin. Corraſ. l. qui teſtamẽto, n. 29. Cur. iu. in d. l. precibus, n. 55. Guliel. Bened. d. c. Rainu. ver. ſi abſq; liberis moreretur, in materia cõpendioſæ, nu. 37. & ſeq. Fern. Vaſq. de ſucceſ. ꝓgreſ. §. 14. nu 86. §. 11. nu. 29. Tu vero diſtingue: Aut ſubſtitutio pupillaris directa continetur in codicillis & conuertiĩ in fideicommiſſariam. hanc dicit communem opi. Gomez. c. 4. lib. 1. num. 6. & ibi Soarez in add. nu. 22. receptiorem dicit, & ita omnes ſupra allegati recipiendi ſunt. Aut uero teſtamento adſcripta eſt pupillaris ſubſtitutio, & tũc cõuertitur in vulgarẽ ſubſtõnem, & ualet tanquam vulgaris expreſſa. ita tenet Bar. d. l. 2. nu. 9. & eſt communis opi. ut teſtatur Gom. tract. vulga. ſubſt. n. 31. ibi Ema. Soa. addi. nu. 4. eique adherendum eſſe dicit, quicquid ſentiat Gome. uer iorem & receptiorẽ dicit idem Soarez. addit. ad Gomez. d. cap. 4. num. 23.

Quæſtio vigeſimaſecunda.

SVMMARIA.

Pupillaris vt valeat, reqriĩ vt ſit ĩpuber. 1.

An ĩ pupillari vt fieri nõ poſſit, requiratur annum pubertatis completum. nu. 2.

An ſtãte ſtatuto, qđ minor 25. an. nõ poſſit teſtari, poſſit pupillariter ad id tp̃s ſubſtitui n. 3.

Sed qđ ſi ſtatutũ dictet, qđ pupillaris ætas ad annum 25. duret, nu. 4.

1 NOn ſufficit quẽ eſſe de liberis, ſed requiriĩ ut ſit impubes, tex. d. l. 2. quo caſu dicitur pupillaris ætas in maſculo vſque ad 14. annum, in fæmina vſque ad 12. annũ, ſicut in omnib. alijs diſpõnib. exceptis alimentis, vt dixi alibi.
2 Sed pulchra dubitatio oritur, dum ad 14. annũ permittitur pupillariter ſubſtituere, nunquid annum inchoatum ſufficiat, ut ſubſtitui non poſſit, an uero cõpletus eſſe debeat? Reſp. Ang. in §. maſculo, vult completum eſſe 14. annum ſed Bar. l. in pupillari, nu. 4. ff. de vulga. contrarium cenſuit, nimirum ceſſare hanc ſubſtitutionem initio decimi quarti anni, quo incipit teſtari poſſe, & Bart. communiter receptum eſſe teſtatur Ema. Soarez addi. ad Gomez. d. c. 4. nu. 5. & ſeq. id que verius eſt, cum hęc ſubſtitutio introducta ſit, ut cum eius ætatis ſint filij, in qua ipſi teſtamentumq́ facere non poſſũt parentes eis faciant.
3 Sed quæro, quid ſi lege vel ſtatuto caueatur, ꝙ minor 25. annorum non poſſit teſtari, nunquid ad illud uſque tempus poterit ei pupillariter ſubſtitui, ut qui ſibi ipſi teſtamẽtum facere non po-

N teſt?

teſt? Reſp. Diuerſæ ſunt Doc. ſententiæ, ſed communis eſt opinio, qđ nō poſſit quam tenet Barto. d.l. 2. & communem dicit Ripa ibi num. 17. Polit. tract. ſubſti. nu. 24. Communem quoq; dicit Anto. Gome. uaria. reſol. tom. 1. ca. 4. nu. 5. Fernan. Vaſq. de ſucceſ. progre. §. 14. nu. 40. Sfort. Oddo. d. tract. compen. in prælud. par. 3. q. 2. quod cum Bar. cæteri communiter reſident, dicit Bened. Capr. de ſubſti. pupil. nu. 31. & hæc uerior eſt, quicquid alij ſentiant: quomodo enim pater poteſt pupillariter ei ſubſtituere qui nō eſt pupillus.

4 Sed quid ſi ſtatutum dictet, quod pupillaris ætas ad annum 25. duret, an tūc uſque ad illam ætatem poterit ſubſtitui? Reſpond. quòd ſic, ita tenet Alexand. d. l. 2. & eſt communis opinio, ut teſtatur Ripa ibi num. 18. Alcia. num. 11. Fernā. Vaſq. d. §. 14. nu. 56. Corraſ. l. ſi teſtamē to. nu. 6. C. de impub. & alijs ſubſti. Gulie. Bened. d. c. Rainutius, in pupil. ſubſt. nu. 28. licet contrarium uelit Polit. citato loco. Quia pubertatis tempus lege ciuili taxatum eſt ideoque mutari contrario iure poſitiuo, poteſt & legis nouę recipiūt interpretationem paſſiuam & extenſiuā per leges ueteres, Vnde iura cōcedentia facultatem ſubſtituendi impuberibus comprehendunt impuberes ſecundum cuiuſque loci ſtatuta.

Quæſtio vigeſimatertia.

SVMMARIA.

Filius dēt eſſe in teſtatoris poteſtate vt valeat pupillaris ſubſtitutio. nu. 1.

Pater ſi ſit perſona turpis & vilis, an poſſit pupillariter ſubſtituere. nu. 2.

An mater poſſit pupillariter ſubſtituere. n. 3. & quid ſtante ſtatuto, quod mater habeat in poteſtate. nu. 4.

Quod tempore requiratur pupillum eſſe in poteſtate, nu. 5. declaratur nu. 7.

An inutilis ſubſtitutio facta naturali vel ſpurio, poſtea legitimatione poſt mortem patris conualeſcat nu. 6.

Requiritur ēt vt filius in poteſtate, non ſit reaſurus in alterius poteſtatem, nu. 8.

Declara in pagano, ſecus in milite, nu. 9.

Si filius ante mortem patris deſinat in eius poteſtate eſſe, euaneſcit ſubſtitutio. nu. 10. & quando declaratur. nu. 11. 12. 13.

1 OPortet etiam ut impubes ſit in patris teſtatoris poteſtate, tex. d. l. 2. & ibi omnes notant vt dicit Sfor. d. q. 4. Et hoc procedit etiam hodie, licet ſit ſublata differentia emācipationis & patriæ poteſtatis, cū in ſucceſſione ex teſtamento non ſit aliquid immutatum, ut dixi ſupra §. bono. poſſeſſ. q. 5. n. 3. & communiter teneri dicit Vlri. Zaſ. tract. pupil. ſubſt. uerſ. tertium requiſitum. Fernan. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 14. nu. 81.

2 Eſt tamen caſus in quo pater licet pupillum in poteſtate habeat, pupillariter ei ſubſtituere nō poteſt, utputa ſi ſit pſona turpis, abiecta, & uilis, cui non cōmitteretur adminiſtratio bonorum filij ſi uiueret, ut ſunt decoctores, & pdigi. ita tenet Bart. d. l. 2. requiſ. 7. & dicit hoc eſſe notandum. & hanc dicit eſſe cōmunem opinionem Ant. Gomez. d. c. 4. nu. 5. & eſſe ueritatem aſſerit Zaſ. d. tractat. ſubſti. pupil. 3. requiſito.

Contrarium uero quod, ſ. pater etiā ſi turpis ſit, & uilis pſona poſſit ſubſtituere, niſi etiam ut prodigio, ſuorū bonorū adminiſtratio eſſet interdicta, quo caſu ſicut nec ſibi ipſi, nec pupillo teſtamētū facere poſſet ita contra Bart. communiter receptum fatentur Ale. nu. 24. Iaſ. n. 26. Soc. nu. 76. Rip. n. 36. d. l. 2. ff. de vulga. Polit. tract. ſubſti. pupil. uerſic. 36. & Zaſ. eo. tract. requiſ. 3. communem dicit opi. licet ipſe Bar. ſequaī, & quod Bar. opinio ſit communiter reprobata, quicquid dixerit Gome. aſſerit Ema. Suarez. addit. ibid. nu. 16. & ſeq. Vaſq. d. §. 14. n. 154. & hæc cōis ſequenda eſt, cū oēs textus generaliter loquātur nec ullā honeſtatis, uel improbitatis rōnem ſubijciāt.

3 Sed quęro, nunquid mater hodie poſſit pupillariter ſubſtituere? Reſpon. qđ non. ita tenet Bar. d. l. 2. & eſt communis opinio, ut dicit Ripa, ibi Soc. n. 41. Zaſ. n. 28. Corraſ. l. ſi teſtamento, n. 25. Guliel. Bene. d. c. Rainutius i materia pupil. ſubſti. nu. 33. & quod Bar. ſequuntur Doct. teſtatur Zaſ. d. tract. d. 3. requiſ. uer. quid autem, & communem dicit eſſe opinionē Fern. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 14. n. 8. quia in poteſtate filios nō habet, neq; bonorū filij adminiſtrationē, & quoad teſtātarias ſucceſſiones ius uetus uiget.

4 Sed quid ſtante ſtatuto, quod mater habeat

habeat filio in poteſtate, an poterit pupillariter ſubſtituere? Reſpō. Variāt interpretes, Bar.n. exiſtimat nō poſſe, & hāc dicit eſſe veritatē Zaſ. d. tract. uerſ. quid aūt, & ꝙ hæc pars ſit ſecurior, licet articulus ſit dubius dicit Soc.Iu. d.l.2.num.

Sed contrarium tenēt cōiter Doct. vt idem Zaſ. teſtatur, Sfor. Odd.d. trac.cōpend.d.q.4.3. requiſito. ex quo defectus poteſtatis. q erat impedimento ſubſtitutioni, ſublatus eſt per ſtatutū. Sed prima opinio verior eſt a puncto iuris, licet.n. mater habeat in poteſtate, tamen vltra id in pupillari conſideratur, quod ſit de parentibus maſculis propter maiorem affectionē & rectius & ſtabilius iudiciū quod non eſt in matre.

5 Iuxta prędicta quæro, quo tpe reqratur pupillum eſſe in poteſtate teſtantis? Reſ. cōtrouerſum fuit, nā pleriq; exiſtimarunt requiri ēt tēpore teſtamenti patriam poteſtatē, & in hāc opinionē fere oēs nouitiores iuiſſe dicit Dida. Coua. latiſſime defendens eā in d.c. Rain.§.5.n.2.

Sed contrariū cenſuit Bar.d.l.2. poſt gl. ibi, ſufficere nāq; quod tempore mortis teſtatoris ſit impubes in eius poteſtate, licet non ſit tam tēpore teſtamēti paterni, quā pupillaris. & eſt cōis opi. ut teſtatur Alex. ibi nu. 10. Iaſ.n.17. & magis cōem ibi dicit Soc.nu.46. Alc.n.19. Pau. de Caſt. dicens hunc intellectū d.l.2.§. ſed etſi extraneū, eſſe cōem. Zaſ.n.30. licet contrarium teneat. Coraſ.d.l. ſi teſtō. nu.3. C. de impub. licet & ipſe contrariū teneat. Polit. tract. ſubſti. pupil.n.31. ad nu.36. qui etiam recedit. Zaſ.lib.2. Sing. intell.cap.6. Ant. Fume. tract. ſubſti. pupil. nume.44. Guliel. Bened. d. cap. Raynu. in matre pupil. ſubſt. nume. 32. Dida. Coua.d.c.§.5.nu.2. Sfor. Odd.d.q.4. requiſ.3. Ferna. Vaſq. de ſucceſ. progreſ.§. 14.num.58. & quamuis prior opinio iure uerior videatur, hęc tamē in praxi obtineret, ut quæ ſit receptior & magis cōmunis; vt teſtatur Ema.a Coſta d.c. ſi pater, par.1. uerb. habens, num.6

6 Sed quæro, an inutiliter facta pupillaris filio ſpurio vel naturali, ſecuta poſt mortem patris legitimatione, quod fieri poteſt iuxta Auth. itē ſine, C. de naturalib. libe. reconualeſcat & ualeat? Reſpon. Bar.d.l.2.n.10. tenet ꝙ ſic. & hanc dicit eſſe cōem opi. Ale. ibi. nū.17. Iaſ. nu.20. Rip. nu.24. Alc.n.20. Soc.iu.n.58. cōem dicit Zaſ.d.l.2.nu.32. Coraſ.d.l. ſi teſtamento, licet cōtrarium teneat nu. 31. & quod nemo contrarium dicit Poli. trac. ſubſti. pupill. nu.39. Fern. Vaſq.d.§.14. Sfor. Odd.d.q.4. Quia legitimatio & naturaliū reſtitutio retro ſpectat, ac ſi ſemp fuiſſet legitimus, quod tamen intellige iuxta ea quę dixi ſupra §. inſtitutio, q.7.

7 Aduerte quoq;, quod ſufficit patria poteſtas tēpore mortis dummodo ſuit expreſſa pupillaris ſpecialiter, ſecus ſi eſſet tacita, vtputa in reciproca facta filio impuberi & extraneo impuberi hæredibus inſtitutis. Namque tunc licet extraneus poſtea adoptetur nō dicitur facta pupillaris, quia ab initio facta non videtur propter inæqualitatē. ita tenet Bar.l. Lucius, & ſequuntur Doct. cōiter ut teſtatur Soc.iu.d.l.2.nu.55.

8 Hoc quoque notandum eſt, adeo requiri impuberem in teſtamentis eſſe poteſtate, vt etiam morte eius in alterius poteſtatem rēcaſurus non ſit, ſed fiat ſui iuris, vt ſi ſit in poteſtate patris non aui vel proaui, qa ſi auus nepoti ſubſtituat viuente filio, iſque poſt mortem aui in patris poteſtatem incidat, euaneſcit ſubſtitutio. ita tenet Barto.d.l.2. & eſt cōis opi. ut teſtatur Alc. ibi n.18. Iaſ. nu.20. Rip.nu.27. Fern. Vaſq. de ſucceſ. pgreſ. d.§.14.nu.92. Sfor. Odd.d. tract. cōpendioſæ, q.4. in prælud. par.3. ratio eſt, qa filius ipſe, qui recidit in poteſtatem, ſibi nullo tēpore quamdiu eſt in poteſtate, teſtamentum facere pōt, ergo nec auus ei facerēt, p quod iniq; eſſet ſublata poteſtas diſponendi patri de bonis filij.

9 Prædicta procedunt in pagano, ſecus in teſtatore milite: is.n. pōt ſubſtituere nepoti etiam ſi recaſurus in poteſtatem patris ſui ita tenet Bart.d.l.2. & ꝙ Bart. ſniam probauerunt Doct. magis cōiter dicit tenet Ema.a Coſta c. ſi pater. par.1. verb. pater nu.9. de teſtam. in 6. licet ipſe contrarium teneat, quod ipſe quoq; verius exiſtimo, & cōſulendo & iudicando tenerem, & eſt cōmunis opi. vt teſtatur Fernan. Vaſq.d.§.14.nu.96. verſ. ſed aduerte, Sfor. Odd.d.4. q. requiſ.4. Ratio eſt, qa ſine iniuria patris facere pōt, quoniam talis ſubſtitutio trahitur tan-

tum ad bona teſtatoris, & pater poſteà in bonis à ſe, vel aliunde profectis ſubſti tuere pupillariter quoque poteſt.

10 Ex prædictis quoq; illud eſt, quod ſi pupillus ante mortem naturalem patris in poteſtate eius eſſe deſinat, euaneſcit ſubſtitutio. ita tenet Bar. d. l. 2. n. 14. & cũ eo tranſeũt cõiter oés, ut teſtatur Soc. iu. ibi nu. 65. Iaſ. nu. 21 Rip. n. 27. Zaſ. in tract. ſubſti. pupil. verſ. quinto requiritur Fern. Vaſq. d. §. 14. num. 105. Sfort. Odd. d. q. 4. requiſ. 5. Vnde patet id, qđ Barto. pro requiſito ponit, ad validitaté ab initio non requiri, ſed vt quæ ab initio valuit, non extinguatur.

11 Et hoc quidem procedit, quando per emancipationem deſijt, vel per adoptionẽ, vt quia datus ſit auo materno in adoptionem, ut docet Bar. d. l. 2. & cæteri trãſeunt, vt firmat Capra tract. ſubſtit. pupil. num. 43. & ſeq. Sed quid ſi pupillus, cui eſt ſubſtitutus pupillariter, exiuit de pótate patris per dignitaté aliquã q̃ liberat à patria poteſtate, ut quia conſul, uel ſimili dignitate elatus eſt: An eo caſu etiã euaneſcat ſubſtitutio pupillaris? Reſpon. quòd non, ita tenet Bart. & ſequuntur Docto. communiter, vt teſtatur Alexand. ibi Iaſ. Soc. Rip. Alciat. Polit. d. trac. 5. requiſ. Zaſ. eod. tra. 5. requiſ. Fern. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. dict. §. 14. nume. 108. Ratio eſt, quia dignitas liberat à patria poteſtate, quatenus utile eſt, non alias.

12 Quid autem ſi ſit ſpes, quòd reincidat in poteſtatem, ut quia ſit captus ab hoſtibus: An interim deſinet ualere pupillaris? Reſpon. q̃ non. ita uoluit Bar. d. l. 2. & eſt communis opinio, ut teſtatur Ale. Soc. Iaſ. & Rip. Alcia. ibi, & Polit. d. trac. 5. requiſ. Fern. Vaſq. d. §. 14. nume. 107. & quod cum Bar. cæteri tranſeunt dicit Capra d. tract. num. 47.

13 Sed quæro, ſi emancipatus iterũ adoptetur quo caſu nulla fuit ſpes: An ſubſtitutio valeat? Reſp. Ardua quæſtio eſt, Bart. in l. ſi arrogator, nu. 13. tenet, quod iure ciuili impubere emancipato, extinguatur ſubſtitutio pupillaris nec renaſcatur, etiamſi poſtea reuertatur in patriam poteſtatem, ſed de iure pretorio ſecus. & hanc dicit ibi communé opin. Iaſ. nume. 36. & 37. Guliel. Bened. d. cap. Rainut. in materia pupil. ſubſti. nu. 51. Zaſ. in tract. pupil. requiſ. 5. licet fateatur ſe aliquando aliter tenuiſſe.

Contrariã uerò partem, q̃ ẽt de iure ciuili non uidetur perire pupillaris ſubſtitutio dicit eſſe cõem Rip. d. l. 2. n. 27. & qđ parum habet dubij dicit Alc. n. 22. Feln. Vaſq. d. §. 14. nu. 109. & ſeq. dicens eam eſſe quoque ueriorem Sfor. Odd. d. tract. compen. in preſu. 3. par. q. 4. lim. 3. & ab hac non recedas, quia ut ſupra dictum eſt, ſufficit mortis tépore eſſe in teſtatoris poteſtate, & hoc locum habet ẽt in extraneo, magis ergo in filio.

Quæſtio Vigeſimaquarta.

S V M M A R I A.

Pupillaris vt valeat requiritur patris teſtamẽtũ, n. 1. & an debeat præcedere. n. 2.

An ex minus ſolenni teſtamento vitietur ſubſtitutio, nu. 3.

RVrsũ ante nõ ualet pupillaris ſubſtitutio, quã pater ſibi quoq; fecerit teſtamentũ, tex. eſt in d. l. 2. §. prius.

1 Sed quero, An pro forma requiratur ut pater ſibi prius faciat teſtamentum? Reſp. pro concordia & reſolutione huius quæſtionis, quam dubiam reddit tex. d. §. prius gl. & Doct. diſtinguunt aut teſtamentum factum eſt unico contextu poſt pupillarem ſubſtitutioné, & tũc gl. quam ſequitur Bar. d. §. prius, iterum diſtinguunt, ut ſi impubes fuerit exhæredatus, pater non poſſit incipere à teſtamẽto pupillari, & ſi ab eo inceperit, nullius momenti ſit cenſendũ per tex. d. §. in prin.

2 Sin autem filius fuerit inſtitutus, tũc poſſit incipere à teſtamẽto pupillari impuberis inſtituti, d. §. verſ. ſi quis. idé voluit gl. §. liberis, inſtit. de pup. & hanc dicit cõ. opi. Portius d. §. liberis, & nemine relato adſtruere conatur Ia. Cuia. in no. ad Vlpia. tit. 23. quemadmodum teſtam. rumpant. Sed contrariũ, quod non fiat differentia inter exhæredati & inſtituti impuberis teſtamentũ, ſed indiſtincte valeat ſiue inſtitutio ſiue exhæredatio fiat ante uel poſt, tenet Bald. & alij ibidem, per text. d. §. prius. & hanc dicit uerioré, & magis com. opi. Alex. d. §. prius, num. 16. Ripa d. l. 2. in princ. nu. 28. & communiorem Eman. à Coſta d. c. ſi pater. uerb. adijciens, num. 2.

Aut

Aut vero q̃s prius filios impuberi facit teſtamentum, & poſtea non in continēti, & eodem contextu, ſed ex interuallo ſibi hæredem facit, & tunc nō valebit pupillare teſtamētum. ita tenet Accurſ. l. ſi quis eū, §. ſi. ff. de uulg. verb. alia rurſus hora, & ſequuntur magis communiter Docto. per tex. d. §. prius, i prin. ut teſtatur Alexan. num. 16. & Iaſ. d. §. prius, Rip. d. l. 2. i prin. & quod ſit receptiſſima Docto. doctrina aſſerit. Zaſ. d. §. prius. n. 11. Philip. Cor. l. ambiguitates, num. 2. C. de teſtam. & receptiorem opi. atteſtatur Alciat. d. l. 2. §. quiſquis, Eman. à Coſta d. c. ſi pater, uer. adijciens, numer. 2. Hæc opi. vt receptiſſima, ita veriſſima eſt, ſed certe ex d. §. prius male deducit̃, vt recte aduertit doctiſſimus Ema. à Coſta, ſupra citato loco. Namque certū eſt regulā d. §. prius hodie abrogatam eſſe, §. ante hæredes, inſti. de leg. vt dixi ſupra §. iſtitutio, q. 1. Vñ recte ſenſit cōis opi. nō referre an prius vel poſt ponatur hæredis inſtitutio, ſed quoniā pupillare teſtm̃ acceſſio quędam paterni teſtamēti, eſt, & pater non poteſt filio teſtamentū facere, niſi ibi quoque teſtetur, non poteſt teſtamētum filio prius factum & abſolutū, licet poſtea ex interuallo ſibi teſtatus eſt, confirmari.

3 Quid autem ſi pater fecit minus ſolēne teſtamētum, an ex hoc vitietur ſubſtitutio? Reſp. Diuerſę ſunt doctorum opiniones, quibuſdam exiſtimantib. indiſtincte valere pupillarem: alijs vero cēſentib⁹ referre an plures liberos hēret teſtator necne, non deſunt etiam qui valere exiſtiment pupillarem, ſed vulgarē tacitam non contineri. Sed communiter diſtinguitur; Aut ſubſtitutus eſt de liberis teſtatoris, & valet, cum inter liberos valeat teſtamentum imperfectum, & etiam ſubſtitutio, §. ex imperfecto, l. hac cōſultiſſima. de teſtam. vt teſtat̃ Ema. à Coſt. d. c. ſi pater, verb. in ſuo teſtamento, n. 4. Aut extraneus ſubſtituitur, & non valet ſubſtitutio. ita tenet Bar. d. l. 2. requiſ. 6. & cum Bartra. ſeunt cōter Doct. vt teſtatur Soc. iun. ibid. nu. 66. & nu. 68. poſt Alexan. 24. & Iaſ. nu. 24. per eū, magis com. dicit Rip. n. 28. Alc. n. 4. Communē dicit Polit. tract. ſubſtit. pup. ... requiſito. Corraſ. l. ſi teſtamēto. C. de impub. & 19. Bened. Capr. d. tract. ſubſti. pup. n. 50. Ema. à Coſt. d. c. ſi pater. verb. i ſuo teſta. n. 6. Fernan. Vaſq. d. §. 14. n. 115. ſubdēs hanc eſſe tenendam. Sfor. Oddo d. tract. par. 3. in prælud. q. 4. requiſ. 6. Quia nec ipſe filius poſſet extraneū inſtituere nō ſolemniter, & communis eſt doctrina iuris, ex teſtamento imperfecto, & minus ſolemni nihil agi, niſi pater tantummodo inter liberos teſtetur.

Quæſtio XXV.

SVMMARIA.

Impupillari ſubſtitutione req. ... , ut pupillus uel inſtituat̃, uel exhæredetur. n. 1.
An hodie exhæredato poſſit fieri pupillaris ſubſtitutio. nu. 2.
An ſi malamente fiat exheredatio, ualeat ſubſtitutio. nu. 3.
Pupillaris an pereat rupto pcōtracto ... n. 4.
Pupillaris ſubſtinet̃ ... pbatione p̃teriti. n. 5.
Pupillaris an hod. cōſeruetur per auth. ex cauſa. C. de lib. præte. nu. 6.
Pupillaris an ualeat, ſi filio p̃terito ualeat teſtamentum nu. 7.

1 NEque vero ſufficit fieri teſtamētū, ſed requirit̃ ēt, vt ille pupillus cui fit pupillaris ſubſtitutio, aut inſtituat̃, aut exheredet̃, tex. eſt d. l. 2. Et quod exheredato fieri poſſit pupillaris ſubſtitutio, de iure antiquo nō habet dubiū. Sed
2 quid de iure nouo, quo facultas exhæredationis ſublata eſt, quod impuberes non cenſentur incurrere nota ingratitudinis de quo dixi infra §. teſtm̃. Reſp. Gloſ. in d. l. 2. vult, quod hodie exhæredatio facta pupillaris ſubſtitutio valeat ſi ſit facta pupillo doli capaci, ſ. pubertati pximo, vt ſequitur Bar. & cōter omnes, vt teſtatur Soc. iun. ibi nu. 71. Rip. n. 30. Anto. Gomez. varia. reſolut. Tom. ... c. 4. nu. 3. Fern. Vaſq. de ſucceſ. progr. ... §. 14. lib. 2. num. 130. eamq; veram ... licet receptā opi. quod impubes exhæredari nō poſſit, impugnet Sfor. Odd. tract. cō pēd. in prælud. 4. par. q. 4. reg. 7. vbi dicit magis com. videri.

3 Quæro item, ſi exhæredatio fiat mala mēte, nūquid valeat pupillaris ſubſtitutio? Reſp. Bar. d. l. 2. n. 22. tenet q̃d ſiue bona ſiue mala mente fiat exhæredatio, ſemper ... pupillarem ſubſtitutum, & hęc op. communis eſt vt teſt. ibi

 Alex.

Alex.n.26. & quod cum Bar. tranſeunt omnes indifferenter dicit Iaſ.nume.25. Zaſ.n.42.Fer.Vaſq.d.§.14.n.131. Ema. à Coſta dicens Bart.communiter receptum d.cap.ſi pater,verb.eidem filio,n 7. Eſt enim fauor magnus teſtaméti ne igitur pupillus inteſtatus decedat, & hoc fauore careat,etiam patri inimico hoc conceditur. Intelligi tamé Bar.hanc ſententiam procedere, dummodo pater ſit honeſta perſona non turpis, de quo dic, ut dixi ſupra.q.22.

4 Sed quid reſciſſo patris iudicio per cõtra tab.bon. poſſeſſionem, nunquid cõſeruet pupillaris ſubſtitutio? Reſpond. quod ſic.Nam eque ſi poſtea i pupillari deceſſerit, habebit utilitatem pupillaris ſubſtitutionis, & ſubſtitutus conſequetur hæreditaté ipſius ex pupillari teſtamento.ita tenet Barto.d.l.2.nu.18. & ſequuntur Doct.communiter. vt teſtat E ma.à Coſt.l. Gallus,§. & quid ſi tantũ, 3.par.n.142.d.c.ſi pater, par.3.verb.cenſendum,n.8, Vaſqui. de ſucceſ.progreſ. §.14.n.136. Ratio eſt, quia per bonorũ poſſeſſionem conſeruantur ea quæ liberis utilia ſunt, qualia ſunt portio hæreditatis,& legata Ergo ſimpliciter conſeruabitur pupillaris,quæ liberis utilis eſt, quam rationem communiter receptam dicit Eman.à Coſt.d.§.& quid ſi tantum num.143.Vaſq.d.loco.

5 Quid autem ſi filius ſit præteritus & nolit impugnare patris teſtamentũ, ſed approbet authoritate tutoris, nunquid ualebit ſubſtitutio?Reſp. Bar.d.l.2. nu. 21.dicit qđ ſic. & eſt communis opinio vt teſtatur Rip.ibi num.32.Fer.Vaſq.de ſucceſ.progreſ.§.14.n.137.Sfor. Oddo. d.q.4.Reg.7.limit.3.quia approbatione præteriti iure ciuili ſubſtinetur teſtamẽtum,cõſequenter pupillaris ſubſtitutio.

6 Sed quero ſi ipſe pteritus egit de nullitate, uel etiam exhæredatus egit querela,& obtinuit, nunqd hodie pupillaris ſubſtitutio ſaltem ex auth. ex cauſa, C. de liber.præter.conſeruetur?Reſponde. Ambiguus eſt Articulus, pro cuius reſolutione tres caſus conſiderandi ſunt. Primus eſt, quãdo ſubſtitutio ſacta fuit pupillo inſtituto,alio filio preterito:& tũc acris eſt conflictus inter Doctores,quibuſdam exiſtimantibus, quod etiam pupillaris ſubſtitutio cadat, cũ ſit ſequela & quaſi pars ſubſtantialis paterni teſtamenti, alias uero contra cenſentibus, uidelicet,quod etiam conſeruetur pupillaris.& hác opi.tenet gl.l.1.§.fi.ff.de vulg. dicitur Bar.d.Auth.ex cauſa.& eſt cõmunis opi.vt teſtat Alex.d.l.1.§.fi.n.5. Ro. conſ.181.nu.3. Rip.l.2.ff.de vulg.n.33. ibi Zaſ.n.20. dicens periculoſum eſſe ab ea recedere.Bened. Capra tract.pup.nu. 59.Anton.Gomez.varia Reſolut.cap.4. vol.1.num.4. Fernád.Vaſqui. de ſucceſ. progreſ.§.14.num.137.Iul.Clar.§.teſtamentum,q 54.verſi.quæro. etiam.

Secũdus caſus, quãdo pupillaris fuit facta filio præterito, & quicquid dixerit Bart.l.1.ff.de vulgar.in hac etiam ſpecie vera & recepta eſt ſententia, illęſam manere ſubſtitutionẽ pupillaré, vt atteſtaẽ Are.& Alex.quos refert Rip.d.l.2.n.33. Gul.Ben.c.Rainuti',par.2.n.69. Clau. d.l.1.nu.5.quos ſecutus refert Clar.d.q. 54. Curt.iun.d.Auth.ex cauſa,n.22.Anto.Gome.d.c.4.nu.4. & ibi in addit.Soa. num.12.Ema.a Coſt.c.ſi pater,verb.cenſendum,nu.11.de teſtam in.6.

Tertius caſus, quãdo pupillaris eſt facta exhęredato:& communis eſt opinio conſeruari quoque pupillaré, vt atteſtatur Rip.d.l.2.num.34 Eman.à Coſta d.

7 Quid ſi filio præterito ualet teſtamentũ, nunquid ſubſtitui pupillariter poſſit, utputa nepoti ex filio emancipato in Poteſtate retento?Reſp. quod ſic.ita docet Bar.d.l.2.nu.20.& cũ Bar.communiter tráſeunt Doc vt teſtatur ibi Soc.iun. n 73.Ema.à Coſta.d.c.ſi pater,par.1.ver. eodé filio,n.1.Ex quo.n.eius preteritione non rumpitur teſtamentũ, vt eſt cõis opi.quam laudat Soc.ibi.n.74.cõſequés eſt ſubſtitutioné pupillaré valere, quæ eſt pars & ſequela paterni teſtamenti.

Quæſtio XXVI.

SVMMARIA.

Vt ualeat pupillari ſubſtitutio,requiritũ, ut ſit adita hæreditas.nu.1.

Quid aũt ſi abſtineat beneficio pt̃oris.n.2.

Quid ſi adita ſit hæreditas extacita uulgari contenta in pupillari.nu.3.

1 SCias etiá nõ ualere pupillaris ſubſtitutiones,niſi adita ſit hæreditas,d. l.2.

l.2.verſ.adeo ibi Bar.cũ quo omnes trã ſeunt, vt teſtatur ibi Soc.iun.n.78. Quia pupillaris fit p illa verba (ſi hæres erit) vnde conditio deficit ſi hæreditas non adeatur.

2 Sed quæro, ſi teſtator inſtituit ſolum pupillũ hæredem, vel duos pupillos, & eis ſubſtituit pupillariter, nunquid ſi beneficio prætoris abſtineant ſubſtineantur ſubſtitutiones pupillares? Reſp. q ſic, exiſtẽtia enim ſui hæredis confirmat tabulas pupillares Secus ſi fuiſſet datus co hæres extraneus. vel ſubſtitutus vulgaris.ita tenet Bar.d.l.2. & l.filius q patri, eod.tit.& cum Bar.tranſeunt communiter Doc.vt dicit Soc.iun.d.l.2.n.78.Fer. Vaſq.de ſucceſ.pgreſ.§.14.n.138.Quia licet pupillus cui fit hæc ſubſtitutio ſuꝰ hæres, ſi filius ſit, dicatur: Tamẽ per ſubſtituti aut cohæredis dationem de neceſſario hęrede fit volũtarius, ſuusq; ex teſtamento eſſe deſinit, vbi ſe bonis paternis non immiſcet vt dixi infra.§.ſuitas.

3 Sed quid ſi ſit adita ex tacita vulgari comprehenſa i expreſſa pupillari? Reſp. quod confirmantur tabulæ pupillares, quando pupillus habuit cohęredẽ, aliàs ſola ſuitatis exiſtentia ſufficit. ita tenet Bar.d.l.2.n.25.& ſequuntur communiter Doctores, vt teſtať Bene. Cap.trac. pup.ſubſti.n.60.Soc.iun.d.l.2.n.78. Calanth.l.1.ff.de vulg.& pup.n.56.Ideoq; impubere cũ extraneo inſtituto, ſi extraneus repudiat, & pupillus abſtineat, ſiquidem pupillaris ſubſtitutus hęreditatem teſtatoris ex tacita vulgari adiuit, ſuſtinetur teſtamentum aditione illius, & conſequenter pupillare, isq; habebit ſtatim bona teſtatoris: & ſi poſtea in pupillari ætate deceſſerit.eius quoque bona ex pupillari ſubſtitutione conſequetur, vt tradit Bar.d.l.1. nume.29.ff. de vulg.quem ſequuntur communiter Doctores, vt dixi ſupra.q.12. & fatetur Vaſqui.d.§.14. nume.140.

Quæſtio XXVII.

SVMMARIVM.

Quotuplex ſit pupillaris ſubſtitutio.

QVæro, quotuplex ſit pupillaris ſubſtitutio? Reſp. triplex Alia eſt omnino expreſſa, alia tacita, alia partim expreſſa partim tacita. Expreſſa omnino eſt illa, quæ fit verbis omnino cõuenientibus pupillari ſubſtitutioni: vt Titius filius heres mihi eſto; & ſi hęres erit, & in pupillari ętate deceſſerit, Seius hęres eſt. Tacita eſt, illa quæ ſub vulgari expreſſa continet.vt dixi ſupra.q.11.Partim tacita.ſ.in ſpecie, partim expreſſa in genere eſt, quæ continetur in reciproca & compẽdioſa, vt q̃ſque mihi heres erit, ſit hęres filio meo impuberi, vbi exp̃ſſa ẽ quo ad verba, quæ referuntur ad eũ, cui ſubſtituiť.gl.l. Lucius, ibi Bar.ff.de vulga. & ſequũtur Doctores cõiter vt teſtatur Rip.l.1.ff.de vulg.num.77.& num.109. Vaſqui.de ſucceſ.progreſ.§.13.num.28. Cæterum tamen quoad caſus partim expreſſa partim tacita nõ repetitur ſicut in vulgari, quia vno tãtum caſu fit hęc pupillaris, vnde nõ pót alium comprehendere.ita docet Bart.d.l.2.nu.26.& quod cum eo omnes indiſtincte tranſeunt, nihil addito, teſtatur Soc.iun.ibi nu.80.

Quæſtio XXVIII.

SVMMARIA.

Pupillaris expreſſa continet tacitam uulgarem.nu.1.declaratur.nu.2.

Quid ſi in utrũque caſum teſtator prouidit. n.3.& quid ſi exhæredato ſubſtitutio facta ſit,n.4.uel exhæredatus impuberi inſtituto ſubſtitutus.nu.5.

VIdeamus nũc de effectu huius ſubſtitutionis: Et ſũt quatuor præcipue effectus.

1 Primꝰ eſt, quod pupillaris expreſſa continet tacitam vulgarem; ſiue in genere expreſſa ſiue i ſpecie. ita docet Bar.d.l.2.n.25.& cómuniter ſequuntur Doc. vt teſtatur Iaſ.n.19. Rip.n.42. Soc.iu.ibi n. 86.& ſeq. vbi dicit eam eſſe veriſſimã Fer Vaſq.de ſucceſ.progreſ.§. 15.n.1.dicẽs adeo receptã eſſe, vt vel uti catholico ſentẽtia videatur, impiũq; nedum periculoſum ab ea recedere Zaſ.circa effectꝰ pupillaris ſubſt.effectu primo dixi ſupra in materia vulg.q.7.nu.5.

2 Et hoc quidẽ procedit qñ pupillaris facta fuit ſimul cum ipſo teſtõ paterno, vel ex modico interuallo.Secus ſi ex longo interuallo, quia tũc ſub expreſſa pupillari tacita vulgaris nõ continetur. ita tenet Bal.l.ſi quis.§.fin. & quod hęc ſit cõis & receptior ſnia dicit Fer.Vaſq.lib. 2. de ſucceſ.progreſ.§.11.n.23. verſi.ha

ſtenus.& magis com.dicit §.12.eo.li.n. 7.licet Soc.contrarium affirmet d.l.2.n. 90.Quia vulgaris eſt teſtamētum patris quod vno contextu fieri debet, quoad inſtitutiones, & ſubſtitutiones directas reſpectu bonorum teſtatoris.

3 Quid autem ſi in vtrumque caſū prouidet expreſſe teſtator? Reſp. quod non eſt tacita ſed expreſſa.tex.l.cum ex filio, ff.de vulg.& eſt indubitatum vt de vulgari dicit Odd.par.2.3.effectu.

4 Quid itē ſi fieret exhæredato? Reſp. quod non continetur tacita vulgaris, q ex quo facta eſt,ei cui vulgaris non conuenit,non poteſt dici quod ſit facta ſubſtitutio.ita tenet Alex.d.l.2.& eſt clariſſima concluſio, vt dicit Soc.iun. ibidem, num.93.

5 Idem dic ſi exhæredatus a patre impuberi inſtituto ſubſtitutus ſit. ita uoluit Alex.d.l.2.nu.27.uerſi.alium etiam, & dicit hoc eſſe de indubitabili,& quod neminem uidit hoc reprobantem dicit Socin.iun.ibi nu.91. Quia cum iſte ſubſtitutus iam fuerit a paternis bonis remotus per exhæredationem, non debet ad ea amplius redire.

Quæſtio XXIX.

SVMMARIA.

Per pupillarem ſucceditur pupillo,nu.1.

An trahatur ad omnia bona à teſtatore & vndecunque quæſita,n.2.

Quid ſi ſubſtiō fact. ſit in re certa ipſius impuberis,nunquid trahat ad oīa bona.n.3.

Miles poteſt pro parte ſubſtituere,nu.4.

An ſubſtitus poſt q̄ pupillus adiuit hērditatē ære alieno oneratā poſſit ſeparare.n.5.

1 SEcundus effectus ſit, quod per pupillarem ſucceditur pupillo nō teſtatori Bar.d.l.2.nu.30.

2 Sed quæro,nunquid trahatur ad omnia bona a teſtatore & vndecunq; quæſita? Reſp. qđ ſic,ſi filius fuerit naturalis & legitimus:namque ſi in pupillari ætate deceſſerit, omnia ad ſubſtitutū pertinebunt,ita tenet Bar.d.l.n.30. & eſt cōmunis opinio,dicit Iaſ.ibi nu.29.Soc.& Rip.nu.43.Fern.Vaſq.de ſucceſ. progr. lib.2.§.15.nu.18.

3 Et procedit hæc concluſio etiā ſi in re certa ipſius impuberis facta ſit pupillaris ſubſtitutio, nāq; trahit ad oia bona. tex.eſt l.cohæredis.§.fi.ff.de vulg. ſecundum omnes,ut teſtatur Alex.nu.27.Iaſ. n.29.& quod ita ſit cō is opi.dicit Fern Vaſq.d.§.15.nu. 19. dummodo facta ſit per verba directa: Sicut enim inſtitutus in re certa totam hæreditatem capit, nullo alio dato cohærede,ita ſubſtitutus in re certa non dato cohærede.

4 Sed quid in milite? Reſp.Bar.d.l.2.n. 30.ſcribit quod is poteſt in bonis certis, & alterius tantum ſubſtituere. & eſt cōmunis opi.vt teſtaī Alex.ibi Iaſ. & Rip. Fern. Vaſq.d.§.15.n. 21. ſicut enim is pro parte teſtatus poteſt decedere, ita & facere poteſt vt pupillus pro parte teſtatus tamen decedat.

5 Aduerte quoq; quod ſi pupillus adiuit hæreditatem paternam ære alieno oneratam,ſubſtitutus nō poteſt ſeparare. tex.l.ſed ſi plures,§.filio.ff.de vulg. pōt tamen reſtitutionem in integrum petere ex perſona pupilli,ut liceat ſibi bona paterna a pupillaribus ſeparare. ita tradit Bar.d.§.filio,& eſt communis opi.vt teſtatur Zaſ.tract.pup.2.effect. uer. circa, licet impugnet Poli.in ſuo tract.uer.40.

Quæſtio XXX.

SVMMARIA.

Pupillaris ſubſtitutio excludit ma. ē.nu.1.

Pupillaris an excludat à legitima ardua q. n.2. & procedit ēt in pupillari expreſſa ſaltem uerbis generalibus.nu.3.quid in pupillari omnino tacita.nu.4. & 5.

1 TErtius effectus eſt, qđ pupillaris ſubſtō excludit, ēt matrē de iure hodierno.tex.c.ſi pater, de teſta. in 6o.& eſt cōis opi.quā ſequitur totus orbis vt teſtatur Bald.l.humanitatis, C. de impuber.& alijs ſubſti.Soc.iun.d.l.2. n.94.Zaſ.n.47.Lanf.Rep.l. centurio in pupil.ſubſti.materia,cōc.2.Capr.in materia ſubſti.pup.n.104.Zaſ.in trac. pup. ſubſti.verſ.6.Fer.Vaſq.de ſucceſ. progr. §.15.nu.57. Vnde cum pater inſtituit filium impuberem, & ei ſi in ætate pupillari deceſſerit, Titium ſubſtituat, mortuo pupillo intra pupillaria,Titius,excluſa matre,ſucedet,& quod nullus Doctor dubitat nec dicit contrarium aſſerit Paril.conſ.58.nu.17.uol.2.

2 Sed quæro nunquid excludat etiam a legitima? Reſpond. Vehementer cōtro-

uerſum

uerſum eſt, Gl.l.precibus, uerb.omnimodo C.de impub. tenet quod mater etiã a legitima excludatur, & idẽ Bar. d.l.2.& quod eſt communis opinio teſtatur Soc.Iun.ibi nu.67. Alc.nu. 51. Decius.l.expreſſa,ff.de reg.iu.Cur.iu. conſ.134.nu.16.Tiraq.de LL. connubial.gl.5.n.6.Gom.uaria.reſ.d.Tom.3. c.4.n.7.Fern.Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §.11.nu.24.

Contrariam partem, ſaltem in foro conſcientiæ a legitima matrẽ minime excludit, tenet Archid.d.c.ſi pr̃, & eã dicit eſſe com.opi.Lancelot.Dec.d.l.pcib.Guald.de arte teſtãdi,tit.5.caut.6. nu.2 Gom.c.2.n.12.& 19.de cõſt. lib. 6.Sed quicquid ſit prima opinio, receptiſſima eſt in utroq; foro, ut teſtãtur ultra ſupra citatos Ripa d.l.2.nu.45. Cur.iu.d.l.precibus,n.13.Zaſ. in trac. de pup.in ſexto effectu.Vigli. in prin. n.15.inſt.de pup. ſubſtit. Paul. Leon. in tract.pupil. ſubſtit. num 233.cum ſeq.Lancellot.Galia.d.l. Cẽturio. nu. 71.Pariſ.cõſ.58.n.17.2.par.ubi dr̃,qđ hęc opinio non hẽt cõtradictorẽ.Rubeus cõſ.69.Dida.Cou.c.cũ eſſes,n.11. ext.de teſt.Vaſqui.de ſucceſ. progreſ. §.12.n.16.& 58.qđ in utroq; foro tã q̃ receptiſſima ſeruat̃ dr̃ Ema.a Coſta d.c.ſi pater,2.par.uer.ſuperſtite.nu. 9. Ema.Suarez addit.ad Gom.d.cap.4.n. 24.& quamuis Archid.ſnĩam exiſtimauerit procedere Polit.in bonis,q aliũde pupillus quam a patre habuit. Tamen hoc falſum & a frequentiſſima omnium ſent ntia alienum dicit Zaſ. & Couar.d.locis. & non eſt inhumana hæc ſententia cum legitima matri non iure naturali, ſed poſitiuo dẽtur Vnde eodem iure potuit remou ri, dummodo alimenta ſi egena eſt, ei a ſubſtitut, præſtentur.

3 Prædicta concluſio procedit nõ tantum in pupillari expreſſa ſpecialiter, ſed etiam i pupill ri generalib. uerbis incluſa in compendioſa, illa enim excludit matrẽ durante pupillari ætate, ita nota: Bar.d.l. precibus, & eã eſſe cõmun opinio reſoluit Sebaſtia. Sapia.ibi n.76. Lancel.Galia.d.l. Centurio.nu.173.& quod Bar. ſequunt oẽs Doctores dicit Soc.iu.d.l.2. numo.98. Alex.d.l.precibus,nu.19.Eman. a Coſta d.c.ſi pater,uerb.ſuperſtite,nu.13. non enim eſt omnino tacita, ſed eſt uerbis generalibus expreſſa.

4 Sed quid in pupillari tacita oĩo, ut quæ continetur in uulgari expreſſa, nunquid illa excludet matrem etiã a ſucceſſione filii, uel ſaltẽ a legitima? Reſp.Et hæc quæſtio quoque ardua, & ualde in dubiũ reuocatã, nãq; qđ illa nõ obſtãte, mater debeat admitti non ſolum ad legitimam, ſed ẽt in omnibus aliis bonis uoluit gl.d.l. precib. uerb.omnino, Bar.d.l.2.nu. 32.ubi ẽt Accurſ.firmat omnes ita tenuiſſe. & hanc ſententiam ſequuntur Doctores communiter, teſtatur Alex.nu.29.Iaſ. nu.32.Soc.nu.22.Rip.nu.46. Alc. nu. 55.Paul.de Caſt. d.l. precibus, dicens temerarium eſſe ab hac opinione recedere, Iaſ.ibi Corn. & Cur iun. nu. 26. communem quoque dicit Guliel.Bened.c.Rainutius,in materia pupil. ſubſtit.n.88.ext.de teſt.Ant.Gom.uarian. reſol.Tom.1.c.4.nu.8.Zaſ.in tract. pupil.6.effectu,Tiraq.de priuile. piæ cauſæ,priuileg.69.Lãcelot. Galia.d.l.Cẽturio,nu.195.Ioan.Caccialup. d.l.pcibus,num.57.& 15.& quod hæc communis ſnĩa ſemp ſeruat̃ in pract.refert Maria.Soc.iun.conſi.103.nu.2. pat.1. Eman.a Coſta d.c.ſi pater.uerb. ſuperſtite matre, Ant.Fume.tract.pupil.nu. 55.Fernand.Vaſqu.de ſucceſ.progreſ. §.11.nu.18.§.15.n.194.§. 16. in prin. Eman.Suarez addit.ad Gom.d.c. 4.n. 26. Sfortia Oddo tract. compend. in præluđ.par.3.q.7.3.effectu.

Contrariũ uero, quod per pupillarẽ omnino tacitã excludatur mr etiam a legitima tenet Fulg.l.ult.C.de inſtit. & ſubſtit.& ſequuti ſũt plures alii nõ paruo alioqui ingenio, nec exigua doctrina prediti iuris interpretes, & qdẽ diligẽtiſſime conat̃ oſtedere Pa.Leon. tract.de uulgar.ſubſti. nu. 114. & ſeq. & de pupilla nu.247.Fern.Vaſq. locis ſupra citatis,q hoc uerius exiſtimat,& idẽ aſſerẽs Ema. Suarez ſupra citatus, moti qđ ſicut expſſa pupillaris a prno teſtamento habet dependentiã, ita & tacita. Vnde pariter ſicut expreſſa dẽt admitti cõtra matrẽ ex præſumpta mẽ

te te-

te teſtatoris. Sed hoc nõ obſtante ſupe-
rior opinio ab omnibus recepta in cõſu
lendo & iudicando ſequenda eſt, quæ,
& æquior, & probatur in d.l.precibus.

5 Intellige tamẽ com. hãc concluſionẽ
non procedere, qñ de voluntate teſtato
ris expreſſa, vt quia pater expreſſe facta
mentione matris, eam excluderet in illa
ſubſtitutione: vel tacita coniecturis col-
lecta, conſtat cõtrarium, quod.ſ voluit
matrem ẽt excludi per pupillarem taci-
tam. ita tenet gl.d.l.precibus, verb.om-
nino. quã cõiter Doctores ſequũtur vt
teſtatur Alex.d.c.2.n.32.Soc. iu.n.110.
Iaſ.n.33.Rip.47.Alc.nu.61. Guliel.Be
ned.d.c.Raınutius in materia pup.n.73.
& nu.89.Zaſ.in pup.nu.27.Fern.Vaſq.
de ſucceſſ.progreſ.d.§.15.nu.108.

Quæſtio XXXI.

SVMMARIA.

Cõiectura quod mater excludatur p tacitã pupillarẽ dẽt duobus teſtib. probari n.1.

Prima cõiectura ſi teſtator dixit ſe nolle qđ ne obolus peruenirent ad vxorem.nu.2.

Secunda quando pater reliquit aliquid matri a ſubſtituto pupilli.nu.3.

An per tranſitum ad ſecunda vota excludatur a ſucceſſione filij, nu.4.

Tertia cõiectura ſi eſſet perſona magis dilecta n.5.& quid ſi pr̃ teſtatoris eſſet ſubſtitutus, n.6.item quid ſi pia cauſa, n.7.

Quarta ex pſona matris, ſi ſit inimica teſtatoris, n 8. vel poſt mortẽ cõmiſit quid in honeſtũ, n.9. vel non petiit tutorẽ n.10.

VIdendum quæ ſint coniecturæ qui
bus probetur illa voluntas teſtato
ris, quod voluerit matrẽ excludi. Et in
1 hoc ſcias quod iſtæ coniecturæ duob.te
ſtibus ſaltem probari oportebit, vt not.
Bar.d.l.2.nu.39.& eſt magis communis
opinio, vt teſtatur Iaſ.ibi.nu.36.

2 Imprimis aũt Bar. d.l.2. tenuit quod
ſi pater ante teſtamẽtum dixit, ſe nolle,
quod obolus, vel vlla bona peruenirent
ad vxorem de bonis pupilli, talia verba
voluntatem teſtatoris in teſtamẽto pro
bant, & cum Bar.Doct. cõiter tranſeunt,
vt teſtatur Alex.Iaſ.& Soc iu.nu.12.ibi
Anto.Gomez.varia.reſo. Tom.1.c.4.n.
10.Quæ quidem opinio dubia videtur,
quia teſtator poſtea mutaſſe voluntatẽ
præſumitur; a cõi tamen non recedas,
quia talis mutatio volũtatis facti eſt, igi-
tur probanda eſt.

3 Secunda coniectura allegatur quãdo
pr̃ aliquid reliquit matri in teſtõ a ſub-
ſtituto pupilli, iubens eam contentã eſ-
ſe, quia ſi a pupillo eſſet relictũ, nõ ex-
cluderetur. ita tenet Bar.d.l.2.nu.40.&
cum eo tranſeunt communiter Doc. vt
dicit Soc.iun.ibi.nu.113.licet ipſe de ea
dubitet, & veriorem exiſtimet contra-
riam opinionem, Ant.Gomez.variar.re
ſolut.Tom.5.c.4.nu.10.

4 Sed q̃ro, quid ſi teſtator reliquit vxo
ri legatum annuũ donec vidualem vi-
tam duxerit, nunquid per tranſitum ad
ſecũda vota excludatur a ſucceſſione fi-
lij etiam per ſubſtitutũ ex pupillari ta-
cita? Reſp. ꝙ ſic, ſicut enim legatum reli
ctum amittit quoad futuros annos, ita
præſumitur pater voluiſſe quoq; priua
re bonis pupilli per tacitam pupillarẽ.
ita tenet Bar.d.l.2.nu.42.cuius opi. cõ-
muni interpretum ſuffragio comproba-
ta eſt, vt teſtatur Imol. & Ale. ibi n.32.
Rip.num.52.Alciat.nu.62.Ant.Gome.
d.loco, nu.11.Sfort.Oddo.d.tract. com
pend.in prælud.par.3.q.7. Secus tamen
eſt, quando pater talem conditionẽ non
appoſuiſſet, quia tunc per tacitam pupil
larem non excluditur propter ſolũ
tranſitum ad ſecundas nuptias. ita com-
muniter receptum prædicti Doct. faten
tur, & idem atteſtatur Fernã. Vaſq.d.§.
15.num.109.Eman.Suarez addi.ad Go
mez.d.loco, nu.31.

5 Tertia coniectura eſt ſumpta ex fauo
re cognationis, vt ſi eſſet perſona magis
dilecta, quã vxor, vt filius, namq; ſi pa-
ter inſtituit filium impuberẽ, & ei fra-
ter vulgariter ſubſtituatur, frater hoc lo-
co quoque matri in bonis fratris in pu-
pillari ætate morientis præfertur, ita do
cuit Bar. d.l.2. & dicit ibi cõem eſſe opi.
Rip.nu.60.Imo.d.c.Raınutius, n.119.
Ema a Coſta d.c.ſi pater, uerb.ſuperſti-
te matre.nu.10.Sfor. Odd.d.q.7.Capr.
tract.reg.de pupil.ſubſt.nu.141.qui ſub
dit durũ eſſe ab ea recedere. Aim.Crau.
conſ.141.nu.7.Ant.Gomez.d.c.4.n.10.
licet contrarium teneat Imol. & Bald.
Sed prima verior eſt, quia in interpretã
da pupillari cõſideramus affectionem te
ſtatoris, & eius voluntatẽ, non pupilli.

6 Sed q͂ ſi pater teſtatoris ſubſtitutus eſſet? Reſp. Bar. d. l. 2. nu. 44. tenet matré non excludi. & eſt communis opinio vt teſtatur Sfor. Oddo. d. q. 7. dicens Rip. tenentem contrarium cómuniter reprobari, quæ æquior eſt, quoniam hæreditas pupilli defuncti magis profecto luctuoſa eſt matri, quam patruo.

7 Quæro item iuxta hæc, quid ſi ſubſtituta ſit pia cauſa, an ex tacita pupillari excludatur mater? Reſpon. quòd ſic, p̃ſumitur enim quod magis dilexerit animam ſuam quam vxorem. ita tenet Angel. l. precibus, C. de impu. & iſta eſt cómunis, & recepta ſententia vt teſtatur ibi Io. Baptiſt. Alexand. conſi. 38. volu. 1. Rip. d. l. 2. nu. 82. ibi Apoſtil. ad Bart. verb. præſumatur, Dida. Coua. d. c. Rainutius, §. 4. nu. 6. Ema. à Coſta d. c. ſi pater ver. ſuperſtite matre, nu. 5. & vers. ipſis pauperibus, nu. 5.

8 Quarta conietura ſumitur ex perſona & qualitate matris, & prima qualitas eſt, ſi mater eſt inimica teſtatoris, ſi iunxit ſe inimicis vel ſcolarib. ſuſpecta de adulterio. ita voluit Bar. d. l. 2. nu. 33. & eſt communis frequentius recepta ſententia interpretum, vt firmat Soc. iu. ibi nu. 216. Iſta enim percellunt & exaſperant animum mariti, vt ſatis euidens ſit prçſumptio patrem voluiſſe excludere.

9 Secũda qualitas eſt quãdo vxor poſt mortem mariti teſtatoris commitit aliquod inhoneſtum, puta ſtuprum. Bart. d. l. 2. nu. 43. & ſequuntur communiter Docto. vt teſtatur Soc. iun. ibi nu. 117. Rip. num. 59. quamuis Imol. & Ale. ibi nu. 34. aliter ſentiant.

10 Tertia qualitas eſt, quando poſt mortẽ teſtatoris nõ petijt tutoré filio, Bart. d. l. 2. nu. 43. & cũ Bar. ſnia oẽs indifferẽter tranſeunt ut enunciat Soc. iun. ibi. n. 117. Bened. Capr. d. tract. ſubſti. pupil. nu. 137. Ema. à Coſta d. verb. ſuper matre, nũ. 17. & procedit de plano, qñ mater contendit cum ſubſtituto vulgari, q̃ ex tacita pupillari omnino vult admutti, quaſi mater ſit excluſa, quod tutoré non petierit. iſta eſt communior & benignior opinio, ut dicit Corn. l. ſuam, C. de legit. hæred. nu. 3. Eman. à Coſta d. verb. ſuperſtita matre, nu. 19.

Quæſtio XXXII.

SVMMARIVM.

Tacita pupillaris omnino an excludat matrem teſtatoris, aviam paternam.

QVæro, an omnino tacita pupillaris excludat matrem teſtatoris auia paternam ipſius pupilli? Reſp. q̃ nõ. ita tenet Bar. d. l. 2. in fi. & hanc dicit eſſe cõmunem opinionem Iaſ. ibi nu. 33. Soc. nu. 24. Alcia. n. 57. Zaſ. d. tract. ſubſt. pupil. nu. 46. & omnes allegati in ſeq. q.

Quæſtio XXXIII.

SVMMARIVM.

An tacita pupillaris excludat auiã mt̃nã.

QVæro item, an tacita pupillaris excludat auiã maternã? Reſ. quod nõ. id noluit Bar. d. l. 2. nu. 35. & eſt communis opi. ut teſtaẽ Ale. ibi. n. 31. Iaſ. n. 33. Soc. nu. 24. Alcia. n. 57. Rip. n. 48. Zaſ. d. nu. 26. Fern. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 16. nu. 34. quia eadem eſt ratio luctuoſę hæreditatis, ergo idem ius eſſe debet.

Quæſtio XXXIIII.

SVMMARIVM.

Tacita pupillaris an excludat prẽm pupilli.

QVæro q̃d in patre pupilli, ut ſi auus habet filium emancipatum & nepotẽ ex eo in poteſtate facta pupillari ſubſtitutione nepoti, nunquid excludetur ex tacita pupillari p̃ ſubſtitutũ ex̃neũ? Reſpond. quòd non, ita tenent omnes indifferenter in d. l. 2. vt dicit Rip. ibi n. 47. Soc. num. 23. & hanc dicit mitiorem opinionem Alciat. num. 56.

Quæſtio XXXV.

SVMMARIVM.

Tacita pupillaris an excludat frẽm pupilli.

QVæro, an fratrem pupilli excludat tacita pupillaris? Reſp. Diſſentiunt interpretes, quidam exiſtimantib. excludi fratrem ſicut in matre & filio, & eam ſentẽtiam ueriorẽ dicit Zaſ. d. tract. num. 26. Sed contrarium, fratrem utrinque coniunctum uel ex latere paterno non excludit tenet Bar. d. l. lex facto, cũ diſtinctione, quãdo exaraneus eſſet ſubſtitutus in fauoré filij & fratris, ut quia plura legata ei ab extraneo reliquit, alias ſecus, quia tunc coniectura voluntatis

tatis non habet locum, ex quo extraneũ ei prætulit, & hoc frequentius ab interpretibus receptum, vt teſtatur Rip. d. l. 2. nu. 49. Soc. nu. 107. Vaſq. d. §. 16. nu. 36. & hanc partem tene.

Quæſtio XXXVI.

SVMMARIVM.

Per pupillarē teſtator impuberi poteſt ſuū & neceſſarium hæredem facere.

VLtimus effectus eſt, quod teſtator per pupillarē ſubſtitutionem poteſt impuberi ſuum & neceſſarium facere hæredem, quē ſibi ipſi fecit ita tenet Bar. ſi d. l. 2. in fi. & eſt communis op. licet plerique dubitent vt teſtatur Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 15. num. 29. Bened. Capr. tract. ſubſti. pupil. nu. 102. & hoc vtile eſt propter tranſmiſſionem ratione ſuitatis, vt infra §. ſuitas, & §. ... dixi.

Quæſtio XXXVII.

SVMMARIVM.

Vt finiatur pupillaris.

QVero qualiter finiatũ pupillaris ſubſtitutio? Dixi in materia exēplaris, quæ ad exemplum pupillaris facta eſt.

Quæſtio XXXVIII.

SVMMARIVM.

Quare dicatur exemplaris ſubſtitutio.

DIxi aliam eſſe ſubſtitutionem exēplarem, quæro igitur quare ita dicatur exemplaris? Reſpon. licet alij aliter ſentiant: Tamen magis communiter placuit ideo exemplarem dici, quod ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis introducta eſt, ita voluit Bar. d. l. ex facto, nume. 4. ff. de vulg. & quod ita, tenent communiter Doctor. dicit Fernand. Vaſqui. de ſucceſ. progreſ. §. 17. num. 2. Sfor. Odd. tract. compend. in præſud. 4. par. q. 2.

Quæſtio XXXIX.

SVMMARIVM.

Quo iure exemplaris introducta.

QVæro, quo iure introducta ſit exemplaris ſubſtō? Reſ. cōis & recepta eſt ſententia, quod ſicut moribus introductũ eſt, pupillo poſſe pupillariter ſubſtitui, quod ſibi teſtamentũ facere nequit, ita primũ principis indulto admiſſum, poſtea cōſtōne principali & legē ſcripta introductum eſt, vt ad exēplum pupilli furioſis, & mente captis ſubſtituerẽt, ita tradit Bar. d. l. ex facto. & quod ita cōmuniter tenetur aſſerit Polit. trac. ſubſt. exempl. in princ. Fernan. Vaſqui. de ſucceſ. progreſ. §. 17. nu. 5. Sfort. Oddo. d. par. 4. q. 3. & hæc vna eſt differentia inter pupillarem & exemplarem. Ratio autem qua moti Imperatores id permiſerint iuſta, propter quam pupillaris introducta eſt, ſ. vt prouideretur ei qui per ſe teſtari non poterat, & in hoc iterum conueniunt vt tradit Bar. & DD. communiter, teſte Vaſq. §. 17. nu. 5.

Quæſtio XL.

SVMMARIA.

Exemplaris non fit niſi liberis. nu. 1.

Exemplaris an poſſit fieri a patre filio naturali tantum. nu. 2. & quid in filio ſpurio. nu. 3. limita in matre. nu. 4.

An filio exheredato poſſit exēplariter ſubſtitui. nu. 5.

1 QVemadmodum in pupillari ſubſtitutione oportet eum cui ſubſtituitur eſſe de liberis teſtatoris, ita ſimiliter in exemplari requiritur, quæ ad eius exempla introducta eſt. ita tenet Bar. d. l. ex facto, & ſequuntur Doct. communiter vt teſtatur Vaſq. §. 17. nu. 10.

2 Sed quæro quid in naturalibus tãtũ, an illis etiam exemplariter ſubſtitui poſſit? Reſ. Controuertitur, Sunt enim qui velint ſubſtitui non poſſe. & quod hæc ſententia frequentius recepta eſt, teſtatũ Iaſ. ibi nu. 20. Rip. n. 57. Corraſ. l. humanitatis, nu. 7. C. de impub. Anto. Gome. tract. varia. reſol. c. 6. num. 6. Tom. 1. Zaſ. trac. ſubſt. ver. quid autē, Fernand. Vaſqui. de ſucceſ. progreſ. §. 17. nu. 1... Sfor. Odd. d. 4. par. q. 4. Quamuis ille Bar. ſequatur. Ratio eſt, quia ei non debetur legitima, quæ inſtitutis relinqui debet.

Contrarium vero partem, quod fieri poſſit pupillaris ſubſtitutio etiã naturalibus tatum tenet Bar. d. l. ex facto, n. 6. & hanc dicit eſſe communem opi. Anto. Fume. d. tract. ſubſt. exemp. nu. 65. & qđ vtriuſque partis fautores ſint numero pares, ita vt hodie harum opinionũ neutra ſit communior, dicit Fernand. Vaſq. d. §. 17. nu. 11. priorē tamen vt veriorē

ſequi-

ſequitur, quæ & reuera cómunior eſt, ſicut eam numero facile præponderare aſſirmat Ema. Soar. addit. ad Gomez. d. c. 6. num. 5. A poſt. ad Dec. d. l. humani. lit. F. & ibi expreſſa probatur.

3 Prædicta in filio naturali magis procedunt in filijs ſpurijs ex dãnato coitu, q. ne nominandi quidem ſunt filij, nedum quod legitima eis debeatur, ut Bar. etiam fatetur d. l. ex facto. & ſequuntur Doct. communiter, ut teſtatur Anto. Gome. d. c. 6. nu. 6. & dicit receptiſſimam ſententiam Vaſq. d. loco. num. 18.

4 Intellige tñ & declara ſupradictam cõem concluſionem, ut locum habeat in patre exẽplariter ſubſtituẽte; Secus quo ad matrẽ quæ ſemper certa eſt, & debet etiam relinquere ſaltem legitimã huiuſmodi liberis ſpurijs niſi ſit illuſtris, quo caſu etiam exemplariter ſubſtituere poteſt, ita concludunt omnes Docto. communiter, qui negatiuam de naturalib. amplectuntur ut teſtatur dic. Apo. ad Dec. Vaſq. citato loco, nu. 20. & ſeq.

5 Quæro itẽ, An filio exhæredato fieri poſſit exemplaris ſubſtitutio? Reſp. Valde dubia quæſtio eſt, ſed frequẽtius obtinuit non poſſe, ita docuit Bar. d. l. ex facto, nu. 18. & quod communiter ſequuntur Doct. teſtatur Dec. d. l. huma. num. 7. Did. Coua. c. Rain. §. 6. nu. 2. de teſta. per ſupradictam rationem q legitimã portionem filio pater ſubſtituens relinquere debeat. & hæc quoque eſt una differẽtia pupillaris & exemplaris ſubſtitutionis quod in pupillari requirit, ut filius ſit inſtitutus uel exhæredatus, in exemplari uero ut omnino ſit inſtitutus.

Quæſtio Quadrageſimaprima.

S V M M A R I V M.

Exemplaris pupillo furioſo fieri poteſt ardua quæſt. nu. 1. declara. nu. 2.

1 QVæro nunquid exemplaris ſubſtitutio furioſo pupillo uel in pupillari ætate exiſtenti fieri poſſit, & ſicut in pupillari, requiratur ut ſint filij impuberes? Reſp. Certum & indubitatum eſt ẽt puberibus fieri poſſe, nec requiri ut ſint filij in pupillari ætate. tex. eſt §. qua ratione, inſti. de pupil. & hæc quoq; una ẽ differentia, ſed an nihilominus etiã pupillo furioſo ſubſtitui poſſit, ardua quæſtio eſt: ſunt. n. qui exiſtimant id fieri poſſe, quam ſententiam ueriorem dicit, & ſequitur nouiſſime, Fern. Vaſq. d. §. 17. n. 68. Cõtrariũ uero tenet Bar. d. l. ex facto. & hãc dicit cõem eſſe opi. Alex. ibi n. 31. Iaſ. n. 22. Rip. n. 6. licet dubitet Paul. de Caſt. n. 20. Corraſ. d. l. humanitatis, n. 10. cõem quoq; dicit Bened. Capr. de ſubſti. exempl. n. 50. Fern. Vaſq. d. §. 17. nu. 68. licet ipſe primam opi. probet. Sfort. Odd. tract. compend. in prelud. 4. par. q. 4. Suarez. addit. ad Gome. d. c. 6. nu. 10. licet aliter ipſe ſentiat, quia naturæ defecti. ſ. pupillaris ætas dẽt præualere eſſe potentior quam accidentalis. ſ. morbi Effectus maximus eſt, quia in pupillari pater poteſt ſubſtituere quem vult, ſecus in exemplari, ut infra dixi, q. 47.

2 Intellige tamen hanc cõem quando pater filium habet in poteſtate, ſecus qñ pupillus non eſſet in poteſtate patris, quia tunc pupillariter ſubſtitui non poteſt, ita uoluit Bart. d. l. ex facto, nu. 10. & eſt communis opi. ut teſtatur Rip. ibi nu. 61. Corn. d. l. humanitatis, nume. 18. & quod ita communiter tenetur dicit Bened. Capr. dict. tract. exempla. ſubſti. num. 51. Fernand. Vaſq. d. §. 17. nu. 107. Sfor. Odd. d. q. 4.

Quæſtio Quadrageſimaſecunda.

S V M M A R I V M.

Filij ut ſint in poteſtate, an requiratur.

QVæro nunquid requiratur quod filij ſint in poteſtate, ut exemplaris fieri poſſit in pupillari? Reſp. cõis eſt opinio, q non, quã tenet Bar. d. l. ex facto & quod ſit communis teſtatur Sfor. Oddo. d. q. ut ex infra dicendis patebit.

Quæſtio Quadrageſimatertia.

S V M M A R I V M.

Exemplaris an fieri poſſit recaſuro in alterius poteſtatem.

QVæro itẽ, nunquid exemplaris fieri poſſit recaſuro in alterius põtatẽ, ut auus hẽt nepotẽ qui poſt mortẽ eius recaſurus in põtatem patris? Reſp. q non ita tenet Bar. d. l. ex facto, n. 24. & eſt cõmunis opinio ut teſtatur ibi Rip. n. 69. licet ipſe contrariũ teneat Ben. Capra d. trac. exẽpl. ſubſt. n. 64. Fern. Vaſq. d. §. 17. nu. 33. qui ipſe quoque contrarium defendit Sfort. Odd. d. q. 4. Cũ ille, cuius

le, cui ſit talis ſubſtitutio, nõ ſolum impeditur propter defectum mentis, ſed alia etiam oratione, quia eſt in poteſtate alterius, & in hoc conuenit cum pupillari ſubſtitutione.

Quæſtio XLIIII.

SVMMARIA.

Furioſo & mẽte capto poteſt ſubſtitui, n. 1.
Quid in fatuo. nu. 2.
Quid in frenetico nu. 3.
Quid in prodigo. nu. 4.
Quid in muto, & ſurdo, nu. 5.

1 DIctũ filijs legitimis & naturalibus ſubſtitui exẽplariter nõ naturalibus tñ: hoc verum eſt in ijs qui ſibi teſtari nequeunt propter impedimentũ mẽtis vel corporis, & non habet dubiũ in furioſo & mente capto d. l. ex facto, & admittũt omnes vt teſtatur Bene. Cap. d. tract. ſubſti. exempl. num. 41. Coua. d. c. Rainu. §. 6. num. 1. Sfor. Odd. d. loco q. 7. quia propter mentis ſiue iudicij defectum teſtari prohibetur.

2 Sed quid in fatuo, an pater ei poſſit ſubſtituere exemplariter? Reſp. Ang. & Io. Fab. inſti. de teſta. fatuo fieri poſſe negant exemplarem ſubſtitutionẽ & hanc dicit eſſe communem opi. Sfor. Odd. d. q. 7. quam tamen reſtringe vt nõ procedat cum fatuus omnino ſenſu & intellectu caret: quia tunc nihil differt a mente capto, quo caſu nec dubium eſt ei denegari teſtamenti factionem. Secus vero, ſi habet aliquem ſenſum & intellectum, licet nõ perfectum & integrum; quia tũc ei teſtari permittitur, & cõſequẽter exẽplaris ſubſtitutio fieri nequit, ita ſcripſit Rip. d. l. ex facto, n. 82. & hanc diſtinctionem veram eſſe & ex mente omniũ qui vtramque partem tuentur teſtatur Fern. Vaſq. d. §. 17. nu. 110. Ema. Suarez addit. ad Gomez. d. c. 6. nu. 1.

3 Quid item in frenetico? Reſp. verior & cõmunior eſt opinio, quod huic ſubſtitui non poſſit, ita tenet Bal. l. humanitatis. hanc dicit eſſe communem opinionem Alcia. d. l. ex facto, nu. 4. Corraſ. d. l. humanitatis, nu. 11. Iaſ. nu. 2. Dec. nu. 6. Fern. Vaſq. d. §. 17. n. 108. Sfor. Odd. d. q. 7. quia freneticus perpetuo morbo non laborat.

4 Quæro nunquid prodigo exemplariter ſubſtitui poſſit? Reſp. Sunt qui exiſtimarunt ſubſtitui non poſſe, quaſi ſua culpa inciderit, & vitium magis ſit quã morbus ſed contraria ſententia, ꝙ prodigio cui bonis interdictum eſt, poſſit ſubſtitui, recepta eſt frequẽtius vt teſtatur Iaſ. nu. 40. Rip. nu. 80. d. l. ex facto, Iaſ. nu. 3. Dec. num. 6. Corn. & Iaco. de. Sanct. Georg. d. l. humanitatis, magis cõmunem fatentur, quos refert Ant. Gomez. d. c. 6. n. 4. communem quoque dicit Bened. d. tract. ſubſti. exempl. nu. 44. Dida. Couar. d. c. Rainutius, §. 17. num. 104. Sfor. Odd. d. q. 7. Quia æquiparatur furioſo & mẽte capto, & quia teſtari nõ poteſt, conſequenter ei exemplariter ſubſtitui poteſt.

5 Quæro quid de muto & ſurdo? Reſp. quod & his exemplariter ſubſtitui poſſit, ſi ſit mutus vel ſurdus a natura, quia teſtari non poteſt, & in muto eſt expeditum d. l. ex facto, in ſurdo quoq; nõ eſt dubitandum, ita tenet Bar. ibi & cõem eſſe opin. teſtatur Alex. & d. l. ex humanitatis, nu. 1. Dec. nu. 6. Imol. d. c. Rain. Bened. Cap. d. tract. de exemp. ſubſt. nu. 46. Ant. Gom. d. c. 6. nu. 3. Did. Coua. d. c. Rainu. §. 6. nu. 1. Sfor. Oddo. d. q. 7.

Quæſtio XLV.

SVMMARIA.

Pater & mater poſſunt pupillariter ſubſtituere, nu. 1.
An pater vilis pſona poſſit ſubſtituere, n. 2
Quid ſi fuerit prodigus. nu. 3.
Quid in matre tranſeunte ad ſecundas nuptias. nu. 4.
An facta exemplaris per ſecundas nuptias ſubſecutas irritetur. nu. 5.
An pater ſecundo nubens exemplariter poſſit ſubſtituere nu. 6.
An vterque pater & mater ſimul poſſint ſubſtituere. nu. 7.

VIdimus quibus exẽplariter ſubſtitui poſſit, & q̃ ex perſona eius cui ſubſtituitur requirantur: Videndum ẽt
1 a quibus ſubſtitui poſſit. Et certũ eſt tã a patre quam matre liberis exẽplariter ſubſtitui d. l. humanitatis. Quia cum humanitatis intuitu introducta eſt, vtriq; parenti ſubſtituere permittitur, quia vtriſque par pietas reperitur, & ita hic nõ eſt neceſſaria ptãs ſicut in pupillari.

Intel-

2 Intellige hanc concluſionem procedat etiam in patre, licet ſit uilis perſona & abiecta. ita tenent omnes quos idem in pupillari firmare dixi ſupra. q.23. & quod ſit magis communis opinio dicit Fern. Vaſq. d. §. 17. nu. 91. per regulã generalem d.l. humanitatis.

3 Quid ſi fuerit prodigius? Reſp. Dic ut dixi ſupra de pupillari quæſtio. 23. ita dicit ex mente omnium Vaſq. d. §. 17. num. 102.

4 Quæro, quid ſi mater tranſiit ad ſecũdas nuptias, nunquid poterit exemplariter ſubſtituere? Reſp. diuerſæ ſunt Doc. ſententiæ, quibuſdam exiſtimantib. nõ poſſe, quam ſententiam tenet Bar. d.l. ex facto, nu. 12. & eam dicit communẽ eſſe Rip. nu. 65. ipſe tamen contrarium ſequitur Corraſ. d.l. humanitatis, nu. 6. & procedit indiſtincte ſiue tutorẽ filio petierit, ſiue non ut teſtatur Sfor. Oddo. d. q. 6. quod hæc opinio frequentius inter pretibus probetur firmat Eman. Suarez addi. ad Gom. d. c. 6. nu. 11. Fern. Vaſq. d. §. 14. nu. 24. Contrariam partem, quod imo ſubſtituere poſſit tenet Bal. d.l. humanitatis, & eam ſequuntur plures alij, & dicit Vaſq. d. loco alterutram harum partium alteri in numero authorum nõ cedere, hanc etiam uti ueriorẽ & æquiorem ſequitur, quod etiã fatetur Suarez d. c. 6. Sfor. Odd. d. q. 6. Zaſ. d. l. ex facto, nu. 26. qui ſubdit ſe credere, quod ita in practica ſeruaĩ, ſi caſus eueniret, & hæc uerißima mihi uidetur. neque enim tanti exiſtimo ſecundas nuptias, ut generalem regulam & matris alioquin honeſtæ probabilem prudentiam euertat, attento etiam, quod ſi furioſus filios, uel fratres habet, eos ſubſtituere cogitur, aliarum uero perſonarum lex rationem non habet, vnde iudicis erit, hac in parte circunſpecte uerſari.

5 Retenta autem communi, adeo extẽditur, ut ſi mater prius fecit exemplarẽ ſubſtitutionem, deinde ad ſecundas nuptias tranſierit, ſubſtitutio quoque uitietur & corruat. ita tenet Bar. d.l. ex facto nu. 12. quem ſequũtur communiter Docto. ut ibi atetur Iaſ. nu. 25. Rip. nu. 68. Vaſq. d. §. 17. nu. 31. Sfor. Odd. d. q. 6. & omnes ſupra citati.

6 Sed quæro nunquid idem ſit in patre, ut per ſecundas nuptias priuetur poteſtate ſubſtituendi? Reſpon. l. Ang. d.l. ex facto, tenet quod non, & eſt uera & cõmunis opinio, quam firmant omnes prædicti, ut dicit Vaſq. d. §. 17. nu. 32. ea ratione, quia licet pater tranſit ad ſecundas nuptias, non ideo priuatur adminiſtratione bonorum filij, ergo nec facultate exemplariter ſubſtituẽdi priuari debet, quod ſi ita eſt, ut pater non perdat, certe de matre ut idem dicatur argumentum eſt, ex quo ad paria hoc loco iudicari dicunt per d.l. humanitatis.

7 Iuxta prædicta item quæro, ſi filius furioſus uel mente captus habeat patrem & matrem, an uterque poſſit filio ſubſtituere exemplariter? Reſp. Bar. d.l. ex facto. tenet quòd ſic, ita tamen, ut quoad bona a patre uel eius linea profecta ſubſtitutus patris, quo ad materna ſubſtitutus matris præferatur: Cætera bona ipſius filij aliunde prouenta ſua induſtria uel labore uel ab extraneis diuidanĩ inter ſubſtitutos hanc dicit eſſe communẽ opi. Rip. ibi, nu. 94. & 96. Corraſ. d.l. humanitatis. Fern. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 17. nu. 40. & ſeq. Ema. Suarez addi. ad Gom. c. 6. nu. 15. tom. 1. licet uterq; uerius exiſtimet, unam tantum ſubſtitutionem patris ualere Paul. Leon. tract. ſubſti. n. 52. cum ſeq. Sfor. Odd. tract. cõpẽ. in prælud par. 4. q. 9. Et quamuis Bar. ultimum de bonis aduentitijs procedere exiſtimet in filio, qui non eſt in ptãte, ut tunc diuidantur, ſin uero exiſtat in poteſtate, præferatur etiã ſubſtitutus patris propter duplex uinculum patriæ poteſtatis & paternæ humanitatis & pietatis: Tamen reuera in hoc communis op. eſt in contrarium, ut diſtincte diuidanĩ, quia in ſubſtitutione exemplari non cõſideratur patria poteſtas ita cõmuniter teneri & uerius eſſe dicit Cap. d. tracta. ſubſti. exempl. Anto. Gomez. eo. tract. c. 6. tom. 1. num. 13.

8 Sed quid ſi alia ſubſtitutio facta ſit ab auo, alia a matre, uter ex ſubſtitutis præfertur? Reſp. cõmunis eſt opin. ut ſi una ſubſtitutio facta ſit. ab auo paterno, is ſubſtitutus præferatur, ut præcedẽti dubio dictum eſt. ſin uero ab auo materno, ſubſtitutus a matre pferatur, ut teſtatur Rip. d.l. ex facto, n. 100. Sfor. Oddo. q. 9.

Quæſtio

Quæſtio XLVI.

SVMMARIA.

An filij poſſint parentib. exemplariter ſubſtituere.

IVxta prædicta quæro quid ė contra, nan quid filij poſſint parentibus furioſis vel mente captis exėplariter ſubſtituere? Reſp. quod nō, ita tenet Bar. d. l. ex facto, & alibi. Alex. nu. 30. dicit hāc eſſe communem opinionem; & ſequitur Iaſ. nu. 21. dicens eam communiter & indifferenter eſſe ab omnibus receptā Alcia. nu. 5. Zaſ. nu. 29. Bal. in tract. ſubſtit. exempl. Corraſ. d. l. humanita. num. 12. ibi Apoſt. ad Dec. lit. B. Polt. tract. ſubſt. exempl. q. 6. Gom. eo. tract. c. 6. nu. 10. ibi, Ema. Suarez addi. nu. 13. Zaſ. tracta. exempl. nu. 5. Paul. Leon. tract. exempl. ſubſti. nu. 60. Fern. Vaſq. d. §. 17. nu. 62. Ant. Fume trac. exempl. nu. 62. & hæc verior, quia ad exemplum pupillaris inuėta eſt, quæ parentibus fieri nō poteſt & hac ratione nimis enormiter recederetur a natura pupillaris ſubſtitutionis.

Quæſtio XLVII.

SVMMARIA.

Qui poſſint & debeant ſubſtitui. nu. 1.

An pater filio furioſo habēti matrem poſſit excluſa matre ſubſtituere. nu. 2.

An omnes filij furioſi ſint ſubſtituendi. n. 3.

1 SCias etiam, quod hæc ſubſtitutio nō ita libere fieri poteſt, ſicut pupillaris in qua pater ſubſtituere poteſt quoſcunque vult: in hac autem datur ordo, vt ſi adſint filij ipſius furioſi, primo loco ſint ſubſtituendi, his deficientibus fratres, poſt fratres liberum teſtatori ſit quoſcūque ſubſtituere. tex. d. l. humanit.

2 Sed quæro, q̃d ſi filius furore preſſus habeat matrem, nunquid pater ei excluſa & præterita matre poſſit ſubſtituere? Reſp. Bar. d. l. ex facto, nu. 30. tenet q̃ ſic. & hanc dicit eſſe communem opin. Iaſ. licet nō ſequatur nu. 43. Rup. n. 85. quos refert Ant. Gom. varia. reſol. tom. 1. c. 6. nu. 7. Sfor. Odd. d. par. 4. q. 8.

Contrariā vero partem amplectitur Bal. d. l. humani. & ſequit Iaſ. & alij moti pietate materna, & quod in ſucceſſione fratri præfertur, & hanc dicit vt verā & æquam in iudicando & conſulendo tenendam Gom. d. c. 6. nu. 7. Sed certe verba expreſſa conſtitutionis receptæ ſiũe ſubſcribunt, & de matre nō fit mētio. vñ ſicut in pupillari, ita in hac excludi dēt.

3 Sed nunquid omnes filij furioſi dicũt ſubſtitui, an vero ſufficit vnũ ſubſtituere & alios præterire? Reſp. valde cōtrouerſum fuit: ſunt enim qui exiſtimarunt impune præteriri poſſe furioſi filios, q̃ ſententiam tutatus eſt Richard. Malum. d. l. humanita. & hanc dicit eſſe cōmunē Vaſq. d. §. 17. num. 57. quę videtur ꝓbari expreſſo. tex. d. l. humanitatis. Sed cōtrarium, quod neceſſe ſit vt omnes furioſi filij vel ex iuxta cauſa exhæredētur, vel ſaltem in re certa inſtituantur, tenet glo. d. l. humanitatis. & Bar. d. l. ex facto, n. 31. & hanc dicit eſſe communem opin. Dec. d. l. humani. dicit Rip. d. l. ex facto: n. 86. & æquiorem, dicit Bened. Capr. d. tract. ſubſt. exempl. nu. 84. & communē & æquiorem, ac in puncto iuris veriorem dicit Fern. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 17. n. 57. Sfor. Odd. d. tract. q. 8. ne exemplare teſtamentum pręteriti iniuſtum faciant, & ab hac non recedas, quia probatur in d. l. humani. ſecundum veriorem & communem intellectum.

Quæſtio XLVIII.

SVMMARIVM.

Quid fratres ſubſtitui debeant.

DIctum eſt non omnes poſſe exemplariter ſubſtitui, ſed filius aut fratres ſi exiſtimant: quæro nunc de quib. fratribus hoc accipiendum ſit? Reſp. Diſtinguendum eſt, an ſubſtitutio fiat a patre vel matre, ſi quidem pater facit: vtrumque coniuncti, vel ex parente teſtatoris coniuncti eſſe dicunt, vterinos vero pater ſubſtituere, non tenetur. Secundo caſu ſi mater ſubſtituat etiā vterinos ſubſtituere cogitur, ita tenet Bar. d. l. ex facto, & ſequuntur Doct. communiter, vt teſtatur Rip. ibi nu. 88.

Quæſtio XLIX.

SVMMARIA.

Quæ ſit forma concipiendi exemplarem, num. 1. & filio meo furioſo ſubſtituo, an ſit exemplaris, nu. 2.

Verbis generalibus concipitur. nu. 3.

Si pater vulgariter ſubſtituat filio furioſo an cēſeatur exēplaris, n. 4. declara. nu. 5.

Si

Si pupillariter fiat expreſſa, an contineatur tacita exemplaris, nu. 6.

1 DIcendum ẽt qualitas & q̃b. verbis
hæc ſubſtitutio concipiatur & qui
dem recepta ſunt illa uerba ſingularia, ſi
pater inſtituat filium & dixerit, ſi filius
ſit hæres & in furore deceſſerit. Titius ſit
2 heres. & dicitur expreſſa verbis ſingulari
bus propria. Sed quid ſi ita concipiatur,
filio meo furioſo ſubſtituo, nũquid erit
exẽplaris? Reſp. ꝙ ſic, & iſta comprehen
dit uulgarẽr ſi filius reſtituta ſana mente
noluerit eſſe hæres. Item pupillarem ex
preſſam verbis generalibus ſi filius liber
a furore intra uel in furore ante puberta
tem decaſſerit & furioſus, erit uere exẽ-
plaris ita tenet Bar. d. l. ex facto, & hanc
dicit eſſe cõem opi. ibi Iaſ. nu. 22 Rip. n.
60. Dida. Coua. d. c. Rainutius §. 6. nu. 5.
3 Fit ẽt verbis generalibus vt in breuilo
qua, inſtituto Titiũ & Semproniũ filios
meos hæredes, & eos inuicẽ ſubſtituo,
nãq; ſi vterq; furioſus ſit, ineſt iſtis uer-
bis exẽplaris ſubſtitutio expreſſa uerbis
generalib. & tacita ſpecialiter. ita docet
Bar. l. Lucius, n. 16. ff. de vulg. & hãc ſniã
cõiter receptã enunciat ibi Alex. nu. 13.
4 Sed quid ſi vulgariter pater ſubſtituat
filio furioſo, ut ſi dixerit, ſi filius meus
hr̃s non erit, ſit heres Titius, nũquid cõ
tinebit exemplaris? Reſp. ꝙ ſic, imo ſi fue
rit facta ſubſtitutio furioſo in pupillari
ætate exiſtẽti cõtinebit tacitã pupillarẽ
& tacitã exemplarẽ ſi deceſſerit poſt pu-
pillarẽ ætatẽ. ita tenet Bar. d. l. ex facto,
n. 25. & ꝙ iſta ſit cõis opi. teſtatur Bene.
Capr. d. trac. ſubſt. exempl. nu. 104.
5 Intellige tñ hãc cõcluſionẽ, vt vulga
ris facta puberi mẽte capto cõtineat taci
tã exemplarẽ, ſi tpe teſtamẽti fuit furio
ſus. Secus ſi ab initio & tpe, quo fiebat
nõ eſſet mẽte captus, ſed poſtea furere ce
piſſet. hãc diſtinctionẽ tradit Bar. d. l. ex
facto, & Doct. cõiter cum eo tranſeunt,
vt dicit Alex. ibi nu. 38. Sed contrariũ te
net Rip. d. l. ex facto, nu. 77. & plures alii
quam non minus receptã dicit Vaſq. de
ſucceſ. progreſ. §. 17. n. 60. & ueriſſimam
cum ad paria iudicetur cum pupillari.
6 Quæro item, q̃d ſi pupillariter fiat ex
preſſa ſubſtitutio, nũquid continebitur
tacita exẽplaris? Reſp. Dubius eſt articu
lus, ſed vt clarior ſit eius reſolutio, diſtin
guendũ eſt, ut ſi pater impuberi filio ſub
ſtituerit cum ſolita expreſſione tpis, v3
ſi in pupillari ætate deceſſerit, tunc ſola
pupillaris exaudiatur & intelligatur, q̃a
ex quo tempus limitatum eſt, excluſa cẽ
ſentur alia tẽpora: ſi aũt ſine ea ſolita ex
preſſione temporis facta fuerit, & exem
plaris, ſubſtitutio contineatur poſt pu-
bertatem. ita tenet Bar. d. l. ex facto, nu.
25. & hanc eſſe opinionẽ receptam dicit
Rip. ibid. nu. 78. Sfor. Odd. d. par. 4. q. 5.

Quæſtio L.

SVMMARIA.

Effectus exemplaris primus quod expreſſa continet tacitam uulgarem, nu. 1.

Mater excluditur p expreſſã exẽplarẽ. n. 2.

Subſtitutus in exẽplari hẽt oĩa bona. nu. 3.

1 EFfectus exẽplaris ſubſtitutionis primus eſt, quod exemplaris expreſſa continet vulgarem tacitam ad exemplũ pupillaris expreſſæ, ut ſi dixerit teſtator inſtituo filium meum furioſum, & ſi in furore deceſſerit, & hæres erit, ſubſtituo Titium: tunc ſi iſte non erit hæres & moritur furioſus exemplaris locum habet ad exemplum pupillaris, cum in vtraque diuerſa ratio non reperiatur. ita tenet Bar. d. l. ex facto, nu. 29. & Doc. communiter ſequuntur vt teſtatur ibi Rip. nu. 79. Zaſ. nu. 34.

2 Secũdus effectus eſt, ſicut mater p expreſſam pupillarẽ excluditur, ita & p expreſſam exemplarem, etiam in compendioſa generaliter, ita d̃t com. opin. Grat. conſ. 134. nu. 41. vol. 1. dixi ſupra q. 30. nõ aũt per tacitã, ideoque ſi pater inſtituat filium impubem dementẽ, & ſi hæres non erit, aliũ ſubſtituat, iſte demens hæres eſt, adeũdo hæreditatem patris, & moritur in furore, certe mater præfertur ſubſtituto excluſo. ita tenet Bar. d. l. ex facto nu. 30. & eſt communis opi. ut teſtatur Alex. Iaſ. nu. 43. Rip. nu. 85. Gul. Bened. d. c. Rainutius, verb. abſque liberis, n. 33. de excp. ſubſti. Did. Cou. d. c. §. 6. n. 6. Sali. d. l. humanitatis nu. 40. ibi Dec. & Cur. iu. nu. 15. Zaſ. in trac. ſubſt. exempl. verſ. ſexta particula.

3 Tertius effectus eſt, quod ſicut in pupillari bona eius cui ſubſtituiť, & ẽt bona teſtõris ptinẽt ſubſtituto, itẽ i exemplari ſubſtitutus omnia bona habebit.

O Quæſtio

Quæſtio XL.

SVMMARIA.

Pupillaris finitur ex perſona teſtantis. nu. 1.
Item ſi hæreditas non fuit adita. nu. 2.
Natiuitate poſthumi præteriti rumpitur pupillaris de iure antiquo, ſed hodie conſeruatur, idem in exemplari nu. 3.
Idem eſt rupto teſtamento per querelã. nu. 4.
Quid rupto teſtamento per contra tab. nu. 5.
Deficit pupillaris ex defectu ſubſtitutionis, uel conditionis. nu 6.
Quod declara. nu. 7. 8. 9. & 10.

REſtat vt qualiter finiatur exemplaris ſubſtitutio dicamus, Quoniam auté finitur ijſdem modis quibus pupillaris, de vtraque uidebimus.

1 Pupillaris itaque finitur primo ſi teſtamentum deficiat ex perſona teſtantis, vt quia de portatus fuit.

2 Secundo ſi hæreditas teſtatoris non fuit adita ita tenẽt Do. cõiter l. in pupillari, ff. de vulga. niſi ex viſuitatis ſuſtineatur, vt teſtatur Zaſ. l. ſi filius q patri, n. 5.

3 Tertio natiuitate poſthumi præteriti rumpitur pupillaris, & hoc de iure antiquo, hodie uerò conſeruatur per auth. ex cauſa C. de l. liber præter. ita & exemplaris ita tenent Bart. d. auth. ex cauſa, nu. 16. & hæceſt cõis op. ut teſtatur Soc. l. cũ auus, nu. 24. ff. de cond. & dem. Roma. conſ. 181. nu. 3. Imo. c. Raynutius, nu. 99. de teſta. & magis com. dicit. Sfor. Oddo. d. tract. compend. in prælu. 4. par. q. 10. Iul. Clar. §. teſtamentum, q. 54.

4 Idem eſt rupto teſtõ per querelam, ita tenet Bar. l. 2. ff. de vulg. & eſt cõis opin. vt teſtatur Ema. à Coſta l. Gallus, §. & quid ſi tñ. ff. de lib. & poſth. Fern. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 14. nu. 136. ita pariter exẽplaris, vt docet idẽ Bar. d. l. ex facto & oẽs Doc. ſequuntur, ut fatet Sfor. Odd. d. q. 10. Ceterũ hodie ẽt conſeruãtur pupillares tabulæ & exemplariæ, ut præced. uerſ. dictum eſt, & ſupra q. 25.

5 Sed quid rupto teſtamento per cõtra tab.? Reſp. Bar. d. l. 2. ſcripſit non uitiari vel rumpi pupillares, & eſt cõmunis opinio, ut teſtatur Ema. à Coſta d. §. & qd ſi tantum, Vaſq. d. §. 14. nu. 136.

6 Quarto finitur & deficit pupillaris ex defectu ſubſtitutionis, uel conditionis, vt eſt ſi deceſſerit in pupillari ætate, vel ſi filios non habuerit, vt tenet Bart. l. in pupillari, ff. de vulg. ſubſt. & communẽ dicit eſſe opinionem Soci. d. l. cum auus, nu. 22. ita & exemplaris ex defectu conditionum, in quo conſidera duos caſus. Primus eſt, quod exemplaria deficit impedimento, ſcilicet morbo vel furore ceſſante, ſicut per aduentum pubertatis, pupillaris, tex. d. l. humanitatis.

7 Quid autem ſi deficiente furore, uel morbo, is morbus reuertatur, Nũquid exemplaria reconualeſcet? Reſp. Multum variant interpretes: Quidam enim exiſtimant, q ſi uiuo teſtatore reuerſus ſit furor, non ſit extincta ſubſtitutio, alias ſecus. Sed receptor eſt Bar. opinio d. l. ex facto, nu. 40. volentis generaliter non dici extinctam exemplarem, ſiue ceſſauerit & reuerſus fuerit furor, uiuẽte teſtatore, uel ceſſauerit eo uiuo, & poſt mortem reuerſus fuerit, uel ẽt poſt mortem ceſſauerit & reuerſus fuerit, ut teſtatur in d. l. ex facto, Ale. col. pen. Iaſ. nu. 49. Ripa. nu. 103. Dida. Coua. c. Rainutius, §. 6. nu. 7. de teſta. Zaſ. in tracta. exemp. 7. par. Corraſ. d. l. humanitatis, nu. 18. qui tamen indiſtinctè tenet contrarium Dec. ibi nu. 10. Polit. tracta. exẽpl. qui etiam contrarium tenet. & magis communem dicit Sfor. Odd. tracta cõp. in prælud. par. 4. q. 10. Ant. Gome. vari. reſol. tom. 1. c. 6. nu. 11. ibid. Eman. Soarez addi. nu. 14. Fern. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 17. nu. 48. & ſeq. Quia ceſſante furore, ceſſare tantum, non expirare intelligitur exemplaris. Et quamuis Zaſ. quẽ Didac. & alij ſequuntur intelligat, quãdo breui reuerſus fuit furor, ſecus ſi per longa interualla: Tamen communis generaliter humanitatis intuitu fouetur & quidem ſufficit vt illa cõditio, (ſi in furore deceſſerit) ſaltem exiſtat eo tẽpore, quo teſtamenta fieri ſolent, & ita propter furorem teſtari non poſſit.

8 Secundus caſus eſt, ſi is cui ſubſtitutum eſt filios acquirat: per ſuperuenientiam enim liberorum extinguitur pupillaris, & exemplaris. tex. d. l. ex facto, & hoc quidem ſine dubio tranſit in filijs legitimis & naturalibus, quos ſuſcepit in matrimonio ante dementiam uel furorem contracto, quod furor ſuperueniens non dirimit.

9 Sed

9 Sed quid in filio naturali? Reſp. Diuerſæ ſunt ſententiæ, Bar. in d.l. ex facto exiſtimat natiuitate filij etiam naturalis tantum rumpi exemplaré, & quod Bar. ſequuntur Doc. cõiter dicit Corraſ.l. humanitatis, n. 19. C. de impub. & alijs ſubſti. Contrariam verò partem tenet Bald. l. humanitatis, & hanc dicit eſſe communem opinionem Polit. in tract. exempla. nu. 24. Veriorem & receptiorem aſſeuerat Fernan. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 17. nu. 82. & ſeq. Dec. conſi. 412. nu. 8.

10 Nota tamen, quòd ſi filius natus poſt ſubſtitutionem, decedat ante morté patris ſubſtituentis, uel etiam poſt morté eius ante tamen mortem filii dementis, reconualeſcit ſubſtitutio. Secus ſi poſt mortem ipſius ſubſtituentis, & filii. ita tenet Bal. d.l. humanitatis, & tranſeunt communiter Doc. ut teſtatur Bened. Capra tract. exempl. nu. 152.

Quæſtio LII.

SVMMARIA.

Quæ dicatur Reciproca, & quare. nu. 1.

An ſit deſtincta ſpecies ſubſtitutionis, n. 2

1 DIctum eſt ſupra, ſubſtitutioné aliã eſſe Reciprocam, ſic dictam, quód pluribus inſtitutis hæredibus, vel exhæredatis alter in alterius locum ſubſtituatur, quæ etiam breuiloqua dicitur, quod breuib. uerbis fiat; Sed rectius & ꝓpriè Reciproca. ita tenet Bar. in l. Lucius, ff. de vulgar. 1. q. & ſequuntur Doct. cõiter teſtatur Ant. Gom. varia. reſol. tom. 1. c. 8. nu. 1. & ꝙ communis ſententia Doct. dicit Sfort. Odd. d. trac. compend. 5. par. 2. Quia reciproca non poteſt ita adaptari alteri ſubſtitutioni, ſicut breuiloqua quæ conuenit etiam compendioſæ.

2 Sed quæro, Nunq́d Reciproca ſit diſtincta ſpecies ſubſtitutionis per ſe? Reſ. Quamuis Doc. ſuper hoc diſceptent, tñ communis eſt ſententia, hãc nõ eſſe ſpeciem propriam ſubſtitutionis, ſed quandam qualitatem, ſiue adiectionem, uel cumulum ſubſtitutionum, cũ contineat alias ſpecies ſubſtitutionum quia tamen in modo inducẽdi uariant, recte ab alijs diſtinguitur, ita tenet Bar. d. l. Lucius, & communiter ita teneri dicit ibi Rip. n. 21. Lanfranc. Repet. l. Centurio, nu. 45. Sfor. Odd. d. par. 5. q. 3.

Quæſtio LIII.

SVMMARIA.

Quibus uerbis fiat reciproca. nu. 1. 2. & 3.

1 QVæro, quibus uerbis cõcipiatur hęc ſubſtitutio Reciproca? Reſ. Cõis eſt & vulgata reg. Eam fieri quibuſcũq; uerbis, q́ apta ſunt plures hinc inde cõprehendere, ita tradit Bar. d. l. Lucius, nu. 4. ff. de vulg. vt ſi duob. hęredibus inſtitutis dicit uos inuicé ſubſtituo. tex. d. l. Luci⁹.

2 Sed quid ſi dictum: utercorũ uiuet, hæres eſto, nunquid Reciproca continebitur? Reſp. quòd ſic, namque ſi uterq; uiuit uterque hęres eſt, ſi alter ſuperuixerit, ex aſſe hæres erit. tenet Bar. d. l. Lucius nu. 4. & ei ſuffragantur Doc. cõmuniter, ut teſtatur ibi Rip. nu. [illegible]. Did. Couar. d. c. Rainutius, §. 7. nu. 2.

3 Quid autem ſi teſtator ita dixerit: Vos hęredes meos inſtituo, & ſi quis inter vos deceſſerit bona mea ad reliquos perueniant, uel alter alteri ſuccedat, an faciét ſubſtitutionem breuiloquam? Reſ. Rainer. dicebat eam eſſe obliquam fideicommiſſariam, ut refert Bar. d. l. Lucius, nu. 4. propterea uerbum deueniat, Sed Guliel. de Cun. & Bar. ſcripſerunt Reciprocam eſſe, & ita tenere cum eis cõiter Docto. teſtatur Zaſ. in tract. recipro. ver. ſecundo dixi, quia dicta verba ſunt cõia, quæ directe & oblique accipi poſſunt, ut dixi ſupra q. 5. Et regula eſt, quod in dubio ſubſtitutio iure directo quã obliquo cenſeri debet, quãdo id fieri poteſt vt dixi ſupra q. 8. & hæc notanda ſunt, quia ſupradicta uerba ſiue formula ſubſtituendi quotidiana eſt in Germania.

Quæſtio LIIII.

SVMMARIA.

Reciproca cõprehẽdit plures ſubſtitutiones & oẽs directas comprehendere põt. nu. 1.

An comprehendat fideicommiſſariam. n. 2. 3. & declaratur n. 4. quando facta eſt per uerba directa & communia, & in teſtamento, ſecus in codicillis. & nu. 6. quando reciproca mixta eſt cum compendioſa.

EFfectus eſt huius ſubſtitutiones, ꝙ plures cõprehendit ſubſtitutiones, & qđ oẽs directas comprehendere poſſit, cõmunis eſt op. de vulgari. dixi ſupra q. 7. de pupillari. q. 27. de exéplari q. 39.

2 Sed quid de fideicommiſſaria, nunquid eam comprehendet? Reſp. quòd regulariter non continet. ita tenet Bar.d.l. Lucius, & hanc eſſe com.opi.dicit Alex.ibi. & receptiſſimam nuncupat Alciat. num. 42. Rip.nu.41. Soc.nu.26. in l. Centurio. ff.de vulg. Iaſ.ibi nu.29. Soc. Sen.conſil. 6.nu.2.volu.5. Dec.l.in teſtõ, nu.3. Pariſ. conſ.82.n.4 vol.2. Lanfr.d.l. Centurio. concl.3. Bened. Capr.in recipr.nu.31.

3 Et procedit hoc ipſum etiam quod ſit facta perſonis paribus. ita tenet Bar.l.hęreditatem, ibi dicit hanc eſſe com.opinionem Alex. Sapia.nu.12. Corraſ.nu.15. licet ipſe contrarium teneat.

4 Declara igitur, vt procedat quando facta eſt per verba directa vel cõmunia. ita eſt magis cõmunis opi. vt dicit Alex.rub. ff.de lib. & poſthu. Grib.§.q.d.l. Gallus. d.tit.verſ.5, facit: Secus ſi per verba obliqua, vt ſi dixerit teſtator, hęredes meos Seium & Titium inſtituo, atque rogo vt inuicẽ alter alteri hæreditatem reſtituat. ita tenet Bar.d.l. Lucius, num.20. & hãc dicit eſſe com.opin.ibi Iaſ.col.14. Dec.& Cur.nu.7.& 8.C.de impub.& alijs. communem quoque dicit Soc.conſil.6.volu. 3. Didac. Couar.d.ca. Rainutius, §.7.nu. 3.& hoc dicit notandum eſſe Lanfran.d. l. Centurio, concluſ.3.

5 Intellige ſecũdo, vt procedat in teſtõ. ſecus in codicillis, quia facta etiam verbis directis in codicillis trahitur ad fideicõmiſſariã.tex.l. Scęuola, ff.ad Trebel.hãc dicit eſſe com. Soc. conſi 66.lib.2. Zaſ.d. l. Lucius, num.14. magis veram & magis com. dicit Pariſ.conſi.41. num.53.vol.2. & quod omnes ita tenent dicit Lanf.d. l. Cẽturio, cõcl.3. Couar.d.§ 7.n.3. licet Dec.& Rip.aliter ſentiant. Quãuis non nulli in patre contrarium velint, nimirum quod pater in codicillis etiam directe poſſit inſtituere & ſubſtituere, quorũ opinionem dicit æquiorem Dida. Coua. d.§.7.num.3. dixi ſupra §. Codicillis nu. 14. Sed Barto.opinio communis eſt & verior. vt inquit Vaſq.d.§.19.nu.17. Capr. in Recipro.num.31.& ſeq. Fernan. Vaſq. de ſucceſ.progreſ.§.19.nu.16.

6 Sed nunquid idem erit, ſi in teſtamento adiecta ſit clauſula codicillaris, vt reciproca tunc quoque conuertatur in fideicommiſſariã? Reſp. Controuerſia eſt, ſed obtinuit, hoc caſu non minus fideicõmiſſariam intelligi. ita magis communiter receptam enunciat Pariſ.& Socin. citatis locis, & receptiſſimam dicit ſententiam Alc.cõſil.144.nu.3. vol.9. idque ex coniecturata voluntate teſtatoris.

Declara tertio, vt non procedat quando reciproca mixta eſt cum compendioſa, vt quia dictum fuit, & ſi quis eorum ſine filijs, vel quandocunque deceſſerit, inuicem ſubſtituo. Namque tunc etiam hęc ſubſtitutio reciprocum fideicommiſſum poſt aditam hęreditatem continet. ita tenet Bart.d.l. Lucius, nume.20.& eſt communis opinio vt teſtatur Roland. à Valle conſ.25.nu.10.cũ. ſeq.uol.1. Corraſ.d.l.1.n.46.C.de imp. licet aliter ſentiat communem quoque nuncupat Iaſ. conſil.132.par.1. Rip.d.l. Lucius, nu.30. Pariſ.conſ.41.nu.35.uol.2. Io. Dilect.de arte teſta.tit.5.cautel.14.num.2.

Queſtio LV.

SVMMARIA.

Reciproca ſemper omnes ſpecies comprehendit, quæ pariter cõueniunt & æqualiter utrique ſubſtituto.num.1.

Declara n 2. quando unica oratione cõcepta eſt, ſecus ſi diuerſa oratione conſtituatur.

Quid ſi filij impuberes ſint & furioſi, nu.3.

Si pater duos impuberes, & unum puberẽ inſtituat & inuicem ſubſtituat, an in impuberũ perſona pupillaris contineatur.n.4.

Quid ĩ ĩpubere prudẽte et pubere furioſo.5

Si emancipans unum ex puberibus quos inuicem ſubſtituerant, an in perſona utriuſque extinguatur pupillaris, nu 6.

Si filius incapax tempore teſtamenti, poſtea legitimetur an contineatur pupillaris n.7

Si alter ex impuberib. citius pubeſcat. q̃ alter, an ĩ utroq; extinguatũ pupillaris.n.8.

1 IVxta pdicta quero, an Reciproca ſemper omnes ſpecies cõprehendat, uel aliquas tantũ? Reſp. Hęc queſtio ualde diffuſa ẽ, ſed regula eſt vulgata, Qd̃ Reciproca omnes illas ſubſtitutiones cõplectatur, quę pariter cõueniunt, & equabiliter utriq; ſubſtituto ita frequentiſſimo omnium cõſenſu receptum eſſe teſtatur Dida. Coua.d.c. Rainutius, §.7.n.3. Ideoque ſi qs inſtituat duos uel tres filio puberes, uel unũ ĩpuberẽ, & aliũ puberẽ, ã contine-

continebitur niſi ſola vulgaris, quia vtrique tantum cónuenire poteſt. tex.l.iam hoc iure, ff.de vulg.& tenet Bar.d.l.Lucius, & ſequuntur communiter Doct. vt teſtať Gomez. uariar. reſol.lib.1.cap.9. num.2. Sin autem inſtituit duos, vel plures impuberes & inuicem ſubſtituat, reciproca poteſt vulgares & pupillares continere, ante aditam vulgarem, poſt aditā & ante pubertatem pupillarem. Bar.d.l. Lucius, & ꝙ Doc. hoc paſſim fatétur dicit Dida.d.c.Rain.§.7.n.3. Secus ſi alter impubes, alter ſit pubes: pone.n.quod pater habés tres filios, duos impuberes, vnnum puberé, eos inſtituat, inuicemq; ſubſtituat: namque tunc pupillaris non habet locum, quia vtriq; non conuenit, ſed vulgares tantum, quę vtrique conueniũt, tex.d.l.iam hoc iure, & quod ita tenét communiter Doc. teſtatur Gomez. d.c.8.n.2.& frequentiſſimo omnium cóſenſu probari dicit Dida.Couar.d.§.7.n.4. Communem dicit Paul. de Caſtr.l.in teſtaméto, ff.de milit.teſta. Sapia.l.hæreditatem, C.de impub.& aliis, nu.4. quia verbũ ſubſtituō, quod reſpicit ſubſtitutos non difformiter operari.

2 Intellige tamē hoc, niſi reciproca ſubſtitutio ſeparatim & diuerſis orationib. conſtituatur, tunc non attenta inæqualitate continentur omnes quæ tacitè vel expreſsè cuilibet inſtituto conueniunt, d.l.hoc iure, & ibi gl.uerb.intelligãtur, quę communiter approbatur, ut teſtať Dida.d.§.7.n.4. Ideoque ſi teſtatur inſtituat impuberem & puberem, & ſi pubes hęres non erit, ſubſtituat ei puberem, & ſi impubes hęres non erit, & in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituat ei puberem, hęc pupillaris expreſſa ſubſtitutio cótinet tacitam uulgarem: & hæc ſubſtitutio (inſtituo Titium, & Sempronium filios meos, & Titio Sempronium, & Sempronio Titiũ ſubſtituo) uulgares, & pupillares cótinet expſſas, licet utriq; pupillaris non conuenit, quia alter pubes eſt.

3 Porro ſi filii impuberes & furioſi eſſét, cótinebit reciꝓca uulgares, ante aditam, poſt aditam & an pubertatem pupillares, poſt pubertaté & ante reſipiſcétiã exemplares, ita eſt communis opin. ut teſtatur Dida.d.§.7.n.3. & dixi ſup.

4 Sed quæro, quid ſi pater tres filios habens, duos impuberes, vnum puberem, eos inſtituat, inuicemque ſubſtituat, an in impuberem perſona pupillaris contineatur? Reſp.nó parum eſt dubium, ſed quicquid ex interpretibus nó nulli ſunt opinati, Bart.ſententia tandem obtinuit in d.l.Lucius, uolentis non contineri: incongruens enim uiſum fuit legum latoribus, ut ĩ uno duplex, in altero ſola ſubſtitutio reperiretur, nec veriſimile eſt patré in ſucceſſionem impuberis alterũ impuberé voluiſſe ꝑferre, ſed poti⁹ omnes fratres ex æquo admitti. hanc ſñiam dicit eſſe cõem ibid.Rip.n.22.& Zaſ.n.17. Corraſ.l.1.de impub. & alijs, & ueriore dicit Zaſ.in reciꝓ.n.10.Sfor.Odd.tract. comp.in pręlud.par.6.q.5.ampl.1.

Quæ concluſio quidam procedit, quãdo reciproca facta eſt ſimpliciter, puta vos inuicem ſubſtituo, ſed dubiũ eſt, ſi in reciproca ſit compendioſa cum ſpeciali métione pupillaris ętatis, ut ſi teſtator duos impuberes, & vnum puberé hæredes inſtituat, inuicéq; ſi ſubſtituat, ſi q̃s ĩ pupillari ætate vel quãdocũque deceſſerit. Sunt.n.qui volunt pupillarem contineri, & quidem expreſſam, quoniam in claris non eſt opus coniecturis. ita cóſuluit Cuma.conſi.120. Ioan. quondã, & hanc ſententiam dicit veriorem Dec.l.in teſtamento, n.4.C.de teſta.milit. & dicit ita tenere omnes Pariſ.conſ.36.nu.35. Quia reciproca mixta cum compendioſa cótinet fidei commiſſariam, fortius pupillarem quæ continet fauorem. Sed cótrarium, quod omni tpe ſit fideicommiſſaria ſentit Bar.cóſ.43.n.1.& q.hæc opinio in practica tenéda ſit, dicit Corn.d.l.in teſtó, n.4.idē in conſ.180.n.4.vol.1. in deciſiuis hanc opinionem eſſe recipiédam, & n.8.ab authoritate prædicto ũ. non eſſe tutũ in iudicando & cóſulendo recedere veriorem dicit Apoſtil. ad Dec. d.l.in teſtó, iit.C.per reg.generalé quod pupillaris nó poſſit itellige, niſi pariter omnibus conueniri poſſit a qua non ita facilé propter verba pupillaris ætatis debet recedi. Imo alia eſt præſumptio, q̃ in dubio non voluerit teſtator impariter ſubſtituere præter formam iuris cóis & quod hæc uideat magis cómunis dicit Sfor.Odd.tract.compéd.par.5.fol.154. verſ.Tertiũ. Sed ego facilè in contrariã

partē iudicādo inclinarē, quia ſatis conſtat de mēte & voluntate teſtatoris ex ipſis, quo caſu oēs admittūt, qđ diſparitas perſonarum nō impedit pupillarem ſubſtitutionem, vt teſtatur Pariſ.d.conſi.

5 Quid autem ſi habens filium impuberem prudentē, & puberē furioſum, eos īſtituat & inuicē ſubſtituat? An īpuberis perſona pupillaris, ī perſona vero puberis exemplaris quæ ei ſimilis eſt continebit? Reſp. Bar.d.l. Lucius tenet, qđ non, ſed vulgaris tantum in perſona vtriuſq; hanc dicit ibi communem ſententiā Iaſ. num. 22. Rip.num.33. Corraſ.d.l.1.nu. 43. & frequentius receptū eē aſſerit Fernan.Vaſq.d.§.19.n.14.Sfor. Oddo.d.q. 5. Polit. in breuil.nu.6.quia ſubſtitutio pariformiter reſpicere debet. Pleriq; tamen contrariū tenent, & id verius dicit Corra.d.loco, & ſuo periculo tenendū. veriorem quoque dicit contra magis cōmunem Vaſq.d.loco, & communem dicit Zaſ. in breuiloqua, n. 10. Sed durum foret à communi diſcedere, propter generalitatem tex.d.l.iam hoc iure.

6 Quid autem ſi duos impuberes inſtitui & inuicem ſubſtitui, itaque ab initio ſunt capaces, poſtea alterum emancipaui, & ita in perſona eius extinguit pupillaris: An ſimiliter ī perſona alterius extinguetur? Reſpond. Bartol.d.l. Lucius tenet quod ſic, & ſequūtur communiter Doct. vt teſtatur ibi Iaſ. n. 17. Rip.num. 26. Fernand. Vaſqui.d.§. 19.nu.9. Sfort. Odd.d.q.5.quāuis Iaſ. & Vaſqui. aliter ſentiant, ſiquidem peruētum eſt ad eum caſum à quo incipere nō poteſt, itaq; vitioſa redditur: nec præſumitur etiam teſtatorē voluiſſe in vno valere pupillarē ſubſtitutionem, ſiquidē ab initio reciproca iō facta, vt æqualitas eſſet iter eos. Et hęc ſententia tutior eſt, quamuis contrariā quamplures etiam habeat fautores.

Intellige tamen hanc concluſionē, ut non procedat, qñ pater coactus fuit filiū emācipare ita tradit Bar.d.l. Lucius, quē communiter approbatum dicit ibi Ripa nu. 27. Zaſ. in tract. Recipro.nu.9. & qđ Ang. qui cōtrarium aſtruere conatus eſt, ſecūdū omnes, ſit reprobatus, dicit Are. l. in teſtamento, C. de teſta.milit.

7 Quero quid contra, Si filius naturalis incapax tempore teſtamēti, poſtea legitimetur uel extraneus cui pupillariter ſubſtitutum eſt, poſtea arrogetur, Nunquid pupillaris cōtinebitur? Reſp. quod non. hanc eſſe magis communem ſententiam dicit Ripa.d.l. Lucius, nu.30. Sed videtur dubia, quia ut locum habeat ſubſtitutio ſufficit capacitas tempore mortis teſtatoris, ut ſupra q.23. dixi.

8 Sed pone, pater filijs duob⁹ impuberibus reciprocè ſubſtituit inuicē, & vnus prius pubeſcit, & ad maiorem ętatē peruenit quam aliter, nunquid in alio ſicut īpubere finita erit pupillaris? Reſpō. qđ non. ita tenet Bart.d.l. Lucius, & eam dicit communē opi. Iaſ. ibi.nu. 15. Rip.nu. 25. Ioan. Corraſ.d.l.1.nu.35. qui ſubdit. communem æquiorem & veriorem eſſe. Communē quoq; dicit Ant. Gome. variar. Reſol. Tom 1.c.8.nu.2. Quamuis cōtrarium ſentiat Iaſ. & Fab. §. qua ratione inſtit. de vulg. Certum enim eſt legumlatores tantum initium conſideraſſe, eoq; tempore æqualitatem deſideraſſe, & voluntas teſtatoris durare intelligitur.

9 Quid item ſi teſtator plures inęqualiter inſtituat, ita ut portiones hęreditatię ſint inæquales & poſtea inuicē ſubſtituat, An nihilominus continētur ſubſtitutiones, quę alias contineri poſſunt? Reſponde. quod ſic, nec attendetur iſte inęqualitas. ita tenet Bartol.d.l. Lucius, & communem hanc eſſe opinionem dicit Rip. ibi nume. 35. & ſeq. niſi aliqui in rebus certis ſint inſtituti, alij vniuerſaliter poſtea ſubſtituti, vt ſi teſtator īſtituat filias ſuas in re certa, & filios vniuerſales heredes, deindeque eos inuicem ſubſtituat. Namque tunc filię inſtitutæ ī re certa non ueniunt neque ex uulgari neq; ex pupillari. Quia hęredes ex re certa inſtituti habentur loco legatarij quoties extat heres vniuerſalis, & qđ hęc ſit veritas dicit Zaſ. tract. Recipro. ver. quid ſi teſtator, & hæc nota, quia ſunt quotidiana.

10 Aduerte etiam iuxta prædicta, qꝛ ſub reciproca plures cōtinentur ſubſtitutiones iuxta perſonarum numerum, vt ſi filij ſint impuberes inuicem ſubſtituti, ſex continentur, duæ pupillares, duæ vulgares, duæ exemplares. ita tenet Bar. & omnes cōiter ſubſcribunt, ut teſtatur Corraſ.d.l.1.n.30. Did. Couar.d.§.7. nu.3.

Quæſtio.

Quæſtio LVI.

SVMMARIA.

Subſtitutiones ſub reciproca cõtentæ an ſint expreſſæ uel tacita.num.1.

An pupillaris cõtenta ſub reciproca matrẽ excludat.nu.2. Declara.nu.3.

1 QVero, An ſubſtitutiones ſub reciproca contentæ ſint expreſſæ vel tacitæ? Reſp. quod ſunt expreſſæ verbis generalibus ſaltẽ, tacitę namque ſunt verbis ſpecialibus, & adeo expreſſæ, vt alias ſub ſe cõtineant. ita tenet gl d.l.Lucius. ibi Bar.& eſt communis opin.vt teſtatur ibi.Rip.nu.77.Io. Corraſ.d.l.1.nu.33.licet non probat, quod pupillaris contenta ſub Reciproca ſit expræſſa.

1 Ex quo infert, quod ſicut pupillaris expreſſa matrẽ excludit, ita ſub reciproca contenta.ita communem eſſe opinionẽ & vero verius eſſe aſſerit Corra. ibid. Quod tamen intellige, vt procedat quãdo reciproca fuit facta ſimpliciter, ſecus ſi in aliquẽ caſum ſpecialem, vt puta vulgaris, ſi quis hæres nõ erit, quia tunc ſubſtitutio cuius caſus expſſus eſt, expreſſa in ſpecie dicitur, cæteræ vero omnes tacitæ, unde pupillaris ſub ea contenta matrem quoque nõ excludit. ita tenet Bar. d.l.Lucius, & communiter omnes vt teſtatur Rip.ibi.& Corraſ.d.l.1.nu.34.

Quæſtio LVII.

SVMMARIVM.

Si pater filios ex duabus uxoribus inſtituat, & inuicem ſubſtituat, An præferatur vtrinque coniunctis.

QVæro idẽ, Teſtator ex duabus vxoribus habens plures filios, duos ex vna duos ex alia inſtituit, & inuicem ſubſtituit, vnus ex illis decedit vel repudiat, Nunquid admittanẽ omnes, An frater vtrinque coniunctus preferatur? Reſp. Dyn.l.cohæredes, §. qui diſcretas.ff.de vulg.tenet fratrem admitti, quam vt quidam aiunt Bar. ſequit.l. re coniuncti,n.62.ff.de leg.3. quo ad pupillarẽ ſubſtitutionẽ, quẽ non habere cõtradictorẽ aſſerit Rui.cõſ.165.n.6.vol.2.& cõem dicit quo ad pupillarẽ Rube.l.Gallus.§.quidã, n.42.ff.de lib.& poſth.Quia in pupillari non teſtatori, ſed filio ipſi ſucceditur.

Sed contrarium partem, quod imo indiſtinctẽ omnes admittantur æqualiter etiã in pupillari, tenet Bart.d.l.Lucius, nu.21.hanc dicit eſſe communem opin. Aret.ibi, & ſubdit ſe non audere a cõi recedere Iaſ.in fi. & hãc eſſe veritatẽ in pupillari ſubſtitutione dicit Bal. cõſ.424. n.1.vol.5.magis cõem teſtaẽ Rip.d.l.re coniuncti,nu.216.Crot.nu.136. & Bar. opinionem in l. Lucius,cõem dicit Rub. d.§.quidam recte num.44.Communem dicit Imol.c.Rain.in materia Reciprocę quem allegat Rube.Alex.conſ.30.nu.4. vol.2.ibi Apoſt.lit.A.Communem quoque dicit Bar. opinionẽ Apoſtil.ad Bar. d.l.Lucius,lit.X.idque ex uoluntate teſtatoris, qui parem uidetur habuiſſe aduerſus eos affectionem, nec attenditur coniunctio ſanguinis, & naturę in teſtatoris diſpoſitione.

Et nõ habet dubiũ hæc cõclnſio, ſi vnus tñ ſit frater vtriuq; coniunctus, & pater ſupſtites ſubſtituat uel ſubſtituit pexpreſsẽ vulgariter, pupillariter, & pẽ deicõmiſſum. Hos caſus eſſe extra dubitationẽ dicit Grat.conſ.18.n.19. vol.2.

Quæſtio LVIII.

SVMMARIVM.

An compẽdioſa ſit propriẽ ſpecies ſubſtitutionis per ſe.

REſtat modo ut de compendioſa dicamus, in qua adeo ſe effundunt Docto. vt vix finẽ inueniant. Imprimis autem quæro, An compondioſa ſit proprię ſpecies ſubſtitutionis per ſe? Reſpõ. Doct.variẽ loquũtur, dicit breuiter, aut quæritur quo ad formam ſiue modum cõcipiendi, & eſt propriẽ ſpecies per ſe, quia forma non conuenit cæteris ſpeciebus, vt infra patebit. Aut quæritur quo ad effectum & eſſentiam ſubſtitutionis, tunc nõ ẽ diſtincta ſpecies per ſe, quando facta eſt compẽdioſa à pagano, quia alię ſubſtitutiones ſub ea comprehenſæ non uariant in materia & effectu, ſed perinde eſt ac ſi qlibet particulariter facta fuiſſet.ita tenet Bart.l. Centurio, nu. 11. ff. de uulg.& pupil. Sin autem a milite factæ fuerint, aliqui ſimiliter non eſſe ſpeciẽ per ſe exiſtimant.hanc dicit eſſe communẽ Rip.d.l. Centurio.Sed contrarium, quod ſit ſpecies per ſe, tenet Bartol. ibi.nu. 11. & hanc crebriori calculo rece-

pt.ā eſſe. licit ſniam Sfor. Odd.tract.cō-pend.p.3.ar.2.Rō eſt, quia vltra omnes alias ſubſtitutiones continet nouam militarem, ſ.ſubſtitutionem directam.

Quæſtio LIX.

SVMMARIVM.

Quid ſit compendioſa ſubſtitutio.

QVæro quid ſit compendioſa ſubſtitutio? Reſp. Eſt ſubſtitutio quæ ſub cōditione mortis, vel alia plura complectitur tempora, ita docet Bar.d.l.Centurio, nu.9.& ſequuntur Doct.communiter vt teſtatur Galiau.n.218.Are.& Soci.Pariſ.conſ.73.nū.1.Ant. Gomez.variar.Reſolut.Tom.1.c.7.nu.1.Sfor.Od.tract.compend.par.1.quamuis alij aliter deſcribant, ſed non inſiſto.

Quæſtio LX.

SVMMARIA.

Quibus verbis compendioſa fiat.nu.1.

Compendioſa proprie fit filio pupillo & in poteſtate inſtituto.nu.2.

Cōpēdioſa nō eſt: Si teſtator dixerit: Si filius meus in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo talem.nu.3.

Filio meo Titium ſubſtituo, an ſit compendioſa.nu.4.

Compendioſa an ſit: Quādocunque filius deceſſerit, rogo vt reſtituat Caio, nu.5.

Verbum (quandocunq;) inducit tract ſucceſſiuum in compendioſa. nu.6. & an ſit omnino neceſſarium.nu.7.

An ſit cōpēdioſa: Si filius deceſſerit, uel poſt mortē filij ſubſtō Caiū.nu.8.declara.9.

Cōditio ſi ſine liberis cōpēdioſam inducit.n.10.& quādo appoſita intelligatur. n.11.

Cōpēdioſa qñ verbis generalib. vel ſpecialib.vel ſingularib.cōcepta dicatur.n.12.

1 VIdendū erit qualiter fiat & quæ requirantur ad cōpendioſam: Et quidem imprimis requiritur, qđ fiat verbis aptis īducere plures ſubſtitutiones. Proinde oportet, vt ſint verba cōtinētia diē vel conditionē, q̄ habeat tractū tpis, ita vt plura tempora comprehendantur, vt patet ex definitione cōiter probatā.

Inte lige autem duo tempora, ſcilicet pupillaris ætatis, & pubertatis: Illa.n. compendioſam efficiunt. ita tenet glo.l. precibus.C.de impub.& ſentit Bart.d.l. Centurio, nu.9.quamuis id tempus reſtringi poſſit, modo ætatem pupillarem excedat, ita ex frequentiſſima omnium opinione annotauit Zaſ.in tract. cōpen. ver.ſuper quem refert Dida.Couar.d.c. Rainutius, §.9.nu.1.

2 Ex quo infertur compendioſam proprie filio pupillo & in poteſtate hæredi inſtituto fieri, ita tenet .glo.l.precibus, & cōiter receptā eſſe teſtatur Dida. Couar.d.c.Rainutius, §.9.nu.2.

3 Infertur etiā non eſſe compendioſam ſubſtitutionem, ſi teſtator dixerit ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo talem; quia licet contineat vulgarem & pupillarē expreſſam generaliter, tñ eas nō inducit temporum diuerſitas, ea quidem differentia quæ ex pupillari ætate & pubertate oritur, ſed potius pupillaris eſt, iuſta magis receptam Doct. ſniam, vt dixi, quicquid dixerit Bal.d.l. præcibus, cuius opinionē cōmunem aſfirmare auſus fuit Iaſ.d.l.1.

4 Infertur tertio, non eſſe compendioſam ſubſtitutionem, quæ his verbis fit: filio meo Titium ſubſtituo, quāuis generalia & indefinita ſint, & includāt vulgarem expreſſam & pupillarem expreſſā, quia non ſunt diſtincta tēpora, quæ ſubſtitutiones diſtinguāt, ſed vel aditio vel repudiatio. ita tenet Bar.d.l.Cēturio, n.31. quamuis cōtrarium docuerit Bal. d. l.precibus, quem communiter reprobari dicit Fran.c.ſi pater, col.40.Zaſ.tract. compend.2.memb.in fine.

5 Infertur quarto, non eſſe cōpendioſam, quandocunque filius deceſſerit, rogo vt reſtituat Caio, quia eſt ſimplex fideicōmiſſaria, nec continet plura tēpora, quæ uel actu uel habitu diſtinguant ſubſtitutiones communem dicit opinionē Iaſ.d.l.Centurio, n.38. vt refert Coua.d.c.Rainu.§.9.nu.2.& dixi infra.

6 Sed quæro, quæ ſint uerba inducētia tractum ſucceſſiuum uel diuerſa illa tēpora in compendioſa? Reſpon.cōiter & vt plurimum adijci ſolet uerbum quandocunque, ut ſi dixerit teſtator: Quandocunque filius meus deceſſerit, ſubſtituo talem. Eſt enim diſtributiua plurium tēporum, & inducit compendioſam, & tūc dicitū fieri verbis ſpecialibus, ita firmat Bar. d.l. Centurio, qui communiter ab omnibus approbatur, ut atteſtatur Pariſ.conſ.30.nu.13.uol.2.& conſ.42.nu.

18.vol.

18. vol. eo. Sed nunquid illud verbum erit om̃no neceſſarium in compendioſa? Reſ. Diuerſæ ſunt ſniæ, ſed ea cõiter recepta eſt, vt non ſit neceſſe, ſed ſine eo põt verba habere tractũ ſucceſſiuum ad hoc, vt cõpendioſa dici poſſit ita tenet Bar. d. l. Cẽturio, n. 9. & ſeq. poſt gl. l. 1 teſtamento, C. de mili. teſta. & hanc dicũt eſſe communem opinionem Curt. iun. conſ. 86. nu. 2. Rol. a Valle conſi. 25. nu. 13. par. 1. Ber. conſi. 128. nu. 2. vol. 2. vbi dicit, quod hæc ſententia a nemine ſani capitis reprehenditur, quos refert Sfor. Odd. d. tract. par. 4. art. 1.

8 Oritur ex prædictis ardua dubitatio, quid ſi teſtator dixerit ſimpliciter, ſi filius meus deceſſerit, vel poſt mortẽ filij mei ſubſtituo Caium, & ſic non eſt verbũ quandocunque, an tunc erit cõpendioſa cõtinens fideicommiſſariam? Reſ. variatum fuit ab interpretibus, quibuſdã exiſtimantibus non eſſe compendioſam ex intentione Bar. vt ipſi ferũt in d. l. Centurio, dũ requirit quod ſit verbũ quãdocunque vel ſine liberis, alias fruſtra requireret, ſi ſufficeret illud verbũ (ſi deceſſerit) & hãc dicit eſſe communẽ opi. Galiau. d. l. Centurio, nu. 428.

Contrarium, quod imo ſit compẽdioſa tenet gl. l. in teſtamento. C. de teſtam. mili. quam communiter approbari dicit Pariſ. conſ. 19. nu. 170. vol. 2. Pariſ. conſ. 87. nu. 1. dum loquitur de verbo moriatur. conſ. 91. nu. 4. vel 2. Pariſ. conſil. 92. nu. 17. vol. 2. Galiau. d. l. Centurio, nu. 420. Cur. iun. conſil. 172. nu. 2. vol. 2. Becius conſ. 24. nu. 3. ratio quia cum per illa verba fiat ſubſtitutio ſub conditione mortis, non limitato aliquo tẽpore, vel caſu, aperte cõſtat, quod importetur tractus temporis quo vſq; vere moriatur, & poteſt cõtingere quod inſtitutu, decedat ante aditam hæreditatem & poſt ante pubertatem & poſt, quo vltimo caſu nõ poteſt habere locum niſi fideicõmiſſaria, vnde continebitur quoque fideicõmiſſaria, cum verba ſint cõmunia apta importare fideicommiſſariam.

9 Sed hoc quidam intelligunt vt procedat ſi ille cui fit ſubſtitutio nõ eſt capax pupillaris, quia adultus vel alius in poteſtate nõ exiſtens: mouentur, quia niſi eſſet fideicõmiſſaria, eſſet tantũ vulgaris, quæ vt locum habeat non requiritur quod ſubſtitutus decedat, ſed quod non ſit hæres, & ſic illa verba, ſi deceſſerit, oſtẽdunt voluntatẽ teſtatoris quod ſenſit de fideicõmiſſaria, alias fruſtra appoſuiſſet. Secus vero, ſi is cui fit ſubſtitutio ſit capax pupillaris ſubſtõnis. Sed ego cõem indiſtincte ſequendam iudicio.

10 Alia eſt conditio ſub qua fit compendioſa, & hęc quidẽ vulgatiſſima, ſ. ſi ſine liberis deceſſerit, etiam ſi non ſit appoſita dictio quandocunque ita tenet glo. c. ſi pater verb. abſq; deductione, de teſt. in 6. quã communiter Doct. approbant, vt teſtatur Cur. d. l. precibus. n. 66. Alc. d. l. Centurio, nu. 27. Iaſ. nu. 33. Rip. nu. 89. & magis receptam annotauit Alcia. lib. 10. Parerg. c. 2. cõem. quoq; dicit Pariſ. conſ. 37. nu. 10. & conſ. 92. nume. 19. conſ. 17. nu. 1. & 2. conſ. 18. nu. 12. conſi. 19. nu. 170. conſ. 75. nu. 3. vol. 2. conſ. 91. nu. 3. vol. 2. conſ. 73. nu. 2. ubi dicit cõiter teneri, etiam ſi dicto (quãdocunq;) non ſit appoſita. vol. 2. Dida. Coua. d. ca. Rainutius, §. 9. nu. 2. verſ. 11.

11 Et nota quod hæc conditio ſi ſubſtõ facta eſt aſcendente, ẽt non appoſita tamen ſubintelligatur tex. l. cum auus. Secus uero ſi ab extraneo, ita tenet glo. l. cũ acutiſſimi, C. de fideic. uerb. deinceps, quam communiter approbatam eſſe dicit Soc. d. l. cum auus, nu. 52. Burſa. conſ. 52. nu. 20. Ab. c. in præſentia, nu. 30. ext. de proba. Dec. nu. 165.

12 Scias etiã iuxta hęc predicta, ꝙ compendioſa dicitur tunc uerbis generalib. concepta: Si fili⁹ meus deceſſerit, uerbis autem ſpecialibus ita: Quandocunque filius meus deceſſerit ſubſtituo, uel ſi ſine liberis deceſſerit. Verbis autem ſingularibus, quando caſus, & tempora ſingulariter enumerantur, ut ſi Titius deceſſerit in pupillari ætate, uel poſt, uel filius meus deceſſerit intra 25. annum ſubſtituo Caium. ita docet Bar. d. l. Centurio, quam ubique Doct. hanc rem tractãtes ſequuntur, ut teſtatur Dida. Couar. d. c. Rainutius. §. 9. num. 3.

Quæſtio LXI.

SVMMARIA.

Compendioſæ effectus: quod apta ſit comprehendere omnes ſubſtitutiones, nu. 1.

An

An comprehēdat vulgarem, nu. 2. & an facta in vno caſu cõprehendat alium. n. 3.
An pupillarem contineat. nu. 4.
An exemplarem, nu. 5.
An fideicommiſſariam, nu. 6.
An reciprocã, nu. 7. & quid ſi cõpendioſa facta ſit poſt mortem omnium, vel vltimo morienti. nu. 8. diſtingue quatuor caſus, nu. 9. 10. 11. 12. 13.

1 EF. ectꝰ huius ſubſtitutionis & cópēdioſæ maximus eſt, & quidé vnicꝰ, quo ...l. oés alias ſubſtitutiones ſub ſe cóprehédere apta ſit, ſi nó ſecũdm qualitaté facientis & recipientis fieri pñt. ita receptiſſima oium eſt ſnia, vt teſtat Fernan. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 18. n. 103. Vñ ſi pater vel aſcendés faciat ſubſtõné cópendioſam hoc modo, inſtituo filiũ vel filios hǽrdes, & qñcunque deceſſerint. Titium ſubſtituo: tũc ſi filij nó ſint hæredes, ſubſtitutus admittit ex vulgari, ſin aũt ſint heredes & in pupillari deceſſerit ex pupillari, & ſi forte ſit furioſꝰ exéplari. Poſt pupillaré ijs decedétib. ex fideicómiſſaria, & ſi inuicé cópédioſe ſubſtituant & capaces ſint ex reciꝓca iuicé admittũt. Sed qa nó in oib. Doct. ſimpliciter tráſeũt, de ſingulis videndum eſt.

2 Imprimis itaque q̃ro, an cópendioſa cõtineat ſub ſe vulgaré? Reſp. Valde cótrouerſa eſt qõ, ſed receptiſſima ſnia ꝙ vulgaris ſub generalitate verborũ cótineatur. ita tenet Bar. d. l. Centurio, nu. 11. & cõem eſſe ſentẽtiam atteſtatur ibi Alex. verſ. item in quantum, Rip. num. 146. Ang. l. quamdiu. ff. de acqui. hæred. Alexan. conſi. 13. vol. 4. Dec. conſ. 416. Paul. Pariſ. conſil. 19. nume. 173. vol. 2. Paul. de Caſt. conſ. 86. num. 1. & conſil. 152. præſens dubium, nu. 2. vol. 1. Natta conſ. 241. nu. 2. lib. 2. & quod ita cómuniter tenetur dicit Capr. tract. compend. nume. 103. & receptiſſimum eſſe ſententiam teſtatur Fernan. Vaſqui. de ſucceſ. crea. lib. 2. §. 11. nume. 27. dicens ab ea in conſulendo & iudicando nó eſſe recedendum, ibid. num. 37. de ſucceſ. progreſ. §. 18. nu. 52. dicens hoc indifferenter receptũ eſſe, & nu. 102. licet ipſe vt fatetur aliquando contrarium tenuerit. Communé quoq; dicit Sfor. Od. d. tract. compend. partic. 5. q. 1. art. 1. ratio eſt, quia dicta verba, quãdocũq; deceſſerit nó minus verificari poſſunt in vulgari, ſi nó hæres decedat, quam in pupillari, ſi hæres erit, ſed in pupillari ætate deceſſerit.

3 Et nota quod vulgaris comprehenſa in compédioſa, licet appareat facta in caſu impotentiæ mediante morte, tamen comprehendit caſum volũtatis & repudiationis, ſi inſtitutus noluerit eſſe hæres. ita tenet Bar. l. 1. ff. de vulg. 2. q. prin. quem omnes ſequuntur, vt teſtatur Pariſ. d. conſ. 19. n. 174. dixi ſup. q.

4 Quid autem de pupillari, nũquid ét ſub compendioſa generalitate verborũ comprehendetur? Reſpó. ꝙ ſic ita tenet Bar. d. l. Centurio, & eſt communis omnium ſententia, vt teſtatur Soc. iun. conſil. 121. nu. 203. Pariſ. conſ. 73. nume. 3. vol. 3. Aim. Crau. cõſ. 98. nu. 10. & quod hoc clarum eſt & communiter tenetur dicit Bene. Capr. tract. comp. nu. 104.

5 Quæro etiam an comdendioſa contineat exemplarem? Reſpon. Communis eſt opinio quod ſic, vt teſtatur Soc. iun. conſ. 103. nu. 21. lib. 1. quem refert Sfor. Odd. d. tract. compend. par. 5. q. 1. art. 3. ratio, quia contrarium iure cautum nó reperitur, vnde ad exemplum pupillaris idem ſtatuendum eſt.

6 Sed nunquid fideicommiſſum continet? Reſp. quod ſic, & hoc dicunt omnes indifferéter in d. l. Centurio, & quod ſit communis opinio teſtatur Pariſ. conſil. 92. nu. 17. & nu. 19. vol. 2. conſ. 41. num. 31. conſ. 75. nu. 3. vol. eo.

7 Quæro item, an reciproca contineatur in compendioſa? Reſp. quod ſic, & eſt valde viſitata hodiernis temporib. in omnibus teſtamentis, dum pluribus inſtitutis inuicé quandocunque deceſſerint, fit inter eos ſubſtitutio. ita communiter tenere Doct. dicit Rip. l. Lucius, n. 46. ff. de vulg. & quod ita non tantum cõiter, ſed indifferenter receptũ ſit dicit Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 18. nu. 52.

8 Et hoc non habet dubium, quãdo dictum eſt, vos inuicem ſubſtituo, quibus verbis fieri ſolet reciproca, ſed qd ſi cõpédioſa eſt facta poſt morté omniũ, nũquid dicentur inuicé reciproce ſubſtituti? Reſ. ardua qõ eſt, pro cuius reſolutione conſiderandi ſunt aliquot caſus.

9 Primus eſt, quãdo pluribus inſtitutis

hære-

hæredibus poſt mortem omniũ ſimpliciter alius ſubſtituitur, & tunc non cēſentur inuicem reciproce ſubſtitui, ideoq; ſubſtitutus cuilibet eorum decedēti exclusis cohæredibus ſuccedit. ita tenet Ang. l. ſi pater, ff. de vulg. & hanc eſſe cómunem Doctorum opinionē dicit Iaſ. conſ. 6. vol. 2. Soc. iun. l. hæredes mei, §. cum ita nu. 14. ff. ad Treb. Soc. iu. conſil. 177. n. 11. vol. 2. Celſus Hugo conſ. 55. nu. 6. Burſ. conſ. 52. nu. 8. & contrariam opinionem communiter reprobari dicit Pariſ. conſ. 42. vol. 2. Iaſ. conſ. 69. vol. 3. Paul. de Caſt. l. poteſt, ff. de vulg. cōem quoque dicit Gabr. Ro. com. concl. lib. 4. tit. de ſubſti. concluſ. 2. nu. 1. Sfor. Od. d. tract. par. 5. q. 1. ar. 6. conclu. 2.

10 Secundus caſus eſt, quando ſubſtitutio ſimpliciter facta eſt & dictũ vltimo morienti, vt vltimo eorũ morienti ſubſtituo, quia non cenſetur reciproca ſubſtitutio ita tradit Ale. cōſ. 11. vol. 4. cōſ. 11. vo. 3. & hāc opinionē cōiter fere omnes ſequuntur, vt ait Soc. iu. d. §. cũ ita, nu. 16. & fatentur omnes ſupradicti.

11 Tertius caſus eſt, quando ſubſtitutio facta eſt non ſimpliciter, ſed in tota hæreditate, & tunc refert, an vltimo moriēti facta ſit ſubſtitutio, an vero omnibus poſt mortē omnium. Primo caſu, quādo ſubſtitutio in tota hereditate facta eſt vltimo morienti, res clara videtur, vt dicatur inuicem ſubſtituti. ita tenet Bar. l. Titia. §. Seię liberis, per illum tex. ff. de leg. 2. & eſt cōis opinio, vt teſtatur Bar. Soc. l. hæredes, §. cũ ita, ff. ad Treb. & Soc. iu. nu. 11. dicens ab ea nō eſſe recedendum. Soc. iu. conſ. 177. nu. 11. & ſeq. Celſ. Hugo conſ. 56. nu. 6. Burſa. conſ. 52. num. 8. vol. 1. & cōiter teneri dicit Iaſ. l. poteſt, ff. de vulg. cōem quoque dicit Pariſ. cōſ. 43. nu. 25. vol. 2. conſ. 11. nu. 47. vol. 3. conſ. 39. eo. Aim Craue. conſ. 113. nu. 4. Pariſ. conſ. 72. nu. 39. lib. 3. Mandel. cōſ. 31. & hanc quoq; cōem dicit omniũ ſententiā Gabriel Roma. com. concluſ. lib. 4. d. conclu. 1. nu. 8. Sfor. Odd. ar. 6. concluſ. 3. & ita deciſum eſſe in conſilio Pedemon. fatetur deciſ. Pedemon. 110. nu. 12. ratio, qa ex quo grauatur vltimo decedens & in tota hæreditate, ſatis apparet teſtatorē voluiſſe ꝙ portiones cæterorum ad eum peruenirent, & quod ſic quod eſſent inuicem ſubſtituti, alias nō poſſet reſtituere. Sed dubium eſt, quādo teſtator indefinite fecit mentionē de hæreditate, vt ſi dictum ſit: Volo hæreditatē meum reſtitui, communiter tamē obtinuit non inductam reciprocam ſubſtitutionem. ita dicit cōmunem opin. Soc. d. §. cum ita, nu. 18. & conſ. 176. nu. 11. vbi magis communem dicit.

Declara etiam prædictam concluſionem, vt reciproca nō tantum intelligaē quoad fideicommiſſum, ſed etiā quoad vulgarem & pupillarem, quæ ſimiliter inductæ cenſentur, & hæc eſt magis cōmunis opi. vt teſtatur Rip. d. §. cũ ita, nu. 21. licet contrarium voluerit Dyn. d. l. vel ſingulis, quē communiter reprobari dicit Iaſ. d. l. precibus, C. de impub.

9 Quinta capitur ex eo, quod alia perſona magis directa quam mater fuit ſubſtituta, ut frater pupilli. ita docet Bar. d. l. Cēturio, & d. l. precib. hanc dicit communē opi. Aim. Crau. conſi. 141. nu. 7.

10 Sexta coniectura capitur, qn̄ in aliqua parte teſtamenti apparet, quòd teſtator verbum illud commune accepit pro directo, tunc enim colligitur eum pupillariter ſubſtituere voluiſſe, vnde in compendioſa pro directo accipi debet ad excluſionem matris. ita tradit Bar. d. l. Centurio, nu. 27. & cum eo tranſeunt ſimpliciter Doc. vt teſtatur ibi Gali. nu. 391. dicens eſſe verbum valde notandum.

11 Scias ēt, quod quandoque ex cōiecturis apparet teſtatorem voluiſſe excludere pupillarem.

12 Prima coniectura eſt, ſi cū cōpendioſa ſit mixta reciproca facta imparibus, quia tunc non continebitur pupillaris, vt dixi ſupra q. 54. nu. 4.

13 Secunda coniectura capitur, ſi ſubſtitutio fuit reſtricta ad bona teſtatoris tantum, quia pupillaris non continetur, ita tenet Salicet. d. l. precib. & hanc communem eſſe opinionem dicit Rip. d. l. Cenrio, nu. 120. & ita Peruſię fuiſſe iudicatū dicit Cor. conſi. 262. nu. 5. lib. 4.

Quæſtio LXXV.

SVMMARIA.

Compendioſa facta per verba communia in quota hæreditatis, an contineat pupillarē. n. 1. & portione bonorum. nu. 2.

DIctum eſt in compendioſa per uerba communia a pagano facta contineri pupillarem, quod procedit in hæreditate vniuerſali. Sed quæro, nunqd continebit, qn̄ facta fuit ſubſtitutio in quota

1 hæreditatis? Reſp. Diſtinguēdum eſt, aut tota hæreditas diſtribuita eſt per quotas inter plures perſonas, vt quandocunq; filius deceſſerit ſubſtituo Caium, in vna vncia, in reliquis Titium, & tunc infra pupillarem ætatem dicitur pupillaris directa. ita tenet Bar. d. l. Centurio, nu. 36. & cum eo tranſeunt omnes communiter ut teſtatur Soc. iun. ibi nu. 289. Galia. nu. 438. quia tunc etiam in tota hæreditate facta dicitur ſubſtitutio. Aut vero vnus tm̄ per verbū cōe vocatus eſt ad certam portionē hæreditatis, & tunc non comprehendit pupillarem directam, ſed tota ſubſtitutio cenſetur fideicommiſſaria. ita tradit Bar. d. l. Centurio, n. 36. & trāſeūt communiter Doc. vt dicit Soc. iu. ibi nu. 290. Gali. nu. 439. & ita dicit omnes tenere Pariſ. conſi. 59. nu. 1.

Idem

Idem dic in portione bonorum, nam que ſi omnia bona diſtributa ſint ꝑ quo tas pupillaris cõtinebitur, quonia idem eſt, ac ſi tota hæreditas diſtributa fuiſſet, ſecus ſi in vna portione facta fuiſſet ſubſtitutio. Bar. d. l. Cẽturio, quẽ cõiter probari dicunt ſupradicti, & communẽ dicit Sfor. Odd. fol. 162.

Quæſtio LXXVI.

SVMMARIA.

Compendioſa in re certa an pupillarẽ contineat. nu. 1. Etiamſi mentio facta eſſet pupillaris ætatis. nu. 2.

1 QVæro, quid ſi facta ſit ſubſtitutio in re certa ſpecifice nominata, vt puta fundo? Reſp. communis & recepta eſt ſnia, quod non continetur ſubſtitutio pupillaris, ſed dicitur particulare fideicõmiſſũ in re illa, ita tenet Bar. d. l. Centurio, nu. 33. & ibi dicit hanc eſſe communem Galiau. nu. 431. Soc. num. 236. Pariſi. conſi. 59. num. 5. & ita iudicatum. Boer. deciſ. 33. nu. 7. plures de communi teſtantes adducit Sfor. Oddo. dict. tract. compen. part. 5. ex quo ſubſtitutio in re particulari facta per verbum commune non importat inſtitutionem, ut uoluit gloſſ. communiter approbata l. his uerbis, ff. de hæred. inſtitu. ut teſtatur Pariſ. d. conſil.

2 Et hæc cõcluſio procedit etiam, ſi facta eſſet mẽtio pupillaris ætatis, ut ſi teſtator filia inſtituta in mille ducatis dixerit. Si filia mea deceſſerit in pupillari ætate vel poſtea quandocũque, uolo q̃ dicta quantitas perueniat ad talẽ. ita tenet Bar. d. l. Centurio, nu. 34. & hanc dicit eſſe communem Soc. Iun. con. 136. nu. 1. & 2. vol. 1. licet in d. l. Centurio dicat articulum eſſe valde dubium, & non facile colligi poſſe, quæ ſit communior hanc quoque communem dicit Ro. conſi. 58. nu. 1. & Bar. doctrinam communiter ab omnibus approbatam eſſe dicit Pariſ. d. conſi. 59. nu. 5. Corn. conſi. 47. nu. 12. vol. 1. Sed hanc magis communẽ eſſe nouiſſime teſtatur Sfort. Odd. d. tract. 5. par. fol. 167. quamuis ille contrarium ſentiat.

Quæſtio LXXVII.

SVMMARIA.

Compendioſa per uerba cõmunia ſi non põt ualere iure directo, an contineat fideicõmiſſariam, nu. 1. declara nu. 2. 3.

1 SVpra dixi ſubſtitutionem cõpẽdioſam factam a pagano per uerba communia continere fideicommiſſaria, ſed quid eo caſu, quando non poteſt ualere iure directo? Reſp. Conueniunt omnes, omni reſpectu contineri fideicommiſſariam, not. Bar. d. l. Centurio, ibi Galiau. dicit ita communiter teneri, & ita paſſim omnes Doct. tenent, & communiter aſſirmant, nemoque diſcrepat dicit Sfort. Odd. d. tract. 5. par. fol. 169. uerſ. quo ad tertiam, Franc. Burſ. conſi. 71. nume. 11.
2 uolum. 1. Quam concluſionem declara ut non procedat, ſi teſtator dixerit ſĩpliciter filio meo impuberi, ſi deceſſerit, ſuccedat Caius, abſq; verbo (q̃ncũque) uel ſimili tractũ temporis habente, quia tunc ex quo uerbum impuberis adiungitur uerbo executiuo, ſubſtitutio reſtringitur ad pupillarem tantum, nãque tẽpore ſucceſſionis debet eſſe pupillus ita tenet Bar. d. l. Centurio, nu. 31. verſic. ſi vero ponitur, & cum hoc trãſeunt communiter Docto. excepto Polito. vt teſtatur Galiau. ibi num. 417. Secus vero eſt, ſi verbum impuberi iungitur uerbo diſpoſitiuo, quia compendioſa tunc non reſtringitur ad pupillarem ætatem, ſed erit pupillaris in pupillari ætate poſtea fideicõmiſſaria, Bar. d. l. Centurio, n. 31. & communiter ſequuntur Docto. vt ait Galiau. nu. 413.
3 Intellige etiam ſecundo, ut fideicommiſſaria non contineatur, quando ſubſtitutio facta eſt filiis filiorum in conditione poſitis. Quia ab eis ut nõ honoratis reliquũ & fideicommitti non poteſt ſecundum vnam magis communem ſententiam, ut dixi §. ſeq.

Quæſtio LXXVIII.

SVMMARIA.

Compendioſa facta per uerba directa & cõmunia, quas ſubſtitutiones cõtineat. diſtinguitur caſu. nu. 1. 2

PRæterea quæro quid ſi ſubſtituatur compendioſæ ꝑ uerba directa

 & commu-

& communia ſimul, quas ſubſtitutiones cōtinebit vel vtri ſtabitur? Reſp. Ex intē tione Bar. & Doc. diſtinguēdi sūt caſus, & ita plures conſtituendæ cōcluſiones.

1 Primus caſus, quando iſta verba dirigun tur ad vnum ſubſtitutū, vt ſi teſtator di xerit: Inſtituo filium meum impuberē, & quādocūque deceſſerit, ſubſtituo Ca ium, & eum hæredem facio, & tunc ſi fa cta ſit per uerbum commune & directū, directum importabit directam, cōem, fideicommiſſariam, ita tenet Bar. d. l. Centurio, nu. 38. & cum eo tranſeunt cōiter Doc. ut teſtat̄ Alex. ibi. Alex. Iaſ. Claud. Soc. iun. nu. 308, Galia. nume. 480. & ibi Loazes in addi. licet in contrariam partem inclinet Sfor. Odd. d. trac. cōp. par 5. fol. 173. & hoc caſu erit in electione ſubſtituti, ex qua uelit ſubſtitutione ſuc cedere, Bar. d. l. Cēturio, n. 38. quem cōmuniter ſequuntur Doc. ut teſtat̄ Alex. nu. 95. Iaſ. & Soc. iun. ibi nu. 310. Pariſ. conſi. 36. nu. 40. uol. 2. Soc. conſi. 144. n. 3. uol. 1. Bero. conſi. 18. num. 25. lib. 3. & quod hec Bar. opinio indiſtincte ſit uera dicit Apoſt. ad Dec. d. l. precibus. lit. S. & quod ita obſeruatur Guid. Pap. deciſ. Delph. 538. Sfor. Odd. d. par. 5. fol. 174. Sicut enim ſi plures difformiter ſubſtitu ti, vnus directo, alter per fideicommiſſū, uno recuſante alter per fideicommiſſum admitteretur, ita unus ſolus, in quo plu res ſubſtitutiones cumulatæ, renuncian do ex prima, capere poteſt ex ſecunda, & ita ex obliqua ſecundum eius natu ram.

Sin aūt ſacta compendioſa per verbū cōe & obliquum, cōe importabi, directā obliquum ſuam, ſi fideicōmiſſariam, ita tenet Bar. d. l. Centurio, & tranſeunt cū eo Doc. ut teſtatur Soc. ibi nu. 315.

2 Secundus caſus eſt, qn̄ plures sūt ſub ſtituti, vnus per verbum directū, ſecundus per verbum cōe, tertius per obliquū & hic caſus dubius eſt, quē terribilē uocat Bar. pro cuius reſolutione præmitte

3 primo: Quod verbum cōe certæ portioni uel rei adiectum nunquam trahitur ad directum Bar. d. l. Centurio, & ſequū tur Doc. communiter. Secundo præmitte, quod ſubſtitutio per verba obliqua nunq̄ trahitur ad directā d. l. verbis ciui libus. Tertio, quod ſubſtitutus per verbum directum, etiam in re certa, ſi non ſit datus alius cohæres vniuerſales, ſi hæres uniuerſalis.

4 His præmiſsis diſtingue caſus. Primus eſt, qn̄ in cōpendioſā vnus fuit inſtitutus per uerba directa in certa portio ne vel re, & alius in reſiduo per verba cō munia, tunc verbum commune trahitur ad uniuerſitatem, & dicit̄ directo ſubſtitutus per uulgarem vel pupillarem. ita tenet Bart. d. l. Centur. & oēs tranſeunt ut dicit Soc. ibi nume. 319. Secus vero ſi ſubſtituitus per verbum commune ſit in re certa ſubſtitutus, nam tunc inſtitutus in re certa directo erit hæres uniuerſalis, alter legatarius. Et ſi tota hæreditas ſit di ſtributa per portiones, tunc uterque erit hæres directus.

5 Scd̄s caſus eſt, quando vnus vocat̄ p verba directa, alter per obliqua, & tūc il le erit hæres indiſtincte, qui per directa, alter fideicōmiſſarius. ita tenet Bart. d. l. Centur. nu. 40. & ſequuntur Doc. cōiter vt fatetur Soc. iun. ibi nu. 322.

6 Tertius caſus eſt quando ſubſtituitur vnus per cōmunia, alter per obliqua, & tunc conclude, quod ſi ſubſtitutus per commune ſit in uniuerſum, ſubſtitutus erit hæres vniuerſalis, quia verbum cōe additum vniuerſitati trahitur ad directā, vt dicunt omnes ſecundum Bar. d. l. Centur. nu. 4. Sin vero ſubſtitutus ſit per verbum commune in certa portione, tunc tota ſubſtitutio erit fideicommiſſaria. ita idem Bar. d. l. Centurio. n. 41. & cū Bart. tranſeunt cōmuniter Doc. vt refert Soc. nu. 324. & quod hanc concluſionem oēs conformiter tenent teſtatur Apoſto. ad Alex. conſi. 12. li. 3. lit. B. addens Zaſ. nō faciendo differentiam inter ſubſtitutionem in re certa & portione hæreditaria incaute confundere communes concluſiones, nec ſua probare, nec contraria ex pugnare.

Quæſtio LXXIX.

SVMMARIVM.

Compendioſa finitur morte ſubſtituti uiuente inſtituto. nu. 1.

Finitur deficiente conditione. nu. 2.

Subſtitutio cōpēdioſa facta plurib. īſtitutis an ſufficiat cōdōnē impleri ī pſona uni9 diſtinguūtur plures caſus. n. 3. 4. & ſeq.

Nunc

NVnc qualiter finiatur compẽdioſa videndum, & tunc ſi quæras de ipſis ſubſtitutionib. in ea comprehẽſis: Dic quod quælibet earum finitur iſtis modis, quibus ſupra, de per ſe factus finiri diximus in materia cuiſlibet. Compẽdioſa autem per ſe principaliter finitur duobus modis.

1 Primo, ſi ſubſtitutus deceſſerit ante inſtitutum, & ſic ante euentum cõditionis, & tunc ſubſtitutio fit caduca, de quo dixi §. ſeq. vbi vide.

2 Secundo finitur eo ipſo quod deficit conditio in ea appoſita, & hoc quidem de plano procedit, quando ipſa ſubſtitutio compendioſa facta eſt vni, namque tunc ſicut habet effectum eueniente conditione, ita & deficiente finitur. Sed dubitatio oritur, quando ſubſtitutio cõpẽdioſa facta fuit pluribus inſtitutis, in quo articulo duo ſunt conſiderandi caſus principales.

3 Primus caſus eſt, quando ſubſtitutio compendioſa facta fuit pluribus ſeparatim, & breuiter conclude, quod tunc ſufficit conditionem impleri in perſona vnius, vt. ſ. reſpectu ſuæ partis locum habeat ſubſtitutio, qnia teſtator cuiuſque perſonã conſideraſſe intelligitur, & hæc concluſio procedit ſine dubio in omni ſubſtitutione, ẽt directa, ſiue ſuccedatur ex vulgari, ſiue pupillari, ſiue fideicommiſſaria vt tradit Bart. d. l. heredes, §. cũ. ita ff. ad Treb. & ibi tranſire communiter Doct. dicit Rip. & omnes.

4 Secundus caſus eſt, quando compendioſa facta eſt pluribus ſimul, & nõ ſeparatim, & tunc quoniam plures ſubſtitutiones cõtinere poteſt, tres inſpectiones faciendæ ſunt: Prima, quid in vulgari, Secunda, quid in pupillari, Tertia, quid in fideicommiſſaria.

Quoad primã ſcilicet vulgarem, quatuor caſus diſtingue.

Primus eſt, qñ vulgaris ſimpliciter facta eſt pluribus ſub conditione ſi hæredes non erunt, ſi Titius & Seius hæredes non erunt. & tunc cõclude, quod ſubſtitutio non hẽt locum niſi oẽs non ſint hæredes. ita tenet Baſt. d. §. cũ ita, & eſt cõis & recepta ſñia, vt teſtatur Alex. ibi Soc. iu. n. 72. & ſeq. Rip. nu. 95. Ruin. dicens non eſſe a ſentẽtia Bar. recedendũ. cõtra dicit Soc. l. is, qui. §. ſi pater. ff. de reb. dub. Alex. l. pen. C. de impub. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 24. num. 7. & quod illud communiter tenetur dicit Bened. Capr. tract. ſubſti. comp. nu. 166.

Secundus caſus eſt, quando copulatiue facta fuit vulgaris, vt ſi Titi⁹ & Seius hæredes non erunt, & tunc ſimiliter implementũ in vtriuſque perſona requiritur Bar. d. §. cum ita. & eſt cõmunis opinio, vt dicit Soc. ibi nu. 72. & omnes præ allegati, vt dicit Vaſq. d. §. nu. 35.

Tertius caſus eſt, quando vulgaris eſſet facta per nomẽ collectiuum, vt ſi ambo, ſi vterque, ſi oẽs non ſint hæredes, & conclude ſimiliter non eſſe locũ vulgari, niſi in omni perſona conditio exiſtimat, Bar. d. §. cum ita, & cum eo eſt cõmunis opi. vt teſtatur Soc. iu. ibi nu. 77. Capr. d. tract. nu. 170. communem dicit Vaſq. d. §. nu. 36. & ſeq.

Quartus caſus, qñ ſubſtitutio fit alternatiue, vt ſi primus, aut ſecundus hæredes nõ erunt: vel alternatim, vt ſi prim⁹ hæres non erit, aut ſecũdus nõ erit, tunc poſt vnius excluſionẽ ſtatim admittitur ſubſtitutus. hanc dicit communem opinionem Vaſq. d. §. nu. 27. & 33.

Circa pupillarem vero ſubſtitutionẽ ſimiliter diſtingue caſus.

9 Primus eſt, ſi facta ſit pluribus inſtitutis ſimpliciter, vt ſi tales filij deceſſerint in pupillari etate, vel copulatiue, vt ſi Titius & Seius deceſſerint, & tunc conclude ſubſtitutioni non eſſe locum, niſi exiſtat in perſona omnium. ita tenet Bar. d. §. cum ita, & hanc eſſe communẽ opin. dicit ibi Socin. iun. nume. 80. Rip. nume. 118. Quia ſupereſt alter pupillus qui ex præſumpta mente ſubſtitutum excludat.

10 Et hæc concluſio declaratur vt non procedat, ſi primus pubes factus deceſſerit, vltimus uero in pupillari ætate, namque ſubſtitutus nihilominus admittitur. ita tenet Bart. d. §. cum ita, & communem eſſe hanc opin. teſtatur ibi Rip. num. 127. Ant. Gome. variar. reſol. tom. 1. c. 5. nu. 21. quia non ſupereſt perſona, quæ ex veriſimili mente ſubſtitutum excludat.

11 Quod tamen non habet locum, quãdo ſupereſt filius primi decedẽtis, tempore

pore quo decedit vltimus, qui ex præſumpta mente ſubſtitutum extraneum excludit. ita concludit Bar. d. §. cum ita, & receptũ cõmuniter enunciat Rip. ibi n. 128. quamuis Im. contrarium ſenſerit.

12 Scias etiam, quod prædicta concluſio procedit, quando ſubſtitutus eſt extraneus: ſecus vero, ſi alter filius, namque cum ille ſit in pari gradu cum ſuperſtite ex inſtitutis potior eſt, & admittitũ propter expreſſam ſubſtitutionem, excluſo altero fratre cohærede. ita uidetur de mẽte Bar. d. §. cum ita in fin. & quod iſta ſit communis opinio teſtatur Soc. ſen. ibid. 1. limit. 2. concluſ. Soc. iun. nu. 81. magis communem dicit Ripa num. 124. Gomez. d. nu. 21.

13 Intellige etiam ſupradictam cõcluſionem non procedere, ſi pupilli quibus facta eſt ſubſtitutio, ſint ex diuerſis matribus, exiſtente matre defuncti, eo quod pupillus conſanguineus tantum, qui ſuper eſt, defuncto non ſuccedat ab inteſtato, quia tunc admittitur ſubſtitutus. ita communiter teneri dicit Rip. d. §. cum ita, nu. 119. & ſeq.

14 Secundus caſus eſt, quando ſubſtitutio facta eſt ſub nomine collectiuo, ut ſi omnes, ſi ambo, vel uterque deceſſerint, & tũc ex proprietate uerborũ & teſtatoris uoluntate in omnium perſona ſubſtõ uerificari debet, & hoc non habet dubiũ ſecundum omnes. d. §. cum ita.

Circa tertiam inſpectionem diſtingue ſimiliter duos caſus.

15 Primus eſt, quãdo ſubſtitutio facta ẽ pluribus ſimul ſimpliciter & abſolute, & ſecundum, quod vno decedente ſtatim ſit locus ſubſtituto. tex. eſt l. Lucius, §. Caro. ff. ad Treb. & ita tradit Bar. d. §. cũ ita, n. 6. & eſt cõis opinĩo, vt teſtatur Soc. iu. nu. 85. licet contrarium teneat Rip. nu. 129. Soc. ſen. cõſ. 94. n. 5. uol. 4. Ant. Gomez. d. c. 5. n. 21. quia regulariter pluralitas reſoluitur in ſingularitates.

16 Intellige tamen hanc concluſionem, vt procedat, quando ſubſtitutio ſit inter extraneos, ſecus ſi fiat inter filios deſcẽdentes, quia tunc ſubſtitutus nõ admittitur poſt mortem vnius, ſed omnium tantum, ſiquidem ſupereſt perſona quæ ex verũimili mente eum excludit, ita docet Bar. d. §. cum ita, uerſ. item fallit, & hanc eſſe communem opin. Soc. ſent. 13. col. uerſ. circa ſecundum, Soc. iun. 86. magis communem Rip. num. 130. Ant. Gome. d. c. 5. nu. 21.

17 Et nota, quod licet quidã exiſtiment, ex uerisimili mẽte eos excludere, qui ab inteſtato ſuccedunt, tamen magis communis eſt opinio, id in liberis teſtatoris tñ procedere, ut teſtatur Rip. d. §. cum ita, n. 132. Soc. iu. n. 88. & dixi ſupra q. 61

18 Scias etiam prædictam concluſionem procedere, quando ſimpliciter facta eſt ſubſtitutio non habita mentione totius hæreditatis uel omnium bonorum, ſed magna eſt controuerſia quid dicendum, ſi ſubſtitutio fiat in tota hęreditate. Nãque Bar. l. quidã teſtamento, ff. de vulg. uoluit omnium mortem requiri, cuius contrarium plerique alij tenent. Sed pẽdet deciſio huius controuerſiæ ab eo, an hoc caſu inſtituti reciproce ſubſtituti cẽſeãtur, quod non eſſe ſupra q. 61. magis cummuniter teneri demonſtrauimus, vnde uerius eſt in caſu noſtro quoque vno mortuo ſubſtitutum admitti. ita communem ultra ibi allegatos dicit Rip. dict. §. cum ita, num. 136. Socin. iun. nume. 93. quamuis decepti contrariam Bar. opinionem hodie forte communem uideri dicant. hanc quoque communem tradit Alex. conſi. 81. lib. 1. conſil. 92. lib. 3. ubi num. 13. dicit, quod vidit ita ſeruari, & in fi. dicit eſſe magis communem opin. à qua conſulendo & iudicando non ſit recedendum.

19 Secundus caſus eſt, quando ſubſtitutio facta eſt copulatiue, ut ſi Titius & Seius deceſſerit ſine liberis, uel ſi ambo vel uterque deceſſerint, & tunc licet non ex proprietate uerborum, purificata conditione in perſona unius, tñ ex mẽte teſtõris admittitur ſubſtitutus. ita tenet Bart. d. §. cum ita. & ita tenent magis communiter Doct. vt teſtatur ibi Soc. ſenior, & Soc. iun. nu. 97. Rip. nu. 143. quamuis ipſe contrarium defendat, quod non facile recedatur á proprietate uerborum quæ eum excludit. Sed durum eſt a communi recedere, communem quoque teſtatur Gom. d. c. 5. n. 21. Et hoc procedit inter extraneos, ſecus inter liberos, quia tunc ſupereſt perſona quæ ex uerũimili mente excludit, ut ſupra dixi.

Quæſtio

Queſtio LXXX.

SVMMARIVM.

Conditio ſi ſine liberis qñ exiſtimat vel nõ?

QVæro vlterius, quando dicatur verificata conditio ſi ſine liberis deceſſerit, vel nõ? Hæc ardua quæſtio & multum diffuſa eſt, dixi infra §. ſeq. ubi uide.

Quæſtio LXXXI.

SVMMARIA.

Directa ſubſtõ an coniecturis inducatur. nu. 1. & 2. declaratur nu. 3.

Subſtitutus ſi filius poſthum⁹ nõ naſcaĩ admittitur ex tacita pupillari, ſi naſcaĩ & adeat, & poſtea ĩ pupillari decedat. n. 4.

Teſtator filio ĩſtituto pupillariter ſubſtituit Titiũ, & quandocunque Titius deceſſerit, ſubſtituit ei Semproniũ, Titio prædefuncto pupillo, Sẽpronius admittitur ex ſubſtitutione pupillari. nu. 5.

Subſtitutio facta in caſu filiorũ naſciturorum, verificatur nullis natis, nu. 6.

In ſubſtitutionib. fit lata interpretatio, n. 7

Subſtitutio potius interpretatur directa, quam obliqua. nu. 8. & 9.

Subſtitutio extẽditur de caſu ad caſum, nõ de perſona ad perſonam, nu. 10. & ſeq.

Subſtitutio declaratur ab inſtitutione.

1 DIctũ eſt de ſingulis directæ ſubſtitutiõis ſpeciebus: Qm̃ aũt ſparſim de tacita volũtate & interpretatione mẽtis teſtatoris facta eſt mẽtio, nũc epilogi loco generaliter quæro, nũquid in directis ſubſtitutionib. ex coniecturis locũ hẽat extẽſio? Reſ. In hac quæſtione duę principales inſpectiones pñt cõſiderari: Prima, quãdo agitur de directa ſubſtitutione inducenda. Scđa, de ſubſtitutione dubia declaranda, extẽdẽda vel limitãda.

2 Circa primã; ſciẽdũ eſt ſubſtitutionẽ directã coniecturis non induci, nec ſubintelligi, ſed eã expreſſis uerbis fieri debere, adeo ut is q ſubſtitutionẽ factã ĩ teſtõ allegat, eã pbare & oſtẽdere teneatur. Hæc eſt generalis theorica, ut teſtatur. Soc. iun. l. hæredes, §. cũ ita, n. 19. & 20. ff. ad Treb. & conſil. 101. nu. 3. uol. 1. Iul. Clar. §. teſt. q. 70. uerſ. maxime cõem quoque dicit Fern. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 25. nu. 52. rõ eſt, quia ſubſtitũ directa eſt altera inſtitutio, quam expreſſis uerbis fieri oportet, vt dixi ſup. §. inſtit.

3 Et hæc plane procedunt, quando agitur de inducenda directa ſubſtitutione ex præſumpta mente defuncti, ſecus qñ a lege inducitur ex interpretata mẽte diſponentis, ut fit in vulgari, quæ cõtinet pupillarem tacitam, & econtra; quæ tacita ſubſtitutio neq; ex uerbis neq; mẽte teſtatoris colligitur, ſed inducitur a iure per interpretationem, ſiquidẽ ius interpretatur, quod ſi teſtator, cogitaſſet, ſubſtituiſſet ſimiliter.
4 Vnde ſi teſtator ita ſubſtituat, ſi filius meus poſthumus naſcaĩ ſit hæres talis, & poſthumus nõ naſcaĩ, & adeat uel ſeſe immiſceat, & decedat infra pubertatem, admittitur ſubſtitutus ex tacita pupillari. tex. l. fi. C. de inſtit. & ſubſt. & ibi tenet Bar. & ſequuntur Doc. communiter, vt dicit Ant. Gome. uaria. reſolut. tom. 1. c. 3. nu. 10.

5 Similiter ſi teſtator inſtituat filium hæredem, & ſi in pupillari ętate deceſſerit, ſubſtituat Titium pupillariter, & ſi Titius ſine liberis deceſſerit, ſubſtituat ei Seium, & contingat Titium pupillariter ſubſtitutum diſcedere ĩ uita pupilli, poſtea decedat pupillus in pupillari ætate, admittitur ſeius, & erit pupillo ſubſtitutu pupillariter. tex. l. quãdiu. verſ. is autem, ff. de acq. hær. & ibi tenet Bart. quem Doc. communiter ſequuntur, dicentes eſſe ſingulare, quotidianum, & menti tenendum, & hanc eſſe communẽ Doc. opinionem veriſſimam & notabilẽ dicit ibi Are. Pariſ. conſi. 73. nu. 10. & n. 28. & nu. 35. dicit ab ea non eſſe recedendum. Ale. conſ. 194. & Bart. doctrinam communiter approbatam eſſe dicit Marzar. in epith. fideicom. q. 25. Ant. Gome. d. c. 3. nu. 10.

6 Ex his quoque ſi teſtator inſtituat filium naſciturum, & ſi in pupillari ætate, vel poſtea qnandocunque deceſſerit, ſubſtituat alium filium ſecundo naſciturum, & ſi is quoque in pupillari ętate uel poſtea quandocunque moriatur, ei Titium ſubſtituat, poſteaque contingat ex vxore vnum naſci poſthumum, licet ſecundus non naſcatur, tamen ſi primus in pupillari deceſſerit, Titius ſecundo ſubſtitut⁹, ex tacita vulgari, cuius virtute primo filio ſubſtitutus erat eodem caſu quo ſecundus ei fuit ſubſtitutus. ita tenet Bal. l. fi. C. de inſt. & ſubſtit. &

commu-

cõmunem dicit opinionem Zanch. l.hæredes, §.cum ita, ff.ad Treb.contra Old. conſ.177. & hanc indubiã appellat Frã. Marzar.conſ.1.nu.4. ſecundum iudicatum fuiſſe in Curia Romana dicit idem in Epiph.fideicommiſ.q.13.par.2.communem refert Burſa.conſi.19.num:13. vol.1. & Old.ſententiam falſam eſſe dicit Moder. Pariſ.addit. ad Alexand. cõſ. 1.ſub nu.10.vol.1.& in cõſuetud.Pariſ. niſi §. 120. & hanc opinionẽ dicit ſe habuiſſe de facto, & quod vidit ita ſeruari dicit Alber.de Roſa.ſummus Practicus d.l.1.ff.de vulga.& Craſſus contra Scæuolã in clariſſima M. Curtij cauſa apud centumuiros ſummo concurſu hominũ & incredibili expectatione Romæ dedit,& obtinuit vt refert Cicero in Ora. pro Cæcinna.

7 Circa ſecundam inſpectionem aduertendum eſt in ſubſtitutionibus declarãdis, latiſſimam & benigniorẽ fieri interpretationem, vt valeat quatenus cõiectura capi poteſt,teſtatorem hoc voluiſſe.ita tradit gl.l. Gallus §.& quid ſi tantum ff.de lib.& poſthum.& communem dicit eſſe opinionem Soc. iun.conſil.94. num.42.volum.1.

8 Ex quibus ſubſtitutio ambigua magis interpretatur, vt ſit directa,quam obliqua vt dixi præced.§.q.14.nu.4. quia directa magis fauorabilis eſt.vt de pupilla ri dicunt omnes l.2. ff. de vulg.obliqua autem odioſa eſt.vt dixi §.ſeq.q.1.

9 Hinc eſt,quod ſi teſtator dixerit:ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate,volo quod bona mea deueniant ad Sempronium,ſubſtitutio potius pupillaris,quã fideicommiſſaria intelligitur, licet facilius fideicommiſſaria dici poſſit,per quã teſtatori ſucceditur; Quia ibi ſi mentio pupillaris ætatis,& ſubſtitutio illa perſonis & verbis põt conuenire,itaq; magis teſtator præſumitur pupillariter voluiſſe ſubſtituere, & verba illa (bona mea non debent impedire, ſed potius reijci.ita tenet Bar.l.ſi ita ſcriptũ,§.qui filio,ff.de bon.poſſeſ. ſecund. tab. & hanc dicit magis communem opin.Socin.iun. conſ.95.num.29.& 37.volu.1.quod tamen declarat,vt nõ procedat, quãdo cõpẽdioſa per verba cõmunia ad certa bona reſtricta eſt, quia nũquam intelligitur directa, ſed fideicommiſſaria,vt dixi §. præced.q.77.

Alia quoque datur regula,quod ſubſtitutio dubia recipit interpretationem voluntatis ex præcedente inſtitutione, vt quemadmodum teſtator aliquos dilexit inſtituendo,ita etiam præſumatur dilexiſſe ſubſtituendo. hanc dicit eſſe communem Doctorum ſententiam Cur.iu. conſil.9.num.8.

Ex quo eſt, ꝙ partes in ſubſtitutione cenſentur repoſitæ, quæ ſunt poſitæ in inſtitutione text. eſt l.1. C.de impub. & alijs ſubſtit.vt ſi verbis appellatiuis vocauit teſtator ad ſubſtitutionẽ,dicendo, quiſquis mihi hæres erit,indiſtincte debẽt intelligi vocari pro hæreditarijs portionib.hac dicit eſſe cõmunem opi. Ale. l.ſi quis duobus,nu.2.C.de impub.

Intellige tamen prædicta niſi ex coniecturis de cõtraria teſtatoris voluntate appareat,vt q̃a ſubſtitutio facta eſt in totum expreſſus nominibus proprijs, vel quia onus æqualiter iniunctum eſt, vt docet gl.d.l.1.quam Doct.ſequuntur cõmuniter,vt dicit Dec.ibi.

In propoſito circa declarationem dubiæ ſubſtitutionis videnda ſunt quæ dixi infra.§.teſtamentum, de voluntate teſtatoris interpretanda.

10 Secundo ſciẽdum eſt, in ſubſtitutione directa de caſu ad caſum fieri extẽſionem, quando eadem ratio & teſtatoris mens in vtroque concurrit,ſecus vbi de caſu ad caſum par ratio non extat,vel alias id ex præſumpta teſtatoris mente nõ cõſtat.ita tenet Bald.d.l.cum proponas, C.de hæred.inſtit. & tenent omnes in l. Gallus, §. & quid ſi tantum,ff.de lib.& poſthu.vt teſtatur ibi Soc.iun. num.33. Io.Dilec.de arte teſtand.tit.5. cau.5.Iaſ. conſ.203.vol.1.Gom.varia.reſol.Tom. 1.c.3.nu.10.Burſ.cõſ.51.nu. 24.Tobias Nonius conſ.25.nu.19. faciunt quę dixi ſupra q.6.vbi latius explicuimus,quãdo vulgaris ſubſtitutio facta in vnũ caſum ad alium extendatur.

Hinc eſt,quod ſi teſtator non habens filios vel deſcendentes, inſtituat fratrẽ vel alium conſanguineum,vel extraneũ hæredem vniuerſalem, & ſi cõtingat ꝑ mori viuo teſtatore, ſubſtituat ſibi aliũ ſi deceſſerit prius teſtator, & ſuperuixit

hæres

hæres inſtitutus,qui deceſſit hæreditate non adita,ſubſtitutus admittitur, & excluditur ſucceſſor ab inteſtato ipſius teſtatoris,quia ſubſtitutio vulgaris concepta in vnum caſum comprehendit aliũ ſibi ſimilé.ita tenet Fulgo.l.1.ff.de vulg, & ſequuntur ibi Doc.& quod iſta ſit cõmunis opinio, vera & tenenda dicit Gomez.d.c.3.nu.16.

Similiter inde eſt, ꝙ ſi teſtator duob. impuberib. inſtitutis ei qui nouiſſimus moriretur alium ſubſtituit, & ambo ſimul ruina vel naufragio perierunt,ſubſtitutus vtrique fit heres ex teſtatoris ꝓſumpta mente & voluntate, licet vterq; caſus expreſſus non ſit. ita eſt text.l. ex duobus,ff.de vulg. & hanc eſſe communem opinionem dicit Soc.l. qui duos.n.4.ff.de reb.dub.Fern.Vaſq.de ſucceſ.progreſ.§.24.num.50.

Infertur, ꝙ ſic teſtator inſtituat filiũ ſuum impuberem hæredem, & ſic infra decimum annum deceſſerit,Seium hæredẽ eſſe voluit,mortuo filio poſt 10.annos,ante 14. annum nõ admittitur ſubſtitutus,nec de vno caſu ad alium fit extenſio,qa deficit voluntas defuncti,imo repugnat, quia intra illud tẽpus voluit ſubſtituere.ita tradit gl. & ſequitur Bar. & Doct communiter l. ſi ita quis, ff. de vulgar. vt teſtatur Anto.Gomez.d.cap.7.nu.10.in fin.

Item,ſi teſtator ſubſtituat filio furioſo,ſi deceſſerit in fautore,quo detinebatur tempore teſtamenti,& poſtea furere ceſſauerit, & in prodigalitatis vitium lapſus fuerit,uel mutus factus,ita vt teſtari non poſſit, locum habet ſubſtitutio exemplaris, & extenditur de vno caſu expreſſo ad omiſſum ſimilem. ita tenet Barto.l. ex facto.ff.de vulg. & ſequũtur Doct,communiter, vt teſtatur Rip.ibi, nu. 83. quia teſtator ſi de hoc caſu cogitaſſet,ſimiliter prouidiſſet.

Porro extenſio de caſu ad caſum non habet locum, quando ſubſtitutio facta eſt in pęnam inſtituti.ita tradit Bar. l.pater ſeucrinam,ff.de cond.& demõ. & eſt communis opinio, vt dicit Iaſ.num.23. Soc.nu.14.d.l.1.ff.de vulg. Polit.tract. ſubſtit.vulgar.par.6.nu.7. Gomez.d.ca.3.nu.10.ibi Suarez addit.nu.25.

Item,declara vt non procedat,quãdo dictum eſſet,tunc,& eo caſu,quia ſubſtitutio non extenditur, ſed per prædicta verba reſtrictiua ad caſum tantũ expreſſum reſtringitur.ita tenet Anchar. conſ. 256.num.6.& ſeq.& in hoc conueniunt omnes,vt teſtatur nouiſſime Cardin.Alban.lucubrat.ad Bart.l. 1.num. 13.ff.de vulg.Franc.Burſa.d.conſil.51.num.25. volum.1.

Sed diuerſam ſententiam quamplures alij defendunt, & ita deciſum & iudicatum fuiſſe in Rot.Rom. refert Caſſio. tit.de teſta.q. 1. quem refert & ſequitur Dilec.d.tit.5.caut.5.num.5.Marzar.Epito.fideicom.q. 24. conſ.4.conſ.6.nume. 12.& conſ.7.num.11.

Tertio aduertẽdum,quod in ſubſtitutionibus directis extenſio de perſona ad perſonam non permittitur,etiã ex veriſimili mente teſtatoris.ita tenet gl.l. Titius,in prin.verb. & econtra, ff.de lib.& poſthum.& ſequitur Aret.d.§.& quid ſi tantum. hanc dicit eſſe cõmunem Doct. opinionem Ruin. conſil. 74.vol.1. Gabriel conſ.111.num. 13. Anto.Gabriel. com. concluſ.lib.6.titu.de reg. iur.conclu. 10.nu.9. Fernand.Vaſqui.§.25.nu. 53.de ſucceſ.progreſ.Quod tamen intelligitur non procedere,quando illa perſona,ad quam fit extenſio,aliquo modo poteſt comprehendi ſub verbis & mente diſponentis,vt dixi §.ſeq.An nepotes admittantur ad fideicommiſſum, & ſupra hic nu.4.& 5.

Quarto alia traditur regula trita, & vulgata, quod quãdo ſupereſt perſona, quæ ex veriſimili mente teſtatoris excludit ſubſtitutum, ſubſtitutio ceſſat.tex.l. pen.C.de impub.& tenent omnes Doct. l.heredes,§.cum ita.ff.ad Trebel.vt dicit Soc.ibi.Perſona autem quę excludit,intelligitur quãdo eſt de liberis teſtatoris. hanc dicit communem opinionem Alciat.conſ.39.nu.16.lib.9. neque hoc ſufficit, ſed requiritur quod proximior ſit in ſucceſſione ab inteſtato, ita quod ab inteſtato excludat ſubſtitutum.ita tenet Bart.d. §. cum ita. & eſt communis ſententia,vt teſtatur Crauet.conſi.109.nu. 3.& dixi ſupra q.79.

§.Fidei-

§. Fideicommiſſum.

DICTVM eſt in p̄cedentibus, q̄uo directo quis fiat hæres; Nunc videndū de fideicōmiſſis, quib. per obliquū hæres fit. Eſt autem fideicommiſſorum materia ampliſſima & vſibus forenſibus frequens, at difficilis, vt quæ a cōiecturata & veriſimili defunctorum mente & voluntate plurimum pendet. Nos vtiliora & magis dubia tractabimus.

Quæſtio prima.

SVMMARIVM.

Quo iure ſint introducta fideicommiſſa.

QVæro itaq; imprimis, quo iure fideicommiſſa fuerunt introducta? Reſp. quod fideicommiſſa & eorum ualiditas originaliter experunt iure ciuili, cum prius pudori hæredis commiſſa eſſet reſtitutio. ita tradunt omnes l. 1. ff. de leg. 1. ut dicit Pariſ. conſ. 1. nu. 61. uol. 2. idque ea ratione ut uolūtates defunctorum citius exitum haberent, qui cum directo poſt tempus pubertatis & aditæ hæreditatis hæreditatem ab inſtituto auferre, & alteri dare non poſſent, inuentū fuit. ut poſſent per uiam fideicommiſſi facere.

Quæſtio ſecunda.

SVMMARIVM.

An fideicommiſſa cenſeantur fauorabilia vel odioſa.

QVæro, an fideicōmiſſa ſint fauorabilia uel odioſa: Vtilitas eſt maxima, ut ſciatur. ſ. an in dubio pro uel contra fideicommiſſum ſit pronunciandum? Reſpon. uariatum eſt ab interpretibus: Sunt enim quamplures exiſtimantes fideicommiſſum eſſe odioſum, in dubioq; id nō extare pronunciandum fore, quā ſententiam amplectitur glo. l. ex tribus, C. de inoff. teſt. & ibi Iaſ. & communiter Doct. ſequuntur, & ex communi refert Sylua. conſ. 64. nu. 19. 25. & 28. & Port. conſ. 43. nu. 13. 14. & ſeq. & ex authoritatibus adductis per Marzar. in empith. fideicommiſ. apparet par. 2. n. 4. qui non dubio id concedere uidetur, & conſil. 7. ubi hoc vulgatum nūcupat, nu. 12. licet ipſe non ſequatur, & cōiter hoc teneri teſtatur Burſ. conſ. 1. nu. 12. Ludo. Zuntus in conſ. inſcripto pro uxore, n. 799. ubi dicit cōmuniter adhoc allegari text. l. cohæredis, §. cū filia, ff. de uulg. & pup. Pa. Leon. in tract. ſubſti. compen. n. 295. idque propter onus & grauamen reſtitutionis & alienationis prohibitionem.

Contrariam uero ſentētiā quam plures ēt ſequuntur, maxime in fideicōmiſſo expreſſe facto pro cōſeruatione familiæ & bonorum in agnatione, quo caſu hanc ſententiā ultimam ſine dubio procedere teſtat̃ Marzar. qui tñ indiſtincte eam defendit d. par. 2. nu. 8. & ſubdit parum eſſe curandum de illorum Doct. aſſertione, qui contrarium inaduertenter dixerunt, & in conſ. 6. nu. 13. & conſi. 7. nu. 12. & hanc ſententiam, quod fideicommiſſum iſtud dicatur fauorabile, rationabile, & publicam utilitatem concernat, dicit eſſe cōem Cur. iun. conſil. 111. ſub nu. 12. refert Cephal. conſ. 137. n. 40. & plures authoritatibus cōprobat, & ſequit̃ Frāciſ. Matica, cuiꝰ ſcripta demū cum hic §. excluderetur ad manus meas peruenerunt, de coniectur. ultim. uolūta. lib. 7. tit. 1. nu. 34. ubi dicit ſine ulla dubitatione audacter concludendum eſſe, fideicommiſſum non eſſe odioſum, ſed fauorabile, & benigniorē accipere interpretationē, & nu. 35. dicit ubi relictū eſt fauore agnationis cōſeruādæ, ꝓcul dubio cēſeri fauorabile, & ꝓpterea tanq̄ benigniorē ferendam eſſe ſniam, ſubdit tñ fauore agnationis nō licere a tramite iuris diſcedere, nec ultra terminos p̄ſcriptos à teſtatore debere fideicōmiſſū extēdi, quāuis in dubio ad fauorē agnationis cōſeruandæ declinādū ſit: Sed priorē cōem procedere, etiāſi agnationis gratia factū ſit fideicōmiſſum dicit Zunt. d. loco, n. 799.

Quæſtio tertia.

SVMMARIA.

Fideicommiſſum aliud vniuerſale, aliud particulare. num. 1. & in quibus diſcernatur

neatur uniuerſale à particulari. nume. 2.3.4.5.6.& 7.

1 QVæro, quotuplex ſit fideicommiſſum? Reſp. principalis diuiſio eſt aliud enim eſt particulare, aliud uniuerſale. Particulare eſt, quo rei alicuius particularis, & certæ, uel etiam bonorũ mobilium, uel immobilium, aut alicuius hæreditatis ab alio obuétæ, reſtitutio committitur §. legatum, q. 1.

2 Vniuerſale fideicommiſſum eſt, quod uel totius hæreditatis, uel quotæ alicuius reſtitutionem continet, & hoc adæquatum eſt legatis uniuerſalibus, ut tradunt Docto. omnes l. 1. ff. de leg. ut teſtatur. Et hæc bene notanda ſunt, quia huius rei an particulare uel uniuerſale ſit fideicommiſſum, magna eſt utilitas: differunt enim in multis, & primo, ſi fideicõmiſſum eſt particulare tantum, hæres ad inſtãtiam fideicommiſſarij particularis ſiue legatarij non cogitur adire & reſtituere, etiam ſi eſſet legatum partis bonorum, ut dixi ſupra §. legatũ. Secus ad inſtãtiam fideicommiſſarij uniuerſalis. ita eſt communis opinio, ut teſtatur Niger d. l. 1. nu. 52. & dixi infra q. 40. & hæc eſt una differentia.

3 Secũdo, quia in legato ſiue fideicommiſſo particulari directo tranſit dominium, in particulari ſecus. ita tenet Bar. d. l. 1. & eſt communis opinio ut dixi ſupra §. legatum, q. 69. & infra.

4 Tertio, legatum ſiue fideicommiſſum particulare fideicommiſſario decedente ante reſtitutionem ſibi factam, trãſmittitur ad heredes unius. Contrarium nonnulli eſſe uolũt in uniuerſali, ſed in hoc communiter contrarium receptum eſt, ut dixi infra.

5 Quarto, fideicommiſſum particulare poteſt reſtitui procuratori in rem ſuam, ſecus uniuerſale. ita tenet Bar. d. l. 1. quẽ ſequuntur omnes, ut teſtatur Niger ibi, Bolog. num. 226.

6 Quinto, actio competens primo legatario uel fideicommiſſario particulari, non transfertur in ſecundum, niſi prius cedatur, ſecus in uniuerſale. ita communis eſt opinio, ut dixi infra.

7 Sexto, ex fideicommiſſo uniuerſali deducitur quarta Trebellianica, ex particulari Falcidia, quarũ non modica eſt differentia, ut dixi infra §. Trebellianica, & §. Falcidia.

Patet ex eo, quod filius grauatus in diem ue' ſub conditione fideicommiſſo uniuerſali poteſt detrahere diuerſis temporibus Trebellianicam & legitimam; at in reſtitutione particularis fideicommiſſi falcidiam & legitimam deducere ſimul non poteſt, ſecundum unam communem, ſi uera eſſet, de qua dixi d. §. falcidia.

Quæſtio quarta.

SVMMARIA.

Fideicommiſſum aliud expreſſum, aliud tacitum, & expreſſum quando dicatur, num. 1.2.& 3.

Tacitum fideicommiſſum quod dicatur, n. 4.

In fideicommiſſis præcipue attenditur voluntas teſtatoris, adeo vt ex ſolis cõiecturis ducatur, licet ex verbis non conſtet, ſecus in inſtitutione & ſubſtitutione directa. num. 5.

Voluntas teſtatoris magis attenditur, quam verba, & propter eam a proprietate non receditur, nu. 6.

Coniecturæ debent eſſe ſufficientes & colligi ex diſpoſitis in teſtamento. nu. 7.

Fideicommiſſa non inducuntur coniecturis, quãdo repugnat ratio recti ſermonis. n. 8.

Is qui fideicommiſſum ſibi relictum dicit, id probare & oſtendere debet. n. 9. & qualiter probetur, nu. 10.

Volũtas teſtatoris fidei cõmittere volẽtis ex verbis tractũ tẽporis denotãtibus colligitur, vt fit in compendioſa. nu. 11.

Verba enunciatiua tacitum fideicommiſſum inducunt nu. 12. & 13.

Verba directa ex coniectura voluntatis trahuntur ad fideicommiſſum n. 14. etiam in re directo valere poſſint. nu. 15.

Verba iſta: volo quod hæreditas mea vadat de hærede in hæredẽ, inducunt fideicõmiſſum. n. 16. Item illa: volo quod bona mea maneant in perpetuum filijs meis hæredibus & eorum deſcendentibus. nu. 17.

Ex perſonis capitur coniectura voluntatis. n. 18. item ex rebus nu. 19. item ex ratione & cauſa nu. 20. & ſeq.

1 ALia rurſ⁹ diuiſio eſſe poteſt, quod fideicommiſſum aliud expreſſum dicatur, aliud tacitum. Expreſſum, quod fit uerbis precarijs uel obliquis, ut ſi teſtator

ſtator dixerit: rogo hæredem meum, vt
hæreditatem alteri reſtituat. Hæc enim
verborum forma, eſt proprie & ſtricte
formam fideicõmiſſi. Idem eſt, ſi dixerit
volo quod hæreditas mea detur Titio,
2 quia verbum (detur) miniſterium tertij
requirit, & per verbum, volo fideicom-
miſſum inducitur. tex. l. 2. in prin. C. de
leg. & eſt doctrina Bar. in l. cunctos po-
pulos, ſub. nu. 3. C. de ſacroſanct. eccleſ.
dum concludit verbum, volo, cum ha-
bet determinationem certam, vel quã-
do reſpicit actum explicãdum ab alio di
ſpoſitionem inducere, & ibi Iaſ. 1. lectu.
ſub. n. 14. inquit iſtum caſum eſſe clarũ,
& idem 2. lectur. num. 15. hanc reg. eſſe
infallibilem tradit, & quod Bar. ſenten-
tia communis ſit teſtatur Soc. ſen. conſil.
86. n. 6. vol. 3. Ludo. Zuntus in pulcher
rimo conſ. inſcripto pro vxore, vbi egre
gie & latiſſime de verbo, Volo, diſſe-
rit ſub nu. 373. & ſeq.
3 Idem eſt, ſi teſtator ſubſtituit his ver
bis vulgariter, & per fideicommiſſum,
nam cum verba a teſtatore expreſſa ſo-
nent in fideicommiſſum, ſine dubio fatẽ
dum eſt apparere de fideicõmiſſo. ita di-
cit Bar. d. l. Centurio, q. 4. verſ. idem ſi te
ſtator. cuius opinionem ſequitur & cõ-
munem dicit Pariſ. conſ. 30. nume. 9. lib.
2. & conſil. 86. dicit non eſſe dubitãdum
quãdo expreſſe per fideicõmiſſum ſub-
ſtitutio facta eſt, quin conſtet de volun-
tate teſtatoris, idem firmat Franc. Becius
conſ. 24. num. 1.
4 Tacitè inducitur fideicommiſſum ex
mente coniecturata & voluntate teſtato
5 ris. Et circa hoc ſcias imprimis, quod in
fideicommiſſis primitus debet attendi
mens & voluntas teſtatoris, & ſecũdum
illam iudicari. ita eſt vulgata & commu-
nis concluſio, vt teſtatur Pariſ. conſ. 43.
num. 24. & conſ. 41. nu. 15. conſ. 90. nu.
10. conſ. 52. nu. 6. vol. 2. Ideoq; licet in-
ſtitutio directa & vniuerſalis, itemque
ſubſtitutiones directæ, nempe vulgares
& pupillares, quæ ſunt ſecundæ inſtitu-
tiones, coniecturis induci non poſſint
ſecundum communem opin. fideicom-
miſſum tamen, nedum quibuſcunque
verbis inducitur, ſed ſola voluntate de-
functi declarata quocunque modo, vel
coniecturis, etiam ſi expreſſe ex verbis
non appareat. ita tenet Bar. l. ex facto, §.
rerum, ff. de hered. inſtit. & ſequũtur om
nes Docto. communiter vt teſtatur Pa-
riſ. conſ. 92. num. 14. volum. 2. conſ. 25.
num. 34. & ſeq. volum. 3. conſ. 86. nu. 19.
volum. 2. & conſ. 90. Curt. iu. conſ. 121.
num. 10. & ita receptiſſimi iuris eſſe pro
fitetur Gerard. Mazol. in conſ. 6. nu. 13.
decad. 1. quem refert Ludo. Zuntus d.
conſ. pro vxore, num. 386. & nouiſſime
egregie tradit Franc. Mãtica de coniect.
vltima. volũt. lib. 8. tit. 1. licet enim vul-
gata & trita ſit omnium ſententia, quod
fideicommiſſa, quia odioſa, non præſu-
matur. Tamen hoc intelligitur, niſi uer-
ba, vel uoluntas urgeant, tunc enim il-
lud inductum eſſe cenſeri debet, alias in
dubio minime extare vel adeſſe interpre
tabimur.
6 Et hoc adeo locũ habet, vt talis mens
ita collecta ex coniecturis prædominc-
tur, & magis debeat attendi & obſerua-
ri, quam qualitas à teſtatore prolatorũ
ita ut a ui & natura uerborum ſæpius re
cedatur, ſequendo coniecturatam men-
tem ipſius teſtatoris. ita eſt text. l. hære-
des mei, §. cum ita, ff. de Trebel. ubi com
muniter hoc firmant Docto. ut teſtatur
Pariſ. d. conſ. 43. num. 24. & ueriſſimam
& communem hanc eſſe concluſionem
idem fatetur d. conſil. 19. nu. 15. d. con-
ſil. 25. num. 35.
7 Scias tamẽ ad prædicta, quod licet fi-
deicommiſſa inducantur ex ſola uolun-
tate & coniecturata mente teſtatoris, nõ
tamen ſufficit, quod dicatur teſtatorem
ita uoluiſſe uerisimiliter, ſed neceſſe eſt,
quod coniecturæ ſint ſufficientes ac ne-
ceſſariæ, & colligãtur ex dictis per teſta
torem per uerba inducentia diſpoſitio-
nem. ita dicit communem eſſe opin. Pa-
riſ. conſ. 87. num. 18. uolu 2. Port. conſ.
43. num. 13. 14. & ſeq. & communem &
indubitatam dicit Burſ. conſ. 64. nume.
2. uol. 1. Fran. Burſat. conſ. 51. nume. 9.
uolum. 1. Cæterum ſi neque uerba, neq;
mens in fideicommiſſum ſonant, non
præſumitur in dubioque nõ extare præ-
ſumendum eſt. ita tradit Oldrad. conſil.
21. quem omnes nemine diſcrepante ſe-
quuntur, ut refert Marza. conſ. 7.
8 Item, ſcias fideicommiſſa coniecturis
non induci quando huic interpretationi,
quæ

ni, quę ex cõiecturis ſumitur, repugnat ratio recti ſermonis, ita docet Barto.l.fi. ff. ad Treb. quem communiter receptũ aſſerit Soc.iun.conſi.14.nu.9.vol.4.Frãciſ.Mantica lib.8.de coniectur. vltim.volunt.tit.1.nu.21.

9 Hoc quoque notandum eſt, quod is qui fideicommiſſum inductum vel casũ in fideicommiſſo cõprehenſum, idipſum oſtendere, & probare debet. Eſt enim regula & theorica generalis. Hoc caſu non loquitur fideicommiſſum, ergo non habet locum, Oldrad.d.conſ.21.communiter receptus, vt ſupra dixi.

10 Sicut autem in probanda vera & expreſſa voluntate defuncti requiritur legitimus numerus teſtium ita etiã in probanda coniectura vel coniecturis, ex quibus colligitur tacita mens & voluntas eius, ſcilicet ſeptem, qñ agitur de probãda voluntate in teſtamento contenta, & quinque quando agitur de probanda voluntate in codicillis contenta. ita tenet gloſ.l.cũ proponebatur.ff. de leg.2. quã communiter receptã nuncupat Anton. Gomez.variar.reſolut. Tom.1.c.5.n.24 verſ.etenim in cauſa. Sed hoc intelligitur in probanda ipſa voluntate & principali diſpoſitione defuncti. Secus, ſi agat de probanda declaratione, qualitate, vel circunſtantia eius voluntatis vel diſpoſitionis, ut dixi §.ſubſtitutio, q.31.

11 Porro uoluntas teſtatoris ex verbis tractum temporis denotantibus ad fideicommiſſum inducendum colligitur, ideoq; ſi dixerit teſtator cuicunq; ex filijs ſine filijs decedẽti ſubſtituo, de iure & facto fideicõmiſſum inducitur. ita tenet Bald.cõſ.198 li.4. & dicit, quod omnes ita tenẽt, & practica iudiciorũ obſeruat. Fran.Bec.conſil.24.n.2. & de hoc in compendioſæ ſubſtitutionis materia ſatis dictum. Quando in compendioſa fideicommiſſaria inducatur, quamuis illa magis verbis generalibus expreſſa dicatur, vt dixi ibi q.56.

12 Verba quoque enunciatiua fideicommiſſariam diſpoſitionem inducunt. tex. l.Pamphilo.ff.de leg.3.& ibi not.Bar.q́d procedit, quando verba enũciatiua principaliter per ſe emiſſa diriguntur ad grauatũ, quia eo caſu diſpoſitionẽ inducũt, ſecus ſi diriguntur ad honoratum, quia tunc adulatoria vocantur, nec diſponunt. Bar d.l.Pamphilo, & hanc eſſe cõmunem Doctorum ſententiam teſtatur Paul.de monte Pico,l.Titia,§.Titia,cum nuberet,ff.de leg. Crot.conſ.143.nu.30. & ſeq. Ludo.Zunt.conſ.pro vxore num. 380.Fran.Mantic.lib.3.de coniectur. vltim. volunta. tit.12. Quamuis plerique indiſtincte verbis enunciatiuis etiam incidenter prolatis, & ad honoratum directis fideicommiſſum induci exiſtiment, non quidem ex vi verborum, ſed coniecturata voluntate teſtatoris, cum fideicommiſſa ſola uoluntate inducantur, ſi quoque modo de illa conſtiterit, quoq; caſu verba enunciatiua incidenter prolata diſponunt, ſed a communi non eſt recedendum.

13 Aduerte tamen, quod ſi præcedẽt verba enunciatiua, quæ per ſe non ſufficiunt, ad inducẽdum fideicommiſſũ, ac poſtea grauamen iniunctum eſt, in eo de quo facta erat enunciatiua, quamuis illa ſola non ſufficeret ad inducendum diſpoſitionem fideicommiſſi: tñ grauamẽ ſucceſſiue iniunctum facit, vt perinde eſt ac ſi expreſſe diſpoſuiſſet. ita tenet Bar.l.cũ tale, §.fi.ff.de condit. & hanc dicit eſſe cõmunem opi. Alexan.conſ.64. num.5.uolum.5.Mantica lib.8.tit.1.nu.33.

14 Cæterum verba directa, licet in fideicommiſſum non ſonent, nec iure fideicommiſſi intelligantur, tamen ſi directo iure ualere non poſſent, ad fideicommiſſi interpretationem trahuntur ex uoluntate teſtatoris, quia manifeſte apparet teſtatorem uoluiſſe ſubſtitutum in bonis ſuis ſuccedere, & cum uoluerit hoc iure directo, idem per fideicommiſſum dicendum eſt, ceſſante directa ſubſtitutione, quia ſi fuiſſet interrogatus, idem dixiſſet. ita eſt communis opinio, ut teſtatur Socin.iun. conſ.24. nu.1. volum. 3 & dixi.§ præced.q.51.

15 Quinimo, ſi valere poſſint iure directo, tamen benigna interpretatione accipi debent, vt ſeruetur teſtatoris uoluntas, vt d.q.latius dixi, quæ hic non repeto, vt ſi pater filio impuberi fecit teſtamentum pupillare, quod propter ſolennitates non obſeruatas, ut teſtamentum pupillare ualere nequit, nempe directa pupillaris inutilis per [illegible]

Q [illegible]

interpretationem conuertitur in fideicommiſſariam pupillarem utilem, quia legitimus hęres impuberis uidetur rogatus a teſtatore, ut reſtituat hæreditatem iſtius pupilli, illis ſubſtitutis, quos ipſe quaſi pupillares ſubſtitutos dedit, & ita non ſolum bona a patre profecta, ſed & legitimam filii portionem, & aliud eiuſdem peculium, ut dixi latius, §. præced.

16 Hinc etiam ſi teſtator inſtitutis hæredibus ſubijciat hæc uerba, & uolo quod hæreditas mea vadat de hærede in hæredem, quoniam directo tranſire non pōt ex coniectura uolūtatis ad fideicommiſſum trahitur, per quod bene tranſire poteſt, tex. d. l. Scæuola, ibi tradunt omnes Doct. vt teſtatur Pariſ. conſ. 55. nu. 2. uolum. 2. & dixi infra.

17 Itē, ſi teſtator ordinat, quod ſua bona uſque in perpetuum remaneāt infraſcriptis filiis & hæredibus ſuis, & eorum deſcendentibus, reſultat fideicōmiſſum ita dicit cōem opinionē Curt. conſ. 3. n. 20.

18 Alia coniectura capitur ex perſonis, quibus relinquitur, ut ſi uoluit bona ꝑuenire poſt mortem filiorum ad deſcendentes maſculos, namq; ex hoc pręſumitur non tantum vulgaris, ſed fideicommiſſaria ſubſtitutio, ut dixi infra.

19 Alia coniectura uoluntatis capitur reſpectu rerum, ut inducatur fideicommiſſum fauore agnationis, ut quia fuit caſtrum, namq; ex qualitate rei prohibitę prohibitio de ſe eſt ualida, quæ alias nullius momenti, & cenſetur facta agnationis gratia, ut fideicōmiſſum inducatur, & extra familiam alienari non poſſit, ita tenet gl. l. quoties de fideicom. & ſequūtur omnes, ut teſtatur Gribald. l. filiusfamilias, §. ediui. concl. 6.

20 Præterea capitur alia coniectura uoluntatis ex ratione & cauſa, fideicommiſſa. n. inducunē & inducta ampliautur, reſtringuntur, & declarantur per rationē & cauſam, qua teſtator fuit motus, ita ut ratio & cauſa debeat attendi, non uerba. ita tenet Bar. l. regula, §. & licèt, ff. de iur. & facti igno. & quod hæc ſit communis, & ſolida concluſio dicit Pariſ. conſil. 92. nu. 49. uol. 2. conſ. 18. n. 21. vol. 3. Achil. Perſonalis tract. adipiſ. poſſeſ. n. 212. & ratio eſt in promptu, quia fideicōmiſſis qñq; minus eſt ſcriptum, quàm dictū.

8 Et prædicta procedunt non tantum in ratione expreſſa, ſed ĕtſi non ſit expreſſa, dummodo unica ſola poſſit excogitari & aſſignari, namq; tunc pro expreſſa habetur, ita eſt gl. l. quamuis, C. de fideicom. & hanc dicit eſſe com. opi. Soc. iun. conſi. 167. n. 1. conſ. 68. n. 13. & 54. conſ. 181. n. 37. uol. 2. conſ. 92. n. 49. uol. 2. conſ. 1. nu. 36. conſ. 6. n. 20. conſ. 22. n. 35. conſ. 25. n. 29. uol. 2. Pariſ. conſ. 42. n. 14. conſ. 75. n. 96. conſi. 77. nu. 15. uol. 2. conſi. 66. n. 42 uol. 3. Iul. Clar. §. teſtamentum, lib. 3. ſententiarum, q. 76. & latiſſime explicans refert Fran. Mantica de coniect. vlt. uolunt. lib. 6. tit. 14. num. 20. & dixi infra §. teſtamentum.

9 Aduerte tamen, quod extenſio ex ratione, & ueriſimili mente teſtatoris quidem admittitur in fideicommiſſis de caſu ad caſum, & in hoc conueniunt oēs, ſed de perſona ad perſonam an permiſſa ſit, diuerſæ ſunt ſententiæ. namq; non admitti extenſionē voluit Aret. l. Gallus, §. & quid ſi tātum, ff. de li. & poſthu. & hanc dicit eſſe communem opinionē Hier. Gabriel, conſ. 111. Cephal. conſi. 169. nu. 50. dum dicit, quod Cur. iun. in conſ. 121. nu. 16. communiter reprobatur. Sed cōtrariū tenet Ang. d. §. & quid ſi tantum, uidelicet extenſionem fieri de perſona ad perſonam, quando eadem ratio, & teſtatoris mens in utroque concurrit, & quod hæc opinio eſt uerior, æquior & communior aſſerit Pariſ. conſil. 66. nu. 66. & pluribus ſequ. lib. 3. Soc. iun. conſi. 129. num. 35. & ſeq. lib. 3. ſubdens ibi hanc opinionem eſſe ueriſſimā. hanc quoque crebriorem & ueriſſimam refert & ſequitur Cephal. conſi. 114. nu. 30. Achil. Perſonalis trac. adipiſ. poſſeſ. nu. 215. & nu. 216. ubi dicit, quod Cephal. dum ſcribit Cur. cōiter reprobari in hoc ualde decipitur. Cōmunem quoque dicit Anton. Gabriel. lib. 6. concluſ. 10. nu. 9. de reg. iu. Fran. Mantica lib. 3. tit. 19. nu. 9.

Quæſtio V.

SVMMARIVM.

Per prohibitionem alienationis quando inducatur fideicommiſſum, diſtinguuntur caſus tres principales, nu. 1. 2. 3. & 4.

Prohibitio ſipliciter facta ñ extra familiā.

ſed

ſed cū cauſa vt in familia permaneant, an inducat ſimplex fideicommiſſum.nn.5
Declaratur nu.6.7.& 8.
Prohibitio facta expreſſe reſpectu familiæ, adiecta ratione ſupradicta, abſolutum inducit fideicommiſſum, i.n.9.
Prohibitio alia eſt pſonalis, alia realis.n.10 & 11.& quādo perſonalis extēdat, n.12

ALia coniectura capitur ex prohibitione alienationis, ſed q̄a Doctores ualde intricate loquuntur, pro clariori reſolutione diſtinguēdi ſunt caſus, & conſtituendæ certæ concluſiones.

1 Primus caſus eſt, quando prohibitio ſimpliciter facta eſt, ut quando unus, uel plures ſunt inſtituti, quibus ſimpliciter facta eſt prohibitio alienationis, uel uni eorum, & tunc conclude non induci fideicommiſſum, quia prohibitio ſimpliciter facta non ualet. tex. l. filiusfamil. §. diui. & ibi omnes cōſentiunt, ut teſtatur Pariſ. conſi. 82. nu. 12. uol. 2.

2 Et hæc concluſio locum habet ſiue p uiam conditionis, ſiue per modum diſpoſitionis prohibitio facta fuerit, ita tenet Salice. l. quoties, C. de fideicom. & hanc dicit magis com. opi. Anton. Gabriel. com cōcluſ. lib. 4. concl. 9. n. 3. Frāc. Burſ. conſ. 13. nu. 42. uol. 1.

3 Secundus caſus eſt, qn̄ prohibitio quidem eſt facta ſimpliciter, ſed adiectis uerbis extra familiam, & ita expreſſa reſpectu familiæ, & cōis eſt concluſio, quod inductum cēſeatur fideicōmiſſum, nō quidem abſolutum, ſed ſecuta demum alienatione in extraneos, nō aūt in caſu mortis. ita tenet Bar. l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verb. obl. & hanc dicit eſſe communem opi. Soc. conſ. 57. uol. 3. Dec. cōſ. 23. in prin. Villal. com. opi. collecta. uerb. alienatio, nu. 90. Frācíſ. Burſat. conſ. 52. n. 39. uol. 1. magis cōem dicit Anto. Gabriel. d. concl. 9. n. 33. Quia tunc teſtator prohibendo alienationem uoluit familiē ſuæ prouidere, non quidem relinquēdo, ſed præcauendo occaſiones, & uias in extraneos transferendi.

4 Tertius caſus eſt, quando facta eſt prohibitio non ſimpliciter, ſed cum cauſa & ratione, ſcilicet ut bona in familia relinquantur, & tunc iterum duo caſus ſunt diſtinguendi.

5 Primus eſt, qn̄ teſtator alienationem ſimpliciter prohiberet, nec expreſſit extra familiam, adiecta tn̄ cauſa generali, quia uolo in familia permanere; & tunc magna eſt apud interpretes dubitatio, an ſimplex & abſolutum fideicommiſſum inducatur, an uero in caſum alienationis tantum. Sunt. n. qui exiſtimarunt in caſum & euentum alienationis tantū fideicommiſſum inductū cenſori. Quam ſn̄iam dicit cōem Alex. conſ. 56. uol. 1. & quod ſit cōis & ueriſſima dicit Soc. ſē. conſ. 227. nu. 4. uerſi. ex quibus ſunt ſublata, ubi expreſſe in illis terminis loquitur Io. Cephal. conſ. 17. nu. 22. Dec. conſil. 377. nu. 6. Fran. Ripa. d. §. diui, n. 122. Franciſ. Bur. conſ. 52. nu. 40. & ueriorem dicit Alciat. l. peto. §. fundum nu. 6. ff. de leg. 2. quia tunc ratio illa non eſt ſuperuacua, ſed ſimplicem prohibitionem cōfirmat.

Contrariam uero partem, quod per rationem generalē abſolutum inductū cenſeatur fideicommiſſum etiam in caſu mortis, tenet Bar. d. §. cohæredes, num. 3. & hanc eſſe cōem opi. dicit Pariſ. conſ. 26. conſ. 30. conſ. 31. conſ. 52. conſi. 88. uol. 2. Cōem quoque dicit Alciat. conſi. 36. nu. 12. uol. 9. & conſi. 102. nu. 3. & 4. eod. uol. dicit ita contra Decium eſſe in pleno ſenatu Gallorū pronūciatum, ſed prior magis cōis eſt, ut teſtaē nouiſſime Anto. Gabriel. d. concl. 9 n. 9.

6 Declara tamē hanc magis cōem cōcluſionem ut procedat, qn̄ dicta uerba rōnis ut bona in familia maneant, prolata ſūt per modum cauſæ enunciatiuæ, & taliter quod per ſe nihil inferant, ut prohibeo alienari bona ut permaneant in familia, quia non inducitur fideicommiſſum ſimplex etiam in caſu mortis. hanc communem eſſe opinionem dicit Cur. ſen. conſil. 40. uerſi. ita concluſio, Grat. conſi. 106. nu. 1. Burſ. d. conſi. 52. nu. 40. Anto. Gabriel. d. concl. 9. nu. 32. Secus ſi illa uerba: quia uolo bona in familia manere, per modum diſpoſitiuæ rationis fuerunt prolata, ut ſi prohibitione facta teſtator ita ſubiecit: & hoc quia uolo ut bona alienari prohibita in familia mea remaneant, namque tunc clarum eſt, fideicommiſſum induci non ſolum in caſu contrauentionis, ſed etiam poſt mortem. ita tenet Socin. d. §. cohæ-

redes,& hanc eſſe cõmunem opinionem dicit Gozad.conſi.102.uerſi. non obſtat. Pariſ.conſi.26.uolum.2.conſi.30. nume. 22 & ſeq.conſil.31.conſil.52.eodem uolum. Franciſ.Burſat.d.conſi.52.num.40. & conſil.97 num.16.uolum.1.Bero.conſil.176.num.56.uolum.5. & hoc abſque difficultate tranſire dicit Achil.Perſonalis in tract.de ipſiſ.poſ.num.205.

7 Secundo reſtringe communem concluſionem, ut non procedat, quando in ratione & prohibitione adiecta ulterius addidiſſeat, quod hęreditas ſua debeat de hærede in hæredem tranſire, quia tũc ſemper inducitur abſolutum fideicommiſſum etiam in caſu mortis gradatim & ordine ſucceſſiuo, ita quod proximiores cenſent ad illud uocari, & alii gradatim cenſeatur eſſe uocati. tex.l.unum ex familia, §.ſi omiſſa,ff.de legat.2. & tenet Barto.dicto §.cohæredes, & hanc eſſe cõmunem opinionem Pariſi.conſil.88.nume.18.conſil.91.num.51.conſi.17.num. 12.vol. 2.

8 Tertio reſtringe ut non procedat quando dictum fuit in ratione, quod hæreditas ſua ſemper & perpetuo ſit & uadat in maſculos, quia tunc apertè fideicommiſſum inducitur, alioqui bona perpetuo inter ipſos non potuiſſent conſeruari. hanc dicit communem Doctor. ſententiam Pariſi.conſil.92.nume.34.uolu.2.uel quando teſtator diſponit, quod bona ſua ſemper perpetuo remaneant in filios, & deſcendentes de familia. ita tenet Aret.dicto §.cohæredes, & communem opinionem dicit eſſe Pariſi. conſil. 92.nume.41. uolum.2. Quia dicta uerba tractum ſucceſſiuum ſignificant, & uerbis iſtis conſiderauit conſeruationem in familia omni caſu, quod quidem nõ poſſet fieri, niſi etiã alienatio prohibita ſit, & niſi gradatim fideicommiſſum actiuè & paſſiuè inducatur.

9 Secundus caſus eſt, quando prohibitio facta eſt expreſsè reſpectu familiæ, adiecta ratione, ut quia prohibet teſtator alienare extra familiam, ut bona in familia permaneant, & tunc Docto.communiter concludunt fideicommiſſum ſimpliciter induci tam in euentum alienationis quam grauato mortuo. & tenet Barto.dicto §.cohæredes,& hanc eſſe magis communẽ opinionem dicit Soc. iun. conſil.140. nume.7.uerſic. aliquando & ſecundo, uolu.3. communem & ueram dicit ſententiam Cur. iuni. conſil.116. nume.8. & hanc magis communem ſententiam nuncupat Soc.iun. conſil.140. nume.7.uolum.3.Cepha.conſ.134.nume.38. & ſequ.dum dicit Dec. conſuluiſſe contra communem, magis communem aſſerit Anton. Gabri.dicta concluſ. 9.nume.37.& nouiſſimè dicens ab ea nõ eſſe recedendum Franc. Mantica de coniect.ultim.uolunt.lib.6.titu.14.num.25. cum uoluntas teſtatoris ſatis appareat, quoniam cum prohibitio extra familiã facta ſit, ualet,& ratio generalis ſubiecta oſtendit enixam uoluntatem teſtatoris, quod uelit familiã per fideicommiſſum ſuccedere.

10 Iuxta prædicta ſcias etiam, quod prohibitio alia eſt perſonalis, alia realis. Perſonalis eſt, quando facta eſt certæ nominatæ perſonæ, & hæc non extenditur ad alias perſonas. Ideoque ſi pater inſtituit filios hæredes,& ſi ſine filiis decederent, uoluit ad Titium peruenire, & prohibuit ne filii alienẽt, talis prohibitio non comprehendit filios filiorum. ita tenet gl. §. nos igitur, Auth.de reſtit fideicomm. ibi Barto. quem omnes ſequuntur, ut teſtatur Pariſi.conſil.31.numer.27.uolum.2. conſil. 63.num.ſecundo communem dicit Didac. Coua. uaria. reſo.lib.3. cap.5. nume.4.

11 Si tamen prohibitioni perſonali filiis factæ adiecta ſit ratio generalis, quia uolo bona perpetuo in familia permanere, tunc etiam ad nepotes extenditur ita tenet Bartol. dicto.§. diui, ibi Alexand. & hanc dicit eſſe communem opinionem Pariſi.conſil.32.nume.37.volum. 1. Mandoſ. in Apoſtil. ad Roman. conſil. 457. verbo. hæredes, Villal.commun.opin.collect.verb.alienationis, nume.92. Burſat.conſil.17.nume.13. Dida. d.capitu.5. numer.4. Viu. commun.opinio.lib.2.reg.108.verb. extenſio, Franciſ.Burſat. conſil. 13. nume. 5. & nume. 15.conſil.17.num.13.

Quod procedit etiam, quod prohibitio expreſſo nomine hæredis eſſet facta.ita Bartol.d.§.diui, & ibi Iaſo. communem dicit etiam opinionem Romul.

mul. nu. 166. Mandoſ. ad Roma. d. conſi.
457. Cæterũ ſi ſub nomine proprio pro-
hibitio factæ ſit, tunc etiam per rationẽ
generalem non extenditur. ita dicit eſſe
communem opinionem Dec. conſil. 13.
nu. 5. Tiraq. de vtroque retrac. conuent.
gl. 6. nu. 24. §. 1. Villal. d. uerb. alienatio-
nis, nu. 93. Suarez. in Theſau. uerb. aliena
tionis, nu. 152. Fra. Burſ. d. cóſ. 13. nu. 21.
12 Si uero onus ẽ reale, ſiue ꝓhibitio iniũ
cta reb. & hęreditati dicitur realis, vt qa
prohibuit bona alienare. hęc eſt doctrina
Bar. l. peto, §. fratre. ff. de leg. 3. quæ a Do
ctoribus communiter recipitur, ut teſta-
tur Romul. d. §. Diui, & tunc afficit om-
nes ad quos hæreditas ꝑuenit, ita ut e-
tiam illi qui poſſident cenſeãtur expreſ-
ſè grauati ita tenet Bal. d. l. precibus. & eſt
cõis opinio, ut teſtatur Alex. d. §. diui, nu.
25. Pariſ. conſi. 92. num. 43. uol. 2.

Quæſt. VI.

SVMMARIA.

Grauari poſſunt qui honorantur, nu. 1. procedit etiam ſi quis fuit honoratus tacito iudicio teſtatoris, nu. 2.

Filius inſtitutus in legitima tãtum nõ poteſt grauari. Secus in eius ſubſtituto nu. 3.

Filio inſtituto ſi pater grauẽ purè hæreditatẽ filio reſtituere diſtinguitur, n. 4. et ſeq.

Nunc uidẽdũ, quæ perſonæ fideicõ
miſſo grauari, & qbus reliqui poſ
1 ſit & cẽſeatur. Eſt autem uulgata regula:
quem honoro grauare poſſum. tex. l. cum
filiofam. ff. de leg. 1. ibi gl. Bar. & commu
niter omnes ſequuntur ut dicit Pariſ. cõ-
ſil. 90. num. 8. uol. 2.
2 Et hæc cõcluſio procedit etiam in ijs,
qui honorantur ex tacito iudicio teſta-
toris: neque enim inſpicitur, cum quo
teſtator loquatur, ſed in quem uolunta-
tis intentio dirigitur. Ideoque hæres hæ
redis, quia habet tacitum teſtatoris iudi-
cium grauari fideicommiſſo poteſt, ut di
xi ſupra §. legatum, q. 13. nu. 3.
3 Ex quibus infertur filium inſtitutum
in legitima tãtum, nec uniuerſaliter nec
particulariter fideicommiſſo grauari poſ
ſe. ſubſtitutum autem ex pupillari ſubſti
tutione, uel ſuccedentem ab inteſtato nõ
tantum in legitima filij, quã a patre ha-
buit, ſed i oib. alijs bonis filij ꝓprius gra
uari poſſe. ita tradit Bar. l. ex tribus, C. de
inof. teſta. & ſequuntur Doc. communi-
ter, ut teſtatur Iaſ. ibi nu. 2. Ratio. qa pa-
ter cũ ex diſpoſitione legis teneaẽ, relin-
quendo legitimam tãtũ, non dicitur filiũ
honorare: ſed ſubſtitutus habet expreſſũ
teſtatoris iudicium & ſuccedente ab in-
teſtato tacitum, & a teſtatore honoran-
tur, qa potuiſſet alios ſubſtituere. Sed qa
de his quoq; ſupra §. legatũ d. q. 13. dictũ
eſt, nũc tãtũ aliquas quæſtiones ſubijciã.
4 Quæro itaque, ſi filius fuerit heres in
ſtitutus, & pater graueẽ ipſi filio hæredi
tatem reſtituere, nunquid fideicommiſ-
ſum ei iniunctum ualeat? Reſp. diſtinguẽ
dum eſt, aut. n. loquimur in hæreditate
profectitia relicta cõtemplatione patris,
& ualet hodie ſicut olim, & cenſetur dila
tũ in tẽpus exiſtentię ſui iuris, cum aliàs
ualere nõ poſſit, ex quo in ꝓfectitijs ho
die nihil ſit immutatũ, & ꝓprietas acqui
ritur patri, itaq; ut filio acquiri poſſit, ne
ceſſe eſt dici tacitã conditionem exiſten-
tiæ ſui iuris ſubeſſe. hanc dicit eſſe com-
munẽ Alex. & Soc. d. l. cũ filio, nu. 201.
Contrarium tenet Ang. Cuma. Aret.
& ſequitur Soc. iu. d. l. cum filio, quod tũc
ſtatim hodie ualeat fideicõmiſſum, neq;
collatum cenſeatur in tp̃s exiſtentiæ ſui
iuris, quia hoc neceſſe non eſt cum tale
fideicommiſſum dicatur aduentitium,
hanc ſñiam magis cõiter ſequi Doc. mo
dernos dicit Craue. d. l. cũ filio. n. 4. 3. p.
Rip. n. 64. Soc. ſen. quẽ ipſe alleg. it. dicit
Craue opi. Ang. eſſe æquiorẽ & ueriorẽ.
5 Aut loquimur in aduentitij. & reſpe-
ctu proprietatis, & omnes conueniunt,
quod hodie grauari non poſſit pater, qa
cum illa maneat ſtatim apud filium, &
non tranſeat ad patrem, non poteſt dici
honoratus, & per conſequens nec gra-
uari poteſt. hanc dicit communem Cra-
uet. d. l. cum filiofa. num. 37. 3. par. & hanc
concluſionem non habere difficultatem
aſſerit i id. Bolog. nu. 245.
6 Aut loquimur in uſufructu, ut ſi pa-
ter grauatus ſit reſtituere purè & ſimpli
citer uſumfructum, & tunc ualet etiam
hodie, & cenſetur dilatum fideicommiſ-
ſum in tempus exiſtentiæ ſui iuris, quia
ante ualere non poteſt, nam ſi reſtituatur
uſusfructus filio in poteſtate, ſtatim re
acquiritur patri, cum nihil immutatum
ſit hodie reſpectu uſusfruct⁹, niſi ꝑ pro

 hiberi

hi eri poſſit eius acquiſitio. Auth. excipitur, C. de bon. q lib. ita tenet Bar. d. l. filiofa. & cõiter Doc. vt teſtatur Craue. ibi par. 3. nu. 43. Quod tñ intellige, non vt vſusfructus veniat proprie reſtituendus, quia ipſe eo finito ſui natura ad proprietatem reuertitur, ſed vt pater cenſeatur rogatus reſtituere fructus quos percepit in vita, ſeu pretium conſumptorũ, & ita prouiſum ipſi filio & patri ſuccurſũ, vt habeat cõmoditatem vel interuſuriũ medij tpis de illis fructibus. ita communiter omnes Doc. tenent, vt per Alex. d. l. cum filio, ibi Ant. Bauer. nu. 131.

Cõtrariũ tñ tenet Paul. de Caſ. ibi, qđ fideicõmiſſũ de vſufructu pure relictum valeat, & in cõtinẽti debeatur, qa grauãdo teſtator vr̃ phibere ne acqrat patri, ſequũt Cuma. Are. Iaſ. Clau. Bauer. nu. 131. Soc. iu. d. l. vbi ſ ici n. 224. ꝑ hęc põt hodie dici cõis, licet repetẽtes cõtrariũ aſſerãt. q (vt ipſe) loquũtur ſuo tẽpore. Sed precedẽs opinio tutior eſt & ęquior, ut dicit Bolog. d. l. n. 248. & ſi numerẽt authoritates cõior quicquid dicat Soc.

7 Nota tñ qđ ſupradictũ eſt fideicõmiſſum iniunctũ patri de reſtituẽda hæreditate aduentitiã filio inſtituto, hodie non ualere reſpectu ꝓprietatis, illud limitari, niſi filius repudiaret hæreditatẽ, nam tunc adeunte patre filio debebitur proprietas, ex quo pater tũc tenet, ac ſi ipſe eſſet inſtitutus. ita tenẽt cõiter Doc. d. l. cum filiofa. licet cõtrariũ uelit Are. ut teſtatur Soc. iun. d. l. cum filio, nu. 220.

8 Sed iuxta pdicta quærit, an tale fideicõmiſſũ a pr̃e relictũ aſſumat vires ex pſona patris vel filij? Reſp. aut loqmur ĩ p ſtitijs, & olim & hodie fideicõ. capit uires ex pſona patris, licet extraneo relictũ, & tanquã ex pſona heredis. hec opinio cõmunis eſt ut p Soc. iun d. l. cũ filio fa. n. uenianus igitur ad qſtiones, n. 12 Crau. n. 21. 3. par. licet contrariã ſniam teneat Imol. quã ueriorẽ, dubie tñ dicit Soc. ibi n. 22. Ex quo inferẽ, qđ pater grauatus filio i pfectitio iſtituto quartã detrahet, ita cõmunẽ eſſe dicit Soc. ubi ſup.

9 Aut loquimur in aduẽtitijs, & tũc hodie grauatus extraneo tenetur ut adminiſtrator filij, ut per Bar. cum quo trãſeunt Doc. ſimpliciter, ut per Soc. nu. 229.

Quæſtio. VII.

SVMMARIA.

An pater poſſit grauare filios filiorũ in conditione poſitos. nu. 1.

Affirmatiua pcedit quãdo expreſſe inhibitũ eſt grauamẽ, ſecꝰ ſi patri uel ĩdefinite. n. 2

1 QVæro de alio caſu multũ dubio & anxio q tñ quotidianꝰ & frequẽs & cęteris frequentior, Pone, pater inſtituit filium & ſi ſine liberis uel nepotes deceſſerint ſine liberis grauauit nepotes, qđ bona ipſius teſtatoris reſtituerẽt Titio, nunquid illud fideicõmiſſũ ualeat & poſſit à nepotibus fideicõmitti? Reſpõ. Hęc quæſtio adeo cõtrouerſa ẽ ut nulla magis ĩ toto iure exagitata ſit. Naq; Bar. in l. centurio, n. 27. cõcludit fideicõmiſſũ ualere, & poſitos in cõditione grauari poſſe. & hãc Bar. ſniam magis cõmunẽ atteſtat Barb. cõſ. 55. n. 7. li. 2. cõſ. 27. li. 1. Cur. ſen. conſ. 57. n. 21. li. 2. cõſ. 158. n. 69. cõſ. 110. n. 20. li. 2. cõſ. 168. n. 75. li. 2. cõſ. 145. n. 35. li. 3. Hãc ẽt dicit magis cõem Port. Imo. cõſ. 46. n. 19. Gribald. inter cõſ. Port. cõſ. 40. & Dec. cõſ. 42. n. 21. cõſ. 44. & qđ hæc opinio cõſulẽdo multo tpe citra fuit Canonizata p Doc. Peruſinos dicit Soc. iun. l. cũ filiofa. ff. de leg. 1. & qđ ita aliàs p infinitos Doc. Italię ut cõſultũ tradit oui. Pap. cõſ. 36. 2. par. ubi ſubdit ſic fuiſſe iudicatũ in curia Parlamẽti Delphinalis, & idẽ dicit q. 39. Et hãc opinionẽ ſe ſẽper tenuiſſe nõ ſolũ de æquitate, ſed ẽt ĩ pũcto iuris, p p expreſſã uolũtatẽ teſtatoris dicit Galiau. d. l. Cẽturio, n. 458. & hanc dicit magis cõem ibi ĩ addi. Fern. Loazes d. n. 458. Zaſ. dicẽs Bar. opinionẽ ueriorẽ & conſuetudine Germaniæ confirmata Crau. conſ. 155. Fran. Marza. cõſ. 7. nu. 6.

Cõtrariã verò partẽ, qđ ſ. filij poſiti ĩ cõditione nõ poſſint grauari, nec ab eis fideicõmitti. magis cõem atteſtatur Imo. l. Lucius, n. 2. ff. de hęred. inſt. Alex. l. ſi cũ dotẽ, n. 16. ff. ſolu. matr. Iaſ. l. 1. n. 12. C. de pac. Ripa d. l. Centurio. n. 159. Soc. l. cum auus. n. 11. ff. de cõdi. & demõſtr. Dec. l. 1. C. de pact. n. 15. Paul. de Caſt. cõſ. 359. n. 1 li. 2. Alex. cõſ. 125. n. 4. li. 1. & cõſ. 32. n. 3 uol. 3. cõſ. 158. n. 15. uol. 3. cõſ. 109. n. 4. li. 2. cõſ. 199. n. 6. li. 2. cõſ. 32. n. 3. uol. 3. hãc opinionẽ cõtra Bar. ẽe magis cõem dicit Cur. ſẽ. cõſ. 43. & cõſ. 63. col. 1. & ſeq. Iaſ.

conſ.143.vol.3.& Bar.cõiter reprobatū dicit Soc.iun.cóſ.112.n.24.uol.1.conſil. 176.n.20.vol.2.Corn.cóſ.1.n.21.vol.3. Cur.iun.cóſ.51.Dec.cóſ.384.& hãc dicit eſſe magis cõem Bertrād.cóſ.82.n.6.vol. 1.& cóſ.236.uol.3.cóſ.251.nu.3.uol.3. conſ.286.n.4.eo.uol.cóſ.173.n.21.uol. eo.cõem dicit Pap.cóſ.relatū inter conſi. Frāc.Cur.45. ſæpe reuoluta narratione facti,& Bar.cõiter reprobari dicit Pariſ. cóſ.31.n.4 & cóſ.86.n.13.vol.2.cóſ. 18. n.10.e.uol cóſ.14.n.5.uol.3.conſ. 37.n. 19.cóſ.37.n.20.vol.2.cóſ.75.n.44.conſ. 83.n.9.uol.2.Pariſ.magis cõẽ cóſ.89.n. 31.uol.2.& dicit qđ ab ea in cóſulédo & iudicādo nó eſt recedēdū cóſ. 41. nu.63. vol.2.cóſ.7.n.19.vol.3.Clau.l. Cēturio dicit qđ cõis.eſt cõtra Bar. a qua non eſt recedēdū i cóſulédo.& magis cõem dicit Rui.cóſ.128.vol.3.cóſ.89.cóſ.100.conſ. 101.uol.2.cóſ.137.n.12.cóſ.171.n.1.vol. 2.cóſ.3.licet ipſe Bar.ſequat e.vol. conſ. 130.vol.2.cóſ.169.cóſ.86.n.6.vol.2.Mātua cóſ.22.n.6.cóſ.115 n.18. Port. Imo. cóſ.8.n.25.cóſ.40.n.1.Crau. cóſ. 62.n.6. cóſ.155.n.2.& ex magis cõi re ert Celſ. Hugo cóſ.20.n.18. & ſeq. & uti receptā ſniam refert & ſeqt Rol.a Valle cóſ.56. n.16.& 17.uol.3.Torniel.cóſ. 43.n. 9.& n.10.inter cóſ.Portij.Natta cóſ.151.n.3. vol.1.& ita iudicatū in curia Romana teſtatur Boer.dec.155.n.27.Papa deciſ.39. n.1.vi i dicit, q de ſtylo & obſeruātia curiæ Delphinalis ſeruat i iudicādo,& hoc dictū exploratiſſimū & receptiſſimū nūcupat Ema.Suarez addi.ad Ant.Gom.varia.reſol.Tom.1.c.5.n.24 qui idē Gom. n.43.magis cõem atet,licet Bar. opinionē ſequat Frāc.Burſ.cóſ.1.nu.13.vol.1. Moder.Par.ad Alc.cóſ.64.vol.5.Did.Coua.c.Rainutius,§.3.n.3.Ant. Gab. cóm. cócl.li.4.ti.de fideic.concl.4.nu. 17. Iul. Clar.§.teſtamentū,q.77.magis cõem dicit Gerhar.Mazol.cóſ.2.n.24.hãc magis cõnē & veriorē Doc.opi.dicit Achil. Perſona.tract.adipiſ.poſ.nu.195. Sfor.Odd. tract.comp.par.5.art.3.ver. an contineat fideicõmiſſariā.Rō eſt , quia filij filiorū uocati non fuere. tanquā poſiti i condóne,códitionalia nāq; nó diſponūt , ergo nec grauari poſſunt.& teſtator onus alicui adijciés nó p hoc illi tacite relinquere vř.Fateor magnam eſſe authoritatem Bar.in eiuſq; ſcriptis ſolere ineſſe veritatē,ideoque nō facile ab eius ſniētia recedédum eſt,quam ueriorem puto, & q ſit approbata a ſapientiſſima curia Delphinali,& in dubio ſemper tenenda opinio,per quam defenditur vltima uoluntas,tū ēt,quia ſi fideicómiſſū relinquat à uenientibus ab inteſtato, etiam ſi nó inſtituantur expreſſe,ualet, quia credit teſtator ab illis fideicómittédo ſpóte ſua relinquere illis hæreditatē,ergo multo magis ſi relinquat a filiis filiorū , q nó ſolū grauati sūt,ſed ēt in conditione poſiti.Et hoc itelligo,qñ expſſe ipſis filiorū filiis eſt iniūctum,quo caſu oés ſupradicti loquūtur.Secus qñ iniūctū ē fideicómiſſū abſolute p uerbū reſtituat,uel perueniat, nā ut diſpoſitio teſtatoris ualeat,præſumēdū eſt in dubio tale fideicómiſſū iniūctū eſſe primo hæredi ſub duplici cõditione, ſ.ſi ipſe ſine liberis deceſſerit , uel ſi eius filij ſine liberis deceſſerint: Nā tūc ſi poſtea eius filij moriāt ſine liberis,fideicommiſſum erit purificatū,& debebit ſubſtitutis,licet eius condó.extiſtat poſt mortē ipſius inſtituti.Pariſ.cóſ.75.n. 63. & 64. uol.2.addi.Alc.cóſ.64.uol.5.& qđ inſtitutus ſub duplici conditione grauari poſſit & valeat fideicõmiſſū,dicit cõnē opinionē Pariſ.conſ.86.n.9.conſ.18.n.5.uol.2.

Quæſtio VIII.

SVMMARIA.

Teſtator ſi filios inſtitutos ſub cõditione ſimplicite grauat,an etiam nepotes ſub eadē conditione grauati cenſeantur.nu.1.

An etiam ex coniecturis nepotes grauati cenſeantur.nu.3.

Fideicõmiſſū iniūctū cenſet ēt nepotibus,ſi adiecta ſit cū prohibitioni alienationis,n.2

EX his minus dubia redditur quæſtio,ſi teſtator filios inſtitutos ſine filiis decedétes ſimpliciter grauauit onere fideicommiſſi,nūquid fideicómiſſū cēſeatur tacitē iniunctū ēt ipſis nepotibus ſub eadé conditione ſi ſine filiis deceſſint.nāq; quod tale fideicómiſſū nó extendat, ſed expiret moriente filio grauato cū filiis, eſt cele re.Oldra.cóſ.21.n.1.& hanc dicit eſſe cõmunē opinionē Pariſ.conſ. 66. uol.3.cóſ.44.n.2.conſ.8.n.2. uol.2. Ioa. Ceph.cóſ.17.cóſ.260.nu.12.cõem dicit Achil.Perſonalis tract.adip. poſ.n.193.

Quia cum agitur de onere filiorum appellatione nepotes non continentur.

2 Et hoc quidẽ procedit de plano qñ ſimpliciter iniũctum eſt fideicõmiſſum, nec aliquid ſequitur, ex quo coniiciatur teſtatorem uoluiſſe, q̃ illud fideicõmiſſum ad filios filiorum tranſiret, etiã cũ eadem qualitate, ſi ipſe ſine filiis deceſſerit. Sed difficultas ſolet oriri, quoties ex aliquibus coniecturis apparet de alia mẽte & uoluntate teſtatoris. Et quidã exiſtimant, q̃ licet quandoque fideicommiſſum ex teſtatoris præſumpta mente extendatur de caſu ad caſum, non tamen id permitti debet de perſona ad perſonam, iuxta gl. l. Titius, de lib. & poſth. & hoc omnes tenere dicit Ceph. conſ. 269. nu. 13. lib. 2. & nu. 50. ubi dicit Cur. iun. cõſ. 121. nu. 16. contrarium ſentientem communiter reprobari.

Sed contrariam partem, quod imo cẽſeatur inductum fideicommiſſum & extenſum de perſonis filiorũ ad perſonas nepotum ex mente teſtatoris coniectura rata, tenet Ang. d. §. & quid tantũ, ibi ſequitur Iaſ. & omnes admittunt ut dicit Cur. iun. conſ. 111. n. 5. & quod hæc opinio eſt uerior, æquior communior aſſerit Pariſ. conſ. 66. nu. 55. & plurib. ſeq. præſertim 73. uolu. 3. idem affirmat Soc. iun. conſ. 129. n. 35. cũ pluribus ſeq. li. 3. ſubdens hanc opinionem eſſe ueriſſimã non obſtante quicquid in contrarium dixerit Aret. d. §. & quid ſi tantum hãc crebriorem & ueriſſimam dicit. & ſequitur Io. Ceph. conſ. 114. nu. 30. & magis communem ueriſſimam nuncupat Achil. Perſonalis trac. adipiſ. poſſeſ. nu. 215. & ſeq. hancque uti ueriſſimam tenendam, & ab ea in iudicando & conſulendo non eſſe recedendum nouiſſime tradit Fran. Mantic. tracta. de coniect. vlt. uolunt. ti. 2. nu. 20. li. 8.

3 Ex quo fideicommiſſum iniunctũ filiis, dicitur iniunctum filiorum filiis, qñ teſtator prohibuit inſtitutis filiis alienationem, & uoluit bona in familia ſemper permanere, hanc dicit eſſe commuuẽ op. Pariſ. conſ. 66. nu. 74. uol. 3. & crebriorẽ eſſe Doct. ſniam aſſerit Ceph. conſ. 114. n. 30. & ſeq. ita iudicatum eſſe refert Marz. epito. fideic. q. 19. & ita uidiſſe iudicari refert Alc. l. liberorũ, Marzar. conſ. 4. n. 38.

Quæſtio IX.

SVMMARIA.

Fideicommiſſum poſt mortem filii relictum, an a filio uel hærede eius relictum cenſeatur & quæ vtilitas, nu. 1. 2 & 3.

1 QVæro item, quid ſi fideicommiſſum relictum ſit poſt mortem filii, nunquid in dubio relictum intelligatur a filio uel eius hærede. Vtilitas huius cognitionis eſt, quia ſi a filio relictũ intelligatur ab eoque reſtitui debet hæres eius deducit legitimã, in qua filius grauari non poteſt, & Trebellianicam de bonis ſubiectis fideicommiſſo, vt dixi infra. Reſpon. Hæc quæſtio ardua eſt. Bar. in l. cohæredis, §. cum filię, ff. de vulg. tenet i dubio fideicommiſſum iniunctum cenſeri ipſi inſtituto, non eius hæredi, & hãc opinionem dicit eſſe communem Soc. conſilio 140. 2. col. dicens, q̃d in hoc Doct. uidentur concordare, & conſ. 101. conſ. 150. ut eum allegat Galia. d. l. Centurio, nu. 449. & ſeq. dicens hanc eſſe magis communem, & hanc opinionem ex uſu apud Doct. uideri receptam dicit Soc. iun. conſil. 131. vol. 1. num. 76. Fran. Rip. d. l. Centu. nu. 128.

Contrariam tamen opinionem, quod imo fideicommiſſum in dubio cenſetur iniunctum hæredi filii tenet Bar. ut quidam eum allegant l. qui duos, in fi. ff. de vulga. quem cõmuniter ſequuntur Doc. ut teſtatur Alex. §. cohæredi, §. cũ filiæ, n. 16. hãc opinionem quoque dicit communem, nec ab ea in iudicando & conſulendo recedendum eſſe idem Alex. conſ. 12. nu. 24. vol. 3. ubi addi. lit. M. hanc quoque dicit communem Iaſ. l. precibus, nu. 15. C. de impub. & aliis ſubſt. & l. ex tribus nu. 5. dicit quòd iſta ſit uera & communis, & d. §. cum filiæ. nu. 16. & 17. & n. 6. dicit ita hodie receptum eſſe, & quod iſta ſit communis opi. dicit in Zaſ. nu. 6. ibi ſubdit, quod licet Bal. & Chriſtoph. de Caſtel. conſuluerit contrarium cum magna pompa. Tamen Raph. Fulgo. redegit eos in ordinem, in contrariam partem conſulendo, cuius conſilium obtinuit & hodie receptam eſt, ut Zaſ. quoque firmat d. §. cum filiæ. nu. 6. uerſ. cæterum. hanc quoque dicit communiter receptam Ruin. conſ. 104. nu. 3. uolu. 2.

conſi.

conſi.147.n.3.& 4.vol.3.& ꝙ Bar.in d. l.qui duos communiter ſequuntur Doc. dicit Pariſ.conſi.41.num.44. & 45. vol. 2.conſi.7.vol.3.dicens, quod cõis cõcluſio habet quod qñ teſtator poſt mortem ſui filii ſimpliciter diſponit bona peruenire debere ad talem, ſi non dicirut nominatim a quo, tale fideicommiſſum cenſetur relictum ab hæredibus filii, taliter ꝙ etiam non detrahitur legitima. idem Pariſ.conſi.71.nu.9.& 10.volum.2. conſil. 21.nu.48.lib.3.Communem quoque aſſerit Grat.conſi 134.nu.45.vol. 2. Cur. iun.conſi.71.nu.8.Rube.conſil.143.nu. 8.magis communem dicit Gab. Roman. comm.opi.lib.4.tit.ad Trebel.nu.13.Ceph.dicens proculdubio magis communẽ eſſe, & in practica non recedendum ab ea conſi.153.num.66.& conſ.194. num. 58. plures de communi teſtantes adducit Gieron.Gab.conſ.117.nu.31.Iul. Clar. §.teſtamentum, lib.3.ſent.q.72.uerſi.tertius caſus & nouiſſimè latiſſimè comprobans Fran Mantica de coniect.ult. volu. lib.8.tit.3.hanc quoque dicit ueriorem Fern.Vaſqu.de ſucceſ.progreſ.§. 26.nu. 38.licet primam opinionem ex Rip. cõmunem dicat.fauendum etenim uoluntati teſtatorum quantum fieri poteſt, qui non cenſentur uoluiſſe grauare ſuos filios niſi quatenus expreſſe dictum ſit.

2 Aduerte, quod quidam uolunt ſaluare Bar.diſtinguentes inter ſuccedẽtes ab inteſtato & ſubſtitutũ pupillarem ipſius filii, quaſi Bar.in d.l.qui duos. loquatur de ſubſtituto, in d.§.cum filiæ de ſuccedẽte ab inteſtato. Sed magis cõis eſt legitimum hæredem quoque grauatum cenſeri.ut dicunt omnes ſupradicti.

3 Quod autem de legitima datrahenda dictum eſt, intellige ut procedat quãdo filius fuit impubes, ſecus ſi pubes vel ad pubertatem peruenit, quia tunc indiſtincte detrahitur legitimam etiamſi expreſſe ipſi hæredi iniunctum eſſet fideicommiſſum.ut dixi §.Trebel.

Quæſtio X.

SVMMARIA.

An nepotes cenſeantur uocati ad fideicommiſſum filii relictum, nu.1

In ultimis uoluntatibus appellatione filiorum ueniunt nepotes.ibid.

In inſtitutione hæredis uel ſubſtitutione directa an ueniant, nu.2.

Quid in fideicommiſſis, nu.3. & ſeq. quãdo conſtet ex coniecturis teſtãtorem uoluiſſe quod admittãtur nepotes, uel non nu.6. & ſeq.uſq; ad finem.

1 QVæro nunc vlterius, ân ad fideicommiſſum relictum filiis admittanẽ ẽt nepotes? Reſpõ. Hæc quæſtio quotidiana, ſed non minus controuerſa eſt, pro cuius pfecta & clariori reſolutione ſcias appellatione filiorũ in ultimis volũtatibus cõtineri nepotes, tex.l.Lucius, ff.de hær.inſt.& d.l.Gallus, §.inſtituẽs, & eſt crebrior ſententia, ut ait Tob.Non.conſi.33.nu.23.

2 Sed concluſione ꝑpetua non eſt, vnde plures diſtinguẽdi ſunt caſus. Primus eſt in inſtitutione uel ſubſtitutione directa, qñ teſtator inſtituit filios, uel ẽt in ſubſtitutione directa eos ſubſtituit. & hoc caſu ueniũt nepotes.ita loquitur d.l. Lucius, la 2.Alex.conſ.9.uol.1.Bar.d.l.liberorũ, crebriorẽ Nonius d.conſi.25. & in ſubſtitutione dicit hãc crebriorẽ ſñiam Mod.Pariſ.ad Alex.conſ.1.lit. L.uol. 1. Dec.conſ.301.n.2 & hic caſus non pertinet huc, ſed tamen uolui adiungere.

Secundus caſus eſt in fideicommiſſo, & diſtinguendi ſunt duo caſus.

3 Primus, quando quæritur an ueniant paſſiuè, ut quia teſtator onere fideicommiſſi filios grauauit, & hoc caſu omnes concludunt appellatione filiorum nepotes non comprehendi cum fideicommiſſum onus ſit, ut dixi ſupra q.8.& fatetur Nonius d.conſi.nu.25.Marzar.d. q. 17.

4 Secundus caſus eſt, quando agitur, an actiuè veniãt in fideicommiſſo ad commodum fideicommiſſi, & tunc iternm diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus eſt, q̃do filii sũt i diſpoſitiõe.& hoc caſu duæ principales ſententiæ reperiuntur adeo dubiæ, & vtraq; habẽs ſuos ſequaces, ut vix cognoſci poſſit quæ communior ſit.

5 Prima opinio eſt, quod hoc caſu nepos ad fideicommiſſum quod filiis relictum eſt admittatur, & grauatus ſi ſine liberis deceſſerit reſtituere reliquis filiis uel ſuperuiuentibus, intelligatur etiam grauatus reſtituere nepotibus. & hanc

tenet

tenet Bar.d.l.liberorum,num. 5. & in d. l.Gallus.§.inſtituens,ibi Ale. & Iaſ. hãc dicit eſſe communem opi. Alex. d. conſi. 9.nu.2. And.Barba.conſ.10. lib.2. col.7. Soc.iu.cõſ.116.n.13.vo.1.ubi ſubdit q̃d opinionem Bar.tenuit antiqua & moderna iuriſprudentia,& in conſ.126. nu.36. eo.uol.dicit doctrinam Bar. magis communiter receptam,& conſi.146. nu.7.& nu.11.dicit ab ea in iudicando non eſſe recedendum,uol.2.in fi.conſi.ſecundum illud iudicatum fuiſſe aſſerit, & quando teſtator fecit mentionem de filiis eos ſubſtituendo,& ſic honorando appellatione filiorum uenire nepotes Io.Cepha.conſi.262.nu.5.dicit ſententiam eſſe ueriorem & crebriorem,Soc.conſi.17. nu.1.li. 4.Gozad.conſi.4.col.3.& pent. communem quoque dicit Dec.conſi.391. Curt. iu.conſ.22.nu.12.& 13.

Contrarium vero partem ſecuti ſunt numero,non pauciores,ſ.filiorum appellatione hoc caſu non contineri nepotes. ita.conſuluit Alex.conſ.1.nu.12.lib.1. & multos Italiæ Docto.ſecundum hanc opinionem cõſuluiſſe, & iudicatum fuiſſe dicit Cor.conſi.199.lib.2.& hãc ſentẽtiam nõ hebere contradicentẽ dicit Dec. conſi.95.col.antep.Tobias Nonius conſi.33.nu.26.& hanc eſſe veritatem dicit Bal.conſi.156.uol.4.hanc quoque dicit magis communem eſſe Soc.ſen.conſ.10. uol.3.Bellon.conſ.50.num.5.& ita omnes Doc.conuenire ait Dec.conſ.95.nu. 5.hanc opinionem uideri ueriorem & communiorem fatetur Alc.conſ.31.nu. 27.uol.9.conſi. 69.eo.uol.n.7.& in l.filius.§.cum diui.nu.47.ff.de leg.1. Sed priorem opinionem dicunt crebriorem Moder.Pariſ.add.ad Alex.d.conſ.1.lit. L.ubi ſubdit Dec.d.conſi.95 ubi contrarium aſſerit abuti authoritatibus Docto. qui loquuntur in diuerſis & oppoſitis terminis, & de hoc quia Bart. opinio ſit magis communis non puto dubitandum eſſe.

Quoniam autem hæc quæſtio ut plurimũ a coniecturis dependet, ex quibus extenſioné fieri oportet,accidit ut facile ſecundũ caſuum uarietaté ex modicis coniecturis in alterutram partem deſultare liceat.

6 Scias itaque imprimis prædictam concluſionem affirmatiuam, quod appellatione filiorum in fideicommiſſis nepotes veniant,de plano procedere,quando diſpoſitio non eſt de præſenti, ſed collata in aliquem futurum euentum, in quem erat dubium, an aliqui liberi primi gradus extarent,an vero nepotes, quia tunc credendum eſt, q teſtator verbum filiorũ late intellexerit, nec maioré affectioné erga filios q̃ nepotes habuerit ſpertum ſi tpe teſtamenti nondũ eſſent nati filii,& per fideicõmiſſum ſubſtitueret naſcituros,quo caſu eadé eſſet ratio in nepotib.quæ in aliis.ita tradit Imo.d.l.Gallus.§.inſtituens, & hoc 2 ſiq; dubio procedere dicit Soc.ſen.conſi.1.n.38. vol.3. & cõem eſſe opi.teſtatur Cur.iun. conſi. 139.col.fi.Maria.Soc.iu.conſi.114.num. 31.cõem quoque appellat Gozad.conſ. 4.n.31.ex Decio conſi.391. & quamuis contrarium, quod opinio Imo. non ſit communis aſſerat Soc. conſi.73. nu. 19. vol.4.tamen ipſe fallitur. hanc crebriorem affirmant Mod.Pariſ.d.addi.ad Ale. conſi.1.& quod iſta concluſio ſit omnino indubitata firmat Ceph.conſi.262.n. 8.idé firmat conſ.107.n.15.vbiquamplures alios de communi teſtantes refertur Io.Fran.Catinus addi.ad Mar.Laude.con 25.verb.contineatur.

7 Quod etiam procedit quando nepotes nati vel concepti ſunt poſt morté teſtatoris,ita tenet Ioann. And. addit.ad Spec. ti. de teſta. & hanc dicit eſſe magis communem opinionem Rub. conſi. 28. poſt medium, quem refert Ceph. conſi. 262.num.14.licet nonnulli contrarium affirmant.Ratio eſt,quia de teſtatoris mẽte ſatis eſt quod tempore futuri euentus nati ſint vel concepti.

8 Secundo affirmatiua procedit quãdo filius in fideicommiſſi diſpoſitione fuit conſideratus ratione agnationis, ſeu familiæ,& quia pro conſeruanda familia relictum,eſt quia tunc etiam nepos filii appellatione continetur.ita tenet Ioan. Andr.addit.ad Spec.rubri. de ſucceſſ. ab inteſtat.& ita dicit omnes Doctor.tenere.Soc.iun.conſil.116.numer.13. quem refert.Anto.Gabr.commu.concluſ.libr. 5.titu.de uerb.ſignif.conclu.1. num. 37. Communem quoque dicit cur.iun. conſil.3.numer.11. & ita contra quam Iaſ. reſpon-

reſpóderat ex facto iudicari uidiſſe dicit Alc.l.liberorum,ff.de verb.ſign.

9 Tertio procedit, quando teſtator fecit mentionem de filiis naſcituris.hanc dicit communem opinionem Cur.iu.d.cõ ſi.3.nu.9.& quod iſte caſus non habet dubitationem, quando nepotes ſunt ipſius teſtatoris deſcendentes,dicit Mantica de coniectur.vlt.vo unt.li.8.c.8.nu 16.

10 Quarto procedit,quando alias ſequeretur aliquid durum,iniquum,vel inhumanum.ita dicit communem opinionem Cur.iu.conſi.3.nu.8.Ant.Gabr.d.cõclu. 1.nu.34.

11 Quinto,quando teſtator excluſit filias propter filios,quia tunc & propter nepotes excluſiſſe uidetur communem Cur.iun.conſi.116.nu.1.

12 Porro ex coniectura uoluntatis dicendum eſt,non uenire appellatione filii nepotes ad fideicommiſſum,ſi filii expreſſe ſint nominati nominibus propriis. ita tenet Bar.l.Gallus,§.inſtituens, ff.de li. & poſthu. & hanc dicit eſſe cõem opin. Cur.iu.conſ.57.n.2.conſ.114.nu.5.com muné quoq; dicit Aim.Craue. conſ.98. nu.9.Villal.collect.comm. opi. uerb.filius,nu.141.Fran.Mantica d.tit.n.4.An. Gabr.d.concl.1.nu.71.

13 Idem dicendum eſt,quando diſpoſitio poteſt uerificari in filio, ut quia exiſtẽte fideicõmiſſo ſupereſt filius qui ex ueriſimili mente teſtatoris ſecundum ordinem charitatis præfertur ita & hoc ſine controuerſia proculdubio aſſerit So. iu.add.ad conſi.146.uol.2.Fran. Mantica d.ti.nu.5.

14 Pariter ſi dixerit teſtator ſi aliquis dictorum filiorum,& hæredum deceſſerit, ſubſtituo alium,ſeu alios ſuperuiuẽtes, apparet teſtatorem de nepotibus non cẽſiſſe. hanc opinionem dicit magis eſſe cõmunem adeo ut nec iure tranſmiſſionis admittantur Soc.iu.conſ.14.nu.7.uol.4. conſi.30.nu.7.eo.uol.

15 Aduerte item quod ſi filios maſculos uocauit teſtator,excluſis fœminis, nepotes maſculi ex filia concepti non mittuntur.hanc dicit eſſe communem opinioné Dec.conſi.239.nu.5.

16 Secundus caſus principalis eſt,quando non ſunt filii in diſpoſitione, ſed in conditione poſiti,ſiquidem reſpectu gra nati ſi ſine liberis deceſſerit, & tunc expeditum eſt,quod appellatione liberorum ueniunt nepotes & omnes liberi deſcendentes,& faciunt ſemel relicti ſemper deficere conditionem, ſecũdum communé opinionem,de qua dic,ut dixi intra.

Quæſtio XI.

SVMMARIA.

An nepos ſuccedat in locum patris,nu.1.& diſtinguitur,nu.2.3.4.& 5.

Si filij filiorum expreſſe ſunt nom nati,tum indiſtinctè admittuntur,nu.6.

Idem ſi teſtator expreſſit,quod ſucceſſio fieri debet in ſtirpes,nu.7.

Filius non admittitur in locum patris,ſi teſtator uoluit in fideicommiſſum ſuccedi, ſalua gradus prærogatiua,nu.8.

Idem ſi proximiores ſunt uocati,nu.9.

Idem ſi ſuperuenientes.nu.10.

5 STante concluſione prædicta, q̃ ueriſſima eſt,quod nepotes admittanẽ ad fideicommiſſum filiis relictum, ut filii,quæro nunquid nepotes ſuccedãt, in locum patris ſi adſit patruus, ita ut una cum eo admittantur ad fideicommiſſum? Reſp. Articulus eſt ualde difficilis,ĩ quo Doc.uariantur,alii exiſtimant in fideicõmiſſo filium ſuccedere loco patris,ita eſt gl.quam ita intelligunt in l.cum ita,§.in fideicommiſſo,ff.de leg.2.& hanc dicit eſſe communem opi.Alex.conſ.88. uol.1. conſ.26.uol.3.Gozad.conſi.4. col. pen. Claud.Seiſel.l.Gallus,§ quidam recte, ff.de lib.& poſthu.Nonius conſi.29. nu. 10.Gualden.de arte teſtan.tit. de ſubſti. cau.27.& magis cõem dicit Soc.iu. conſi. 116.vol.2.Aret.cõſ.143.Soc.iu. cõſi.146. vol.2.Rui.conſ.12.col.6.uol.1.cõſi.162. vol.eod.conſ.79.uol.2.conſi.71. in fi.eo. uol.& ab ea in iudicando,& conſulendo non eſſe recedendum Iaſ. conſi.158. lib. 2.& opi.gl.magis communiter approbari dicit Ceph.conſ.16.nu.37.

Contrariam partem, quod imo filius non repræſentet patrem, ſed patruus præferatur,amplectitur Bal.d.l.cum ita, §.in fideicommiſſor.& cõem eſſe opi.dicit Dec.l.2.ubi dicit ita, Romæ iudicatũ fuiſſe,il i Cur.num.6.C.de ſucceſ.edict. Dec.conſ.1.ver. & dico Io. Ant. Alexan. conſ.39.col.1.ſubdit contrariam cõmuniter

ter reprobari.hanc quoq; communem et contrariam communiter reprobari dicit Grat.conſi.27.vol.1.& hanc opi. contra gl.dicit communem Cur. iun. conſi.58. nu.1.hanc dicit ueriorem l.cohæredis,§. cũ filiæ,ſub nu.2.ff.de uulg.Iaſ.n.5. & 6. & l.2.C.de ſucceſ.edict. & eam ſequitur dicens & veriorem & receptionem Nic. Bello.conſ.50.col. 1 & 2. Tob. Non.d. conſi 33.nu.28.Sed priorem magis com munem teſtatur Ceph.conſi.283. n. 32. & omnes alii infra allegati,qui omnes di cunt d.gl.ita magis communiter intelli gi,idem Tiraq.de primog.q. 40. nu. 191. cum ſeq.Ceph.conſ.215.nu.112.

2 Aduerte quamuis quidam d.glo.aſſe rant communiter reprobari, tamen ſi re cte ponderẽtur Doc.dicta non reproba tur,ſed potius approbatur in terminis,q bus loquitur,ut fatentur Mod. Pariſ. ad Alex.conſi.26.uol.3.dicens quod nullũ inuenit nominatim reprobantem in ter minis quibus loquitur,niſi Bal. ibi. Pro concordia igitur in hoc quotidiano paſ ſu diſtinguendum eſt.

3 Aut loquimur quãdo tractatur de ſuc cedendo aſcendentibus,& tunc admitti tur repræſentatio.hanc firmat eſſe com munem opi.Cur.iun.conſ.161.nu. 2. & iſto caſu dicit glo.opi.communiter pro batam Pariſ.conſ.36.vol.2.conſi.38. nu. 15.vol.eo.Ruin.cõſ.167. uol.2.Goza.d. conſ.4. Ant.Gabr.d.concl.3.n.11.Bello. d.con ſ.10.Villal.lit.fi.nu.90. Fra. Burſ. conſi.71.nu.1 magis communem & ue riorem dicit Alex. conſ. 88. & conſil. 137.uol.1.Fernand.Vaſq.de ſucceſ. pro greſ.lib.3.§.26.nu.9.Marza.epito.fidei com.q.18.Soc.iun conſ.20.lib.2. ubi te ſtatur magis communem, quem refert Non.conſ.29.nu.11.

4 Aut agitur de ſucceſſione tranſuerſa lium,& quidem ſororis uel fratris,& tũc quoq; admittitur filius in locum patris, cum patruo, amita, uel matertera, ſicut ab inteſtato. Communem dicit Claud. de Seiſ.l.d.§.quidam recte, refert Non conſ.34.nu.4.& quod ita gloſſam omnes intellexere,qui eã ſequũtur dicit Coua. pract.quæſt.cap.38.nu.4.verſ.nono.Se

5 cus ſi agitur de ſuccedendo aliis tranſuer ſalibus remotioribus,ut patruo magno, patruelibus & ſimilibus,in quorum ſuc ceſſione ab inteſtato filius non intrat in locũ patris,& tunc filius non repre ſentat in fideicommiſſis patrem, ut cum patruo admittatur hanc dicit communẽ opi.Benintend.deciſ.88.nu.4. dum dicit Dec.conſ.1.loqui contra communem, & iſtam partem ueriorem arbitratur Di lect.d.tit.5.caut.27.& quod hæc opinio diſtinguens & concordans ſit omnino re cipienda & aliis præferenda dicit Ceph. conſi.16.nu.35.vol.1.& in hoc caſu loq tur Dec.conſ.1.quod iudicio Rotæ con firmatum aſſerit ipſe,& iſtã dicit fore ue ritatem Soc.conſ.66.num.28.uer.& hæc opinio,lib.1.& hanc dicit communem re ſolutionẽ Marz.d.q.18.& ita alias fuiſſe deciſum in Rota Florentina. & hanc cõ muniorem ac ueram ſcribentium eſſe re ſolutionem ſcribit Burſ.conſ.1.n.25.vol. 1.Cephal.conſ.215. nu.12. & ſeq. & hanc reſtrictionem eſſe uerìſſimam & de men te gl.d.§.in fideicõ miſſo, & omnium Do ctorum atteſtatur & ſequitur Ruin. in ter conſi.Alexandrini conſ. 40. nume.3. frequentiorem dicit idem Cephal.conſi. 283.nu.14.&16. dicens ab hac opinione non eſſe recedendum.ueriorem & magis com.Alex.d.conſ.88.& conſil.173. & qđ iſta ſit proculdubio communis opi. dicit Couar.d.q.38.uer.decimo,Marz.conſil. 3.num.3.& ita in practica ſeruandum ait Cor.l.fi.C.de uerb.ſign.Rui.conſ.12.nu. 14.conſ.13.num.13.uol.1.conſ.78. uol. 2. & hoc poſtremo caſu loquuntur omnes qui.d.gloſſ.reprobant.idem firmat Ad dit.ad Dec.l.2.nu. 19.lit. G.C.de ſecũd. nup.Alex.d. conſ. 26.lit.fi.uolum.3.mo uentur omnes, qui hanc diſtinctionem ſequuntur,quod in fideicommiſſis ſuc ceditur ad inſtar ſucceſſionis ab inteſta to.ita communiter teneri dicit Pariſ. con ſil.3.nu.41.uol. 1.conſi.51.num.16,& con ſi.57.uolum.2.conſi.5.num.26. uolu. 3. Bar.Romul.l.filiusf.§.diui.nu.100. ff. de leg.1.

6 Scias tamẽ quod prædicta procedunt, quando de contraria teſtatoris uolunta te aliter non apparet,alias ſecus eſt,unde ſi expreſſe nominati filii filiorum, tunc indiſtincte una cum patruis,admittũ tur. ita tex.d.§.in fideicõmiſſo.& tenent om nes indifferenter,ut dicit Pariſ.conſ.91. n. 34.uol.2.

Idem

7 Idē ſi teſtator expreſſe dixerit, q̄ ſucceſſio fieri debeat in ſtirpes, tunc per iſta uerba voluit filios præmortuorum repræſentare præmortuos & ſuccedere in locū parentum, ita vt una cum patruis eorū ſuccedant. ita eſt tex.§.1.de hæred.ab inteſt.uenient.& eſt vera & communis concluſio, ut teſtatur Pariſ.conſi. 92. nu.69. vol.2.Soc.conſ.69.& conſi. 109.uolu.3. Fran.Burſ. cōſ.71. n.4.vol.1. Marza.cōſ. 3.nu.11 ſubdens hoc caſu eſſe extra controuerſiam. Soc.iun conſ 20.nu.8.uol.3. ubi dicit hanc eſſe concludentiſſimam reſponſionem ad obiectum.

8 Quid autem ſi teſtator inducens fideicommiſſum dixerit, quod ſucceſſio fiat ſecundum gradus prærogatiuam? Reſp. quod tunc proximiores in gradu admittuntur, excluſis aliis in ulteriori gradu exiſtentib. ita tenet Pau. de Caſt. Auth. defuncto, C.ad Tertu.& hoc eſſe indubitatum dicit Dec.conſi.10.quem refert & ſequitur Pariſ.conſi.90.nu.49.in fi. vol. 2.Pariſ.conſi. 36.nu.27.uol.2.

9 Quid ſi autē, ſi proximiores ſūt uocati? Reſp. q̄ tunc quoque filius nō intrat in locum patris, quia uocando proximiores videtur teſtator limitaſſe fideicommiſſi ſucceſſionē ad certū gradū, ad quā ita limitatam non debent admitti aliæ pſonæ, niſi illæ quæ ſunt intra limitatum gradum. ita tenent omnes d.l.cum ita, §. in fideicommiſſo, ut teſtatur Pariſ conſi. 90.nu 48.uol.2.

10 Idem dic, quando teſtator per fideicō miſſum uocauit ſuperuenientes, uel per alternatiuam vel filios eorum, namque tunc frater ſolus admittuntur, excluſo nepote. ita conſuluit Dec.conſi. 299. & crebriorem & communiorem atteſtatur Por.conſ.8.n.44.quem refert Burſ.conſ. 41.nu.6.

Quæſtio XII.

SVMMARIA.

An in fideicommiſſo filiis relicto fœminę admittantur, nu.1. Et hoc procedit regulariter quando filijs ſimpliciter relictum eſt, ſecus ſi filijs maſculis, excluſis fœminis, nu.2. & quid ſtante ſtatuto quod maſculi ſuccedant excluſis fœminis, nu. 3. item, quid ſi uolui: bona cōſeruare in familia, nu.4. & an ſemper ſint excluſæ, nu.5. Quid in filijs diuerſarum uxorum. nu.6.

1 Quæro, nunquid in fideicommiſſo filiis relicto comprehendantur filiæ ſiue fœminæ? Reſp. q̄d ſic, quia i ſubſtitutionib. & vltimas voluntatib us appellatione filiorum filiæ includuntur, & maſculinum cōcipit fœmininum. tex.l. q ſquis, de verb. ſign. Communē dicit Dec. l.2.nu.103.ff.de reg.iu.& magis communē dicit Franc.Burſ.conſi.1.nu.22.vol.1. Quinimo licet filiæ non veniant appellatione filiorum proprie, ſed ex interpretatione tantum extenſiua, vt dicit cōem opi. Alban.conſ.19.nu.4.Gabr.d. cōſlu. 6.n.41. Tamē quia ſola volūtas in fideicommiſſis attēditur, bene admittuntur

2 Et hoc quidem regulariter & de plano procedit, quando ſimpliciter filiis fideicommiſſum relictum eſt, ſed quid ſi teſtator filios inſtituit maſculos hæredes vniuerſales, & filias in re certa inſtituendo excluſit ab hæreditate, & vno ex filiis maſculis deſcendente, alios filios vel ſuperuenientē ſubſtituit vel iuſſit alijs reſtituere hæreditatem, nunquid in fideicommiſſo venient vel ſuccedent ēt filiæ fœminę? Reſp. quod non ita tenet Bār.l. fin. ff.ad Treb.& hanc dicit eſſe communem opi. Iaſ.l. Lucius num.23.ff.ad Trebel. Anto. Gomez. uariar. reſolut. Tom. 1.cap.5.num.25.& magis communem eſſe opin. pluribus per eum adductis comprobat Franciſ.Burſat.conſi. 1. num.36. volum.1.& conſil.75.num.18.volum.1. cōem Dec.conſi.15. quia cum filios maſculos pdilexerit inſtituēdo vniuerſaliter, & filiæ habetur loco legatariæ, uſ filios tantum in fideicommiſſo vocaſſe.

3 Quid autem ſtante ſtatuto, quod ad ſucceſſionem parētum admittantur filii maſculi, excluſis fœminis, nunquid tunc ſi pater fideicommittat, & mandet reſtitui filiis ſuis, admittentur filiæ? Reſpon. quod non, ſed maſculi tantum. ita decidit Bald.& Petr.de Anchar.l.tres fratres ff.de pact.& quod ſit communis opin. teſtatur Mandel.de Alba.conſ.19.quē refert Franc.Bur.conſi.36.num.31.vol.1. Ratio eſt, quia appellatione filii non ueniunt filiæ, niſi per interpretationē, non quidem comprehenſiuam, ſed extenſiuā ex præſumpta mente, quæ mēs præſum

pta

pra tollitur per contrariam præſumptionem ortam ex tali ſtatuto, quoniam teſtator præſumitur voluiſſe conformem reddere ſuam diſpoſitionem diſpoſitioni ſtatutariæ, vt dixi infra §. teſtamentum.

4 Quæro itē, quid ſi appareret teſtatorē uoluiſſe bona conſeruare in agnatione? Reſp. quod neetū c quidē maſculinū cōcipit fœmininū, & ſic appellatio filiorū filiȩ non cōprehenduntur. ita dicit cōem eſſe opi. Mandel. Alban. d. conſ. 19. num. 10. quem refert, Tobias non. conſi. 36. num. 11.

5 Sed quæro, nunquid in prædictis caſibus fœminæ ſiue filiæ excluſæ, ſemper perpetuo ſint excluſæ? Reſp. ꝙ ſi tempore, quo defertur hæreditas, ſeu fideicommiſſum, non extent maſculi, filiæ fœminȩ admittunť, ut dicunt oēs ſupra ꝑ Gomez. alleg. Si uero extent maſculi, poſtea tales filiȩ non pn̄t amplius ad bona, a quibus fuerunt perpetuo excluſæ peruenire, ſed dicta bona uenire debent ad alios hæredes iſtius maſculi, qui fœninas excluſit. ita tenet Bar. l. 1. §. fi. ff. ad Tertul. quem communiter approbatum eſſe dicit Pariſ. conſi. 48. nu. 22. uol. 2.

6 Sed pone: teſtator habuit filios ex diuerſis uxoribus, nūquid ad fideicōmiſſum oēs æqualiter admittunť? Reſpon. ꝙ ſic. ita tenet Bar. l. Lucius, ff. ad Treb. nu. 21. & hāc dicit eſſe cōem opi. Io. de Imo. c. Rainutius, in materia reciprocæ ſubſtitutionis, quē refert idem aſſerens Alex. conſ. 20. nu. 4. vol. 2. & ibi Mod. Pariſ. in addi. lit. A. dicit, quod oēs ita tenēt. Eandem dn̄t eſſe cōem opi. Fran. Rip. d. l. Lucius, n. 4. & magis cōem enūciat Soc. ſen. conſ. 86. n. 9. vol. 3. licet aliter teneat, qn̄ ꝑ interpoſitā perſonam teſtatori ſuccedi tur, Aim. Crau. conſ. 43. nu. 1. ubi tamen n. 2. reſtringit hanc cōem, & declarat ut procedat, niſi aliud ex coniecturis appareat faciunt quæ dixi ſupra. §. præceden. q. 57. Ratio eſt, quia talis filii oēs teſtatoris, cui per fideicommiſſum ſucceditur, æquales ſunt, qui erga omnes parem affectionem habere præſumitur,

Quæſtio XIII

S V M M A R I A.

An filii liberi & deſcendentes poſiti in cōditione cēſeantur uocati ad fideicōmiſſum, nu. 1. & diſtinguitur nu. 2. an ſint teſtatoris deſcendentes, uel non.

Aliter diſtinguitur, nu 3. ut ſi ſint deſcendētes teſtatoris cenſeātur uocati, maxime ſi leues adſint cōiecturæ. Sin tranſuerſales. ſecus niſi coniecturæ adſint urgentes.

QVęro ulterius, an filii liberi, & deſcendentes poſiti in conditione intelligantur actiue uocati ad com-
1 modum fideicommiſſi? Effectus eſt maximus, quia ſi cēſenť uocati, bona non pn̄t ꝑ grauatū alienari in vita uel morte, ſed tenebūť ea prædictis filiis uel deſcendentibus reſtituere tanquā bona ſubiecta fideicōmiſſi reſtitutioni? Reſp. Ardua q̄ſtio eſt & magnus circa ea Doct. conflictus, Et quod non cenſeantur uocati per uiam fideicommiſſi, ſed veniant ab inteſtato tenet gl. uulgatiſſima l. Lucius 2. ff. de her. inſti. & hanc dicunt eſſe cōem quam plures relati per Clar. d. q6. 77. ultra eos idē teſtať Rip. l. Centurio, nu. 159. ff. de vulg. Io. de Ana. conſ. 68. n. 9. Rub. conſi. 120. nu. 3. Rui. conſ. 177. nu. 12. li. 2. conſ. 119. n. 3. li. 2. conſ. 179. n. 1. li. 2. Mātua. conſil. 22. n. 5. conſi. 115. nu. 18. Aim. Crau. cōſi. 62. n. 6. conſ. 155. n. 2. Port. conſi. 8. n. 25. conſ. 40. n. 1. Torniel. conſ. 43. n. 5. & 10. Natta conſ. 151. n. 3. li. 3. Franciſ. Burſ. cōſi. 51. nu. 7. vol. 1. Io. Ceph. conſi. 120. n. 3. Aim. Crauet. conſi. 109. nu. 2. & ita ſe cōſuluiſſe & obtinuiſſe refert Corſet. in Repert. Abb. uer. ſubſtitutio, & forte cōmuniorē dicit Marzar. cōſ. 1. & pluribus authoritatib. cōprobat Tiraq. Repet. l. ſi nunquam, verb. ſuſceperit liberos, n. 80. cum ſeq. C. de reuoc. donat. Ant. Gome. variar. Reſol. Tho. 1. c. 5. n. 42. ibi in addi. Ema. Suarez. n. 24. Ema. à Coſt. l. Gallus §. & quid ſi tm̄, ff. de lib. & poſthum. Roder. Suarez. alle 3. Couar. c. Reinut. §. 3. n. 2. Segura. l. 4. §. fi. n. 178. ff. de lib. & poſthu. Euerhard. in Topi. col. 66. hanc dicit magis cōem Sichard. l. ab eo, C. de fideicom. ubi dicit nu. 4. quod ſic in Camera imperiali obtinui. Fer. Vaſq. q. magis cōem laudat de ſucceſ. progreſ. §. 4. nu. 7. cū ſeq. Purpur. l. C. de pac. Gabr. Rom. d. concluſ. 4. in princ. de fideic. Sfor. Odd. tract. compend. par. 5. art. 3. fol. 168. ubi quamplures alios de communi atteſtantes adducit. & nouiſſime Franc. Mantua. lib. 11. ti. 2. Iu. Clar. ſent. lib. 5. §. teſtamen

tum,q.77.vbi dicit hanc in ſcholis & cu riis eſſe canonizatam, & ab ea non eſſe recedendum,& hūc eſſe approbatam & frequentiori calculo receptam dixit Rolan.a Valle.conſ.51.n.vol.3.Tiber.Dec. conſi.59.qui dicit eſſe hodie pro opi.gl. communem opi. & quam plures alios, qui hanc opinionem frequentiori calculo receptam aſſerunt refert Tobias Nonius conſi.31.nu.1.

Sed aduerſus hanc gloſſ. opinionem Doct.non pauci reſiſtunt a Corn. enarrati conſ.22.li.2. cumulatius a Boer. q. 55.quam magis cōem etiā teſtat Barbat. conſ.55.li.2. cum pluribus.relatis p Clar. & Gabr.d.locis,& vltra relatos qđ hæc opinio eſt multū æqua,benigna, & cōis dicit Pariſ.cōſ.6.conſ.66.n. 16. & pluribus ſeq.vol.3.ſubditq; ſi iudex in iudicādo illā ſequeretur non peccaret magis cōem teſtatur quoq; Curt.ſen. conſ.57. n.21.Barba.conſ.27.li.1.Soc.iun. conſi. 145.nu.35.lib.3.& ueriorem putat conſ. 141.n.7.li.2.neq; contra religionē iudicem facturum opinatur qui ſniam hāc iudicando amplecteret, & frequentiorē hodie hanc opinionē affirmat ueriorem planeq; æquiorem exiſtimat cōſi. 158. n.57.n.69.& n.71.li.2. magis communē quoque aſſerit Port.conſ.46. nu. 19. & Matth.Gribald.inter eiuſdem Portij cōſilia conſ.40.Decia.conſ.42.n.1.cōſ.44. num.1.inter d.conſilia Portij.Andre. Sicul.conſ.27.lib.1.conſ.55.lib.4.ubi aſſerit hāc eſſe ueriorem,æquiorem, & cōmuniorem opinionem,Soc. iun. conſil. 174.viſa prędicta per totū fere illud cōſ. uol.2.ubi dicit ꝙ licet ipſe alias non aliter conſideratis Doctorum authoritatibus contrarium conſuluerit, putans opinionem gl. d.l. Lucius cōmuniter receptam,tamen hodie rei ueritate & authoritatibus ſcribentium conſideratis,hanc ſequitur tanquam ueriorem & communiorem,& ita fuiſſe iudicatū refert Corne.l.1.de cond. inſert. & hanc opinionē ueriorem atque hodie crebriorem uideri dicit Cephal.conſi.251.nu.72. Decia. conſ.103.nu.37.& 38. uol. 2. dicit hanc opinionem ueriorem,æquiorem,& magis communem,ſubditq. quod ſecundū eam ſæpe conſuluit, & iudicauit, & ab aliis uidit pronūciatum, & quod opinio gl.ſit cōis negat Tobias Nonius d. conſ. 31.nu.9.quia licet olim eſſe cōis, hodie tamen dubiū eſſe,ut dicit Grat.conſ.48. n.12.li.1.Imo.hodie pt dici,inquit, qđ opinio contra illā gl. ſit magis cōis, & quod magis cōis ſit dicit Achil. Perſona trac.adipiſ.poſſeſ.n.206.& quāuis Clar. exiſtimet gl. opinionem hodie communem,ego tamē id uix admittere poſſum.

2 In tanta uerò controuerſia tam ingenti de opinione alij pro concordia ſic diſtinxere. Aut illi qui ſunt inſtituti non ſunt ipſius teſtatoris.deſcēdētes, & hoc in caſu proculdubio filij in conditione poſiti non cenſent uocati. Aut uero inſtituti deſcendentes teſtatoris, & nulla adeſt coniectura per quā argui poſſit teſtatorē eos uocare uoluiſſe, & procedit opinio gl.d.l.Lucius.Sin aūt aliqua coniectura ſubſit,per quā appareat teſtatorē uoluiſſe hos filios in conditione poſitos uocare,& tūc cenſent uocati,& procedit opinio affirmatiua. hanc cōcordiā dicit hodie magis cōem Soc. iun. conſil. 145.n.36.lib.3.conſ.175.nu.1. lib. 2.Pariſ.conſ.5.n.35.li.3.Crauet.conſ.24.nu. 13.Iul.Clar.d.q.77. Achil.Perſonal.d. tract.adipiſ.n.299.uerſ. alij autem. Didac.Couar.d.c.Rainutius, num. 3.§. 3. vbi dicit frequentiſſimum, coniecturis contrariæ uoluntatis, opinionem negatiuam ceſſare, & quod ab opinione glo. recedendum ſit,& contrarię adherendū. quod ad fideicommiſſum uocati ſint, ſi aliqua coniectura afferri poſſit etiam ſi ipſa leuis ſit teſtatur Tobias Nonius d. conſ.31.n.13. & hoc quod ex coniecturis ſunt uocati,quin ſit cōis opi. neminē negaturum dicit Tiber Decia. conſ. 89. n.12.& 13.uol.3.nouiſſime Franciſ. Mātica d.trac.li. 11. num.19.Quinimo dicit Decia.conſ.9.n.1.uol. 3. ingentem hanc controuerſiam, an in conditione poſiti ſint uocati ex frequentiori calculo, hoc diſtinctionis fœdere conciliari, quod opinio gl.l.Lucius, & ſequacium procedat,quādo a tranſuerſalib.ſunt in conditione poſiti:Altera uero,qñ ab aſcendētibus,& idem ſubiungit hanc opinionē æquiorem, cum hoc ſit naturæ ſimul & parentum cōmune uotum,& in cōſ. 44. nu.5.eod.uol.ſequitur,dicens hanc opi. eſſe ueriorē,æquiorem, & hodie magis

commu

communem & ſequendã, quia hēt maiorem æquitatem. Quicquid contradixerit Clarus, dum reſtringit ſe ad deſcendentes tantum, ego hanc ſniam vti magis cõmunem, æquiorem, & veriorem iudico, vt in collateralibus cõiecturæ admittantur, in deſcendentibus ſufficiat poſitos in conditione, vel ſaltē leues cõiecturæ.

Quæſtio XIIII.

SVMMARIA.

Filij poſiti in conditione cenſentur uocati, ſi adſint coniecturæ, & primo ſi teſtator appoſuit uerbum maſculis, nu. 1.

Secunda coniectura, quando teſtator poſitos in conditione grauauit, nu. 2.

Tertia, quando teſtator digreſſus eſt ad plures ſubſtitutiones, nu. 3.

Quarta, quando teſtator prohibuit alienationem, nu. 4.

Quinta, quando teſtator expreſſe uoluit bona in familia conſeruari, nu. 5.

Sexta, quando poſiti in condisione nō ſunt ſucceſſuri ab inteſtato, nu. 6.

In prædictis coniecturis ut plurimum ualet iudicis arbitrium, nu 7.

SEd age, videamus quæ ſint coniecturæ, ex quib. perſpici poſſit de mēte teſtatoris fuiſſe, quod deſcendentes vocētur ad fideicommiſſum.

1 Prima eſt, quãdo teſtator poſuit in cõditione filios & deſcendentes maſculos, vt ſi ſine maſculis deceſſerit, quo caſu ipſi deſcendentes maſculi cenſentur vocati. ita prædictam negatiuã opinionē limitat Guid. Pap. q. 184. quē refert, & ſequitur Dec. l. 1. nu. 16. C. de pac. & idem in conſi. 646. dicit hoc dictũ Guid. nõ eſſe contra cõem, imo neminē habere cõtradicentem, cuius contrariũ tamen ipſi papa fatetur, & ita iudicatum fuiſſe Brixiæ, ſniamq; laudatã per illuſtrem ſenatum Venetũ re ert Cur. iu. d. l. 1. & ab hac opinione in iudicando non eſſe recēdendũ dicit Pariſ. cõſ. 5. n. 36. & conſi. 6. nu. 17. & nu. 23. li. 3. idē aſſerit Crauet. cõſ. 130. nu. 2. conſi 62. n. 15. verſ. quinta cõiectura. Soc. iun. conſi. 151. n. 12. li. 2. Ceph. dicens ita fuiſſe iudicatum conſi. 115. nu. 23. conſ. 251. nu. 77. & conſi. 252. nu. 17. magis cõem Gribald. conſ. 40. inter cõſi. Portii Boer. deciſ. 155. n. 26. dicēs q maior pars dñorũ hanc opi. tenuit, magis cõmunem teſtatur Mandel. conſ. 87. nu. 17. veriorem & crebriorem nuncupat. Decia. conſi. 44. inter con. Portii.

Contrariũ vero, quod un: dicta cõiectura ex qualitate maſculinitatis ſumpta non ſufficiat, quãplures magnæ authoritatis uiri amplectunt, & hãc, opi. vltra relates per Clar. d. q. 79. dicit eſſe cõem Pariſ. conſ. 14. vol. 3. conſ. 86. n. 15. conſ. 87. nu. 32. cõſ. 44. vol. 2. & ita iudicaſſe maiorē dñorũ de parlamēto dicit Pap. d. q. 184. hãc dicit magis cõem & veriorē Cagno. l. 1. vl i late eã defendit n. 48. cũ pluri. ſeq. & quod ſimpliciter poſita cõiter reijcitur dicit Rip. l. Centurio. ff. de vulg. Alc. conſ. 47. n. 5. li. 9. & hãc magis cõem nũcupat Tornel. conſi. 43. nu. 7. & 11. inter con. Portij. Cou. d. c. Rainutius. §. 3. nu. 5. Rol. a Val. conſ. 51. nu. 5. & contra hãc coniecturã deciſum fuiſſe in Rota Florentina refert Marza. Epito. fideic. q. 20. cõem dicit Franc. Bur. conſi. 1. n. 8. Fernan. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 4. nu. 4. Ant. Gab. com. concl. li. 4. tit. de fideic. concl. 4. nu. 9. nouiſſimē Fran. Mãtica de cõiect. vlt. volun. li. 11. tit. 3. nu. 3.

Sed hæ duæ opiniones contrariæ diſtinctiones fœdere conciliantur ex mēte Doctorum cõiter, vt negatiua procedat, ſi ſimpliciter de maſculis dictũ fuiſſet: Affirmatiua uero, qñ ultra maſculinitatis qualitatē, per alias coniecturas apparet teſtatorē maſculis conſeruandæ familiæ cã relinquere voluiſſe, ut qa adiecit cauſam ſiue rationē conſeruationis i familia ita declarat Rip. d. l. Centurio, n. 163. & hãc dicit eſſe cõem opi. Doct. Pariſ. conſi. 66. nu. 46. & 49. vol. 3. Crauet. conſ. 62. nu. 9. conſ. 130. nu. 4. Soc. iu. conſi. 78. nu. 13. & ſeq. conſ. 14. nu. 7. vol. 2. Hier. Manfred. tract. de Attent. par. 6. n. 3. Io. Ceph. conſ. 352. n. 82. Achil. Perſo. tract. adipiſ. nu. 209. Zanch. l. hæredes, §. cum ita, nu. 704. cum ſeq. ff. ad Treb. Frãciſ. Burſat. conſ. 13. num. 53. volu. 1. Iul. Clar. d. q. 79. Marzar. d. qõ. 20. Quicqd ſit, mihi equidem prima ſententia in terminis iuris communis verior vr, magiſque teſtatoris voluntati conueniens, ex quo. n. fœminæ excluduntur, quæ alias cũ maſculis admittunt, neceſſe eſt eos in teſtõ in quo teſtator diſponit, vocatos eſſe iure fideicommiſſi, quamuis durũ foret

ret forte contra communem obtinere.

2 Secunda coniectura eſt, quando teſtator filios in conditione poſitos grauauit, quia tunc ex illo grauamine cenſentur vocati, ita tenet Bar. d. l. Centurio. 3. q. & hanc dicit eſſe hodie magis communem Socin. iun. conſil. 114. nume. 28. lib. 3. & conſi. 145. ſub nu. 36. verſ. prout prima eſſet, & pro hac ſententia pluries eſſe iudicatum refert Papa deciſi. 39. deci. 184. & iſtam opinionem fuiſſe canonizatam conſulendo per Doctores Peruſinos refert Aim. Crauet. conſ. 130. nu. 3. lib. 1. & hanc opin. eſſe veriorem, humaniorem, & communiorem late defendens per totum conſil. dicit Ioann. Cephal. conſil. 93. lib. 1. & quod reuera hodie hæc ſit magis cómunis opin. aſſerit Tobias Nonius conſi. 31. nume. 19. & magis communem dicit Soc. ſen. conſi. 249. num. 5. conſil. 250. nume. 5. vol. 2. vbi dicit ſe ſemper ita conſuluiſſe, & à Bar. non eſſe recedendum, in quo ſemper ſolet eſſe veritas. & hanc opi. in practica ſeruari cóſulendo & iudicãdo teſtatur Ang. § fi. inſtit. de pupil. ſu. ſti. & cóſulendo & iudicãdo ſeruari dicit Mar. Mantua conſi. 92. nu. 10. volu. 1. & quod Bar. opinio procedit de iure, & facilius defendi poſſit, quam cótrariam fatetur Couar. c. Rainutius, §. 3. nume. 3. & ita iudicatum fuiſſe iſtis diebus refert Iul. Clar. d. q. 78. & quod hodie ſit magis communis multis adductis authoritatib. comprobat Decia. conſi. 44. nu. 51. vol. 1. idem firmant omnes ſupra q. 7. pro affirmatiua opinione adducti, & nouiſſime Franciſ. Mantica d. tit. 3. nu. 2.

Sed hæc quoque dubia redditur, & a quamplurimis impugnatur, vt vix quæ communior ſit apparere poſſit, namque contrarium quod non cenſeantur vocati, quando grauauerit teſtator poſitos in conditione, probarunt ex magis communi nonnulli relati per Boer. deciſ. 155. nume. 27. qui dicit ita iudicatum in curia Romana, Soc. ſen. conſi. 43. Cephal. conſil. 268. nu. 19. vol. 2 Zanch. d. §. cũ ita, Celſ. Hugo conſi. 20. nu. 18. & ſeq. & hoc dictũ exploratiſſimum & receptiſsimum nuncupat Soar. add. ad Gomez. num. 24. Tomo 1. varia. reſol. ca. 5. & idem Gomez. ibi num. 45. magis communem aſſerit, priorem tamen ſecutus Rolan. a Valle conſi. 56. nu. 16. & 7. uol. 3. & Fran. Burſ. conſi. nu. 10. magis communem aſſerit, idem firmat plures alij relati per Noni. d. conſil. per Clar. d. q. 79. qui ét non dubitandum dicit. quin hæc contra Bar. ſit magis communis opi. Sed equidem vix auſim dicere, quia quamplures viri excellentes ſupra relati contrariũ dixerunt, & ſane vř ſatis vrgens eſſe coiectura. Si enim, vt ſupra diximus, ex eo quod in conditione poſiti ſunt filii, vocati cenſeri debeant, cur non accedente grauamine id magis præſumemus, vt fideicommiſſum ab eis relictũ non reddatur inutile?

Et hoc tamé cum moderamine, vt procedat quando expreſsè poſiti in conditione ſunt grauati. Secus vero in dubio, quia abſolute per verba reſtituatur, vel deuenıat iniunctum eſt grauamé, ut ſi teſtator iuſſerit reſtituere hæreditatem Titio, ſi filius ſuus ſine liberis, vel eius filii ſine filiis deceſſerint, namque tunc vt diſpoſitio teſtatoris valeat, præſumendum eſt in dubio tale fideicommiſſum iniunctũ eſſe primo hæredi ſub duplici conditione, ſ. ſi ipſe vel eius filii ſine filiis deceſſerint, & ſi filios reliquerit, ijque ſine filiis moriantur, fideicómiſſum erit purificatum & debebitur ſubſtitutis, licet eius conditio exiſtat poſt mortem ipſius inſtituti. ita tenet Bar. d. l. centurio, vlt. q. quem communiter in hoc ſequuntur omnes ibi ſcribentes, vt dicit Par. conſ. 75. n. 63 & 64. uol. 2. Mod. Pariſ addit. ad Alex. conſi. 64. volum. 5. & hanc cõem, & indubitatã Doctorum ſententiam eſſe profitetur Alciat. cõſi. 209. num. 9. lib. 9. Rimin. Senior conſi. 135. nu. 11. Franſ. Mantic. de coniect. vlt. volunt. li. 8. tit. 2. n. 13. & hanc ſententiam quando expreſsè ſunt grauati poſiti in cõditione, magis conformem eſſe menti teſtatoris, & æquiorem dicit Clar. d. q. 78. verſ. ſecundus eſt caſus, ſed ad deſcendentes reſtringit. Ego vero Bar. ſententiã indiſtinctè ſequendam iudico, ſecundum voluntatem teſtatoris, quæ ſufficit, etiam ſi ex coniecturis colligatur.

3 Tertia coniectura adducitur, quando teſtator poſitis in conditione ſecundo aut tertio ſubſtituiſſet, & ita de ſubſtituto prouidit non tantum in defectum primi inſtituti, ſed etiam in defectũ omnium liberorum, videtur. n. ſæpius ponendo in

R con-

conditione prædilexiſſe.& conſequenter vocaſſe. ita voluit Anch.conſi.74.nume. 2.& ea ſnñam dicit eſſe ſingularẽ Iaſ.cõſ. 232. vol.2. & communem eſſe teſtatur Dec.conſ.103.num.17.vol.2.

Contrarium vero pleriq; probarunt, quos refert Ant. Gabriel.com. concluſ. concluſ.4.li.4.de fideicom.& hãc partem cõiter receptã eſſe dicit Rum. conſ.120. n.20. conſ.138.vol.3. & ueriorẽ idẽ dicit conſ.141.eo.vol. & Anch. ſnñam cõiter reprobari dicit Ripa.d.l. Centurio,n. 165. Cardinal Alban.ubi in lucubrat.nu. 26.de crebriori teſtatur, Rip.i cõſ.1.ſub tit.de ſubſt. Alciat.conſi.89.nu.5.vol.9. vbi alios adducit, qui dicunt eſſe phantaſiam ab omnib. Dec. reprobatam. & hãc contrariam ſnñam dicit communem eſſe,& ſequitur Rolan.à Valle conſi.51.n. 9.vol.3.Franciſ.Burſat conſi.1.n.9. vol. 1.conſi.51.nu.31. Iul.Clar.d.q.70.verſ. quinta eſt, dicens propter hanc coniecturam non eſſe à communi recedendum. Sed priorem Anchar.opinionem magis communem dicit Gabr.d.concl.4. num. 34. & crebriori calculo approbatam fatetur Ioan. Cephal. conſi.252.nu.17. & à maiori parte Doct.eam eſſe receptam teſtatur Marza.conſi.5. num.15. & ſubdit tunc maximè veram eſſe, quando in ſequentibus gradibus uocati ſunt, qui præſumuntur minus dilecti,nouiſſime Frãc. Mantica li.11.tit.3.nu.13.

Quarta coniectura allegatur, quando alienatio prohibita eſt omnibus deſcendentibus in perpetuum, quia tunc teſtator præſumitur inter ipſos deſcendentes uoluiſſe inducere fideicommiſſum,ut dixi ſupra q.5.& ita poſiti, etiam in cõditione cenſentur diſpoſitiuè vocati. & hæc eſt magis cõis opinio, ut teſtatur Tiber. Decia.conſi.41.nu.36. uol.1. conſ.44. nume.47.uol.3. quem refert & ſequitur. Fran Mantica d.tit.3.nu.14.

5 Quinta coniectura eſt, quando a teſtatore expreſſa ratio, quia vult bona ſua in familia conſeruari, tunc.n.ſimiliter cẽſetur inter maſculos de familia reciprocum inducere fideicommiſſum, conſequenter ẽt poſitos in conditione neceſſario uocaſſe, de quo dixi ſupra q.5. & hãc eſſe cõem opin. dicit Pariſ.conſi.16.nu. 16.vol.3.& nouiſſime Franc. Mantica d. tit. nu.15. & hanc cõiecturam magis cõſeruari in alio caſu dicit Rip.d.l.cẽturio, quando ſcilicet teſtator excluſit filias ꝓprias, & ſi filius inſtitutus decederet ſine maſculis, ſubſtituit proximiorem de familia, tunc enim pręſumitur uoluiſſe bona conſeruari in familia, & ſubdit quod in iudicando non recederet ab hac coniectura.

6 Sexta affertur coniectura,quando poſiti in conditione non ſunt ſucceſſuri ab inteſtato, quia tunc teſtator cẽſetur eos uocaſſe ex teſtamento, nec excludantur per ſubſtitutũ,& hoc eſſe uidetur de mẽte gloſſę cõiter approbatæ in d.l. Luc.q̃ vult ideo in conditione poſitos non cenſeri uocatos ex teſtamẽto, quia ab inteſtato poſſunt ſuccedere,ergo ſi non poſſint ſuccedere, ex teſtamento uocati cenſeri debent, & hoc fatẽtur omnes Doctores, ut teſtatur Soc.Iun.conſi.158.nume.73. ad fi.volum.2.Verum hoc etiam caſu ꝓcedere. & ueram eſſe opinionem glo. in d.l.Lucius,ut non cenſeantur uocati,licet non ſint ſucceſſuri ab inteſtato, cum etiam naturalis filius ſubſtitutos excludat, & tamen ab inteſtato non ſuccedat, dicit Couar.d.c.Rayn.§.3.nu.7. & communem eſſe ex Vincen. Hercul. & Ripa. teſtatur. Sed Franciſc.Mantica d.ti.3.nu. 16.fatetur, quod ipſe hoc non auſit dicere, cum prędicti Iuriſcõſulti magnæ authoritatis,de quib. Couar.non facit mẽtionem apertè aliud dixerint, puto hanc coniecturam bene defendi poſſe inſpecta pręſumpta teſtatoris uoluntate.

7 Porrò aduertendũ eſt in his cõiecturis vt plurimũ verſari iudicis arbitrium, vt no.Menoch.de arbit.iud.q.cent.2.li.2.caſu 145.Et q̃uis qñque cõiecturę ſeparatim non ſufficiũt, tñ ſimul iũctę efficiũt diſpoſitionẽ ſeu uocationẽ poſitorũ in cõditione in dubio,ut ex cõi refert Frãc. Burſat.conſ.1.n.11.vol.1.Hoc quoq; notandum,quod licet Iul.Clar.in his coniecturis ſemper ſe reſtringat ad deſcendẽtes, tamen in eo ſequẽdũ non eſſe, quia errore labitur, vt fatetur Mantica d.tit. 3.in fi. & in collateralib. coniecturę admittuntur, in deſcẽdenti.uero leuiores ſufficiũt,& ita intelligenda cõmunis opinio,quẽ firmat Nonius d.conſ.31.quod leues etiam coniecturæ ſufficiant.

quæſtio

Quæſtio XV.

SVMMARIA.

Fideicommiſſum deſcendentib. relictum quibus debeatur, nu. 1.

Deſcendentium appellatione continẽtur omnes in infinitũ cuiuſcunque ſexus, ibid.

Limitatur quando relictum eſt deſcendentibus maſculis, nu. 2.

Quid ſi deſcendentib. per lineam maſculinã vel ſexum uirilem, nu. 3. & an fœmina comprehendatur in linea, nu. 4.

Appellatione poſteritatis & generationis cõtinentur nati ex fœmina, nu. 5.

Deſcendentes inter ſe an ſuccedant ordine ſucceſsiuo per fideicommiſſum, nu. 6.

1 QVæro, ſi teſtãr filio inſtituto mandauit vel voluit per mortẽ filii bona ſua, ad deſcendentes ex eo peruenire, q̃bus relictum cenſeatur fideicommiſſum? Reſp. ꝙ appellatione deſcendentiũ continentur oẽs in infinitũ cuiuſcunque gradus vel ſexus ſint, & ſiue ſint nati ex fœmina vel maſculo, dicuntur deſcendendentes l. fi. & ibi oẽs notant. C. de ſuis & legit. hered. vt tenet Bar. & ſequũt oẽs l. Gall. §. etiam ſi a parente. ff. de lib. & poſth. ut teſtatur Pariſ. conſ. 72. n. 7. vol. 4. & hoc certiſſimum eſſe dicit idem Pariſ. conſ. 88. nu. 12. & ſeq. vol. 2.

2 Sed hoc tñ intelligit, niſi de deſcendẽtib. maſculis fiat mentio, ut ſi fideicommiſſum relictũ ſi deſcendẽtib. maſculis. Namq; tunc deſcẽdentes ex fœminis excluduntur. ita tenet Bar. & ibi magis communẽ eſſe opin. aſſerit Soc. Sen. l. Gall. §. nunc de lege, ff. de lib. & poſth. & ſubdit ab ea non eſſe recedẽdũ, & quod iſta eſt cõcluſio certa & ab omnib. approbata dicit Dec. conſ. 227. nu. 16. vol. 3. & ꝙ oẽs tenent, deſcendentẽ ex fœmina excludi ab eo gradu & iure a quo fœmina ipſa excluditur aſſerunt Mo. Pariſ. in conſue. Pariſ. §. 16. n. 1. vol. 92. & receptiſſimam dicit Ari. Pinel. de bonis maternis. l. 3. n. 19. nouiſſimẽ Fran. Mantica de coniect. ult. volunt. lib. 8. tit. 11. nu. 7. Quia teſtator apponendo iſtam qualitatem maſculinitatis cenſetur conſideraſſe conſeruationem familiæ. ita tradunt oẽs l. maximum. C. de liber. præter. ut dicit Tiber. Decia. conſi. 33. nu. 88. vol. 3. quæ nõ põt fieri per fęminas, quæ ſunt caput & finis familiæ. & deſcendentes ex fœminis non ſunt in familia fœminarum, ſed patris & & hoc caſu, quando agitur de conſeruatione familiæ, tutius procedere hanc cõcluſionem dicit Pinel. d. loco.

3 Sed quid ſi fideicommiſſum relictum ſit deſcendẽtib. per lineam maſculinam? Reſp. ꝙ tunc quoque fœminæ ex maſculis deſcendentes non comprehendẽtur, & minus maſculi ſeu fœminæ deſcendentes ex fęminis. ita tenet Alex. Iaſ. & Doc. in l. Gall. §. nũc de lege, ff. de li. & poſth. & ibi Alc. nu. 20. dicit cõiter teneri. hanc quoq; cõem aſſerit Crot. l. filiusf. §. diui, n. 163. in fi. ff. de leg. 1. Secus vero eſt ſi teſtator vocauerit maſculos per uirilem ſexum deſcẽdentes, quia tunc fœminæ ex maſculo admittunt. ita eſt gl. ab omnib. approbata d. §. nunc de lege, ut ait Cou. d. c. Rainal. in prin. n. 13. Pinel. d. l. 3. nu. 30. Alc. d. §. nunc de lege. licet contrariũ ſentiat, Fran. Mant. de coniec. ult. volun. lib. 8. ca. 11. nu. 9.

4 Occurit alia quæſtio: Pone, teſtãr uoluit vt poſt mortem filii bona ſua perueniant ad deſcendentes ex eo per lineam maſculinam, nunquid ẽt comprehendetur filia defuncti in linea? Reſp. Pau. de Caſt. in l. maritus, C. de procurat. uoluit nõ comprehendi, dum loquitur de emphyteuſi, quia linea fœminina incipit ab ipſa, ideoq; excluſis deſcendentibus ex linea feminina excludi quoque caput eiuſdem lineæ, & ſequitur in terminis Alex. conſ. 53. nu. 6. vol. 6. & ita communiter teneri dicit Crot. d. §. diui, num. 10. in fi. Loazes num. 67. & communem eſſe opinionem dicit Pariſ. conſi. 22. numer. 44. vol. 3.

Sed contrarium probat Iaſ. d. §. nũc de lege, ſiquidem melioris eſſet condõnis neptis ex filia quam ipſa filia, quod abſurdum uidetur, & hoc uerius aſſerunt Mod. Pariſ. in add. ad Alex. d. conſi. 53. li. 6. hanc etiam opinionem contra Paul. ueriorem & ęquiorem videri ſaltem, quando non ſuperſũt filii maſculi dicit Ari. Pinel. l. 3. nu. 29. C. de bon. matern. quod facile admitto, & voluntati teſtatoris cõuenire videtur.

5 Scias ẽt, quod ſi poſteritati generationi uel progeniei fideicommiſſum relictum ſit, tunc ẽt deſcendentes ex fœmi-

n. ſub appellatione poſteritatis, generationis & progeniei comprehendi. ita tenet Pau.de Caſt.l.1.C.de condi.inſert. & eſt cōis opi.vt teſtat̄ Nicol.de Vbal.tract. de ſucc.ab inteſt. fol. 11. col.1. quem refert & ſequitur Didac.Couar.c.Raynald. in prin.nu.13.Tiraq.de vtroq; retr. §. 1. gl.9.n.239. Arti.Pinel.d.l 3.n.32. dū rñdendo ad l.1.ff.de iu immu. dicit receptiorem intellectum eſſe, quod procedat ſpecialiter in priuilegio immunitatis, qđ cenſetur contrarium communi vtilitati.

6 Porrò aduertendum eſt, deſcendentes vocatos vel ſubſtitutos, vocatos cenſeri gradatim & ordine ſucceſſiuo. ita tenet Bar.l.Gall. §. quidam rectè, & poſt eum omnes, ff. de lib.& poſthu. & dicit cōem opi.Iaſ.ibi nu.27.& quod in iudicando & conſulendo ab ea non ſit recedendum, & quod hoc omnes pro indubitato tenent, in omni collectiuo nomine, quod ordine ſucceſſiuo vocati intelligantur etiam inter eos dicit Tiber.Dec.conſi.42.n. 67. vol. 1. Sed difficultas eſt & dubitatio in hoc. An inter ſe vocati ſint ordine ſucceſſiuo per vulgarem tantum. An etiam per fideicommiſſariam. Qua in re diſtinguendi ſunt caſus.

Aut.n.teſtator poſt mortem filij uoluit bona ſua peruenire ad deſcendentes ab illo, & uadere de deſcendente in deſcendentem, de vno in alium, & ſic de antiquiore in antiquiorem, & per iſta verba inductum eſſe conſtat fideicommiſſum & onus reale, & perpetuum, & vocati cenſentur maſculi gradatim & ſucceſſiue per fideicommiſſum. ita tradunt omnes in d. l.fi.C de verb.ſig.vt teſtatur Pariſ. conſil. 72.nu.31. & ſeq.vol.4.

Aut vero teſtator ſimpliciter uoluit poſt mortem filiorum bona ſua peruenire ad deſcendentes, hoc caſu quidam exiſtimāt, primos deſcendentes quidē in gradu per fideicommiſſum ſuccedere, ſed ſequentes in gradu gradatim ſiue ordine ſucceſſionis admitti vulgariter tm̄, & ita proximiorib. ſemel admiſsis, vlteriores ꝑpetuo excludi. huius opiniones author eſt Cuma.d.l.cū ita.§.in fideic. Verum tñ cōtraria ſnia verior eſt, ꝙ imò deſcendentes vocati cenſentur ordine ſucceſsiuo ꝑ fideicommiſſum, qñ vocati ſunt per compendioſam, vel per verba importantia ēt fideicommiſſum. ita tenet Paul. de Caſtr. in d.§.quidam rectè, quē ita Doc. cōiter intelligunt & ſequuntur, vt teſtatur Pariſ.dicens veriſsimam eſſe opin conſ. 11. nu.28.& ſeq.vol.3.& hanc eſſe veriſsimā & commun. opi.latiſsimè comprobat Tiber. Dec. conſi.1. nu.251.vol.1.& ſubdit non reperiſſe vllum contradicentem in iſtis terminis, excepto Soc.conſi.113.vol. 1.idem Dec.conſi.33.n.101.eo.vol. conſi. 41.nu.90. hanc quoque dicit cōem opin. Galiau. d. §. quidam rectè, nu.22. vbi in propoſita qōne, an uocati per nomina collectiua uocati cenſeantur ordine ſucceſſiuo per vulgarem tantum, an etiam per fideicommiſſariam ipſam, concludit quod in ſubſtitutione eo modo, quo prior in gradu admittitur ex ſubſtitutione poſt inſtitutum. ita etiam admittentur alij. Contraria uero ſententia procedit, quando deſcendentes ſunt vocati per uerba directa denotantia vulgarem, vel ſimplicem ſubſtitutionem, & ita concordant Doct. communiter, vt fatentur ſupradicti omnes, & dixi q.ſeq.

Quæſtio XVI.

SVMMARIA.

Appellatio familiæ capit̄ pro agnatione.n.1.

In fideicommiſſo familiæ relicto an omnes gradatim admittantur.nu. 2. & qualiter intelligatur, nu 3.

In fidecōiſſo primo admittuntur nominati, poſtea proximiores in gradu.n.4. & ſeq.

1 SOlēt ſæpius quoq; familiæ fideicommiſſa relinqui.ſciendū aūt eſt, ꝙ quāuis verbum, familiæ, varie capiatur, tamē hic pro agnatione accipit̄, vt dixi ſupra. §. legatum, q.41. & intelligit̄ familia in dubio de familia ipſius teſtatoris, non de familia hæredis grauati. ita tradunt oēs per illum tex.in l.cū acutiſsimi. C. de fideic. Bar.l.peto.§.fratre, q.1.ff.de leg.2. & in l. ſi cognatis.nu.2. ff. de reb. dub. quem ſequuntur communiter DD. ut teſtatur Pariſ.conſi.1.nu.59.& ſeq.vol.3.

2 Sed quæro, quomodo illi de familia ſeu agnati accipiendi ſunt, an oēs de familia æqualitar & ſimul ſint admittendi? Reſpon.ꝙ non, ſed proximiores in gradu, reſpectu ſucceſsionis & ordine ſucceſsiuo, ita tenet glo. d. l. cum ita §.in fideic.ff. de leg.2.Bart.d.l.ſi cognatis, 2. qō. ff. de rebus

bus dub. & ſequitur communiter omnes ſcribentes, vt teſtatur Pariſ. conſ. 51. nu. 14. vol. 2. & hanc dicit cõem eſſe opinio. Alex. conſ. 88. n. 12. vol. 1. Soc. conſ. 51. n. 11. vol. 4. Romul. l. cũ filius fam. §. diui, n. 104. ff. de leg. 1. Villal. collect. com. opin. verb. fideicommiſsũ, nu. 42. Ema. Soarez Theſau. recep. ſniarum, verb. familię, n. 45. Quia fideicommiſſum regulatur ſecundum naturam ſucceſſionis ab inteſtato ſecundum gl. communiter approbatam d. §. in fideicommiſſo, vt teſtatur Pari. d. conſi. 51. nu. 15.

3 Et hoc quod dictũ eſt, cæteros admitti ordine ſucceſſiuo intelligitur, non qđ excluſo priore in gradu ſequẽtes admittantur, & admiſſo priore ſequentes excludant, ſed etiam quod priore admiſſo ius illis ex fideicommiſſo ſit ſaluũ, & ex eo gradatim admittantur, & prior admiſſus effectualiter cenſeatur rogatus de reſtituendo ſequẽti in gradus, ita tenet Paul. de Caſtr. d. §. in fideicõmiſſo, cuius opinionem cõem eſſe dicit Pariſ. conſ. 11. nu. 28. & ſeq. maxime 37. vol. 3. & receptiorem dicit Didac. Couar. c. Rayn. §. 2. nu. 7. extra de teſtam. & pract. quæſt. lib. cap. 38. nu. 4. ver. primum, & licet quidam conentur dictam intelligentiam Paul. de Caſt. impugnare, tamen illorum ſnia ꝓcedit & locum habet, quando ſolum facta fuiſſet vulgaris ſubſtitutio, non autẽ nomine collectiuo, aut per uerba tractũ futuri temporis ſignificatia, uel quæ poſſent intelligi iure fideicommiſſi: etenim vnus poſt aliũ admittitur. ita voluit Soc. l. Gall. §. quidam recte, ff. de lib. & poſth. & quod ita declarant omnes ibi dicit Pariſ. d. conſi. 11. num. 30. & receptiorem dicit ſententiam Didac. couar. d. §. 2. num. 7. & d. cap. 38.

4 Scias etiam, quòd prędicta concluſio que vult proximiorem in gradu admitti, locum habet, quando familię fuit relictum fideicommiſſum nulla facta ſpeciali de certis perſonis mentione. Secus ſi teſtator aliquos ut predilectos ſpeciatim noiauerit. Namq; illi nominati debent ſuccedere excluſis penitus alijs, q̃bus pferuntur tanquã magis dilecti ab ipſo teſtatore, poſt vero noiatos oẽs extin ctos ueniẽt noie collectiuo uocati. ita eſt tex. apertus, & ibi oẽs tradunt d. §. in fidei cõmiſſo, & tradit gl. l. fi. C. de verb. ſign. quã oẽs ſcribẽtes ſequunt, vt dicit Pariſ. cõſ. 21. n. 16. vol. 3. & cõſ. 38. n. 49. vol. 2.

5 Et hoc adeo uerum eſt, ut ſi ex duob. ꝑdilectis alter deceſſerit, filij illius pmortui cum altero nominato non admittantur, ſed alter ſolus nominatus obtinebit fideicommiſſum: cenſetur. n. unus rogatus alteri reſtituere, ita dicit omnes Scribentes hoc habere pro maxima. Pariſ. d. conſi. 38. nu. 49. vol. 2. & dicit communẽ eſſe opi. Didac. Couar. pract. quęſt. li. c. 38. nu. 4. verſ. 6. conſtat.

6 Item declaratur prędicta concluſio, ut proximiores nullis ſpecialiter nominatis preferantur, ſed ita ut nepos cũ patruis ſuccedat. ita gl. d. §. in fideicõmiſſo ĩ terminis loquimur, ut dixi q. 11. & fatetur Tiraq. de iure primogen. q. 40. n. 191.

7 Sed iuxta predicta occurrit trita & vulgata quæſtio, ſi primogenitus de familia vel agnatione ad fideicõmiſsũ uocet, nũq̃d nepos ex primogenito patruo, an vero frater primogeniti præferatur? Reſp. Magna olim fuit & hodie eſt diſceptatio ſtante diſpoſitione ſtatuti uel conſuetudinis, ut dixi infra §. ſucceſſio ab inteſtato. Sed quo ad diſpoſitionem teſtatoris uocantis ex fideicõmiſſo, magis cõis eſt reſolutio, quod filius primogeniti pmortui excludat patruum, ſubintratq; filius in locum patris iure primogenit. ita ſentit Bar. d. Auth. poſt fratres, C. de leg. here. & communem eſſe opinionem dicit Soc. iun. cõſi. 3. nu. 10. vol. 4. ſubdens ſemper hoc caſu recipiendam eſſe magis cõem, dicit Alc. parerg. li. 8. c. 15. Didac. Coua. pract. quæſt. c. 38. nu. 5. verſ. 11. & hoc verius & receptius eſſe dicit Liter. Gab. cõſ. 107. nu. 5. & 7. nouiſſime Fran. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 10. num. 9.

8 Porro ſcias etiam, quod ſi teſtator per fideicommiſſum uocauerit duos antiquiores de domo, tũc quoq; illis admiſſis nõ expirare fideicommiſſum, ſed ſequentes in gradu admitti ex uerſimili mẽte teſtatoris, quoniam preſumitur ex eo uoluiſſe conſeruare familiam. quod fieri nõ poſſet, ſi ordine ſucceſſiuo ad alios non extenderetur. ita conſuluit Ancharan. conſi. 27. & eius doctrinam communiter approbatam eſſe teſtatur Tiber. Decia. conſi. 41. num. 62. uol. 1. quam ſemper

per intellige quando teſtator reſpexit cõſeruationem familiæ.

8 Hinc ſi teſtator uocauit proximiores agnatos maſculos de domo & parentela, propriasq; filias & alias deſcendentes omnes excluſit, agnatos maſculos ordine ſucceſſiuo per fideicommiſſum vocaſſe cenſetur, quoniam tunc ſatis apparet, quod id fec rit gratia conſeruandi bona ſua in agnatione. ita tradit Dec.l.1.C.de pact. & hanc eſſe communem opi. dicit Cur.iun.conſi.113.n.5. & ita conſultum fuiſſe per multos celeberrimos Iuriſconſultos, & ita fuiſſe iudicatum ſententiãque per illuſtriſſimum conſilium Venetũ fuiſſe confirmatum dicit idem Cur. d.l.1.hanc quoque communẽ aſſerit Io. Cepha.conſi.137.nu.13.& ſeq.ſu dicq; hoc expeditũ & indubitatem eſſe quod quando maſculi diſpoſitiuè vocantur, tunc maſculorum mentio fauore agnationis intelligitur facta,& ſic omnino fideicõmiſsũ vi inducere in familia.

Quæſt. XVI.

SVMMARIA.

An concepti poſt mortem teſtatoris admittãtur ad fideicommiſſum.

QVæro item, certum eſt in fideicommiſſo familiæ relicto vocari eos q fuerunt tempore mortis teſtatoris, nunquid etiam comprehendantur concepti & nati poſt mortem teſtatoris? Reſ. quæſtio hec valde controuerſa eſt, & alij aliter ſentiunt, communiter tamen recepta eſt diſtinctio: aut loquimur in fideicommiſſo purè relicto, & tunc uocantur illi tantum, qui fuerunt tempore mortis teſtatoris, quippe qui proprie agnati ſunt & de familia, ita pcedit & cõiter intelligitur tex.d.l.cum ita, §.in fideicõmiſſo, ut fatentur ibi pleriq; oẽs, qa certiſſimũ eſt de iure, quod in ſucceſſionib. quæ purè admittunť inſpicimus tps quo euenit caſus ſuccedendi, ita quod illæ perſonæ tantũ admittantur. q eo tpe reperiũtur natæ, ideſt tpe quo moriť ille, de cuius ſucceſſione agitur. Non aũt admittũtur illę, quæ poſt ea naſcũtur, ſiue ad inteſtato ſiue ex teſtõ ſuccedatur.

Aut loquimur in fideicommiſſo conditionali, & licet non deſunt qui etiã negant in fideicommiſſo conditionali aut alias pendente ex incerto euentu admitti conceptos poſt mortem teſtatoris, tamen magis obtinuit contrarium ſententium opinio, quã tenet Io. And.ad Spec. Rub.de teſtam. quam opi. dicit magis cõmunem eſſe Rube.conſil.28.col.8. poſt medium Mandel de Alb. conſi.106. per totum conſ.& maxime.n.13.Io. Cep. d. conſi.262.n.14. Quia hoc p expedito haberi debet, quod cũ agiť de ſuccedendo ex diſpoſitione conditionali, ij tñ debent admitti, quippe conditionis euentẽ tis reperiuntur nati. Et hoc generale eſt, q debeat inſpici tempus quo dies fideicõmiſſi cedit, ſ.in propoſito perſonarum natarũ uel non natarũ. & idem Alban.d. conſ.n.15.dicit, quod licet Soc. conſ.51. vol.4.cõetur docere, quod ſi teſtator vocauit deſcendentes in infinitu, aut alias perſonas multorum graduũ, quæ nõ poſſunt eſſe natæ ſimul eodem tẽpore, tunc debeant admitti, ẽt quę naſcũtur poſtea ex veriſimili mente teſtatoris, tamen periculoſa eſt eius ſententia, & contra eum in effectu cõis opi. idq; adductis authoritatibus late comprobat, & ita intelligitur, quod Doc.cõiter volunt qñ teſtator digreditur ad multos gradus, quod tali caſu teſtator non ſolum cenſetur uocaſſe illos, qui repriuntur nati eo tempore quo moritur teſtator, ſed etiam illos q poſtea qñcunque naſcuntur, procedit enim dummodo reperiantur uel concepti tempore euenientis conditionis.

Quæſt. XVIII.

SVMMARIA.

In fideicommiſſo familiæ relicto, an attendatur perſona teſtatoris vel hæredes grauati, num. 1.

Ex verbis teſtatoris et cõiecturis colligiť, an perſona grauati attendenda ſit. nu. 2.

Diſtinguuntur tamẽ plures caſus n.3. 4. et 5.

DIctum eſt in fideicõmiſſo familię relicto proximiorẽ admitti, ſed q̃ro, An conſiderari debeat proximitas reſpectu teſtatoris, an uero ipſius grauati: pone.n.reliquit habebat plures agnatos, & vni noĩatim reliqt, & eo mortuo, uoluit reſtitui familię? Reſp. Articulus eſt frequẽtiſſimus & utiliſſimus nec minus dubitabilis, ſunt.n.quidã exiſtimantes proximitatẽ cõſiderari ex pſona ipſi⁹ teſta-

teſtatoris, cuius ſucceſſio eſt, cũ per fidei cõmiſſum ſuccedat teſtatori non hęredi, vt dixi inf. ita tenet Bal. d. l. cũ tit. §. in fideicõmiſſo, & plures alij quos refert & ſequit. hanc firmans eſſe cõiorem opinionem, & veriorẽ Io. Dilec. de arte teſtam. tit. 5. c. 21. n. 3. Tobias Nonius conſil. 76. n. 33. qui allegat Iaſ. conſ. 215. lib. 2. cõſi. 159. lib. 4. & contrariã opinionem erroneam, & contra oẽs eſſe nec recipiendã dixit quidã Fer. de Thiene, ut refert Soc. iun. l. hæredes, §. cũ ita, n. 67. ff. ad Treb. veriorem & receptionẽ dicit Alc. d. §. in fideicommiſſo, n. 7. & in conſi. 103. nu. 7. & 8. vol 9. Couar. pract. q. lib. c. 38. nu. 3. magis communem dicit Hier. Gab. conſi. 86. nu. 11. & conſ. 1. §. 7. nouiſſime Mantica d. tit. 12. nu. 31.

Contrarium vero, quod imo attendatur proximitas grauati non grauantis voluit Soc. ſ. n. l. ſi cognatis, ff. de reb. dub. & hanc eſſe magis cõem opi. refert Socin. iun. conſ. 249. li. 2. firmans hãc eſſe merã veritatem, conſi. 126. li. 2. quem ref. r. Iul. Clar. §. teſtamentũ, q. 76. circa fi. uerſ. ſed hic occurrit pulchra quæſtio, inquiens contrariam ſi. i nunquam placuiſſe, tamen propter authoritatem tenentium illam non audebat ſe firmare, tandem inueniſſe Socin. Vnde cum hæc opinio ſit verior & communis, dicit conſulendo, aut iudicando nullo modo eſſe a' ea recedẽdum, idem firmat Soc. in d. l. hæredes, §. cum ita, n. 67. & hanc eſſe receptiſſimam opinionem enunciat Fernan. Vaſqui. de ſucceſ. creat. §. 27. nu. 4. cum multis ſeq. hanc dicit quoque cõem, à qua in iudicãdo non ſit recedendum Tib. Decia. conſi. 100. nu. 11. uol. 3. magis cõem conſi. 26. n. 74. uol. 2. & receptius apud recentiores enunciat Alc. ſibi non conſtans l. pronũciatio, verb. agnatorum, de uerb. ſig. Marzar. cepit. de fideic. q. 35. ſubditq; ita iudicatum fuiſſe in Rota florẽtina, & hãc eſſe magis communem ſecundũ Tiraq. de retract. lig. §. 11. gl. 1. n. 20. refert Fernan. Vaſqui. li. 3. de ſucceſ. progreſ. §. 26. n. 11. & ait eã eſſe veriorem. Sicut. n. in reliquis ſucceſſionib. ab inteſtato proximitas inſpicit reſpectu illi⁹, à quo immediatè hęreditas uenit, ita & in hac ſpecie ex mente teſtatoris fuiſſe uidetur, quæ fuit non tam ſuam perſonam reſpicere, quam omnem poſteritatem, eiq; & cognationi cõſulere, qua ratione enim prædilexit inſtitutum, eadem ratione uidetur etiam ꝑdilexiſſe eiuſdem grauati poſteritatem.

Quid dicẽdum? Aduerte quãuis DD. uarie loquantur: tñ non adeo contrarij ſunt, ſed loquuntur in diuerſis terminis, maximè conſulentes ſecundum occurẽtium caſuum diuerſitatem, ſuper quibus conſulerunt. Et oẽs tenentes attendi perſonam grauati loquuntur in caſu ſpeciali, quando, ſ. uerba teſtatoris id oſtendũt, in dubio aũt oẽs fatentur, quod ſemper attenditur perſona teſtatoris, vt qui ei eſt proximior admittat, maximè qñ ceſſat ratio ſupradicta, qua oẽs mouẽtur, ut teſtatur Tiber. Dec. conſi. 2. n. 19. uol. 2. unde poſſunt conſiderari & diſtingui caſus, ſecundum occurrentiam facti.

2 Primus, quando diuerſæ ſunt familiæ teſtatoris & grauati, & teſtator uocauit agnatos ſuos, vel illos de familia ſua, & dubitatur an intellexerit de agnatione & familia ſua, ſ. teſtatoris uel familia grauati, & tunc communis eſt opinio de teſtatoris familia in dubio intelligi, quia magis ſuam quam alienum præſumitur diligere, vt dixi q. 16. in princ. Tiber. Decia. conſi. 26. nu. 76. vol. 2.

3 Secundus caſus, quando teſtator exꝓſsè vocauit proximiores ſuos, quia tunc attenditur proximitas teſtatoris non grauati, ẽtſi non ſit dictũ meis, quoniam apparet teſtatorẽ prædilexiſſe ſuos proximiores nõ grauati, qui ſibi non ſunt proximiores ita tenet Bar. l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. & hanc dicit eſſe cõem opi. Frãciſ. Rip. l. filiusf. §. diui, nu. 31. ff. de leg. 1. Loazes. n. 203. Fabia. Atarom. d. l. hæredes, §. cum ita, n. 41. communem & expeditam dicit Iaſ. conſ. 215. vol. 2. Rube. d. §. & quid ſi tantum. Tiber. Decia. conſil. 74. nu. 33. uol. 3. ubi dicit contrarium aſſerentes communiter reprobari.

4 Tertius caſus, quando non ſunt uocati proximiores, neque illi de familia ſua uel domo ſua in genere, & non dubium eſt, an de ſua uel grauati ſenſerit familia, quia una utriſque eſt familia, & tñ uocati ſunt collectiuo nomine filij & deſcendentes ſui uel expreſsè teſtatoris, tunc. n. attendenda eſt proximitas grauati, non teſtatoris, in his terminis loquũtur omnes

nes qui adducũtur pro iſta parte, vt teſtatur Tiber. Decia.d.conſ.26.n.76. dicens hanc opinionem eſſe veriſſimam, & ita indubitatè tenendum eſſe.

5 Quartus caſus, quando teſtator non vocauit deſcendentes ſuos, ſed deſcédentes hæredum ſuorum, & tunc quoniam expreſsè reſpexit ad deſcendẽtes ex ipſis hæredibus, clarum eſt quod attendatur perſona grauati, nõ teſtatoris, & hoc nõ habet dubium, vt fatetur idem Decia.d. conſil.26.nu.76. Idem ſi reliquit teſtator proximioribus ſuis de hæredibus i heredes. ita tenet Soci. Iun.cõſ.129. nu.28. vol.1. & hoc fundamẽtũ vere indubitatũ dicit Tib. Decia.conſ.100.n.15.vol.3.

Quæſtio. XIX.

SVMMARIA.

In fideicommiſſo familiæ relicto ad quẽ vſq; gradũ ſucceſſio extẽdatur. diſtinguitur inter phibitionẽ alienationis extra familiã & ſimplex fideicõmiſſum. nu 1.2.& ſeq.

1 QVæro item, ad quem uſque gradũ ſucceſſio fideicómiſſi, qđ familiæ relictum eſt, extendatur? Reſp. in huius articuli reſolutione diſtinguendum eſt inter prohibitionem alienationis extra familiam, & ſimplex fideicommiſſum familiæ relictum. Circa primũ conſiderandũ eſt aliam eſſe realem prohibitionẽ, per quã onus ipſis rebus imponitur, quod ad quoſcunq; tranſit, alia perſonalem, eamq; filijs factam ad nepotes non extẽdi, vt voluit Bar.d.§.diui, q.9. quẽ cõiter Doctores ſequũtur, vt fatetur Did.Cou. variar. Reſol.lib.3. ca.5.nu.4. & dixi ſupra q.5. Quod tñ intelligitur niſi adiecta ſit ratio generalis, vt eadem bona perpetuo in familia permaneãt, quo caſu perinde ẽ ac ſi facta eſſet realis prohibitio, vt dixi ſ.q.5.

2 Hoc præmiſſo dicendum eſt prohibitionem ſic factam familiæ uel hæredibus extra familiam, vt perpetuo bona maneant in familia, non durare vltra quartum gradum, ſeu generationẽ. ita eſt tex. verſi. nos igitur, auth. de reſtit. fideicom. & hæc eſt concors omniũ ſententia. hãc cõem dicit opi. Iaſ.d.§.diui.q.10. Io. Dilect.de art.teſtã.d.tit.8.caut.2. vt teſtat̃ Didac.Couar.d.loco uer. ſecũdũ. Secus uero, ſi teſtator ꝓhibuit alienationẽ heredibus ea ratione, quod noluit bona ꝑpetuo ꝑuenire ad ſuos deſcendentes, aut poſteros, quonia tunc ex uoluntate teſtatoris vltra quartum gradum extenditur, & in infinitum propter vim vocabuli, quia deſcentium nomẽ ad omnes in infinitũ extenditur, ita tenet Iacob.de Beluiſ.d.Auth.de reſti.fideicommi. & cõem dicit eſſe opi. proculdubio Didac.Cou. d.c.5. n.4. verſi. ſecũdum, & quod omnes; ita tenẽt quotquot legerit dicunt Mod. Pariſ. addi. Alex.conſ.56.lit.G.volu. 1. ſubdit tñ cõem hac omniũ Doctorũ ſniam falſiſſimã eſſe, & cõtra tex.d. Auth.de reſtit. fideicom.& ita cõiter Doc.tranſire indiſſerenter dicit Romul.d.§.diui, & quod ita crebrius ſentiũt Doctores dicit Cephal. cõſi.386.nu.19.& male conſuluiſſe ibid. Alex. Franc. Mantica de coniect. ultim. volunt.lib.8.titu.2.nu.21. qui dubius tñ non temere à cõi Doctorum interpretatione vſu recepta recedẽdũ putat: Quicquid ſit omnes Doc. qui cõem hanc traditionem ſequuntur in hoc conueniunt, ſi ex coniecturis poſſit teſtatorẽ voluiſſe prohibitionẽ perpetuã eſſe, Imperat. conſtitutioni locum nõ eſſe, quæ ſnia uti fauẽs teſtatoris uolũtati in dubio, quoniã Imper. expreſſe nõ prohibet, imo videt̃ ſectati teſtatoris voluntatem recipiẽda.

Hinc tradũt cõſilium Doc. ut poſt ꝓhibitionem, agnati de familia ſubſtituantur hac clauſula adiecta, ita ut bona ſemper & continue in familia remaneant, & nunq̃ proprietas uel poſſeſſio ex nomine & genere ipſius teſtatoris in aliũ trãſferatur, & alienari poſſint bona directo, vel utiliter, & bona perpetuo in familia retineantur integra ſine aliqua detractatione Trebellianicæ, uel etiam legitimæ ad certum tempus, quia propter pregnãtes illas clauſulas & geminatas prohibitiones expreſſe conſtat de manifeſta teſtatoris voluntate, ita ut nullo modo bona de familia ne momento quidem exire poſſint. ita tradit Dec.cõſ.442.& ꝙ hæc opinio communiter approbatur aſſerit Ioan.Dilect.de art.teſtan.tit.8.c.2. nu.4.

3 Secundo caſu in fideicommiſſo pure, & ſimpliciter relicto, uera & communis eſt concluſio fideicommiſſum à teſtatore familiæ propinquis uel conſanguineis relictum, ut deferatur proximiori maſculo gradatim intelligendum

de

de proximioribus intra 10 gradū reſpectu ſucceſſionis de iure ciuili, non de vlterioribus.ita tenet Anchor. conſ.94, & eſt cōis opi.vt teſtatur Dida. Couar. uaria.Reſol.lib.3.c.5.n.4. verſ. 5. quamuis ipſe contrarium de æquitate defen ii poſſe exiſtimet,& nouiſſime Fran. Mant.de conie&t.vltim.volunt.lib.8.tit.12. n. 38. dum dicit a cōmuni Doct.interpretatione non eſſe recedendum,& hoc vltimum dicit clarum eſſe Io.cephal.d. conſ.386. nu.25.Quia ſucceſſio in fideicommiſſis regulatur ſecundum ordinem ſucceſſionis ab inteſtato,vt ſupra dixi.

4 Quinimo ſi conſtet ex coniecturis de teſtatoris uoluntate, fideicommiſſum ultra decimū gradū extēditur, vt quia teſtator ſe nō reſtrinxit ad gradus, ſed voluit perpetuū eſſe, vt bona in familia & agnatione cōſeruarentur,& tranſirent de hærede in hæredem in infinitum, ita tenent omnes in d.§.in fideicommiſſo, vt teſtatur Pariſ.conſi.72.nu.91.vol.4. Cephal. conſil.386.nu.21.

Quæſtio XX.

SVMMARIA.

Fideicōmiſſa concipi poſſunt pure in diē, uel ſub conditione, nu. 1. quando in diē, nu. 2. & an in tēpus certæ ætatis cōceptum fideicōmiſſum dicatur purum uel conditionale ibi nu. 3. & 4 diſtinguitur.

Sub cōditione quando concipiatur, & quando dies fideicommiſſi cedat, nu. 5.

DIctum eſt de perſonis quæ grauari poſſint,& vocatæ cenſeant, & quo ordine ſuccedatur.

Scias nunc præterea, quod fideicommiſſa fiunt quandoque pure, quādoque in diem,aliquando etiam ſub conditione.Pure fiunt,quando dies uel conditio nō apponitur,uidelicet(filium inſtituo, & rogo vt hæreditatem meam reſtituat Sempronio) hoc caſu dicitur purum & ſimplex fideicommiſſum, ita quod mortuo teſtatore illico cedat dies rēſtituendæ hæreditatis.ita eſt gl.l.vnica,verb. derelictis,C.de his qui ante apertas tab. quam communiter approbatam dicit Andreas Geil.obſer.lib.2.c.132 ita ut ſi ſubſtitutus decedat antequam hæres ei reſtitueret, tale fideicommiſſum tranſmittatur ad hæredes fideicommiſſarii, ut dixi infra q.Quomodo expiret fideicōmiſſum.

1 (margin beside "ne.Pure fiunt")

2 In diē dicitur, qn̄ hæres grauat̄ reſtituere poſt certū tēpus,vt decē annos vel inter,ſed in dubium reuocatur ſi fideicōmiſſum ſit in tempus certæ ætatis relictū an ſit purū vel cōditionale?Reſp. in hac quæſtione quidā caſus ſunt diſtinguēdi. Primus eſt,qn̄ tēpus certę ętatis adiectū eſt ſubſtantiæ ſiue toti diſpoſitioni, ut ſi teſtator grauauit hæredem reſtituere hæreditatē alii,qn̄ ad certam ætatem peruenerit,& tunc fideicommiſſum eſt conditionale,tex.l.ſi cui,§.hoc autē,ff.de leg. 1.ibi gl.& Doc.cōiter ſequūtur,vt teſtatur Gom.variar.reſol.Tom.1.c.5.nu.26. Quod tn̄ intelligitur,quando illud tempus certis fuit appoſitum ipſi fideicommiſſario,ſecus ſi hæredi grauato,qa tunc fideicommiſſum eſt in diem, ideoq; hoc caſu tempus mortuo fideicommiſſario, vel hærede tranſmittitur,vt dixi infra.

3 Idem eſt,ſi tēpus certæ ætatis adiectū fuit gratia ipſius fideicommiſſarii, vt qa filius minor & tota hæreditas relinquit̄, ita notat gl.& ſequit̄ Bart. & cōmuniter Doc.l.ex his,ff.quādo dies legat. ced. ut teſtatur idem Gom.d.cap.5.nu.26.

4 Secundus caſus eſt, quādo tp̄s certæ ætatis adiicitur præſtationi ſiue executioni,& tūc non eſt conditionale, ſed in diē ita not.d.glo.& ſequitur ibi Bart. ceterique communiter d.l.ex his ut idem Gomez.fatetur.

Nota tamen,quod prædicta diſtinctio procedit,quando tēpus certæ ætatis apponitur per dictionem principaliter tempus denotantem,vt eſt dictio,cū,vel qn̄: ſecus ſi per dictionem quæ principaliter conditionem ſignificat,vt, ſi vel tempus mortis, quia tunc ſiue diſpoſitioni, ſiue executioni apponatur, conditionale eſt fideicōmiſſum,ita tenet gl.l.Seius Saturninus.ff.ad Trebel.& ſequuntur Docto. communiter,vt Gom.d.loco teſtatur.

5 Sub conditione fit,quando in futurū euentum ſuſpenditur,& hoc frequenter ſub illa conditione ſi ſine liberis deceſſerit, uel poſt mortem,qui duo caſus omnino æquiparantur, ut dixi ſupra §. legatum, q.43. & in tali fideicommiſſo cōditionali non cedit dies, niſi adueniente conditione, ita eſt gloſſ. communiter approbata l.unica, uerb. derelictis C.de

C.de his qui ante aper.tabu. communem dicit Pariſ.conſil.30.n.67.vol.2.Andreas Geyl.lib.2.obſerua.c.132.n.2.

6 Sed quæro, quid ſi teſtator grauauit hæredem reſtituere hæreditatem cum volucrit, an valebit fideicommiſſum? Reſp. quod ſic intelligitur enim grauatus poſt mortem præciſe reſtituere. tex l. vxori, §.Scæuola,ff.ad Treb.ibi glo.& ſequitur Bart.cõiter Doct.vt teſtatur Gomez.d.c.5.nu.27.faciunt quæ dixi ſupra.§. legatum,q.46.nu.7.

Quæſtio XXI.

SVMMARIA.

Quando in conditione dicitur ſine hæredib. an idem ſit ſi dicatur ſine filijs, nu. 1.

An conditio tacita ſubintelligatur in fideicõmiſſo poſt mortem, n.2 & an idē ſit ſi extraneo grauatus ſit hæres, vel alteri filio reſtituere, n.3. itē an ī legatis n.4. vel ſi rogatus piæ cauſæ reſtituere, n. 5. Quid ſi tempore teſtamenti habet filios, num.6.

1 QVoniam, vt dictum eſt, fideicommiſſa, vt plurimum concipiuntur ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerint, videndum erit, quando dicatur ſubeſſe & verificata illa conditio, vel non. Sciendũ autem eſt, circa hanc conditionem quod idem ſit, ſiue dicatur, ſi ſine liberis, ſiue ſi ne hæredibus deceſſerit: appellatione. n. hæredum hoc caſu non veniunt, niſi filij. ita not.gl.l.ex facto §.fi. verſ. ſine hærede,ff.ad Trebel.& ibi ſequitur Bart.& cõmuniter alij,& hanc eſſe communem opinionem teſtatur ibi Alex.nu. 2. & conſi. 105.nu.2.lib.1.

2 Sed quæro imprimis, ſi teſtator inſtituat hæredem vniuerſalem & ſimpliciter illum grauat, vt hæreditatem reſtituat alteri poſt mortem, an dicta conditio tacitè ſubintelligatur? Reſp. quòd ſic. tex.eſt l. cum auus,ff.de condi.& dæmon.& ibi tradit Bar. & oēs cõiter, vt nouiſſimè Burſa. conſi.64.nu.15.vol.1.Ratio eſt, quia ſicut patrem prætulit ſubſtituto, ita credendũ ex coniectura pietatis voluiſſe quoque filios præferre.

3 Et hæc concluſio procedit, ſiue talis hæres grauatus ſit reſtituere extraneo, ſiue alteri filio, vel deſcendenti teſtetoris, ita tenet Bal.l.cum acutiſſimi,nu.5.C.de fideicom. & hanc eſſe cõem opin.dicit Dec.l.generaliter,nu.6.& 7.C.de inſti.& ſubſti.Ant.Gabr.commu.concluſ.lib.4. concluſ.2.nu.11.

4 Item procedit de plano in vniuerſali hæreditate. Sed quid in fideicommiſſis particularibus, nunquid hæc tacita conditio in eis intelligetur? Reſp. Alber.de Roſat. voluit non intelligi, quem plerique alij ſequuntur. Sed magis obtinuit contraria ſententia, nimirum etiam in re particulari intelligi hanc tacitam conditionem, tex.d.l.generaliter,§.cum autem,& ibi not.gl.quam ſequuntur communiter omnes, vt aſſerit Antoninus Gomez.varia.reſolutio.Tom.1.c.5.n.32. verſ.8. & hanc communem eſſe opi.dicit Soc.iun. conſi.113.n.6.vol.1. & probabiliorem & veriorem exiſtimat Tiraq.rep.c.l.ſi vnquam,uerb.omnia vel partem,n.3.quicquid dixerint alij ab hac opinione nõ eſt recedendum: ſicut enim pater in tali fidei commiſſo prædilexit filium magis, quam inſtitutum, ita quoque filios ſiue nepotes prædilexiſſe cenſetur.

5 Quæro item, quid ſi grauatus ſit rogatus reſtituere eccleſiæ, vel piæ cauſæ? Reſp. Variatum fuit ab interpretibus. Sũt.n. qui exiſtimarunt piam cauſam non excludi, quam ſententiam amplectitur Anch. conſi.46.& eam communem dicit Corſe. ſing.incip.licet donatio.

Sed contrarium alijs viſum fuit, nimirum intelligi nihilominus hanc tacitam conditionem, quod probat Bal.d. l. cum acutiſſimi,& ibi hanc dicit eſſe cõem op. Iaſ.cõem quoque profitetur Dec. conſil. 391.in fi.Soc.iun.conſi.125.n.28.li.1. & conſi.96.nu.4.vol.5.dicit eam veriorem, & magis cõem.Caro.Ruin.conſ.152.nu. 8.lib.2.conſ.131.uol.3.cõſi.18.n. 8. vol. 2.Cõem quoq; probat Tiraq.l.ſi vnquã, verb.libertis,n.64.C.de reuoc.donat. Pariſ.conſ.86.n.74.vol 2.Eandem dicit magis cõem & receptam Ari.Pinel.l.3.n.26. C.de bon.matern.Ant.Gomez.d.c.5.nu. 28.ibi in addit.Emau.Suarez,& longe veriorem & magis cõem dicit & ſequitur Fer.Vaſq.lib.3.de ſucceſ.progreſ.§.26.n. 6.Tiber.Decia.conſi.103.n.22.vol.2. nouiſſime Franciſ.Mant. de coniect. vltim. uolunt.lib.10.tit.7.nu.3.

9 Quæro, quid ſi filius grauatus tempore teſtamenti habet filios, & teſtator

tor ſcit & agnoſcit habere, nunquid nihilominus tacita conditio ſubintelligatur? Reſp. Articulus hic eſt ualde ſu[b]tilis & dubius, & egeret deciſione cæſarea, vt inquit Iaſ.d.§.cum autem relinquens cogi tandum, negatiuam ſententiam amplecti tur Dec.d.l.generaliter, & ſequuntur q̄ plures alii moti, quòd iura uolentia dictam conditionem intelligi, locum habent, quando teſtator de liberis & nepotibus non cogitauit, quæ ratio ceſſat qñ teſtator ſciuit, & agnouit, & hanc opinionē lōge ueriorē, & ſe i iudicādo & cōſulēdo ſecuturū dicit Gomez.d.c. 5. n. 36.

Cōtrariam uero partem, quod.ēt iſto caſu tacita conditio ſubintelligatur tenet Cuma.d.l.cum auus, & hanc opinionem dicit magis communē Soc.iun.d.cōſ.113. n.29.uo .1.Ruin.conſ.77.& quod iſta ſit benignior, æquior & humanior dicit idē Soc.& quod iſtam plures ſequūtur, quā priorem firmat Gome.dicto loco, Ratio. eſt in d l.cū acutiſſimi,ne teſtator videat. alienas ſucceſſiones anteponere ꝓprijs.

Sed hæc communis ſententia reſtringitur & declaratur, ut non procedat, ſi teſtator fecit de nepotibus mentionem in teſtō, quia eis reliquit aliquid, ita dicit limitari per omnes Soc.iun.conſi.128. n. 96. uol.1.Contrarium tamen conſulēdo ſequitur Corne.conſ.197.nu.6.& 7.uol.3. ita cōſultum, & omnes celeberrimos Italiæ Doctores ſubſcripſiſſe dicit Soc. ſen. l.2 nu.27.ff.de uulg.& hæc ſententia quidem benignior & æquior mihi uiſa fuit, niſi aliæ coniecturæ adſint contrariç, quibus hæc conditio tollatur, ut quia nepoti teſtator poſt mortem reliquit, & hæreditatem alteri iuſsit reſtituere, quo caſu de uoluntate teſtatoris ſatis apparet, & ita Florentiæ iudicatum, & ſe obtinuiſſe Socin.ſen.refert d.l.2.Franciſ.Mant.d.ti. 7.lib.10.nu.16.

Quæſtio XXII.

SVMMARIVM.

An diſpoſitio l.cum auus, habeat locum in extraneo.

DIctū eſt in fideicōmiſſo intelligi tacitā cōditionē ſi ſine liberis grauatus deceſſerit: Quod quidē procedit plane in deſcendentibus grauatis, ſiue ſint maſculi ſiue fœminæ, ut tradunt omnes d.l.cum auus.Cephal.conſi.45. nu 8.

Sed quæro, nunquid diſpoſitio d.l. cū auus, habeat locū in extraneo, grauato reſtituere hæreditatem alteri, ut intelligatur tacita conditio, ſi ſine liberis deceſſerit? Reſp. quod non, quia d.lex loquitur, qñ filius uel deſcendēs grauatur, & rationes ceſſant in extraneo, ita tenet glo. d. l. cum acutiſsimi.uerb. deinceps, quā cōiter probatam aſſerit Soc. d. l. cum auus, nu.52.Abb.in c.in præſentia, nu.30. ibi Dec.nu.105.Sfort.Odd. trac. compend. ſubſt.par.4.art.4.& quod oēs ita tenēt dicit Cur.iun.cōſ.33.n.8. Ant. Gō. uariar. reſolut.Tom.1.c.5.n.35. nouiſsimē Frā. Mātu.d.lib.tit.8.n. 23. & quod ita tenent oēs d.l.dicit Decia.cōſ.24.n.18. uol.2.

Quæſtio XXIII.

SVMMARIVM.

An aſcendentibus grauatis intelligatur tacita conditio ſi ſine liberis.

QVæro itē, quid in aſcendentibus ſi filius inſtituat patrē uel matrē, & grauet ut hereditatē ultra legitimā reſtituat alii, nunquid intelligat̄ tacita illa conditio; Reſp. quod non. ita tenet Bar.d.l.cum auus, & ibi Soc.uer. 4. infertur. dicit hāc eſſe magis cōem opi. idē dicit Iaſ.d.§.cū autem, uer.7. lim. Cōem quoq; dicit Dec.d.l.generaliter, nu. 15. Ant.Gom.uariar.reſol.Tom.1.c.5.n.35. Ant.Gabriel.d.concl.2.nu.47.Tiber.Decian.conſi.60.n.16.uol.3. licet ipſe cōtrariū in pūcto iuris uerius exiſtimet. Quia etiam hoc caſu ceſſant rōnes ſupradictç, ideoq; iura quç uoluit dictam conditionem ſubeſſe locum habere non poſſunt

Quæſtio XXIIII.

SVMMARIVM.

An l cū auus habeat locū in fratre grauato.

QVæro itē, quid in fratre grauāte fratrē de reſtituendo poſt mortē, nunquid intelligatur tacita conditio? Reſp. quod non ita tenet Cyn.d.§.cum aūt, & quod iſta ſit cōis opi.teſtatur Dec. conſi. 529.n.7.Soc.d.l.cum auus, Soc.iun. cōſi. 100.nu.45.uol.3.cōem teſtatur Ant. Gabriel.d.cōcl.2 tit.de fideicom.n.46.Marza.conſ.5 n.25 Dec.d.conſ.24.n.18.cōſ. 60.n.17.uol.3.qa diſpoſitio d.l.cū auus, fuit inducta in priuilegiū filiorum & deſcenden-

ſcendentium, vnde vltra terminos ſuos non eſt extendenda.

Quæſtio XXV.

SVMMARIVM.

Conditio ſi ſine filijs nõ intelligitur, ſi unus filius ſimpliciter grauatus ſit, alter ſub conditione expreſſa.

QVæro, quid ſi pater inſtituat duos filios hæredes, & alterum grauat ſimpliciter poſt mortem reſtituere hæreditatem, alterum ſub expreſſa conditione ſi ſine liberis deceſſerit, numquid intelligatur dicta conditio in alio fideicommiſſo ſimpliciter iniuncto? Reſp. quod non ita conſuluiſſe Cuma. refert Soc. ſen conſi. 2. inter conſ. Cur. ſen. nu. 1. & hãc opi. dicit eſſe veriorem Soc. iun. conſ. 128. n. 43. vol. 1. & nu. 49. dicit eſſe crebriorem ſniam, & nu. 52. ait veriſſimam, ut eum refert Mant. d. tit. 8. num. 10 Quia ceſſant ibi rationes d. l. cum auus, ſi quidem apparet eum de liberis cogitaſſe, & ſi uoluiſſet facile potuiſſet exprimere.

Quæſtio XXVI.

SVMMARIVM.

An l. cum auus habeat locum ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum.

QVæro item, numquid diſpoſitio d. l. cum auus, habeat locum quando extat ſtatutum, quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, ut dicta conditio tacita ſub intelligatur? Reſp. variatum fuit, ſed verior, & magis cõis eſt opin. ꝙ ex diſpoſitione d. l. cum auus filia excludat ſubſtitutum, licet aliud ſit in condõne expreſſa, vt dixi infra q. 35. quã opin. tenet Corn. conſ. 91. nu. 1. volu. 1. & ueriorem ac magis cõem dicit Tiber. Decia. conſi. 60. nu. 17. vol. 3. quia ratio qua mouentur Doctores contrarium aſſerentes, ꝙ teſtator vr̃ ſe cõformare diſpoſitioni ſtatutariæ leuis eſt, & de facili ab ea recedit.

Quæſtio XXVII.

SVMMARIVM.

Conditio ſi ſine filiis an intelligatur in naturali.

QVæro, numquid hæc tacita conditio intelligatur in filio naturali tãtum? Dixi infra q. 37.

Quæſtio XXVIII.

SVMMARIVM.

An conditio intelligatur, ſi grauatus ante mortem ſit reſtituere.

QVæro vlterius, ſi teſtator grauat filiũ vel deſcendentem bona ſibi vltra legitimam reſtituere alii in vita pure uel poſt certum tempus, numquid ſubintelligatur iſta tacita conditio? Reſp. quod non. ita tenet Bar. d. l. cum auus, & eſt gl. d. l. cum acutiſſimi. gl. 2. quam cõiter per oẽs approbatã dicit Iaſ. d. §. cum autem, nu. 2. verſ. ſecundo limita, & hanc eſſe cõem opi. teſtatur Dec. d. l. generaliter dicens ab ea non eſſe recedendũ n. 12. Pau. de Caſt. d. l. cum auus, & Soc. ibi nu. 27. & nu. 28. Pariſ. conſi. 19. nu. 97. volu. 2. Aut. Gom. varia. reſol. Tho. 1. cap. 5. nu. 37. Qua enim ratione prætulit ſubſtitutum in uita filio, eadem ratione videtur habuiſſe reſpectum ad filios inſtituti.

Quæſtio XXIX.

SVMMARIVM.

L. cum auus an habeat locum in ſubſtitutione vulgari.

QVæro vlterius, numquid diſpoſitio d. l. cũ auus habeat locum in ſubſtitutione vulgari? Reſp. quod non. ita voluit gl. d. §. cum autẽ, & hanc cõem opi. & ab ea in iudicando & conſulendo non eſſe recedendum dicit Soc. d. l. cum auus, nu. 19. & ſequitur Pariſ. conſ. 19. nu. 93. vol. 2, quos refert Ant. Gabr. d. conclu. 2. nu. 57. tit. de fideicom. li. 4. hanc quoque uti cõem ſequitur Dec. conſi. 416. nu. 5. dicens ab ea in iudicando & conſulẽdo nõ eſſe recedendum Cur. iu. conſi. 33. nu. 1. & 9. & nouiſ. Fran. Mant. d. tit. 8. num. 1. vbi plures refert de communi teſtantes.

Quæſtio XXX.

SVMMARIVM.

L. cum auus ceſſat ex coniecturis.

QVæro, quid ſi ex coniecturis concipi poſſit teſtatorem, voluiſſe vt ſubſtitutus liberis & deſcendentibus grauati præferatur, numquid locum habeat diſpoſitio d. l. cũ auus? Reſp. qđ non. quia d. l. cũ ſimilib. procedũt in dubio, & fundant ſe in præſumpta mẽte & voluntate teſta-

teſtatoris: ſecus ergo ſi ex coniecturis cõtrarius illa præſumptio tolli poſſit, & cõſtare quod teſtator voluiſſet ſubſtitutum admitti etiam exiſtentibus liberis, quia vna coniectura per aliam tollitur. ita conſuluit Petr. de Anchar. conſ. 46. & quod ita tenent omnes communiter teſtatur Pariſ. conſ. 19. nu. 95. vol. 2.

Quæſtio XXXI.

SVMMARIVM.

Pluribus grauatis an in uno impleatur.

DIctum eſt de tacita conditione, ſi ſine liberis. Quæro præterea, an ſi pluribus ſub conditione expreſſa ſi ſine liberis deceſſerint, fideicommiſſum relictũ ſit in vnius perſona impleri ſufficiat, vt ad eius partem ſubſtitutus admittatur? Dixi §. præced. q. 61.

Quæſtio XXXII.

SVMMARIA.

An filÿ non hæredes faciant deficere conditionem nu. 1.

Procedit ſi hæredes eſſe nolit, nu. 2.

Quid ſi non poſſint, nu. 3. & 4.

Quid ſi dictum ſit hæredibus, nu. 5.

Quid ſi ſine filÿs & hæredibus. nu. 6.

1 QVæro, an conditio ſi ſine liberis, uel filiis deceſſerit, dicatur deficiſſe, ſi filii ſuperſint, qui nõ ſint hæredes? Reſp. ꝙ non, ſed per ſolam exiſtentiam liberorum excluditur ſubſtitutus. ita eſt tex. l. filiusfam. §. cum quis, ff. de leg. 1. & ibi not. gl. quam ſequitur Bar. & hanc dicit eſſe cõmunem opi. Ruin. conſi. 81. nu. 15. uol. 2. quem refert Fran. Mant. de coniect. vlti. uolun. lib. 11. tit. 6. n. 14. Quia in conditionibus uoluntariis merum factum inſpicitur, ideoq; ſi tpe mortis ſuperſint filii, excludunt ſubſtitutũ, nec curatur de ſucceſſionis effectu, hanc rõnem aſsignant omnes, ut teſtatur Io. Ceph. conſi. 46. nu. 44.

2 Et hoc quidem planè procedit, qñ filii iſti poſſunt eſſe hæredes, ſed nolunt. ita tenet Bar. d. §. cum quis, & oẽs uno ore concludunt, ut teſtatur Sfor. Odd. tract. compend. ſubſtit. par. ult. art. 5. conclu. 3.

3 Sed quid ſi non poſſint eſſe hæredes? Reſpond. Diſtinguendum eſt, aut non poſſunt ſuccedere, quia ſunt incapaces, vt quia deportati, banniti, uel fratres minores, aut ſimiles, ut dixi infra. §. teſtamentum, & tunc fideicommiſſum non deficit, ita tenet Bar. d. l. filiusfam. §. cum quis, & hanc dicit eſſe cõem opi. Soc. ſ. d. l. cũ auus, n. 105. & ꝙ omnes ita tenent dicit Ioan. Ceph. d. conſil. 46. num. 40. & ſeq. cõem quoq; dicit Sfor. Odd. d. tract. par. 6. art. 5. licet de ea dubitet. Ratio eſt, quia tales pro mortuis habentur, qui nõ faciunt deficere conditionem, quia tempore mortis grauati non ſuperſunt.

Et nota, ꝙ hoc caſu ſubſtitutus non tenetur expectare mortem naturalem talis filii & capacis, ſed ſtatim admittitur, ita dicit eſſe cõem opin. Soc. d. l. cum auus, nu. 104. & ſeq. Quod procedit in his, qui efficiuntur ſerui pęnæ, ſecus in deportatis, ſeu bannitis noſtri temporis, quia interea acquirere poſſunt. tex. l. ſtatus, §. Cornelio, ff. de iure fiſci.

Aut vero filii ſunt capaces ex diſpoſitione legis, ſed ex diſpoſitione hominis non poſſunt ſuccedere, ut quia ſunt exhęredati, vel præteriti à matre, & tũc uariãt interpretes, quibuſdam exiſtimantib. qđ tales filii nõ faciant deficere fideicõmiſſi cõditionẽ, quã ſniam tenet gl. d. l. filiusf. §. cum quis, & hanc dicit ueriorẽ Alber. l. 1. C. de condit. inſer. quod exhæredati habentur pro mortuis. Alius vero contrarium ſentiẽtibus, nimirũ ꝙ iſti faciant deficere conditionem hanc ſententiam amplectitur glo. d. l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebel. & ſequitur Bar. d. l. filiusf. §. cum qs, & hanc dicit eſſe magis cõem opinionem Sfor. Odd. d. ar. 5. licet ipſe diſtinguat aliter. Ratio cõis ẽ, qa in d. cõditione iſpiciẽ merũ factũ, an tẽpore mortis ſuperſint filij, nõ autem iuris effectus an ſuccedant.

4 Sed quæro, quid ſi in cõditione dictum ſit, ſi ſine filiis & hæredibus deceſſerit, nũquid tales filii non hæredes faciant deficere fideicommiſſum? Reſp. quod non. ita tenet Paul. de Caſtr. d. §. fin. & quod hæc opinio cõiter approbatur, dicit Ioan. Dilect. tract. de art. teſtan. tit. 5. cau. 25. in fi.

Quid autem ſi ſimpliciter dictum ſit, ſi ſine hæredibus deceſſerit? Reſpond. Variatum fuit in hoc quoque: exiſtimarunt enim quidam perinde eſſe ac ſi teſtator ſimpliciter dixiſſet, ſi ſine filiis deceſſerit, itaque diſtinguunt ut ſupra de filiis, hoc uoluit gloſ. d. §. fi. Alii uero contrarium tradidere, quod imo hoc caſu de liberis hæredibus intellexerit, ideoque

requiri

requiri neceſſario vt ſint hæredes quo ad hoc ut ſubſtitutũ excludat. ita tenet Bar. d. §. fi. & hanc opi. ibi nu. 8. dicit veriorẽ Alc. cõem dicit Alc. conſ. 1. n. 17. uol. 3. & magis cõem dicit Soc. iu. conſi. 14. n. 1. vol. 2. quẽ refert & ſequitur Sfor. Odd. d. art. 5. uer. ſecundus caſus, & nouiſſime Mantica d. tract. lib. 11. tit. 1. nu. 9.

Quæſtio XXXIII.

SVMMARIA.

An filij nati et mortui in uita grauati faciãt deficere cõdõnẽ ſine liberis deceſſerit, n. 1.

Quid ſi dictũ ſit, ſi filios non habuerit, n. 2.

Quid ſi nati in uita grauati & ſimul mortui cum eo, nu. 3.

Quid ſi nati ſunt in uita grauati, & mortui poſt eius mortem, nu. 4. & 5.

Quid ſi nati & mortui poſt mortẽ grauati, nu. 6. & ſeq. ubi diſtinguitur.

1 QVæro itẽ, ſi grauatus habuerit filios qui in uita ipſius deceſſerunt, numquid conditio dicatur deficere, & expirare fideicommiſſum? Reſp. quod non deficit condõ, q̃a nihilominus dicitur inſtitutus ſine liberis decedere. tex. eſt ad literã, l. ex facto, §. ſi quis ff. ad Treb. & ibi tenent Bar. & cõiter Doc. ut fatetur Gome. d. c. 5. n. 41. & hoc veriſſimũ eſt, & de plano procedit, qñ dictũ fuit (ſi ſine liberis deceſſerit) q̃a tẽpus mortis aſpicitur.

2 Sed quid ſi dictũ ſit, ſi filios nõ habuerit, uel non ſuſceperit, nũquid deficiet fideicommiſſum, ẽt ſi ſtatim ſint mortui filii in uita patris? Reſp. Alber. de Roſa. d. l. ex facto, §. penul. tenet ẽt hoc caſu deficere conditionem, quod liberos habuit, & per exiſtentiam fuit condõ uerificata, & hæc opinio frequẽtiori eſt, vt teſtatur Iaſ. l. ſi quis. n. 11. C. de inſt. & ſubſti. Tiraq. Repet. l. ſi unquam, uerb. ſuſceperit liberos. n. 194. Cur. cõſ. 121. n. 20. & ſeq. Sed contrarium ſenſit Pau. de Caſt. l. cũ uxori, C. quando dies legat. ex præſumpta teſtatoris mente, qui poſuit filios in conditione ut ſubſtitutum excluderent, ideoq; tempore mortis ſupereſſe debẽt & hæc ſententia uerior eſt.

3 Quid aũt ſi nati in uita grauati ſimul cum eo ſint mortui, forte ruina, incendio, uel naufragio? Reſp. quod hoc caſu non deficit conditio, quia pater in dubio præſumitur ſuperuixiſſe, & ſic onus probandi contrarium incũbit, non ſubſtituto, ſed hæredi ab inteſtato, ita eſt tex. d. §. ſi quis aũt, in l. ex facto, & ibi tenet Alb. de Roſat. & hãc magis cõem eſſe opinionẽ dicit ibi Vincen. Hercul. quem refert Couar. varia. reſo. li. 2. c. 7. nu. 6. uer. ſcd's.

4 Quæro itẽ, quid ſi filii nati in vita grauati ſtatim poſt eius mortẽ deceſſerint? Reſp. quod tunc expirat conditio, & conſequẽter fideicommiſſum, ẽt ſi filii ſtatim poſtea deceſſerint ſine liberis uel alijs deſcendentibus, ita no. gl. d. l. ex facto, §. ſi quis, & ibi ſeq. Bar. & conſuluit Oldra. conſ. 21. & cõiter ſequuntur, ut teſtatur Ant. Gom. variar. reſo. Tom. 1. c. 5. nu 41. Pariſ. conſ. 86. n. 4. conſ. 31. n. 1. & 2. vol. 2. & conſ. 98. nu. 6. dicit Oldrad. doctrinam vulgatam, & quod hoc nõ hẽt difficultatem dicit Dec. conſ. 63. n. 2. Cõem dicit Cur. iu. conſ. 121. col. 7. verſ. quia ad hanc cõem, & hoc eſſe indubitatum dicit Soc. iu. conſ. 111. n. 21. vol. 1. conſ. 29. n. 20. vol. 4. dicit ita teneri ab oibus qui de hac materia loquuntur, cõem dicit Crauet. conſ. 98, n. 1. & 4. Tiber. Decia. conſi. 89. nu. 4. vol. 3. & quod omnes in concludunt, & hæc cõcluſio non habeat diſcrepantem aſſerit Sfor. Odd. d. art. 5. ůer. tertius caſus, & hoc eſſe commune omnium dictum & approbatum dicit Fran. Burſ. conſ. 1. num. 1. vol. 1. & conſ. 75. n. 13. & quod ita omnes Docto. concludant nemine diſcrepante idem conſ. 51. n. 37. & nu. 23. & communem teſtatur Quinct. Mandoſ. Reg. cãcel. 18. q. 30. n. 4. nouiſſime Franc. Mant. & hoc tritum & uulgo receptum dicit lib. 11. & coniect. ultim. volunt. tit. 6. n. 6. ex quo enim ſemel grauato mortuo per ſuperexiſtentiam fuit ſubſtitutus excluſus, in perpetuum remanet excluſus.

5 Et hoc quidem planè procedit, quando dicta cõditio ſimpliciter fuit poſita & & facta perſonæ decedenti, ſicq; tempus mortis teſtator reſpexit. Secus uero ſi dictum fuerit deficiẽtibus liberis uel qñcũque non ſupererunt, uel liberi defecerit & ita defectum liberorũ reſpexit, tunc. n. nõ deficit cõditio, nec expirat ſtatim fideicõmiſſum, ſi cum filius deceſſerit, ſed admittitur ſubſtitutus qñcunque liberi defecerint ſine filiis, quia in defectũ liberorum, ideſt poſt mortem cẽſentur uocati,

tí, ita cõſuluit Alex. conſ. 101. n. 13. vol. 7. & notant communiter omnes in l. in ſebititutione, ff. de vulg. & pup. vt teſtatur Pariſ. conſ. 18. nu. 12. & ſeq. uol. 2. nouiſſimè Andr. Geyl. obſer. 136. n. 3. vo. 2.

6 Idem eſt, ſi dictum ſit, ſi deceſſerit ſine liberis, vel nepotibus, & teſtator cum filiis deceſſerit, non enim ſtatim erit extinctum fideicommiſſum, ſed immo valet, dummodo filij iſtius grauati ſine liberis deceſſerint, ita concludit Bart. l. Centurio. ff. de vulgar. & ſequuntur communiter omnes, vt teſtatur Pariſ. conſ. 31. vol. 2. conſ. 7. nu. 32. vol. 3.

Item ſcias quod prædicta non procedunt quando ex coniecturis de contraria teſtatoris mente & enixa volũtate apparet, & ita quod de mente & uoluntate teſtatoris limitetur deciſio Oldradi in d. conſilio 21. & ſequacium voluerunt quã plures relati per Marzarium conſil. 7. n. 10. vbi dicit ſe pro hac limitatione conſuluiſſe, & ita iudicatum fuiſſe, ſubditq; eſſe receptiſſimam & in quamplurimis iudiciis grauiſſimis obſeruatam, & ita deciſum fuit in conſilio Neapolitan. ut teſtatur Capit. deciſio. 108. vbi conditio ſine liberis non expirat natis nepotibus, & eis quoque iniunctum cenſeri per omnes concluſum fuit, & ita ſæpe vidiſſe iudicari, & ſemper fuiſſe ſecutum hanc opinionem tanquam menti teſtatoris conſonam teſtatur Alciat. conſi. 604. nume. 4. & conſil. 778. nu. 3. & 4. vbi reprobando Dec. dicit hanc eſſe ueriorem, & in frequenti Senatu fuiſſe pronunciatũ, ideoque non eſſe recedendum ab eo, quod ex cõſuetudine iudicum iam receptum eſt, faciunt quæ dixi ſupra q. 8.

7 Quæro vlterius, quid ſi filii nati & mortui fuerunt poſt mortem, nunquid faciant deficere conditionem? Reſp. Diſtinguendum eſt. Aut filii poſt mortem grauati nati uixerunt tanto tempore, ut frui potuerunt rebus hæreditariis, & tũc deficit conditio, ita eſt de mente omniũ, qui communem Oldradi ſupra relatam ſequuntur, ut teſtatur Sfortia Oddo d. part. 6. verſ. quartus caſus, & non habet dubium, quia ſecundũ communem ſententiam quoad commodum ſuum poſthumus, natus dicitur dũ eſt adhuc in utero.

Aut verò tales filii ſtatim mortui fuerunt, ita ut frui illa hæreditate aliquo tẽpore nõ potuerunt, & tunc aut naſcuntur tpe immaturo, ita quod ſecundum naturalem curſum nõ poſſunt viuere, ſed omnino ſunt morituri, ut ſi ante ſeptimum menſem, uel octauo naſcatur, & taliter nati debent haberi pro mortuis, & pro non natis, ita quod nõ ſuccedant, nec excludant fideicommiſſarium & alios qui ſuccedere poterant, ſi nati non fuiſſent. Ratio eſt, quia partus licet naſcatur viuus, tamen dicitur abortiuus, cũ certum eſt editum non ſuo tpe nec poſſe viuere, ſicut cæteros homines uel partus rectè & maturè editos, quando.n partus ita immaturè naſcitur, dicitur potius eiectus, quam natus. Vnde de tali partu ita nato et uiuo iudicandum eſt, ut de abortiuo qui & actiua, & paſſiua caret ſucceſſione.

Aut verò nati ſunt legitimo tpe, ut in ſeptimo menſe, in nono, uel decimo, ita vt ſecũdm naturam poſſint uiuere, licet appareat propter aliam cauſam incidentem uiuere non poſſe, & tunc faciunt deficere conditionem, & conſequenter fideicommiſſum. ita decidit Pau. de Caſt. l. uxoris abortu, uerſ. circa legem. C. de liber. & poſth. hæred. inſt. & hanc opin. dicit eſſe cõem Soc. conſ. 275. in cauſa fratris Andreæ, col. fi. vol. 2. & quod opinio Paul. de Caſtr. tenenda ſit tanquã vera, æquior & communior aſſerit Pariſ. conſi. 56. nu. 9. uol. 2. & ita in his iudicatum fuiſſe ĩ ſacro ſenatu Neapol. refert Matth. de Afflict. dec. 236. & quod ita omnes communiter concludant ſupra relati teſtatur Sfort. Odd. d. part. 6. concl. 7. & ſeq. quamuis ipſe aliter ſentiat.

Quæſt. XXXIIII.

SVMMARIA.

An uno filio exiſtente expitet conditio ſi ſine filijs deceſſerit. nu. 1.

Declaratur, ut procedat in extraneis et, n. 2.

QVæro item, numquid conditio ſine liberis expiret etiam exiſtente uno filio? Reſp. ꝙ ſic, ita tradit glo. l. 1. C. de condit. inſert. & omnes in hoc concordant, ut teſtatur Pariſ. conſil. 86. nu. 3. uol. 2. & hoc dicit ab oibus teneri Soc. conſ. 55. volu. 3. Sfort. Odd. d. part. 6. art. 1. Franciſ. Burſat. conſil. 1. num. 1. vol. 2. Fernand. Vaſq. de ſucceſ. creat. §.

27.

27.nu.2.Dec.conſ.37.in prin.& nouiſſime hanc dicit cõem eſſe op. Tiber. Deci..conſ.93.vol.3.cõem dicit & non habere dubium Alciat.l.nõ eſt ſine liberis. nu.6.ff.de verb.ſign. Quia pluralitas reſoluitur in ſuam ſingularitatem,idq; ex coniecturata mẽte teſtatoris, & potius interpretatione legis,quam ex uerborũ proprietate, vt ex communi reſoluitur Vaſq. de ſucceſ.progreſ. §.25.nu. 40. & ſeq.teſte Burſat.conſ.67.nu.19. vol. 1.

2 Et quidẽ plane procedit in deſcendẽtibus ex coniectura pietatis, ne alienos ſuo ſanguini præpoſuiſſe teſtator videatur,ſed quid ſi conditio hæc fuit extraneo adiecta? Reſ. qp tunc etiam uerius & receptius eſt,ut ex præſũpta mẽte vnico nato deficiat cõditio,& pluralis numerus ĩ ſingularẽ reſoluat,ut teſtaſ Alc. d. loco Scias ẽt quod prædicta procedũt, etiã ſi ſubſtitutio facta ſit filijs nullis naſcentibus,uel natis deficientibus, nã ſi unus tãtũ naſcatur,uel decedat,minimè ſubſtitutus admittit.ita tenet Alber. l. precibus. C.de impub.& alijs ſubſt.& hãc cõem & veriorẽ dicit ſniam Alciat.cõſ. 294. n. 8. & ſeq.Franciſc.Burſat.conſ.67.nu. 15.

Quæſtio XXXV.

SVMMARIA.

An conditio ſi ſine filijs deceſſerit, uerificetur in fœminis nu.1.

Declaratur,ut non procedat ſi dictum ſit de maſculis.nu.2.

An procedat in nepotibus ex fœmina.nu.3.

Quid ſi filius inſtituat hæredes uniuerſales filias dotãd .n.4.& nu. 5. ubi diſtinguitur.

QVæro vlterius,numquid dicta conditio ſi ſine filijs deceſſerit uerificetur quoque in fœminis? Reſp. Ardua & difficilis hæc eſt q̃ſtio, ſed regulare eſt filias quoque cõprehendi ad excluſionẽ ſubſtituti.tex.eſt d.l.cũ acutiſſimi,de fideicõmiſ.& ex commu. refert Rolan. a Valle conſ.82.nu.8.vol.3.ita cõiter teneri dicit Dec.conſ.570.Soc.iun.conſil.26.nu. 4.uol.4.& ita paſſim receptum eſſe dicit Couar.c.Rain.in princ.n.2.ext. de teſta. Franciſ.Burſat.conſ.64.nu.10.uol. 1.Io. Cephal.conſi.46.nu. 39. idem hoc expeditum dicit remotis coniecturis teſtatoris ibi.num.14.& hanc communem non habere contradictores, præter antiquos ambagibus plenos dicit Sfortia Oddo d. part.6.ar.6.in princip.& idem receptius eſſe atteſtatur Pinel.Rep.l. ſi uiua matre & hanc appellat propoſitionem indubitatam Goz.conſ.89.nu.1.Franc.Marzar. conſ.7.n.4.& nu.18.dicit concluſionem indubitatam.Ratio eſt, quia regulariter in diſpoſitione hominis vel teſtatoris appellatione filiorum continentur fœminæ in ultimis uoluntatibus, & maſculinum comprehendit fœmininum, non quidem ex proprietate uerborum, ſed interpretatione comprehendua, ut ex communi refert Gabriel.lib.6.commun. concl.de uerb.ſignif.concl.6.nu.8.Curt. iun.Auth.præterea,nu.30.C.unde uir & vxor,Soc.iu.conſ.61.n.8.& ſeq.uol.4.& dixi ſupra q.12.

2 Quod quidem intelligitur,ſi ſimpliciter dictum fuit,ſi ſine filiis vel liberis.Secus uerò eſt.ſi expreſſe dictum ſit ſi ſine filiis maſculis,namq; tunc non comprehenduntur feminæ.ita tenet Bart.l. cum auus,nu.4. & ibi dicit hanc eſſe communem opinionem Soc.Senior,ff. de cond. & dem. & vt indubitatam ſequitur Iaſ. l.ſi quis,nu.21.ff.de Iuriſd.om.iud.& ita cõiter teneri dicit Par.conſ.39.nu.3.vol. 2.& ſequuntur oẽs qui ſupradictam cõmunem opinionem ſequuntur, & nõ habere contradictorem dicit Sfortia Odd. d.ar.2.cõcluſ.2. Quia terminus iſte maſculus non conuenit feminis, ſed uiris.

3 Sed quid ſi ſuperſint nepotes ex filia fœmina,nunquid iſti comprehenduntur in conditione ſi ſine filiis maſculis? Reſp.Controuerſum fuit, ſed obtinuit non comprehendi qnoque, ita tradunt D D.l.gallus.§. nunc de lege, ff. de lib. & poſthum. & ibi Soc. nu. 6. dicit hanc communem opinionem, & ab ea non eſſe recedendum, quem refert & ſequitur latiſſime declarando Tiber. Decia. conſ. 127.nu.16.& ſeq.uol. 3. & conſ. 12 uol. 2.magis communem dicit Sfor. Odd. d. trac.compend.par.6.art.6.concl.3.& licet cõtrarium,quod imo de proprietate ſermonis etiam in conditione, ſi appoſita eſt dictio,maſculis,comprehẽdatur nepotes deſcendentes ex feminis, niſi aliter de uoluntate teſtatoris appareat, ueritatem & magis communẽ dicat Alban. conſ.86.& conſ.87. num. 3. tamen ipſe deci-

decipitur, & prima opinio re uera magis cõis eſt: & non dubium eſt, dictam qualitatem maſculinitatis appoſitam eſſe a teſtatore, ratione conſeruandę agnationis, quæ per deſcendentes ex fœminis etiam maſculos conſeruare non poteſt.

Quæro item, quid ſi teſtator in primo gradu uocauit maſculos, ut ſi filios maſculos inſtituit vniuerſales hǽdes, & filias excluſit inſtituendo in re certa uel dotãdo eas: Nũquid conditio ſimplex, ſine filiis, cõprehẽdat ẽt filias feminas, & ita nepotes ex filio inſtituto? Reſp. fuit hic caſus apud Doct. habitus ꝓ difficili, & cõſuluerũt ſuper eo oẽs DD. Italię, & multi recuſarũt cõſulere, ut refert Pau. de Caſt. l. 1. C. de cõd. infer. & ꝑꝑ uarias doctorum opiniones caſus non fuit de iure deciſus, ſed cõcordia ac trãſactione compoſitus, ut idẽ Pau. de Caſtr. refert conſ. 409. lib. 2. Nam quod neptis non faciat deficere conditionẽ, nec admittenda ſit quãplures conſuluerũt, quos ſeriatim refert Soc. cõſ. 168. nu. 13. li. 2. Crot. conſi. 1. Marzar. tract. de fideic. q. 21. & hanc opi. contra nepotem eſſe magis communem, & Doct. tenentes eam maioris eẽ authoritatis, numeri, põderis, & menſuræ teſtatur Rolan. a Valle conſi. 82. per totum uol. 3.

Contrariam uero partem, ẽt iſto caſu neptis ex filio inſtĩ, excluſa filia propria teſtatoris ab uniuerſali hæreditate, & dotata tñ licet in conditione de filiis tantũ, minimę excluſas cęteri a ſucceſſione patris ſui, ẽt ab inteſtato ꝑꝑ filios teſtatoris nepotes maſculos, uel alios đ agnatione ſubſtitutos tenet conſulendo Alex. cõſi. 55. nu. 10. uol. 3. dicens eam eſſe cõem. Soc. firmans idem conſ. 55. uol. 3. Dec. l. fęminæ. nu. 101. dicens his terminis eam eſſe cõem, & ꝓ hac parte neptis conſuluiſſe oẽs Bononienſes & Peruſinos, & Collegium Auenionenſe ita iudicaſſe Soc. cõſi. 227. uolu. 2. Caccialup. l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſti. & ita cõiter teneri dicit Dec. conſ. 570. & eam non ſolum veram eſſe, ſed etiam communiter receptam aſſerit Crot. conſil. 17. num. 15. Cõem quoque teſtatur Mandel. de Alba. conſ. 19. nu. 2 crebriorem & ueriorem dicit Ioan. Ceph. conſi. 45. & 46. nouiſſime Franciſ. Mantica. d. tract. de coniect. ult. uolunt. lib. 11. tit. 14. nu. 7. Marzar. conſ. 7. per totũ, vbi de communi teſtatur. Sed certe quamuis varii varie dixerunt, tamẽ non ſemper in propriis, ſed in diuerſis loquuntur quandoque terminis, vnde pro reſolutione huius quõnis diſtinguendum eſt, quod aut ſubſtitutus eſt aliquis de deſcendentibus teſtatoris, vel agnatus, vt ſi filios maſculos inſtituat excluſis fœminis, & eos ſi ſine filiis deceſſerint inuicem uel eis agnatos ſubſtituat, & hoc caſu Docto. cõcludunt filiorum appellatione, neptes non contineri in conditio ſine filiis, uel liberis, itaque non deficere, ita in terminis conſuluit Paul. de Caſtro conſil. 409. lib. 2. & hãc ſententiam eſſe communem & æquiorem teſtatur Pari. conſ. 48. nu. 9. uol. 2. eandem dicit eſſe communẽ opinionem æquiorem, & rationabiliorẽ ab eaque in iudicando recedendum non eſſe Grat. conſi. 111. caſus talis eſt. nu. 28. & 29. lib. 2. Calca. conſ. 48. nu. 42. & conſ. 1. num. 13. & ſeq. per totum, hanc quoq; aſſerit magis communem opin. Alexan. conſ. 62. & conſ. 63. Ruin. conſ. 120. nu. 5. & n. 16. vol. 1. conſ. 145. conſ. 147. con. 150. num. 12. ubi hanc eſſe rationabiliorem ait volum. 2. Hanc quoque fatetur magis communem Lud. Goz. conſil. 88. præſentis conſultationis, libr. 2. vbi hanc quæſtionem latiſſime abſoluit Rolan. a Valle cum pluribus allegatis d. conſ. 82. n. 23. Ceph. d. conſ. 45. & 46. magis cõem aſſerit cũ pluribus de communi atteſtantibus, & diſtinctionem Paul. de Caſtr. eſſe ualde ęquam & rationabilem dicit Curt. iun. conſi. 139. nume. 16. magis communẽ dicit Ruin. conſ. 110. n. 12. uol. 2. Soc. iun. conſ. 56. in princ. uol. 4. Sfort. Oddo. d. tract. compend. 6. part. arti. 4. concluſ. 7. magis communem, & in iudicando amplectendam eſſe aſſerit Tobias Nonius conſi. 36. nume. 10. & omnes pro negatiua opinione allegati fatẽtur, & diſtinctionem Paul. de Caſtr. communiter receptam, & quod quando ſubſtituti ſunt de familia, rari aut nulli repeniuntur, qui contra Paulum ſentiant, nouiſſime fatetur Tiber. Dec. vir in ciuili ſcientia eminentiſſimus in conſ. 82. uolum 3. & conſil. 74. num. 56. ubi loquitur maxime concurrentibus duobus, uidelicet quod teſtator proprias filias excluſit, & maſculos inſtituit. item quod extra ſtatutum, quod

fœminas excludit, & in his terminis dicit quoque communem Soc. iun. in conſil. 108. à nu 84. ad n. 87. v. 1 enumerat 128. Iuriſconſultos, & ita cõiter teneri idem aſſerit conſi. 65. num. 2. uol. 4. Goz. conſ. 89. nu. 10. dicens ita pro maſculo iudicatum. Non enim debet eſſe melioris condicionis neptis quam filia, ideo ſi filiam excluſit, multo magis ex præſumpta mẽte teſtatoris neptis excludi dẽt, hoc enim caſu teſtator cenſetur habuiſſe reſpectũ ad agnationem conſeruandam, quippe quia per ſolos conſeruatur maſculos.

5 Aut uero deſcendentes vel agnati nõ ſunt ſubſtituti, ſed extranei qui de familia & agnatione teſtatoris nõ ſunt, & tũc licet quidam exiſtiment quoq; eo caſu ſubſtitutum per neptes non excludi, tamen frequentius in contrariã ſniam itũ eſt, ita originaliter tenet Pau. de Caſt. d. conſi. 409. & hanc cõem eſſe opi. teſtatur Soc. iun. conſ. 188. vol. 2. & eam receptã & a Doctorib. canonizatam aſſerit Ber. conſi. 115. nu. 13. & conſil. 118. in princ. vol. 2. Lud. Bologn. inter conſilia Alex. conſi. 14. per totum uol. 4. Crot. conſi. 17 nu 26. & 31. & ex communi opin. refert Zanch. l. hæredes mei, §. cum ita §. 77. ff. ad Trebell. magis cõmunem, veriorem, & æquiorem nuncupat Sfor. Odd. d. tra. compen. partic. 6. d. art. 4. concl. 6. & ſubdit conſulendo & iudicando ſequendam eſſe ueriorem, & magis communem aſſerit Franciſ. Burſat. conſ. 64. num. 17. vol. 1. & conſi. 86. nu. 7. eod. uol. & ſententiã Paul. de Caſt. communiter receptam ait Decian. d. conſi. ceſſat namque tunc ratio ſupradicta conſeruandæ agnationis, propter quam teſtator præſumitur filias proprias excluſiſſe.

Quæſtio XXXVI.

SVMMARIA.

An in nepotibus uerificetur conditio, ſi ſine liberis, nu. 1.

Quid ſi dictum ſit ſine filijs ex ſe, uel ſuo corpore natis, nu. 2.

1 QVæro, numquid in nepotibus verificetur conditio ſi ſine liberis, uel filiis deceſſerit? Reſpond. quod ſi dictum ſit, ſi ſine liberis deceſſerint, oẽs ſine ſcrupulo fatentur comprehendi nepotes, ut teſtatur Odd. d. partic. 6. art. 2. concluſ. 1. quia liberorum appellatione nepotes cæteroſq; deſcendentes contineri receptũ eſt. Sin uero dictum ſit, ſi ſine filiis deceſſerit, quamuis quidam antiqui aliter ſentire videãtur, tñ hodie ẽt cõis eſt opinio, quod ueniant nepotes & alii deſcendentes, ut faciant deficere conditionem, ut teſtatur Soc. conſ. 249. n. 2. vol. 2. & oẽs fateri dicit Alc. l. filiusf. §. diui. verſ. illud oẽs fatentur, & ſe non uidiſſe contradictorẽ aſſerit Ceph. conſi. 107. n. 16. cõem dicit Pariſ. cõſ. 18. n. 59. & 60. vol. 2. hãc quoque vere dicit communem, qui plures quoque de communi teſtantes adducit Sfor. Odd. d. art. 2. concluſ. 3. & ſubdit non habere contradictores, niſi quoſdam antiquos ambagibus plenos, nouiſſime Mantic. de coniect. vlt. volunta. lib. 11. tit. 8. num. 20.

2 Sed quæro, quid ſi dictum ſit, ſi ſine filiis ex ſe, uel ſuo corpore natis, nunquid nepotes veniãt i cõditione illa? Reſ. Bar. d. §. inſtituerat, vñ uelle non contineri ſed contrariũ tenet ipſe in l. liberorũ, n. 18. ff. de uer. ſig. & hanc eſſe cõem opi. dicit Soc. ſen. conſ. 17. n. 2. & conſ. 31. n. 16. vol. 4. Sfort. Odd. d. part. 6. art. 3.

Quæſt. XXXVII.

SVMMARIA.

Conditio ſi ſine liberis, an uerificetur in liberis naturalibus, tantum nu. 1.

Quid ſi extraneus eſſet ſubſtitutus, nu. 2.

Quid ſi nati ſint ex damnato coitu, nu. 3.

Quid ſi teſtator ſit in dignitate cõſtitutus, uel nobilis, aut illuſtris conſiliarius principis, nu. 4. & nu. 5.

Quid ſi inſtituta eſſet filia fœmina. nu. 6.

Quid ſi ſubſtitutus ſit alius teſtatoris filius legitimus, & naturalis. nu. 7.

Quid ſi ſubſtituta ſit pia cauſa nu. 8.

DIctum eſt de filiis & nepotibus, an & quando in eis uerificetur condõ, ſi ſine liberis deceſſerit. Et hæc quidem procedunt in filiis legitimis & naturalib.

1 Sed quid de naturalibus tantum, nũquid in illis uerificetur conditio? Reſ. Diſtinguunt interpretes inter conditionem a lege ſubintellectam, ut quando filius ſimpliciter grauatur, & a teſtatore expreſsè appoſitam, primo caſu duæ ſunt opiniones. Sunt enim qui exiſtimant diſpoſitionẽ l. cum auus, non procedere in naturalibus

ſib. liberis. ita tenet gl. l. ex facto, §. ſi qs rogatus ad Trebel. & hanc gl. communiter approbari per Doct. dicit ibi Rip. nu. 27. Dec. d. l. generaliter. nume. 21. & ibi hanc dicit eſſe magis communem opinionem Laſ. nu. 6. Communem & ueriorem dicit Imol. d. §. ſi quis rogatus. Anto. Gomez. d capit. 5. num. 40. qui dicit, quod iſtã opinionem teneret iudicando & conſulendo Anton. Gabr. d. conſi. nu. 67. & alios idem atteſtantes accumulat Alfan. ſua collect. iur. 200. ſuper d. l. acutiſſimi. Franciſ. Burſat. conſil. 61. num. 20. uol. 1.

Contrarium uero alii tenẽt, quod immo etiam in tacita conditione ſubintellecta a lege admittatur naturalis tatum, niſi ex qualitate perſonę aliud præſumi debeat, & ita docet Bart. d. §. ſi quis rogatus, & hanc ſententiam dicit magis cõmunem Alex. ibi num. 6. Imol. numer. 2. Angel. Paul. de Caſtr. & ſubdit Angel. ab hac opinione non eſſe recedendum, & quod iſta magis cõmunis & receptior dicit Tiraquel. cum aliis per eum l. ſi vnquam uer. ſuſceperit liberos, nu. 120. de reuocand. donat.

2 Secundò caſu communis eſt omnium opinio, quod naturalis tantum excludit ſubſtitutum, & tenet Bart. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, numer. 2. ff. ad Trebel. & quod Doct. ſequuntur communiter teſtatur ibi Rip. num. 10. & hanc eſſe communem regulam ab eaque diſcedi non poſſe, dicit Dec. c. in præſentiá. nu. 107. extra de teſtamen. magis communem eſſe aſſerit Soc. ſen. d. l. cum auus. num. 96. Sfort. Odd. part. 6. art. vlt. Fran. Burſat. d. conſil. 51. nu. 20. vol. 1. Corraſ. Miſcel. iur. lib. 1. glo. 7. 1. par. num. 45. Alfan. d. collect. iur. 66. ad d. §. ſi quis rogatus Andr. Geyl. obſer. libr. 2. obſeruat. 136. num. 4. Vaſqui. de ſucceſ. progreſ. §. 26. nu. 2. verſ. denique. Franciſ. Mantica d. lib. 11. tit. 9. num. 2.

Contrarium uero partẽ, q̀ immo vtroque caſu ſiue a lege, ſiue teſtatore ſit adiecta conditio, filius naturalis nõ excludat regulariter ſubſtitutum, niſi de uolũtate conſtet. dicit communem Ang. de Peruſ. Imo. d. §. ſi quis rogatus. Tiraq. d. l. ſi vnquã, uerb. ſuſceperit liberos n. 120. licet nu. 36. priorẽ & cõem refert magis cõem Pariſ. c. in præſentia, n. 59. Soc. conſ. 182. vol. 2. Eman. a. Coſt. c. ſi pater, verb. ſi abſque liberis, n. 40. dicens veriorem, & ab ea in iudicando & conſulendo non eſſe recedendum. Sed reuera prior magis communis uidetur.

Et hæc regula communis quidem procedit in dubio in naturalibus ex illicito coitu ſuſceptis. Sed quid ſi nati ſint ex dãnato coitu? Reſp. Bar. d. l. ex facto, §. 1. tenet non admitti tales ad excludendum ſubſtitutũ, & ẽ cõis opinio, ut teſtaẽ Rip. ibi nu. 49. Dec. c. i pſentia. n. 113. & 114.

3 Qui autem ſi teſtator ſit in dignitate conſtitutus, uel nobilis, aut illuſtris conſiliarius principis? Reſ. q̀ non admittantur naturales ita tenet Bar. d. §. ſi quis rogatus, n. 3. & hanc ſententiam freqũetiori calculo receptam eſſe dicit Alex. ibi nu. 6. Pau. de Caſtr. ibi Ant. Gomez. varia. reſ. Tom. 1. c. 5. num. 40. Franciſ. Mantic. d. tit. n. 5. neque enim teſtator de talibus filiis cenſiſſe præſumitur, quos habere ei dedecori futurum eſt. Quod quidem procedit in qualibet dignitate, quamuis Pau. de Caſtr. in d. §. ſi quis rogatus, aliter ſentiat, ut teſtatur prædicti Doctores.

Quinimo procedit hoc etiamſi grauatur eſſe utilis perſona, dummodo teſtator ſit nobilis, quia ſuccedirur teſtatori, non grauato. ita declarat Imo. d. §. ſi quis rogatus, & hanc eſſe communem opin. ibi dicit Rip. num. 13. Franciſ. Mantic. d. tit. 11. num. 9.

6 Quero item, quid ſi pater inſtituiſſet filiam ſuam, quæ ſine honoris diſpendio non poteſt habere filios naturales. Num quid venient filii naturales in cõditione? Reſp. q̀ non, quia pater de eis non cenſetur cogitaſſe, ſed potius filię honori & famæ totius familiæ conſulere uoluiſſe, ita uidetur de mente Bar. l. hæredibus. §. fin. ff. ad Treb. hanc dicit eſſe communem opinionem Sfortia Od. d. par. vlt. art. uerſ. An naturales tantum, concl. 5. licet ipſe cum Imol. d. §. ſi quis rogatus, etiam intelligat non procedere, ſi extraneæ ſit facta ſubſtitutio.

7 Quid aũt ſi ſubſtitutus ſit alius filius teſtatoris legitimus, & naturalis? Reſ. Variatũ fuit, ſed obtinuit ẽt hoc caſu excludi ſubſtitutũ. ita tenet Alex. conſ. 94. n. 3. uol. 1. & cõiter teneri teſtatur Rip. d. §. ſi

quis rogatus n.24. Quia ſaltem attenditur. poſſunt eſſe hæredes ex teſtamento grauati, non autem an ſint.

8 Quæro ité quid ſi ſubſtituta eſſet pia cauſa? Reſp. Sūt q exiſtimāt nō deficere cōditionē. Sed tñ in contrariā ſniam magis cōiter itū eſt, vt teſtatur Rip. d.§. ſi qs rogatus. n.25. quod uerius exiſtimo. Si.n. ſi filius teſtatoris naturalis & legitimus ſubſtitutos nō impedit, quo minus naturalis tū admittatur, multo minus eccleſia uel pia cã id faciet. quæ non poteſt eſſe quo ad hoc dignior filio teſtatoris.

Quæſtio XXXVIII.

SVMMARIA.

An legitimati excludant ſubſtitutum n. 1

Quid ſi dictū ſit, ſine legitimis & naturalibus, nu.2. declaratur nu.3. & 4.

Quid ſi dictū ſit ſine filiis ex legitimo matrimonio, n.5. Quid ſi matrimoniū cōtractū in mortis articulo, nu.6.

Quid ſi uerba ſunt geminata, nu.7.

QVæro, numquid in filiis legitimatis uerificetur conditio & conſequenter fideicōmiſſū? Reſp. q non ita tenet Imo.
1 d.§. ſi quis rogatus. & hanc eſſe cōmunē opi. dicit Alex. cōſ.2.n.13. Dec. cōſ. 355. Iaſ. l. Gal. §. & quid ſi tm̄, n.139. ff. de lib. & poſthu. hanc receptiorē & magis cōem l. gñaliter. §. cum aūt. C. de inſt. n. 2. cōſi. 2. li.1. Ema. a Coſta d. verb. ſi abſque liberis nu. 50. & hoc ſine ſcrupulo pcedit in ſubſtituto in his verbis, ſi ſine filiis deceſſerit, vt aſſerit Sfor. Odd. d. trac. par. vlt. ver. An legitimati. Andr. Geyl. d. obſer. 136. lib. 2. nu. 4.

2 Sed qd ſi dictū ſit, ſi ſine filiis legitimis & naturalib. deceſſerit, nūqd excludet legitimatꝰ ſubſtitutū? Reſ. In hac ſpécōſide rādi sūt casꝰ. Primus eſt de legitimato p reſcriptū, & duę sūt cōtrarię opiniones.

Prima eſt, q legitimati per reſcriptum non excludant ſubſtitutū. ita tenet Bald. l. Lucius, 2. inſi. ff. de hrdib. inſtit. & cōem eſſe opinionem aſſerit Barbat. conſil. 27. uolu. 1. & qōnem eſſe arduam quidem, & profundam, ſed quamuis ſit paſſus ualde dubius, ſubdit cōem eſſe concluſionem, quod nō excludat ſubſtitutum refert Iaſ. l. 2. C. de iur. emphit. nu. 204. Imol. qui tamen contrarium teſtatur.

Secunda opinio eſt affirmatiua, quod imo legitimatus excludat ſubſtitutum, ita tenet originaliter Iacob. de Aret. in quadā diſput. vt refert Io. And. ad Spec. de ſucceſſ. ab inteſt. in fi. & hanc dicit eſſe communem opinionem Imo. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, num. 17. Aret. in princ. d. l. num. 9. Alex. & Iaſ. l. generaliter §. cum autem, num. 7. C. de inſtit. & ſubſt. conſil. 39. uol. 3. & quod oēs ita tenent dicit Paul. de Caſt. conſ. 38. nu. 2. volum. 1. communem dicit Alex. conſil. 2. numero 22. uolum. 1. conſilio 121. numero 15 uolum. 2. Soc. d. l. Gallus. §. & quid ſi tātum, ſubditque ab ea in conſulendo & iudicando non eſſe recedendum. hanc eſſe communem ſententiam omnium in vtraque cenſura Doctorum aſſerit Curt. Sen. conſ. 17. num. 4. Communem, & crebriorem ex aliis refert Franc. Burſat. conſil. 1. nu. 30. uol. 1. Ceph. conſi. 117. n. 20. conſi. 188. num. 19. Rolan. Valle conſil. 83. num. 19. conſil. 67. uolum 3. in princip. plures hanc magis communem atteſtantes cumulat Sfort. Oddo. d. tract. compend. part. 6. vlt. artic. uerſic. legitimati, licet ipſe contrariam ſequatur, nouiſſime Mantica. lib. 11. tit. 10. nu. 9. Ratio eſt, quia legitimatus non differt a legitimo, & legitimorum & naturalium numero habetur.

3 Intellige tamen hanc communē procedere ſi ſubſtitutus ad talē legitimationem ſit citatus, licet minime conſenſerit, ut tradit Soc. iun. d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum nu. 145. & hanc eſſe communē opinionem teſtatur Periſ. conſ. 1. nu. 37. uol. 2. conſ. 9. nu. 29. uol. eod. Burſat. conſil. 1. num. 31. uol. 1. ubi plures de communi atteſtantes adducit, Neuiz. conſ. 99. n. 21. Soc. iun. conſ. 95. nu. 87. uol. 3. Dec. conſ. 85. Crot. d. §. & quid ſi tantum. Dida. Couar. de ſponſal. 2. par. c. 8. §. 8. n. 9. nouiſſime Mant. d. tit. 11. nu. 4. licet non deſint qui cōtrariam partem defendant, quam ego facile complector, ſi legitimatio fiat poſt mortem teſtatoris. Sfort. Oddo. d. loco. licet ipſe diſtinguat.

4 Item intellige, ut procedat non tantum in nato ex concubina, ſed etiam in ſpurio. ita tradit Alexan. d. §. cum autem. nume. 2. hanc eſſe communem, ab eaque non recedendum eſſe dicit Socin. ſenior. d. l.

d.l.Gall.§.ſi eius nu.5.Soc.iun.conſ.77. nu.8.vol.3.refert.Mantic.d tit. 10.n. 20.

Secundus caſus eſt,quando agitur de legitimato per ſubſequens matrimoniũ, & tunc omnes concludunt uno ore ex cludi ſubſtitutum,ut teſtatur Sfor.Odd. d.loc.

5 Sed quæro,quid ſi dictum ſit ſine libe ris legitime natis,vel ex legitimo matrimonio natis & procreatis, numquid legitimati excludant ſubſtitutum?Reſp.Iterũ diſtinguendum eſt, inter legitimatũ per reſcriptũ principis,& per ſubſequẽs ma trimoniũ.Primo caſu uerior & receptior eſt ſententia,per exiſtentiam talis legiti mi non deficere conditionem. ita tenet Bal.d.l.Gallus §.ſi eius.& hanc eſſe com munem opi.teſtatur Arc.l.ex facto num. 10.ff.de vulg.Alex.d.§.cum autem,conſi.172.nu.2.lib.7.conſ.2.nu.14.li.1. Soc. iun.conſi.63.nu.16.conſi.110.nu. 25.cõ ſi.145.n.39.lib.3.conſ.83.nu.16.& ſeq. vol.4.conſi.82.nu.7. uol. 3. & dicit hoc eſſe ueriſſimum & commune dictum, & indubitatum. Idem in d.l. Gallus, §. & quid ſi tantum nume. 146.hanc quoque dicit communem Pariſ.conſi.9.num.45. conſi.12.num.147.uolum.2.Didac.Couar.de ſponſ.2.part.cap.8.§.2.in fi.& qđ omnes ita tenent dicit Bertran. conſi. 149.nu.3.uolu.1.nouiſſime Tybe. Dec. conſ.88.uol.2.nu.21. plures de cõi atte ſtantes refert Sfor.Od.d.loco conclu. 4. Manti.d.tit.10.nu. 21.& ſeq.& hæc tenẽ da eſt,quia talis legitimatus non eſt uere legitime natus ſicut teſtator requirit.

Secundo caſu,quando filius fuit legi timatus per ſubſequẽs matrimoniũ magna eſt controuerſia,vt vix apparere poſ ſit quæ magis cõmunis: Namq; ſubſtitutum non excludi hoc quoq; caſu voluit Ant.de Butr.c.uenerabilẽ, nu. 17.extra qui filii ſint legit.& hanc eſſe communẽ opi.teſtatur Rui.conſi.92.nu.16. vol.3. Et ita ſecundum Alex. conſi. 5. uol.7. q idem tenet conſulendo, bis uel ter fuiſſe iudicatum refert Alc.conſi.187.num. 2. lib.9.Soc.iu.conſ.39.nu.63. & in conſi. 63.nu.56.uol.3.dicens vix diſcerni poſſe quæ ſit cõior,& communẽ dicit in conſ. 77.nu.14.vol. 4. magis cõmunem dicit Rolan.a Valle conſi.100.nu.29. & ſequ. vol.2.quem refert Sfor.Od.d.trac. part. 6.uerb.legitimati concl. 4. plures de cõi atteſtãtes cumulat Mant.d.tract.de coniect.vlti.uolunt.lib. 11 tit. 12.nu.20. Rõ ſecundum omnes,quia ſecundum verba teſtamenti requiritur tempore natiuitatis matrimonium legitimum.

Contrarium vero,ꝙ ijno legitimatus excludat ſubſtitutum,tenet Aret.l. Gallus,§.ſi eius,ff.de lib.& poſth.& hanc cõ munẽ eſſe ſniam atteſtatur Dec.l. ... liter,nu.22.C.de inſtit. & ſubſt. Rep.d.§. ſi quis rogatus, & quod ſit de communi mente ſcribentiũ dicit Alc.conſi.52.n.3. lib.9.ſubditque neminem fore qui diſſẽtiret,niſi Alex.contrarium conſuluiſſet conſ.6.uol.7.& hanc ueriorem eẽ,& plu rib.relatis teſtatur Sfort. Odd.d.loco,& ſubdit, quod ſi numerentur authoritates eorum,qui in terminis utramque par tem tenent,huius partis fautores nõ eſſe numero impares. Vnde hac uti benigniorem, & æquiorem tenendam eſſe, hanc dicit magis communem Eman. Soarez. comm.opi.verb.legitimatus, Celſus Hugo conſi.119.nu.20.conſil.88.nu.4.Franciſ.Burſat.conſi.1.n. 28.uol. & priorem ſententiam duram eſſe contra ius commune,& quod in nudo rigore uerborũ fundatur fatentur Moder. Pariſ. addi.ad Alexand. conſi. 5.uolum.7. hanc itaque ſequendam iudico in fauore matrimonii cum ſecundum iuris Canonici cui in his ſtandum eſt,magis, quam ius ciuili, diſpoſitionem,tales legitimati uere ſunt legitimi, ac habentur ac ſi nunquã fuiſſent illegitimi,quod communiter Docto. ſequuntur.Et uidetur contra uerifimilem mentem teſtatoris ſi dicamus eos excluſos:quia iſta uerba ex legitimo matrimonio procreatis,non cenſentur addita,niſi ad cauendũ contra generales clauſulas reſcriptorum,& ad excludẽdum legitimatos per reſcripta, uel gratias precio, ut ſolet,redemptas, non ad diſponendũ contra ius commune.Imo per has clauſulas ei magis ſe conformare uidetur, ſi non aperte hunc caſum expreſſerit.

6 Quid autem ſi matrimonium contractum ſit in ultimo mortis articulo? Reſpond. Sunt qui exiſtimant non admitti legitimatum ad excludendum ſubſtitutũ propter præſumptionem fraudis, ſed in contrariam partem ab interpretibus fre-

quentioribus ſuffragiis itum eſt quod legitimatus per matrimonium in articulo mortis cótractum ſubſtitutum excludat, ex eoque ſolo fraus non præſumatur, ut teſtatur Rui.conſi.78. nu. 7. & ſeq.uol. 13.& ueriorem dicit & ſequitur Rip.d.§. ſi quis rogatus, nu. 48. communem dicit Dida.Coua.de ſponſalibus c.8.§. 2. nu. 2. & ita teneri dicit magis communiter Iaſ.l.ſed eſt quæſitum, ff. de lib. & poſthumis,& ſubdit, quod qui ponunt contrarium errant.Pariſ.conſi.14.n. 35.vol. 1. Anto. Gabr.lib.6.tit.de legit.cóclus.1. nu.58.Fran.Serminat lib.1.Select.interpret.c.6.n.5.Franc.Burſat. conſi.40.nu. 71.uol.1.Fran.Mant.d.tract.de coniect. vlt.uolunt.li .11.tit.13.nu.5.

7 Quid item,ſi uerba fuerunt geminata,ſcilicet ſi ſine filiis legitimis, & legitimo matrimonio natis deceſſerit, nunqd legitimatus excludet ſubſtitutum?Reſp. Ant.de But. d.c.per uenerabilem nu. 17. tenere videtur non excludi,& hanc ſententiam non reperire contradictorem dicit Ruin.conſ.92.nu.14.vol.3. Contrarium tenent plerique alii,quos refert Pariſ conſil.13.nu.23.& 40.vol.2. & communiorem probat Fran.Burſat.conſ.18. nu. 16. dum oſtendit Doc. pro contraria allegatos non moueri illa geminatione,ſed aliis rationibus ad excluſionem legitimati,ſubditque Rui.dum dicit eam opinionem non habere contradicentem, errare, & hæc uerior uidetur.

Quæſtio XXXIX.

SVMMARIVM.

An ad optiuus excludat ſubſtitutum.

QVæro,numqd in adoptiuis verificetur conditio ſi ſine filiis legitimis deceſſerit?Reſp.Communis eſt ſnia quod ſic.& tenet Bar.d.§.ſi quis rogatus.nu.3. Cõem dicit & quod oés Doctores ita tenent,nouiſſime teſtatur Ema.à Coſta d. uerb.ff.abſq; liberis,nu. 46.Sfor.O'dd.d. trac.ſu.ſt.cōpen.par.6.uer.ſan legitimi.

Quæſtio XL.

SVMMARIA.

Monaſterium an comprehendatur in conditione.nu.1.declara nu.2.

Quid ſi dictum ſit,ſine filijs legitimis et naturalibus ex ſuo corpore natis,n.3.item, quid ſi grauatus fraudulenter ingreſſus ſit,nu.4.

Quibus cóiecturis fraus probetur,n. 5 et 6.

Quid ſi monaſterium ſit incapax,n 7.

1 QVæro vlterius, ſi grauatus ingrediatur monaſterium,an monaſterium, comprehendatur conditione ſi ſine filiis deceſſerit,ut verificetur vel deficiat? Reſp. Ardua hæc eſt quæſtio,& mirum in modum cótrouerſa,ſed communis & receptior eſt opinio,quód regulariter ſubſtitutum excludat.tex. Auth.niſi rogati, C. ad trebel.& hanc opinionem dicit communem Alex.conſi.121.n. 11. volum.2. Rip.Auth.niſi rogati,nu.37.Dida. Cou. variar.reſol.lib.1.c.19.nu.11.Villal. com. opi.collect.uerb.monaſterium, nu. 121. Cóem & ueriorem aſſerit Ema. a Coſta d.c.ſi pater uerb.ſi abſq; liberis nu.64. & plures alios de commune atteſtantes refert Sfor. Odd.d.trac.compend.5.partic.uerſi.An legitimi mouentur antiquores,quod monaſterium habeatur loco filii,quod quamuis dubiú ſit,tñ cóiter receptú aſſerit Iaſ.Auth.ſi qua mulier, C. de SS.eccl.Sed uerior uř rõ, quod teſtõr pariter præſumatur liberos inſtitui, & monaſteriū prædilexiſſe, ut aduertit Caſtren.d.ict.Auth.niſi rogati. Quod quidem procedit in conditione expreſſa.ſecus ſi abſque condõne ſi ſine liberis ſim

2 pliciter fiat ſubſtitutio poſt mortem grauati deſcendétis.qui poſtea ingreſſus monaſterium.ita tenet Bar.Auth.ſi qua mulier.C de Sacroſan.eccleſ.& eſt communis ſententia,ut probat Fel.c.in præſentia nu.43.Couar.uariar.reſol.lib. 1. cap. 19.nu.6.& licet contrariam partem cómunem aſſerat Cor.d.l. cum acutiſſimi, tamen hoc uerius & receptius atteſtatur Eman.a Coſta d.c.ſi pater,uerb. ſi abſq; liberis,nu.70.

Item prædicta procedunt ſi in cōdi-

3 tione ſimpliciter dictum ſit,ſine aliis.Sed quid ſi dictum ſit,ſine filiis legitimis,& naturalibus ex ſuo corpore natis? Reſp. in hac queſtione adeo uariāt interpretes ut uix diſcerni poſſit quæ ſit cōmunior plerique enim in ea ſunt ſentétia, quód tunc quoque ſubſtitutus excludatur, cū

præſum-

præſumptio iuris ſit teſtatorem pariter. & hos liberos inſtitui, & monaſterium dilexiſſe. ita magis communem dicunt Alex. d. conſ. 121. Rip. d. §. ſi quis Dec. c. in præſentia, de probat. num. 59. Crauet. conſil. 52. quos refert Didac. couar. d. c. 9 nu. 18. Villal. d. nu. 128. Moder. Pariſ. addit. ad d. conſi. Alex. Dec. conſil. 416. Sed non deſunt etiam maximæ authoritatis uiri, qui contrarium defendant, & non minus frequenter, & quidem Hoſtienſ. c. Raimaldus, de teſtament. & hanc ſententiam magis communem & vſu comprobatam dicit Bald. Auth. niſi, num. 9. C. ad Trebel. æquiorem dicit idem & Imo. l. Lucius, ff. de hæred. inſt. Bal. conſi. 73. li. 5. Boer. deciſ. 354. nu. 4. & quod hæc ut uerior ita æquior ſit dicit Vaſqui. de ſucceſ. progreſ. §. 26. nu. 41. Grat. conſi. 111. nu. 50. lib. 2. Pedemont. Deciſ. 126. num. 24. quos refert & ſequitur Sfor. Oddo. d. uerb. An legitimi tantum, concl. 15. quod hæc opinio forte frequentiori calculo ſit recepta, ſi reiiciatur eorū authoritas, qui mouentur ideo monaſterium admitti, quod conditio uti repugnans religioni ſit reiiciēda. aſſerit nouiſſime Mātic. lib. 11. de coniect. vlt. uolunt. tit. 7. n. 20. ubi plures de commu. teſtantes adducit. Quicquid ſit, ego hanc uti ueriorem ſemper ſequior.

Secundo caſu,quando filius fuit legi timatus per ſubſequẽs matrimoniũ ma- gna eſt controuerſia,vt vix apparere poſ ſit quæ magis cõmunis: Namq; ſubſtitu tum non excludi hoc quoq; caſu voluit Ant.de Butr.c.uenerabilẽ, nu. 17.extra qui filii ſint legit.& hanc eſſe communẽ opi.teſtatur Rui.conſi.92.nu.16. vol.3. Et ita ſecundum Alex. conſi. 5. uol.7. q idem tenet conſulendo, bis uel ter fuiſſe iudicatum refert Alc.conſi.187.num. 2. lib.9.Soc.iu.conſ.39.nu.63. & in conſi. 63.nu.56.uol.3.dicens vix diſcerni poſſe quæ ſit cõior,& communẽ dicit in conſ. 77.nu.14.vol. 4. magis cõmunem dicit Rolan.a Valle conſi.100.nu.29. & ſequ. vol.2.quem refert Sfor.Od.d.trac. part. 6.uerb.legitimati. concl.4.plures de cõi atteſtãtes cumulat Mant.d.tract.de con- iect.vlti.uolunt.lib.11 tit. 12.nu.20. Rõ ſecundum omnes,quia ſecundum verba teſtamenti requiritur tempore natiuita- tis matrimonium legitimum.

Contrarium vero,ꝙ uno legitimatus excludat ſubſtitutum,tenet Aret.l. Gal- lus,§.ſi eius,ff.de lib.& poſth.& hanc cõ munẽ eſſe ſniam atteſtatur Dec.l.generа liter,nu.22.C.de inſtit.& ſubſt.Rip.d.§. ſi quis rogatus, & quod ſit de communi mente ſcribentiũ dicit Alc.conſi.52.n.3. lib.9.ſubditque neminem fore qui diſſẽ tiret,niſi Alex.contrarium conſuluiſſet conſ.6.uol.7.& hanc ueriorem eẽ,& plu rib.relatis teſtatur Sfort. Odd.d.loco,& ſubdit, quod ſi numerentur authorita- tes eorum,qui in terminis utramque par tem tenent,huius partis fautores nõ eſſe numero impares. Vnde hanc uti benignio rem, & æquiorem tenendam eſſe, hanc dicit magis communem Eman. Soarez. comm.opi.verb.legitimatus, Celſus Hu go conſi.119.nu.20.conſil.88.nu.4.Fran ciſ.Burſat.conſi.1.n. 28.uol. & priorem ſententiam duram eſſe contra ius com- mune,& quod in nudo rigore uerborũ fundatur fatentur Moder. Pariſ. addi.ad Alexand. conſi. 5.uolum.7. hanc itaque ſequendam iudico in fauore matrimonii cum ſecundum iuris Canonici cui in his ſtandum eſt,magis, quam ius ciuili, di- ſpoſitionem,tales legitimati uere ſunt le gitimi, ac habentur ac ſi nunquã fuiſſent illegitimi,quod communiter Docto. ſe- quuntur.Et uidetur contra ueriſimilem mentem teſtatoris ſi dicamus eos exclu- ſos:quia iſta uerba ex legitimo matrimo nio procreatis,non cenſentur addita,ni- ſi ad cauendũ contra generales clauſulas reſcriptorum,& ad excludendum legiti- matos per reſcripta, uel gratias precio, ut ſolet,redemptas, non ad diſponendũ contra ius commune.Imo per has clau- ſulas ei magis ſe conformare uidetur, ſi non aperte hunc caſum expreſſerit.

6 Quid autem ſi matrimonium contra- ctum ſit in ultimo mortis articulo? Re- ſpond. Sunt qui exiſtimant non admitti legitimatum ad excludendum ſubſtitutũ propter præſumptionem fraudis, ſed in contrariam partem ab interpretibus fre-

quentioribus ſuffragiis itum eſt quod legitimatus per matrimonium in articulo mortis cōtractum ſubſtitutum excludat, ex eoque ſolo fraus non præſumatur, ut teſtatur Rui.conſi.78. nu. 7. & ſeq.uol. 13.& ueriorem dicit & ſequitur Rip.d.§. ſi quis rogatus, nu. 48. communem dicit Dida.Coua.de ſponſalibus c.8.§. 2. nu. 2. & ita teneri dicit magis communiter Iaſ.l.ſed eſt quæſitum, ff. de lib. & poſthumis,& ſubdit, quod qui ponunt contrarium errant.Pariſ.conſi.14.n. 35.vol. 1.Anto.Gabr.lib.6.tit.de legit.cōcluſ.1. nu.58.Fran.Serminat lib.1.Select.interpret.c.6.n.5.Franc.Burſat.conſi.40.nu. 71.uol.1.Fran.Mant.d.tract.de coniect. vlt.uolunt.li .11.tit.13.nu.5.

7 Quid item, ſi uerba fuerunt geminata, ſcilicet ſi ſine filiis legitimis, & legitimo matrimonio natis deceſſerit, nunqd legitimatus excludet ſubſtitutum? Reſp. Ant.de But. d.c.per uenerabilem nu. 17. tenere videtur non excludi, & hanc ſententiam non reperire contradictorem dicit Ruin.conſ.92.nu.14.vol.3. Contrarium tenent plerique alii, quos refert Pariſ.conſil.13.nu.23.& 40.vol. 2. & communiorem probat Fran.Burſat.conſ.18. nu. 16. dum oſtendit Doc. pro cōtraria allegatos non moueri illa geminatione, ſed aliis rationibus ad excluſionem legitimati, ſubditque Rui.dum dicit eam opinionem non habere contradicentem, errare, & hæc verior uidetur.

Quæſtio XXXIX.

SVMMARIVM.

An ad optiuus excludat ſubſtitutum.

QVæro, numqd in adoptiuis verificetur conditio ſi ſine filiis legitimis deceſſerit? Reſp. Communis eſt ſnia quod ſic.& tenet Bar.d.§.ſi quis rogatus.nu.3. Cōem dicit & quod oēs Doctores ita tenent, nouiſſime teſtatur Ema.a Coſta d. uer. ſi abſq; liberis, nu. 46. Sfor.Odd.d. trac.ſui ſt.cōpen.par.6.ue.ſ.an legitimi.

Quæſtio XL.

SVMMARIA.

Monaſterium an comprehendatur in conditione.nu.1.declara nu.2.

Quid ſi dictum ſit, ſine filiys legitimis et naturalibus ex ſuo corpore natis, n.3.item, quid ſi grauatus fraudulenter ingreſſus ſit, nu.4.

Quibus coiecturis fraus probetur, n. 5 et 6.

Quid ſi monaſterium ſit incapax, n 7.

1 QVæro vlterius, ſi grauatus ingrediē monaſterium, an monaſterium, comprehendatur conditione ſi ſine filiis deceſſerit, ut verificetur vel deficiat? Reſp. Ardua hæc eſt quæſtio, & mirum in modum cōtrouerſa, ſed communis & receptior eſt opinio, quod regulariter ſubſtitutum excludat.tex. Auth.niſi rogati, C. ad trebel.& hanc opinionem dicit communem Alex.conſi.121.n. 11. volum.2. Rip.Auth.niſi rogati, nu.37.Dida. Couarr.uariar.reſol.lib.1.c.19.nu.11.Villal. com. opi.collect.uerb.monaſterium, nu. 121. Cōem & ueriorem aſſerit Ema. a Coſta d.c.ſi pater uerb.ſi abſq; liberis nu.64. & plures alios de commune atteſtantes refert Sfor. Odd.d.trac.compend.5.partic.uerſi. An legitimi mouentur antiquores, quod monaſterium habeatur loco filii, quod quamuis dubiū ſit, tñ cōiter receptū aſſerit Iaſ.Auth.ſi qua mulier, C. de SS.eccl.Sed uerior uř rō, quod teſtor pariter præſumatur liberos inſtitui, & monaſteriū prædilexiſſe, ut aduertit Caſtren.d ıcta Auth.niſi rogati. Quod quidem procedit in conditione expreſſa. ſecus ſi abſque condōne ſi ſine liberis ſim-

2 pliciter fiat ſubſtitutio poſt mortem grauati deſcendētis.qui poſtea ingreſſus monaſterium, ita tenet Bar. Auth.ſi qua mulier, C.de Sacroſan.eccleſ.& eſt communis ſententia, ut probat Feli.c.in præſentia nu.43.Couar.uariar.reſol.lib. 1. cap. 19.nu.6.& licet contrariam partem cōmunem aſſerat Cor.d.l. cum acutiſſimi, tamen hoc uerius & receptius atteſtatur Eman.a Coſta d.c.ſi pater, uerb. ſi abſq; liberis, nu.70.

3 Item prædicta procedunt ſi in cōditione ſimpliciter dictum ſit, ſine aliis. Sed quid ſi dictum ſit, ſine filiis legitimis, & naturalibus ex ſuo corpore natis? Reſp. in hac queſtione adeo uariāt interpretes ut uix diſcerni poſſit quæ ſit cōmunior plerique enim in ea ſunt ſentētia, quod tunc quoque ſubſtitutus excludatur, cū

præſum-

præſumptio iuris ſit teſtatorem pariter. & hos liberos inſtitui, & monaſterium dilexiſſe. ita magis communem dicunt Alex.d.conſ.121.Rip.d.§.ſi quis Dec. c. in præſentia, de probat.num.59.Crauet. conſi.52.quos refert Diduc.comr.d.c.9 nu.18.Villal.d.nu.122.Moder. Pariſ. addit.ad d.conſi. Alex.Dec.conſil.416. Sed non deſunt etiam maximæ authoritatis uiri, qui contrarium defendant, & non minus frequenter, & quidem Hoſtienſ. c.Rainaldus, de teſtament. & hanc ſenté tiam magis communem & vſu comprobatam dicit Bald. Auth.niſi, num.9.C.ad Trebel.æquiorem dicit idem & Imo. l. Lucius, ff.de hæred.inſt. Bal.conſi. 73.li. 5.Boer.deciſ.354.nu. 4. & quod hæc ut uerior ita æquior ſit dicit Vaſqui. de ſucceſ.progreſ.§.26.nu.41.Grat. conſi. 111. nu.50.lib.2.Pedemont.Deciſ.126. num. 24.quos refert & ſequitur Sfor. Oddo. d.uerb. An legitimi tantum, concl. 15. quod hæc opinio forte freqnentiori calculo ſit recepta, ſi reiiciatur eorũ authoritas, qui mouentur ideo monaſterium admitti, quod conditio uti repugnans religioni ſit reiiciẽda. aſſerit nouiſſime Mã tic.lib.11.de coniect.vlt.uolunt.tit. 7.n. 20.ubi plures de commu. teſtantes adducit. Quicquid ſit, ego hanc uti ueriorem ſemper ſequior.

4 Sed quid ſi grauatus fraudulenter monaſterium fuerit ingreſſus, eo ſcilicet animo, ut ſubſtitutum excluderet? Reſpon. communis eſt opinio, Monaſterium non contineri in conditione, ſed ſubſtitutum preferri, & tenet gloſ.d.auth.niſi rogati, uerb.uenerabilem, & communem dicit Deci.d.cap.in præſentia, nu.60.Cur. iunior conſi.154.nu.27.nouiſſime profitetur Sfortia Odd.d.loco, concl.6.Mantica d.tract.li.10.tit.4.n.19.hæc uerior eſt, licet enim ingreſſus abluit dolum, tamẽ id præſumptiue intelligitur.

5 Sed iuxta hoc dubium eſt, quibus coniecturis fraus probetur. Et quidem frequẽtius ponitur exemplum, ſi probetur quod ante ingreſſum pluries ita ſubſtituto fuit minatus, & hãc coniecturã ſufficientem dicit Abb. d. c. in præſentia nu. 46.nu.43.ſubditque Panor. ita communiter teneri, idem dicit Alex. d l. ſi quis poſthumos, num.4.ff.de lib.& poſthum. Sfort.Odd.d.loco concluſ.7. Mantic. d. tit.4.num.19.

Alia coniectura adducitur, ſi in articulo mortis monaſterium ingredietur. At equidem non in fraudem, ſed potius ardore religionis ingreſſus præſumitur ita notant omnes d.cap.in præſentia, ut refert Mantica.d.tit.4. num. 18. Quoniam tamẽ aſſumptio habitus in articulo mortis non facit profeſſum eſſe, non nocet ſubſtituto, alias ſecus, notant Doctores dicto capit.in præſentia, & hanc ſententiam indubitatam eſſe dicit Sfortia Odd. dicto loco.

7 Quid autem ſi monaſtirium ſit incapax? Reſ. communis eſt opinio ſubſtitutum admitti. ita tenet Bal.d. cap. in præſentia, num.13. & communem eſſe opinionem dicit Alex.conſ.13. uol. 3. Dec. conſi.259.Pariſ.conſi.66.num.10.vol.2. Pedemon.deciſ.126.n.26.Rip.l. ex facto nu.12.Treb. Ema.a Coſta d.c.ſi pater ver. ſi abſque liberis nu.61.Sfort. Odd.d.loco concl.8.plures communi teſtantes adducit Mant.d.lib.11.tit.7.num.8.

Quæſtio XLI.

SVMMARIA.

An conditio uerificetur in morte ciuili.

DIctum eſt, de quibus filiis intelligatur conditio ſi ſine filiis deceſſerit. Quæro ulterius, an uebum deceſſerit, ſiue morietur, uel alia uerba mortem ſignificantia, uerificentur in morte etiam ciuili tantum? Reſp. non leuis eſt controuerſia. Sunt enim exiſtiment mortem ciuilem naturali æquiparari, maxime ubi eadem eſt ratio & effectus idem, quam ſententiam dicit eſſe com. Are.l.ex parte, §.inſulſam, ff.de uer.oblig. Galian.l. Gallus, §.& quid ſi tantum, nume. 10. Crot. nu.14.

Contrarium uero in caſu præſenti cõmuniter receptum eſt, ut teſtatur nouiſſime Sfort. Odd.tract.compend.par.4.artic.3.pro quo militat alias cõmunis, quæ vult mortem ciuilem naturali regulariter non æquiparari, niſi quando hoc a iure expreſſum inuenitur, ut teſtatur Boer. deciſ.323.n.d.Fer.Vaſq. de ſucceſ.prog. §.26.nu.40.id vero in caſu præſenti non eſt neque eadem ratio idemque effectus

S 4 Nam

Nam fideicommiſſum conditionale non tráſmittitur, vnde mortuo ſubſtituto ante mortē naturalē inſtituti fit caducū, ut igitur videať, an ſubſtitutus ſuperuiuat nec ne nó ſatis eſt, ut quis mortuus ſit ciuiliter, ſed expectáda eſt mors naturalis.

Quæſt. XLII.

SVMMARIA.

Fideicommiſſarius ante reſtitutionem non habet ius in bonis reale, n. 1. Facta reſtitutione fit hæres, & dominium, omniaque iura tráſferuntur, nu. 2. Declaratur num. 3.

An dominium ſit directum uel utile, nu. 4.

Quibus caſibus ipſo iure actiones transferuntur, nu. 5. 6. 7.

1 TRanſeamus nunc ad effectus fideicómiſſi vniuerſalis Et imprimis ſcire debes, ꝙ fideicommiſſarius ante factā reſtitutionem nullum ius habet reale in bonis fideicomiſſo ſubiectis, tex. l. 1. reſtituta, ff. ad Treb. & tenet gl. l. pen. §. fi. C. eo. & ſequuntur Doc. cóiter, ut teſtať Soc. iun. conſ. 273. uol. 1. & in l. qui Rome, §. duo fratres, n. 81. ff. de uerb. oblig. Facta uero reſtitutione, fideicómiſſarius fit hæres effectu, & transfertur in eum dominium, & omnia iura, omneſq; actiones actiue, & paſſiue adeo, ut licet alias vniuerſalis debitor uel particularis non poſſit inuitis creditoribus in alium transferre actiones paſſiuas, tamen hæres grauatus in fideicommiſſarium eas transferre non prohibeatur, etiam inuitis creditoribus per reſtitutionem hæreditatis tex. l. 1. § placuit ff. ad Treb. & ibi communiter ſequuntur Doctores, ut teſtatur Ant. Gome. uaria. reſol. c. 5. n. 1. Tom. 1.

3 Et prædicta procedunt ét facta reſtitutione unius rei tantum, namq, in fideicómiſſarium tranſit dñium, & oia iura oib. rebus hæreditariis, ſicut in uniuerſalē hęredē ꝑ aditionē in vna re tm̄. ita tenet gl. d. l. reſtituta, & ſequunť Doct. cóiter, ut idē Gom. teſtatur d. c. 5. n. 15. Eſt. n. fideicommiſſar ius hæredi ſimilis, facta reſtitutione, ut dixi ſupra §. hæreditas q. 9.

4 Sed oritur pulchra dubitatio, an dominium quod tranſit in fideicommiſſarium ſit directum, uel ſaltem utile? Reſ. nó leuis eſt quæſtio licet vulgaris. Sed cóis & recepta eſt ſnīa, quod in fideicómiſſariū dominium utile tantum tam hæreditatis reſtitutæ, tum rerum hæreditarium in hæreditate exiſtentium tráſferatur, directum uero maneat apud hæredem grauatum per aditionē ita tenet gl. l. 1. in prin. uer. fructus, ff. ad Trebel. & ibi fatentur hanc eſſe communem opin. Soc. col. ult. & Rip. nu. 17. Fer. Vaſqui. licet ipſe diſſentiat quoque de ſucceſ. reſolut. lib. 1. ti. 11. nu. 16. & ſeq. Eman. Soar. addi. ad Gome. uaria. reſ. Tom. 1. d. c. 5. nu. 4. Id tamē obtinet quando facta eſt reſtitutio uerbalis. ſecus uero ſi realis reſtitutio facta ſit, & hoc neminem negare, itaque procedere d. gloſ. l. 1. dicit Couar. cap. Raintius, §. 10. nume. 5. ut dixi ſupra §. legatum, q. 65.

5 Scias tñ, ꝙ quibuſdam caſibus ét ante reſtitutionem ipſo iure in fideicommiſſarium tranſeunt actiones, ut ſi hæres de reſtituendo grauatus per contumaciam ſit abſens, uel ſi primus fideicómiſſarius in reſtituendo ſecúdo ſit moroſus, uel quis eorum antequam reſtituat ſine hærede decedat. tex. l. pen. §. fi. C. ad Treb.

6 Alius caſus eſt, quando hæres pendēte conditione rem ſubiectam fideicommiſſo alienauit, tunc enim opus non eſt reſtitutione, ſed poteſt fideicómiſſarius uendicare, ut dixi infra q. 56.

7 Sed occurrit ardua quæſtio, ſi hæres ſcriptus rogatus ſit hæreditatem reſtituere pauperibus uel aliæ piæ cauſæ, numqd actiones tráſeāt ipſo iure in tales pauperes uel cauſas pias? Reſp. Magna eſt controuerſia, ſed in eam ſententiam frequentius ab interpretibus itum, quod in eccleſiam, uel pauperes fideicommiſſum uniuerſale ſine reſtitutione tranſeat, qđ tenet Bar. l. 1. quæſtio. 6. 59. princip. C. de ſacroſanc. eccleſ. & communem eſſe opinionem teſtatur Iaſon. l. vlt. num. 10. num. 11. dicit, quod licet diſputádo vtraque pars poſſit teneri, tamen in iudicando fauendum religioni. magis communem dicit Alex. l. 1. §. ſed & quotiēs, ff. ad Trebel. Villal. commu. opin. collect. ver. fideicommiſſum, numer. 50. Matth. Gribald. commu. opin. uerb. pia cauſa, Tiraq. tract. de priuileg. piæ cauſæ, cap. 38. Fernand. Vaſqui. de ſucceſ. progreſ. libr. 3. §. 26. num. 2. & ſucceſ. reſolut. §. 11. nu. 54. licet in contrariam partem uideatur inclinare Franciſ. Burſat. conſil. 55. num.

n.23.& 26.vol.1. Tobias Nonius cõſ.28. nu.18. eundem dicit Sarai add.ad Mattheſi. ſing.42.no.qđ ſi heres grauat⁹,Cor.cõſ. 201.vo.1.l.eã q̃,fallen.21.C.de fideicom.

Quæſt. XLIII.

SVMMARIA.

An fideicõmiſſarius poſſit ꝓpria auctoritate bona apprehendere,nu.1.& nu.2. Fideicommiſſarius an impediat hæredẽ ſcriptum immitti,n.3.et an iſta procedãt c ſibus qb ipſo iure fit reſtitutio,n.4. Quid ſi fideicõmiſſarius a iudice petat immisſionem,n.5. Quid ſi teſtator dederit licentiã occupandi,n.6.et n.7. An ſemel facta reſtitutione amplius facienda ſit,nu 8.

1 QVæro iuxta prędicta,numquid fideicommiſſarius propria auctoritate poſſit bona fideicommiſſo ſubiecta apprehendere vel occupare? Reſp.quod non, ſed debet de manu hæredis capere, alias omni ſuo iure priuabitur. tex.l. Paulus, ff. ad Treb. & tradunt Doct. cõiter d.l.reſtituta. Bar. & oẽs l. Cent.ĩ fi.circa verb. reſtituere, Pariſ.cõſ.54.n.12. vol. 3.Sfort. Odd.trac.cõpend.partic.5.pmiſ. 6.diff.4. Quod tñ intelligitur ſi fideicom

2 miſſum occupauerit poſt adita hæreditatẽ, & apprehensã poſſeſſionẽ ab hærede iuxta l.non dubium, C.de legib. quæ ita cõiter intelligitur, vt teſtatur Alexã.d.l. Paulus n.1.Iaſ.d.l.nõ eſt dubiũ,n.1.Hip. Rim.iun. in princip. inſtit. de donat.nu. 534. Secus nondum adita hæreditate vel adita nõ tñ apprehenſa poſſeſſione, quia tenetur tantum poſſeſſionem reſtituere heredi pro detrahenda Treb. ita no.gloſ. & ſequitur Bart. & omnes d.l.non eſt dubium,vt dicit Riminald.d.loco.

3 Et ideo fideicommiſſarius nõ impedit hæredem ſcriptum in poſſeſſionẽ immitti,niſi poſſeſſione reſtituta:Nam ante reſtitutionem poſſeſſio fideicommiſſarii vitioſa eſt,ideo ei nõ prodeſt,ita tradit Bar. l.filiam fratribus,ff.ad Treb. & ſequũtur omnes vt dicit Pariſ.conſi.54.n.6.vol.3. Dec.l.ſi.nu.48.C.de edict.D.Hadr.

4 Sed quæro numquid prædicta procedunt in caſib. quibus reſtitutio fit ipſo iure?Reſp.quod ſic.tex.l.penul. C.ad Trebel. Adhuc.n. fideicommiſſarius actualẽ poſſeſſionem ab hærede petere debet.ita tradit gl.l.1.§.ſed & quotiẽs, ff.ad Treb.

5 Sed quid ſi petat a iudice ſe mitti ĩ poſſeſſionẽ, nũquid erit audiendus? Reſ.qđ non,quia de manu heredis capere debet. ita no. Doc.d.l.ſi. C.ad Treb. Bar.l.centurio,n.8. & ibi ſequunt reliq ſcribentes oẽs vt teſtatur Pariſ.conſi.54.nu.5. vol.3.

6 Quid autem ſi teſtator dederit facultatem fideicommiſſario accipiendi poſſeſſionem propria authoritate? Reſp. quod hoc caſu non opus eſt reſtitutione, & fideicommiſſarius poſſeſſionẽ propria authoritate ſine vitio & abſque metu alicuius pœnæ apprehendere poterit tex.d.l. non dubium, & l.Titia cũ teſtõ §.1.ff.de lega.2. & tradunt Doc.cõiter d.l.non dubium. Et hęc licentia non tantum expreſſe,ſed etiam tacite conceditur,vt quando fideicommiſſarius in teſtamento executor datus eſt.poteſt enim bona fideicommiſſi propria authoritate apprehendere, & ita accepta poſſeſſio illius non erit vitioſa. ita tenet Bald. & ſequuntur omnes d.l.non eſt dubium,vt profitetur Rimin. iun.d.princip.nume.539. & crebriorem, verioremque dicit.Doct.eſſe opinionem Achil.Perſonal.tract.adipiſ.poſſeſſ.num. 410.verſicu.& tu procurator. Quod procedit etiãſi plures ſint executores, ijque contradicant vt ſint aduerſarij, quia poteſt ſungi officio executoris ſolus,potiſſime concurrente iudicis authoritate. tex. ca.Relligio,verb.ſine, de teſtã.li.6.& ibi ſequuntur omnes ſcribentes, vt teſtatur Pariſ.conſi.81.nu.21.vol.2.

7 Idem dic,quando teſtator dixit, ꝙ res ad talem libere perueniat, dicitur enim tacita licentia data fideicõmiſſario capiendi propria authoritate. ita tradit Iaſon.l. nemo poteſt.num.38.& ſequuntur omnes, vt fatetur Rimin.d.principio n.546. & ſeq. Quia verbum,libere,facit vt alterius velut hæredis non requiratur, facit quod penitus inhabilis per hoc verbum, libere habilitatur ſecũdum ius: habilis vero de iure habilitatur, etiam ſemota ſolẽnitate iuris, vt not.gl. communiter recepta,vt refert Iaſ.l.ſi quando. C.de inoffi. teſt.& quod dixi ſupra §.præced.q.

Scias ẽt,quod his caſibus, quibus data eſt licentia, licet fideicõmiſſarius per uĩ cõtra hæredẽ poſſeſſorẽ reſiſtẽtẽ ĩ poſſeſſionẽ ingredi non poſſit,ſi ingrediatur,ĩ penã d.l.nõ dubiũ, nõ incurit, quia tñ

violen-

ſionem,ſicut nec aditione facta per hęredem uniuerſalem,tex.eſt d.l.reſtituta,& ibi docet gl.quam ſequitur Barto.& Doctor.communiter,ut teſtatur idem Gomez.d.c.5.nu.13.

Quæſtio XLVI.

SVMMARIA.

Hæres nolens adire cogi poteſt,n. 1. & qua actione nu.2.& ſeq.

TVſcis quod ſi hæres grauatus nolit adire & reſtituere hæreditatē,ſponte,poteſt ad hoc inuitus cogi tex.l. quia poterat,ff.ad Treb.Sed quæro, quędam competat actio fideicōmiſſario contra hæredem grauatum,ad perſecutionem rerum hæreditariarū? Reſ.Diſtinguēdi hic ſunt caſus:Primus,quando hæres grauatus nondum adiuit,uel recuſat adire hæreditatem,& tunc officium iudicis cōpetit nobile,ut hæres cogatur adire hæreditatem.ita not.gl.o.l.non eſt cogendus, ff. ad Tre .quam ſequitur Bar.& communiter Doc.ut teſtatur Ant.Gome. d.cap.5. nu.15.& gl.communiter receptam aſſerit Did.Cou.d.ca.Raınutius,§.10. nu.4.

3 Secundus caſus eſt,quādo hæres q dē ſponte adiuit, non tamen vult hæreditatem reſtituere & tūc,ut heres reſtituat competit actio perſonalis ex teſtamento ſicuti pro legato uel fideicommiſſo particulari,ut dixi ſupra §.legatum,q.74. qa ex aditione per eum quaſi contrahitur, ita tenet gl.d.l.reſtituta,& ibi ſequuntur cōmmuniter Doc.ut fatetur Gom.d. ca. 5.nu.14.

4 Tertius caſus eſt,quando hæres grauatus adiuit ſpōte vel coacte & uerbo reſtituit hæreditatem fideicommiſſario, & tunc contra ipſum hæredem competit actio ex teſtamento tanquam ex quaſi cōtractu aditionis obligatum.ita tenet gl. ſi. legatus,ff.ad Treb.Sed contra tertiū particularem poſſeſſor datur fideicommiſſaria hæreditatis petitio,tex. leg. 1. & ſeq. ff.de fideic.hæred.pet.Iaſ.l.1.C. com. de leg.& ibi gl.tradit et Doctores cummuniter ſequuntur ut dicit Gom.d.nu.14.

5 Quartus caſu eſt,quādo hæres adiuit & plene reſtituit hereditatem re & uerbo,& tunc ſi cadat a poſſeſſione,non datur fideicommiſſaria hæreditatis petitio. Sed rei vēdicatio ſi defunctus erat dñs vel Publiciana quando nō erat dominus ita tenet gl.l.facta,& ſequuntur communiter Doct.ut teſtatur Couar.d.§.10.nu. 4.Gomez.d.cap.5.num.13.

Quæſtio XLVII.

SVMMARIA.

In reſtitutione fideicommiſſi ueniunt quæ habet hæres habet tit.hæreditario n.1.Dos matris non uenit in reſtitutione,nu.2.

Item quod debitum fuit hæredi a defuncto, nu.3.

An prælegata comprehendantur,n.4.declaratur nu.5.6.& 7.

Quid ſi extraneus grauatus ſit reſtituere ſilio teſtatoris,nu.8.

1 IVxta prædicta vidēdū eſt,quæ veniāt reſtitutione fideicommiſſi ad quam tenetur hæres.Et quidē in vniuerſali fideicōmiſſo veniunt ea quæ habet hæres grauatus titulo hæreditario. Secus quæ ad hæredē peruenerunt alio titulo quā hæreditario,tex.l.cohæredi §.cum filiæ, ff.de vulgari, hoc dicit indubitatū Dec conſ.81.in ſi Fran.Mant.de coniect. ultim:volūt.lib.7.ti.8.n.1.Infertur ex hoc legitimā filii in vniuerſali fideicōmiſſo nō cōtineri,vt dixi i fra §.legitima,q.23.

2 Infertur ſecundo quod dos matris in fideicōmiſſi reſtitutione non comprehēditur,quia ex ſubſtantia teſtatoris neq; eius iudicio hēt,& hoc in iure notorium eſt,vt ait Bolog.conſ.41.quē refert Ceph.conſ.272.nu.43.Manti.d.tit.8.n. 13.

3 Infertur tertio,quod creditor ſuccedens debitori cum grauamine reſtituendi hæreditatem,licet cōfundantur actiones non confecto inuentario, tamen poteſt deducere creditum ſuum de bonis fideicommiſſo ſubiectis.ita tenet Bal.l.debitori, numer.4. C. de pact. & hanc eſſe com.opi.dicit Rol.a Valle conſi. 65. nu. 13.lib.2.& ueriorē exiſtimat Pau.de Caſ. l.ita tamen,§.ſi ex Trebelliano, nu.2.ff. ad Treb.Sicut & actio hypothecaria cōpetens pro uero.debito non tollitur per aditionem hæreditatis factam per hæredem grauatum fideicommiſſo. hanc dicit eſſe communem Docto.ſententiam

Roland.

Rolan.a Valle dicto conſi.65.nu.15.

4 Sed quæro, An in vniuerſali fideicommiſſo veniant reſtituenda prælegata? Reſpon. Ardua quæſtio eſt. ſed diſtingue, aut hæres primo fuit grauatus, & ita præceſſit fideicommiſſum, & poſtea prelegata ſunt appoſita, & tunc non ueniunt in reſtitutione fideicõmiſſi vniuerſalis. ita tenet Bar.l.Marcel.§.quidam liberis,nu.9.& hanc dicit communem eſſe Doctorũ ſententiam Doc.conſ.80.magis communem dicit Corn.conſ.228. vol.4.& firmant omnes ſtatim citandi, Aut uero p̃legata præcedunt & relicta ſunt ante fideicommiſſum,vel hæredis inſtitutionẽ & tunc veniunt in reſtitutionem fideicõmiſſi,ita diſtinguit gl.l.cum uirum,C.de fideicom.Bar.d.§.quidam liberis, nu.9. cuius diſtinctionem cõmuniter approbatam teſtatur Dec.conſ.81.Soc.Iun.conſ.17.nu.31.vol.4.& eſt communis opinio, vt teſtatur Alex l.Marcel.§.quidam liberis,nu.1.Soc.& Claud.ibid. Cor. & Corraſ.d.l.cum virum. Communem quoq; dicit Soc.conſ.31.nu.8.lib.4. Dec. conſi.258.col.1.conſ.80.& 81.Nonius conſil.29.nu.7.Alex.conſ.25.nu.8.vol.1. Rui.conſ.133.nu 14.volu 2.Iaſ.conſ. 175.4. Communem renunciat etiam Boeri.deciſ.280.communem dicit Pariſ. quando primo factum prælegatum conſ.79.nu.4.vol.2.conſ.18.num.15.vol.3.vbi dicit d.gl.communiter approbatã Ant.Gom. var.reſol.Tom.j.ca.5.nu.18. vbi Eman. Soar.add.nu.14.

Aduerte tamen,quod Rip.l. hæredes mei.§.cum ita,n.43 dicit hanc opiniõnẽ non eſſe communem,nec veram, & qđ diſtinctio Bar.licet olim fuerit communis,tamen hodie non ſit communis aſſerit Soc.Iu.& quod crebrius alii diſſentiunt dicit Alc.d.§.magis cõis hodie quoque vr̃,& ab ea non temere recedendum eſt in conſulendo & iudicando, quod & Rip.fatetur d.loco.

5 Intellige tamen ut procedat quando hæres ſimpliciter & abſolute grauatus ẽ per verbum,ſubſtituo, vel indeſinite ſi dictũ ſit, per teſtatorẽ,portionem hæreditariam uel hæreditatem reſtituat.ſec⁹ vero quando hæres grauatus eſt per uerba vniuerſalia,vt quicquid ex hæreditate mea ad te peruenerit,uel omnia bona mea: Namque tunc etiam prælegata poſt grauamen relicta comprehenduntur. ita eſt tex.d.l.cum virum,& tenet gl.& Bar. d.§.quidam,& omnes ſequuntur.vt firmant Ale.& Pariſ.conſ. 78.nu. 4. & ſeq. vol.2.quod iſta ſit communis opinio dicit Gom.d.c.5.nu.18.Soc.Iun. conſi. 17. nu.27.vol.3.

6 Item intellige,niſi prælegatũ abſorberet totũ quaſi patrimonium teſtatoris facta per eum particulariter diuiſione īter hæredes.ita gl.& Bar. d.§. quidam & ibi dicit communiter teneri Alex.n.2.Geyl. obſer.135.li.2.n.2.Pari.cõſ.18. n.17.vol.3.vbi quod oẽs ſequuntur, & quod ita oẽs cõiter tranſeunt dicit Ceph.conſil.259.n.59.Cõſtat.n.de mẽte teſtatoris volẽtis portiones diuiſas eſſe hæ̃ditarias, & qñ cõſtat de mẽte teſtatoris p̃legata ueniũt,ut oẽs præſupponunt d. l. cũ uirũ, teſtatur Pariſ.conſi.18.nu. 18. vol.3.

7 Prædicta quæ uolunt prælegata inſpecto ordine teſtamenti, & fideicommiſſi vniuerſalis,ſine verborum generaliũ uenire in reſtitutionẽ,procedunt in dubio, qñ alter non apparet de uoluntate teſtatoris,qñ aũt de apparêret,ẽt ex coniecturis prædictis ceſſarent,& prælegata non uenirent reſtituẽda.ita tenet Bar.d.l.Marcellus,§.q̃dã liberis colu. fi. verſ. quæro qđ ſi teſtõr dixit, & l. Lucius. §. plurib. ff.ad Treb.& quod nullus ſit q diſcrepet ab iſta opinione firmat Pariſ.conſ. 79. n. 11.uol.2.& n. 3. conſ.18.nu.18.uol. 3.

Quid autem ſi extraneus ſit grauatus reſtituere filio teſtatoris? Reſpon. quod iſto caſu indiſtincte prælegata fideicommiſſo continentur,quibuſcunque uerbis teſtator utatur.ita tenet Bar.d.§.quidam liberi, & eſt communis opinio, ut dicit Iaſ.conſi.175.vol.4.

Quæſtio XLVIII.

SVMMARIA.

An reſtitui debeat quod hæres habet ex ſubſtitutione,nu.1.2.& 3.

Quid ſi ex iure accreſcendi.n.4.

1 QVæro,numquid etiam portiones ab aliis obuentas ex ſubſtitutione ex teſtamento, & iudicio ipſius teſtatoris grauatus

uatus fideicommiſſo teneatur reſtituere? Reſp. Diſtinguẽdũ eſt, aut. n. ſubſtitutus habet ex ſubſtitutione vulgari, & tunc totum venit in fideicommiſſum, & totum de ſua portio, ita tenet Bart. d. l. Marcellus, §. quidã liberis. n. 8. & eius doctrina cõiter approbata eſt, vt teſtatur Iaſ. cõſ. 175. vol. 2. quẽ refert Ioan. Dilect. de arte teſtãdi, tit. 5. c. 28. n. 2. & quod Bar. ceteri ſequuntur dicit Ceph. conſ. 256. nu. 50.

2 Aut hæres grauatus habet ex ſubſtitutione pupillari, vt ſi quis eſt iſtitutus hæres cum pupillo, & ei eſt datus ſubſtitutus pupillaris qui grauatur hæreditatem vel bona reſtituere, & tunc ſi adiuit coactè, tenetur indiſtinctè reſtituere: q̃a eius q̃d annullare, vel impugnare voluit nullum commodum apud eum remanſurum. ita eſt tex. l. ita tamen, §. qui ſuſpectam. ff. ad Treb. & gl. & Doc. cõiter ita tenent, vt teſtatur Ant. Gom. d. c. 5. nu. 17. Sin vero ſponte adiuit, & tunc dic diſtinguendo, vt q. præced. circa prælega. ut ueniant omnia bona, tam teſtoris q̃ pupilli in fideicõmiſſum, qñ ſimpliciter, & in dubio fideicõmiſſum factum eſt poſt ſubſtitutionem pupillarem, nõ ante, niſi vniuerſaliter grauatus ſit poſt reſtituere omnia bona, quia tunc veniunt indiſtinctè omnia reſtituenda, modo grauamen præcedat ſubſtitutionem pupillarẽ, nõ ſequatur. ita tenent communiter Doc. vt dicit Gom. d. loco.

3 Aut vero acquiſiuit hæres & ſubſtitutione fideicõmiſſaria, vt ſi plurib. inſtitutis, alter grauatus eſt ſi ſine liberis deceſſerit, & vltimo morienti iniunctum fideicommiſſum vniuerſale, & tunc illud uenit in fideicommiſſum, habita diſtinctione, de qua ſupra circa prælegata, qñ. ſ. ſimpliciter eſt grauatus ante vel poſt ſubſtitutionem, vel qñ rogatus eſt reddere ſub noie hæreditatis. ita tenet Bar. d. §. quidã liberis. & ſequuntur oẽs, vt teſtatur Dec. conſ. 80. Ioan. Ceph. conſ. 259. num. 22. Ioan. dilect. d. c. 28. & hãc opinionem frequentiori calculo receptam eſſe enũciat Tobias Nonius conſ. 29. nu. 5. & ſeq. & q̃d ita tenent cõiter oẽs teſtatur Pariſ. cõſil. 36. nu. 22. lib. 1. dicens non eſſe iudicando & conſulendo recedendum. Dec. conſ. 81. dicens communem opi. & ab ea non eſſe recedendum.

4 Quæro, an illud quod habet hẽs grauatus ex iure accreſcẽdi ueniat in reſtitutione fideicõmiſſi, vt ſi teſtator inſtituat plures hæredes & vnum eorum grauat ſuam partem reſtituere alicui, poſt. a ſ bi acceſſit pars, vel portio coheredis? Reſp. q̃ ſic, indiſtinctè, ſiue adierit coactè, ſiue ſpõte. ita tenet Bar. d. §. q dã liberis, n. 7. & eum cõiter Doc. ſequunt, ut teſtat Anto. Gom. d. c. 5. n. 19. Ratio eſt, quia portio defecta accreſcit portioni, nõ pſonæ, ideoque ſequitur rem quocunque vadat.

Quæſtio. XLIX.

SVMMARIA.

Fructus an et quando ueniant in reſtitutione diſtinguitur, nu. 1.

Fructus ante aditã hæreditatem percepti an reſtituendi ſint, diſtingue quatuor caſus, nu. 2.

Primus caſus, quãdo fructus collecti uiuo teſtatore, ibid.

Secundus, quando ſunt collecti, iacente hæreditate. nu. 3.

Tertius, quando poſt aditam hæreditatẽ ſũt collecti, nu. 4. declaratur nu. 5. & ſeq.

QVæro, an & à quo tpe fructus pcepti veniat in reſtitutione fideicõmiſſi?

1 Reſpõ. pro reſolutione huius articuli fac duos caſus principales. Prim⁹ eſt, qñ fructus ſunt percepti ante aditã hẽditatem, tunc iterum diſtingue duos caſus.

2 Primus caſus eſt, qñ fructus ſũt collecti uiuo teſtatore, & reperiuntur in hæreditate, & bonis ipſius tempore mortis eius vel ſũt pẽdentes tpe mortis, tũc. n. ueniunt in reſtitutione fideicõmiſſi ſicut alia bona hæreditaria. ita tenet gl. l. in fideicõmiſſariã. ff. ad Treb. & ibi ſeq̃ Bar. & cõiter oẽs Doc. vt teſtat Ale. n. 40. Rip. l. 1. Cẽturio, ff. de vul. Pariſ. cõſ. 55. n. 38. vol. 3. Ant. Gom. varia. reſol. c. 5. nu. 15. verſ. 6. Franc. Mant. lib. 7. tit. 10. nu. 1.

3 Secundus caſus eſt, qñ fructus ſũt collecti & percepti ante aditam hæreditatẽ, iacente adhuc hæreditate, & tunc ſimiliter veniunt in fideicommiſſum. text. l. ſi mulier. §. ſi hæres. ff. ad Treb. & ita tenent Bar. & communiter Doct. ut dicit Anto. Gomez. d. c. 5. nu. 15. Alex. d. l. Centurio. num. 40. & hanc dicit eſſe cõmunem opi. Franc. Cur. addit. ad Alex. d. l. in fideicõmiſſariam,

miſſariam, lit. A. Quia ſunt acquiſiti hæreditatu, & effectu hæreditarii. Et hoc procedit, ſiue coacte, ſiue ſponte hæres adiuerit. hanc dicit eſſe communé op. Hier. Gabriel. conſi. 121. n. 58. Mantic. d. loco n. 6. Quamuis contrariũ ſi ſponte adiuit, teneat Bar. l. ita tamé. §. 1. ad Treb. & cómuné dicat Gom. vbi ſupra, ſed fallitur.

4 Secundus princ. caſus eſt, quando percepti ſunt poſt aditam hæreditatem, & tunc oés fructus tam pendentes, quã percepti ſi hæres grauatus fuerit in mora, vel negligentia reſtituẽdi, a tempore moræ ipſius grauati iam appellati veniunt in fideicommiſſum, ita tenet Bar. d. l. 1 fideicommiſſariam, & ibi communiter teneri dicit Rip. nu. 5. communem quoq; dicit hanc opinionem Fran. Burſ. cum plurib. per eum laudatis. conſ. 71. n. 25. vol. 1.

Sin vero negligentia fuerit in fideicómiſſario non petente, tunc fructus non ueniũt reſtitutione i fideicómiſſi. text. l. ſi mulier. §. ſi hęres. ff. ad Treb. & Bar tenet d. l. in fideicommiſſariam, & omnes ſequuntur, vt teſtatur Ceph. conſ. 215. nu. 44. Marzar. epith. fideic. q. 63.

5 Intellige tamen hãc concluſionem, vt non procedat quando fideicommiſſum cenſetur factum ipſo iure, vt in caſibus de quibus ſupra q. 42. Namque tũc fructus poſtea percepti veniunt in fideicommiſſum, nec conſideratur negligentia fideicommiſſarii. ita tenet Bar. d. l. in fideicommiſſariam, num. 4. quem cæteri communiter ſequuntur, ut teſtatur Ceph. cóſil. 215. nu. 48. Quia cum iura & actiones & ſic etiam dominium bonorum fideicomiſſo ſubiectorum, ipſo iure tranſierint in fideicommiſſariũ, merito fructus eorum ad eum ſpectabunt qui dominiũ ſequuntur. Quia ſat eſt reſtitutionem per legem cenſeri factam, faciunt quæ dixi, §. legatum, ſupra q. 71.

6 Idem dic, ſi verbo facta ſit reſtitutio: Namque poſt factam verbalem reſtitutionem fructus pertinent ad fideicómiſſarium licet fuerit negligens in petendo reſtitutionem realem. ita tenet Bart. d. l. in fideicommiſſariam, & cum eo tráſeunt cæteri, ut teſtatur Ceph. conſi. 49. nu. 15. Ant. Gomez. d. c. 5. nu. 5.

7 Idem eſt, quando hæres grauatus percepit fructus iudicio, & voluntate teſtatoris, quod eſt quando grauatus eſt reſtituere in diem, vel ſub conditione, & tũc quidem computat ſibi in quartam, ſed ſuperfluos non reſtituit, ſi quartam excederent. tex. l. vxorem. §. ſorori. ff. de leg. 3. & ita tenent omnes, vt teſtatur Par. conſil. 55. nu. 42. vol. 3.

Quæſt. L.

SVMMARIA.

Bona feudalia an ſint reſtituenda, diſtinguitur nu 1. 2. & 3.

1 QVæro, an bona feudalia veniant in reſtitutione uniuerſalis fideicommiſſi ut ſi teſtator habens feudalia bona inſtituat hæredem, & eum grauat hereditaté, uel bona reſtituere alii, an in tali fideicómiſſo ueniant, & comprehendantur bona feudalia? Reſp. Quæſtio vtilis eſt, & multum notabilis. Et eſt communis concluſio q̃ regulariter feuda non ueniãt in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis, q̃ tenet Bart. l. ſi patroni. ff. ad Trebel. vbi traditur generalis doctrina, & illo textu, quod ea quæ ad hæredes extraneos non tranſeunt, nec i fideicommiſſariũ tranſire debent: & iſtum intellectum indifferenter approbant communiter Doct. ut teſtatur ibi Alex. nu. 2. Communem dicit Iaſ. in præluď. feud. nu. 46. Quã concluſionem tamen intellige in feudo antiquo ex pacto & prouidentia, cum illa tamen reſtrictione, niſi fideicommiſſarius fuerit vnus ex deſcendentibus & comprehenſis in inueſtitura, ad quos feudum de ſui natura tranſit. Vt pater habens duos filios, alterum inſtituat vniuerſalem hæredem, alterum in re certa, & vniuerſalé hæredem grauat alteri vniuerſalem hæreditatem reſtituere, namque iſto caſu tráſit i fideicommiſſarium, quia ceſſat ratio, ita communiter teneri dicit idem Iaſ. de prælud. nu. 46. Soc. iun. conſil. 72. lib. 1. quem refert Iul. Clar. §. feudum. q. 85. Cephal. conſi. 207. num. 35. conſil. 272. nu. 133. & conſi. 523. nu. 11. qui tamen hanc reſtrictionem non probant, & eſt contra aliam communem concluſioné, quæ traditur vaſallum non poſſe diſponere ſuper feudo inæqualiter inter filios vel agnatos, uel uni prælegare. Ego eam indiſtincte non procedere iudico ſi feudum pro ſe & liberis receptum eſt.

Sed

2 Sed quid in ſeudo hæreditario? Reſp. Diſtinguẽdum eſt, aut enim eſt mere hæreditarium, ut eſt feudum pro ſe & qbuſcunque hæredibus, & tale feudum uenit in fideicommiſſum, ſicut aliæ res hæreditariæ. hanc dicit eſſe communem & receptam Doct. ſententiam Pariſ conſ. 30. n. 69. vol. 2. ſequitur, & communem atteſtatur Crauet. conſi. 256. Curt. iun. trac. feu. 4. par. nu. 133. Franc. Becius latè conſ. 28 nu. 3. Namque tale feudum potius cenſetur tanquam liberum & allodiale, quam feudale, & tranſit ad quoſcunq; hæredes etiam extraneos, vt eſt receptiſſima Doctor. ſententia.

3 Aut feudum eſt mixtum, & tũc ſecus eſt. ita dicit eſſe cõem opi. Soc. conſ. 27. n. 22. uol. 1. cõſ. 115. vol. 2. Gozad. cõſ. 28. n. 1. Et hoc caſu non tranſit etiam ſi fideicommiſſarius vnus ſit ex cõprehenſis in inueſtitura, niſi ſit ꝓximior, & hæres nõ confecto inuentario adierit, ut prædicti Doct. loquuntur, faciunt quæ dixi ſupra §. hæreditas. q. 12. & §. legatum q. 14.

Quæſtio LI.

SVMMARIA.

An emdhyteuſis ſit reſtituenda, diſtinguitur nu. 1. 2. 3. & ſeq.

Emphyteuſis eccleſiaſtica non debent reſtitui num. 2.

QVæro, an emphyteuſis veniat in reſtitutione fideicommiſſi? Reſp. Queſtio hæc multum controuerſa eſt. tu dic ꝙ aut loquimur in emphyteuſi priuata, & iſta trãſit in fideicommiſſariũ, ſiue pro ſe & hr̃dibus quibuſcũq; uel ſiue ſimpliciter pro ſe & hæredibus fuerit cõceſſa, ita tenet Bar. & Imol. d. l. ſi patroni, & cõcordant omnes, quia talia emphyteutica bona poſſunt legari & donari irrequiſito domino ſecundum magis cõem opinionem, ut firmat Alex. d. l. ſi patroni, n. 15.

2 Aut loquimur in Emphyteuſi recepta ab eccleſia. & hic articulus pendet ab illa tritiſſima qſtione, An Emphyteuſis ab Eccleſia recepta trãſeat ad extraneos hæredes, In qua tot reperiũtur in iure hinc & inde authoritates, ut uix de communiori appareat, ut dixi §. emphyteuſis.

3 Aut ergo Emphyteuſis ſimpliciter cõceſſa pro ſe & filiis non tranſit ad extraneos vt heredes, ſed beneficio concedentis domini tranſit ad liberos, ut quia accepta pro ſe, & filiis, & tunc eiuſmodi bona non ueniunt in fideicommiſſum, quia pater non poteſt in preiudicium aliorũ prælegare. ita tenet Bar. d. l. ſi patroni, & ſequuntur dict. communiter, ut teſtatur Tiraq. de utroque retract. §. 11. gl. 6. nu. 23 & 24. Caſſa. conſi. 53. num. 58. Alex. conſi. 91. num. 10. uol. 1. conſi. 8. nu. 15. vol. 15. ibi Moder. Pariſ. dicunt hanc eſſe communem opinionem. Iaſ. l. 2. nu. 110. C. de iur. Emphyteu. Dida. Couar. uaria. reſol. lib. 2. cap. 18. nu. 2.

4 Aut uero accepta eſt pro hæredibus qbuſcunque, uel quibus dederit, & tũc qa talia bona iudicantur ut alia allodialia ueniunt indiſtincte in fideicommiſſum. ita tenet Bald. d. l. cum uirum, & eſt communis opinio, ut firmat Cur. Iun cõſ. 3. Roland. à Vall. conſ. 42. nu. 9. & 10. uol. 1. li. 2. Rip. l. ex facto §. ſi. nu. 16. ff. ad Trebel. Curt. iun. conſi. 1. nu. 1. Didac. Couar. c. 17. nu. 5. faciunt d. præced. q.

5 Sin autem ſimpliciter conceſſa ſit Emphyteuſis pro ſe, & hæredibus, cõtrouerſia eſt inter Doct. quibuſdam exiſtimantibus, ſi expreſſe, & nominatim non ſit dictum, quibuſcunque hæredibus, numq̃ in extraneos heredes tranſire conſequenter, nec in fideicommiſſum, q̃ opinionẽ dicit magis cõem eſſe Imo. d. l. ex facto, & plures alii laudati per Clar. q. 28. Tobias Non. conſ. 2. n. 30. Goz. cõſ. 95. n. 9. Cor. conſ. 76. n. 9. lib. 2. Sed ea opinio procedit qñ emphyteuſis conceditur abſq; ſolennitate Canonica, quo caſu omnes concordant, ut dicit Cur. Iun. conſ. 130. ſub num. 4. ad fin. Tobi. Nonius d. conſ. 2. nu. 31. Secus ſi res Eccleſiæ detur ſeruata forma & ſolennitate, quæ ad ueram alienationem requiritur, quia tunc ſimpliciter etiam data ad hæredes extraneos tranſit conſequenter ad fideicommiſſarium. hãc dicit communem Port. d. §. adeo. & hanc communem eſſe reſolutionem dicit Pariſ. conſ. 85. numer. 17 & ſeq. lib. 4. Cur. iun. conſ. 4. num. 1. Dida. d. cap. 17. uerſi. quarta concluſ. ita iudicatum dicit Matth. de Affi. deciſ. 386. numer. 7. & deciſ. 100. Sed de huius qſtionis, an ad hæredes tranſeat, veritate dixi alibi in §. Emphyteuſis. Tu ad propoſitum nota, quod illis caſibus quibus Emphyteuſis eccle-

ſiaſtica

ſiaſtica tráſit ad extraneos hæredes, venit etiam in reſtitutionem. ita dicit cõem op. Rui. conſ. 161. nu. 31. vol. 1. Soc. iun. cõſ. 79. nu. 16. volu. 4. Franc. Burſat. conſ. 48. nu. 24. vol. 1. vbi dicit q; Emphyteuſis ꝑ ſe & hæredib. & ita mixta venit in fideicomiſſo, maxime quo ad filios deſcendentes inſtitutos.

6 Et prædicta concluſio non habet difficultatem, quando dictum eſſet in conceſſione de omnibus hæredibus, quia tunc ueniũt extranei abſq; dubio, & ueniunt in fideicommiſſum eiuſmodi bona. ita tenet Bal. in c. in præſentia. nu. 20. extra de probat. quem communiter approbari teſtatur Alex. conſi. 185. vol. 6. Goz. in cõſ. 27. nu. 22. in fi. & conſ. 59. nu. 15. Rol. a Valle conſ. 96. nu. 28. & ſeq. 1. par. Chircho. com. opi. cent. 2. concl. 5.

Quæſtio. LII.

SVMMARIA.

An ius patronatus ſit reſtituendum.

1 QVæro item, an ius patronatus quod defunctus habebat in aliqua eccleſia tranſeat in fideicommiſſum? Reſp. q; non, ſed manet apud hæredem grauatum etiam ſi ad extraneos hæredes regulariter tranſeat. ita tenet Bar. l. quia. ff. ad Trebel. & hanc dicit eſſe communem opin. Alex. d. l. ſi patroni. Dec. l. precibus. n. 22 C. de impub. Roc. Curt. de iure patr. uer. ipſe uel is q. 9. Lamber. d. tract. 2. par. 2. q. 2. art. 35. n. 2. Communem quoque dicit Anton. Gomez. d. c. 5. nu. 29. Didac. Couar. variar. reſol lib. 2. c. 18. nu. 8. c. Rayn. §. 9. num. 8. quamuis contrariam partem ueriorem dicat Rayn. d. l. ſi patroni, & Barto. communiter probatũ dicit Eman. a Coſt. c. ſi pater, verb. Trebellianica, nu. 4. de teſt. in 6o.

Quæſtio LIII.

SVMMARIA.

An iura ſepulchrorum ſint reſtituenda.

QVæro item, nunquid iura ſepulchrorum paternorum & gentilitia ueniant in reſtitutione fideicommiſſi? Reſ. q; nõ, ita tradunt gl. & Doct. d. l. quia perinde & hanc eſſe communem opi. dicit Seytel. l. Centurio n. 11. Cagn. l. precibus. n. 252. Sfor. Odd. tract. compẽd. part. 5. premiſ. 6. uerſi. ſexta differentia.

Quæſtio LIIII.

SVMMARIVM.

Quid ſit reſtituendum, ſi hæres grauatus ſit reſtituere quicquid ſuper erit. nu. 1.
Quid ſi nihil alienauit, nu. 2.
Quid ſi dolo alienauit, nu. 3.
An alienata grauatus in quartã ĩputet. nu. 4.

QVæro, ſi hæres grauatus reſtituere quicquid ſupererit ex hæreditate tẽpore mortis eius, quid ueniat ĩ reſtitutione fideicommiſſi? Reſp. De iure antiquo per eiuſmodi fideicommiſſum data cenſetur poteſtas alienandi in totum, dummodo non mala mente, ſ. animo interuertendi fideicommiſſum fiat alienatio, ſed hodie talis grauatus de reſtituendo quicquid ſupererit de hæreditate, uel quibus non diſpoſuerit, quartam fideicommiſſario partẽ reſeruare & reſtituere tenetur, nec eam etiam cum cauſa & bona fide alienare poteſt. tex. Auth. contra rogatus C. ad Treb. & eſt gl. l. Titius. ff. e. ibi Bar. & communiter Doc. ut teſtatur Ant. Gomez. varia. reſo. Tom. 1. c. 5. n. 16. Franciſ. Burſ. conſ. 48. nu. 3. lib. 1.

2 Sed quid ſi grauatus nihil alienauit. An ne ſufficiet, quòd hæres quartam reſtituat? Reſp. gl. d. Auth. quæ uidetur uelle, quòd ſufficiat illam quartam reſtituere. Sed contrariũ tenet Cyn. & alii d. Auth. quod imo nõ ſufficit, ſed totum id qđ ſupereſt ueniat reſtituẽdum, & quod ita tenent communiter Doc. teſtatur Raph. cuman. d. l. Titius, qui ſubdit hanc eſſe æquiorem, & hanc eſſe veram & magis cõmunem opi. nũcupat Alex ibi n. 9. Quia dictæ Auth. diſpoſitio emanauit in fauorem fideicommiſſarii, unde in eius damnum non debet retorqueri.

3 Quæro, quid ſi grauatus ultra quartã fideicommiſſario, reſtituendam, cum dolo & fraude principaliter fideicommiſſi euertendi cauſa alienauerit, numquid a fideicommiſſario poſſint reuocari alienata? Reſpond. gloſ. dict. Auth. ſentit, quod hodie non diſtinguatur, an doloſè, uel non doloſè facta fuerit alienatio. Sed contrarium, quod immo dolo alienatum reuocare poſſit fideicommiſſarius, & dic. Auth. corrigat tantum ius antiquum, quando bona fide ſit alienatio, tenet idem Raph. Cuma. maxime quando

ad principaliter alienatio ſit cauſa interuertendi fideicõmiſſi: ita intelligit Imol. d.l. Titius, & ibi Ale. dicit ita tenendum, quia in generali diſpoſitione ſemper dolus cenſetur exceptus.

4 Sed quæro, quid ſi talis grauatus quædam alienauit, nunquid illa alienata teneatur in quartam Trebell. imputare? Reſp. ꝙ ſic. ita tenet Paul. de Caſtr. d. l. Titius, & illam eſſe cõem opin. dicit Pariſ. conſ. 46. nu. 27. & ſeq. vol. 1. & in Rota Rom. ita iudicatum refert Ant. Gabr. li. 4 com. concl. tit. ad Treb. concl. 13. nu. 7. & hoc ſine dubio tranſire dicit Pariſ. conſi. 46. nu. 24. vol. 1.

5 Aduerte iuxta ſupradicta, quartã quę debet ſtante tali fideicommiſſo reſeruari & reſtitui fideicommiſſarus, eſſe omniũ bonorum, quæ fuerunt defuncti tempore eius obitus, ita tenet Alex. l. Marcellus §. res quæ, & ſentire videntur omnes Docto. d. Auth. contra rogatus, ut dicit Pariſ. conſ. 46. nu. 27. uol. 1. & conſi. 25. nu. 29. uol. 2. Nam ſicut datur facultas hæredi alienandi tres partes de bonis hæreditariis, pariter & quarta ſeruanda fideicõmiſſariis debet eſſe integra reſpectu omnium bonorum.

Queſtio LV.

SVMMARIVM.

Inſtitutus detrahit quartam Trebellianicam.

ALius quoque effectus eſt fideicommiſſi, qđ inſtitutus põt detrahere quartam partem de hæreditate ſibi, uel in totum, uel pro parte relicta, quæ Trebellianica nuncupať. dixi infra §. Trebell.

Queſtio LVI.

SVMMARIA.

Bona fideicommiſſo ſubiecta alienare non poſſunt, n. 1 declaratur, n. 2 & 3. ſi ſub conditione grauatus ſit hæres, & nu. 4. & 5.

An pendente conditione ſit ualida alienatio, ſi expreſſè prohibita ſit, nu. 6.

An prohibitio impediat præſcriptionem, nu. 7.

1 VVlgatum eſt, fideicommiſſaru bona fideicommiſſo ſubiecta per hæredẽ grauatum alienari non poſſe, tex. eſt d. l. Marcell. l. fi. §. ſed quia. C. com. de leg. & ibi tenent Doct. communiter, ut teſtatur nouiſſim Andr. Geyl. obſer. lib. 2. obſer.

2 137. num. 2. Quod procedit tam de iure antiquo, quam nouo, ita tenet Bar. d. §. ſed quia, & eſt communis opinio, ut teſtatur Ale. §. res quæ, d. l. Marcellus ad Treb. n. 7. Fernand. Vaſqui. de ſucceſ. progreſ. §. 28. nu. 2. verſ. quartò.

3 Item prædicta communis concluſio procedit in bonis fideicommiſſo ſubiectis purè, uel in diem certam. Sed quid ſi res ſubiecta ſit reſtitutioni ſub conditione, uel in diem incertam, numquid poterit alienari? Reſp. Sunt qui exiſtimarunt hodie de iure Authenticorum alienationem eſſe nullam, id uoluit gl. d. §. ſed qa, & d. l. Marcellus. §. res. ff. ad Treb. Sed receptior eſt ſententia, quod quando res ſubiecta eſt reſtitutioni ſub conditione, uel in diem incertam alienatio ualet pendente conditione, ſed impleta conditione reſoluitur, & dominium retro transfertur in ipſum fideicommiſſarium abſque ulla reſtitutione, ut dixi ſupra q. 42. & lex ei dat ius & uẽdicationem aduerſus emptorem poſſidentem, ita tenet gl. Auth. de reſt. §. 1. & l. cum pater. §. liberi. ff. de leg. 2. gl. d. l. fi. §. cum autem. C. com. de legat. & ibi not. omnes Doct. ut teſtatur Socin. iun. conſ. 137. nu. 3. vol. 1. & ita eſſe communem opinionem aſſerit Corn. d. l. penult. §. fin. ad Trebel. & d. §. cum autem, quas gloſſ. communiter approbatas dicit Fernand. Vaſqui. de ſucceſ. progreſ. §. 28. numer. 9. Tobias Nonius conſilio 39. numero 1. Franciſ. Becius conſilio 97. numero 10.

4 Et hoc quidem procedit, quando alienatio facta eſt ab hærede ſciente inſcientem emptorem: Namque tunc contra tertios poſſeſſores competit vendicatio: Secus ſi facta eſt per ignorantem vel emptori ignoranti, quia eo caſu valet alienatio irreuocabiliter: Sed fideicommiſſarius ad æſtimationem uel precium contra alienantem, vel eius hæredem adueniente conditione admittitur, tex. l. fi. §. fi. de leg. 2. per quem ita communiter concludunt DD. ut teſtatur Alexand. conſilio 3. numero 2. volum. 3. & d. l. Marcellus. §. res quæ, nu. 5. & hanc eſſe communem DD. ſententiam dicit Roland. a Valle. conſi. 85. nu. 18. vol. 1. conſi. 81. vol. 2. Cachera. deciſ. Pedemont. Vnde dicunt DD. aduocatum cautum eſſe debere, ut ſemper deducat

ſcientiam vtriuſque. Quod tamen Bald. reſtringit, vt habeat locum qñ ignorantia procedit ex facto teſtatoris, vt quia prohibuit aperiri codicillos, in quib. cótinebatur fideicommiſſum. Secus ſi aliunde. Sed hæc reſtrictio eſt contra mentem omnium doct. qui tex. d. l. fi. generaliter & indiſtinctè intelligunt in habéte iuſtá ignorantiam, vt fatetur Iaſ. d. §. ſed quia, nu. 4. & l. Auth. res quæ, nu. 2. & ita communiter intelligi aſſerit Ale. d. conſ. n. 2. & ibi Moder. Pariſ. addit. verb. iuſtam dicit quod omnes fere hoc tenent, idque propter rationé legis quę generalis eſt.

5 Nota quoque prędicta de alienatione ſcienter procedere etiá in caſu Auth. contra rogatus, C. ad Trebell. quando grauatus reſtituere qcquid ſupererit poſt mortem, vt poſſit agi contra tertios poſſeſſores emptores ſcientes fideicommiſſi abſque diſcuſſione hæredis alienantis, ita dicit cóiorem Rolan. á Valle conſ. 2. n. 24. vol. 1. Fran. Burſ. conſ. 48. n. 9. uol. 1.

Sed quæro, quid ſi grauatus reſtituere hæreditatem non ſoluendo deceſſerit: Numquid alienatione facta ab hærede ignorante in emptorem ignorantem aduerſus emptores agere licitum ſit? Reſp. ꝙ nihilominus aduerſus emptores bona alienata uédicari poſſunt. ita tenet Paul. de Caſtr. conſ. 94. lib. 2. & ſequitur Alex. & omnes cóiter d. l. Marcell. §. res quę, vt fatetur Tob. Non. d. conſ. 39. uu. 4.

6 Quæro vlterius, quid ſi teſtator expreſſe prohibuit alienari bona ſubiecta reſtitutioni, an tunc etiam pendente códitione alienatio erit ualida, an uerò nulla? Reſp. ꝙ ſi ſubiecta ſunt reſtitutioni purè, uel in diem certam, res non habet dubium, ſiquidem nulla eſt, ſi non ſit expreſsè prohibita, magis ergo ſi expreſſa prohibitio acceſſerit. Sin autem ſubiecta ſint reſtitutioni ſub conditione, licèt in tacita prohibitione á principio ualeat, tamen quando res eſt prohibita expreſsè alienari, alienatio etiam nulla eſt á principio, & ſtatim retractatur nó expectato ꝙ eueniat códitio fideicómiſſi, uel mors hæredis grauati, ita tenet gl. l. cum pater. §. liberis. ff. de leg. 2. Pau. de Caſtr. l. filiuſfamil. §. Diui. ff. de leg. 1. & ita tenent omnes. ut teſtatꝰ nouiſſimè Fernand. Vaſqu. de ſucceſ. progr. §. 28. n. 22. & qđ ab opinione gl. d. §. liberis, nemo diſcrepát qđ ſciat aſſerit Decius conſ. 97. nu. 7. & hic eſt vnus notabilis effectus prohibitionis expreſſæ, ſ. quòd fideicommiſſum conditionale efficit purum, & poteſt ſtatim reuocari ac ſi eſſet purum.

7 Quæro item, numquid talis prohibitio alienationis impediat preſcriptioné? Reſp. quod etiam tacita prohibitio ex fideicommiſſo reſultans impedit vſucapionem, & longi temporis præſcriptionem: quia ſine titulo non procedit, & hæc eſt communis opinio Doct. in dict. §. Diui, ut teſtatur ibi Romul. nu. 39. Gribald. cóclus. 73. Sed longiſſimi temporis preſcriptioni non reſiſtit, etiamſi expreſſa fuerit prohibitio, quia nullum tit. requirit Doct. vbi ſupra. Sed de hoc uide quæ dixi §. præſcriptio.

Quæſtio LVII.

SVMMARIA.

An ex cauſa dotis bona reſtitutioni ſubiecta poſſint alienari, n. 1. declaratur n. 2. & 3.

An procedat in dote reſtituenda, n. 4. declaratur omnia n. 5.

An ex cauſa alimentorum poſſint alienari, n. 6. Quid ex cauſa ſtudiorum, n. 7.

1 VLterius quæro iuxta ſupradictam cóclusionem, an bona ſubiecta reſtitutioni poſſint non obſtante hoc onere alienari ex cauſa dotis? Reſp. quod ſic. tex. eſt clarus Auth. res quæ, C. com. de legat. & ibi not. communiter Doct. Pariſ. conſ. 52. n. 33. uol. 2. Et hæc quidem concluſio communis vera eſt, & procedit ſine dubio in tacita prohibitione legis.

2 Sed quid ſi teſtator manifeſte prohibuerit bona ſubiecta fideicommiſſo non alienari? Reſp. Bar. d. auth. res quæ, & l. filiusfamil. §. diui, n. 10. tradit ét in expreſſa prohibitione generali adhuc procedere diſpoſitionem d. Auth. & hanc dicit ibi com. eſſe opi. Iaſ. n. 27. uerſi. nunc ſuccedit, Rip. d. §. diui, n. 70. Crot. col. 15. Loazes n. 341. & quod hec opinio uerior eſt, & magis cómunis aſſerit Didac. Couar. uaria. reſolu. lib. 3 cap. 6. n. 10. uer. 2. communem dicit & ab ea in iudicando non eſſe recedendum Dec. conſi. 519. n. 19. & omnes ita tenere aſſerit Gozad. conſ. 97. num. 9. Alciat. conſi. 644. magis communem fatetur Marzar. Epito. fideicom.

§.par.q.71.Pariſ.conſ.81.vol.2.& quod Bar.communiter ſequuntur Doc. nouiſſime teſtatur Tibe.Dec.conſ.10. num. 6. vo.2.& quod hanc opinionem omnes tenent aſſerit Fran.Becius conſi.100.nu.7. communem dicit cum aliis Ceph. 261.n. 22.& ſeq.

3 Sed quid ſi teſtator etiã expreſſit ex cauſa dotis? Reſpond. tali caſu propter expreſſam teſtatoris uoluntatem in doté dari, vel dotis cauſa alienari non poſſe, tenet Bar.d.§.diui,& hanc eſſe com. opi.atteſtatur Padil.d.Auth.res quæ, n.117.& ibi tenendum hoc dicit Cur. iun. nu.39. Villal.collect.com.opi.uerſ.alienari prohibita.nu.79.& nu.86.Pet.Rauen.in Alphabet. Aur.verb.alienatio.commu.quoque dicit Romu.d.§.diui,n.120.& vt veriorem ſequitur Did.d.c.6.nu.10.ver. tertio, Marzar.d.quæſt.48.Rõ eſt,quia cõſtitutio d.Auth.res quæ, a præſumpta teſtatoris voluntate deducitur principaliter, vnde ceſſante ratione,diſpoſitio legis ceſſare dicitur.

Contrarium tamen amplectitur conſulendo Pau.de Caſt.conſil.80.volum.1. quem plerique ſequuntur,& ſecundum hanc ſententiam deciſum fuiſſe in curia Delphin.atteſtatur Guid.Pap.deciſi. 96. quam ſequitur tanquam veriorem Boer. deciſ.129.nu.5.Sed tamen d.deciſio loquitur quando non ſunt alia bona unde dotari poſſunt,quæ modificatio admittenda quidem uidetur,alias nimis dura & rigoroſa eſt communis ſententia in iudicando,ut tradit Bero.quæſt.110.Marza. d.quæſt.48.Moder.Pariſ.conſuet. Pariſi. §.120.

4 Vlterius quæro,an dicta Auth. procedat etiam in dote reſtituenda per grauatum poſt mortem teſtatoris accepta? Reſpond. Variatum eſt, quibuſdam exiſtimãtibus locũ fore diſpoſitioni d. Auth. hanc ſententiam probat gloſ.& ſequitur Bar.ibi,eamq; teſtatur eſſe communiorem Ana.conſi.61.ibi Bolog. Socin. conſi.23.volum. 3. ubi dicit ita eſſe de mente omnium Doct.communiter, & ita ſæpe fuiſſe conſultum per eius genitorem, & aduocatos Peruſinos, Dec.conſi. 376. vbi affirmat cõem & neminem contradicere. Dec.conſ.519.n.2.Rube.cõſ. 78.n. 1.Cõem quoque teſtatur Lud. Gozad. conſi.97. numer. 10.magis communem dicit Did.Cou.uariar.reſ.li.3.c.6. nu. 10. verſ.4. Villal.collect.com.opi.uerſ. alienari ꝓhibita,nu. 79. & ſeq. & quod hæc opinio vt canonizata Florẽtiæ dicit Marzar.d.q.48.nu,73.Cõem dicit & alios citat Cagnol.l.fi.nu.172.C.de pact. Fran. Becius conſi.54.per totum, vbi dicit id ꝓcedere ẽt, ꝙ legitima & Trebellianica conſumpta fuerit, qm̃ ſecundum com. opi.tempus non conſumptionis, ſed reſtitutionis inſpiciendum eſt,Ceph.conſi.261.nu.24.

Contrariũ uero tenet Bal. d. auth. res quæ lect.antiq.q.3.& hanc eſſe ueriorẽ dicit Iaſ.conſ.231.nu.3.lib.2.& communem dici per Doctores Peruſinos & in practica ſeruari refert Pariſ.conſ.52. nu. 34.uol.3.Sed a prima ſententia quæ uerior & receptior eſt recedendum non eſt in dote uero recepta ante onus fideicommiſſi impoſitum omnes communiter cõſentiunt,ut fatetur Iaſ.d.Auth.res quæ, nu.29.Becius.d.conſ.54.nu.1.

5 Prædicta omnia,procedunt in deſcendentibus,quãdo ſcilicet prohibitio facta eſt a Patre, vel auo mulierũ; Secus uero in extraneis ab ipſo teſtatore, & in his q cognationis uel agnationis iure per tranſuerſam lineam ei attingũt.ita tradit Bart. d.Auth. & hanc ſententiam communem eſſe fatetur ibi Iaſ.nu. 12.Cur.iu. nu.18. Loazes d.§.diui,nu.361.ibi Romul. nu. 120.Pet.de Rauen.d.verb.alienatio,Villal.collect.com.opi.d. uerſ.alienata, nu. 80.Didac.Couar.d.cap.6.num.10. verſi. primum.

6 Succeſſiue quæro, an bona reſtitutioni fideicommiſſi ſubiecta poſſint quoque alienari ex cauſa alimentorum? Reſpond. quod ſic, ita tenet Iacob. de Aret. l. ſancimus, C. de ſacroſanct. eccleſ. & ſequitur Bart.contra gl. d. Auth. res quæ,dicens quod ita communiter teneatur.& magis communiter teneri aſſerit ibid. Alex.nu.2.& quod ſit communis opinio Doc. teſtatur Romul. d. §. diui, nu. 131. & ſeq. quia ſicut pater tenetur dotare,ita & alere filias.

Sed an ex cauſa ſtudiorum bona fideicommiſſo ſubiecta poſſint alienari? Reſp. quod non,ita tenet Ang.d.§. diui, & eſt communis concluſio Doc.ut ibi te-

ſtatur Romul.nu.133. verſic. 3. quamuis contrarium exiſtimet poſſe ſuſtineri:mouetur Ang.quia pater nullo iure cópellitur ab initio ad impenſas ſtudii ſubminiſtrandas,ſicuti tenetur ad dotes,& donationes propter nuptias.

Quæſt. LVIII.

SVMMARIA.

An bona fidei commiſſi alienari poſſint ob neceſſitatem æris alieni nu.1.quid ſi ob cõdẽnationem,n.2.item quid ſi ſeruari nõ poſſint,nu.3.

1 QVæro, item an bona fideicommiſſo ſubiecta poſſint alienari ob neceſſitatem æris alieni?Reſp.quod ſi pro ſolutione æris alieni defuncti fiat alienatio, valet,& hoc non habet dubiũ,& ſentiũt oẽs d.§.diui,ut teſtatur Rom.ibi n. 139. Sin aũt fiat alienatio ab æs alienũ ipſius hæredis,tunc valet alienatio donec venerit caſus fideicõmiſſi.tex.l.peto, §. prædium,ff.de leg.2.

2 Sed quid ſi æs alienum ſoluendũ erit propter condemnationem ex delicto, & ita pro liberatione uitæ?Reſp. Communis eſt & recepta ſententia, quod res ſubiecta reſtitutioni,alienari ob talem neceſſitatem ex delicto prouenientem non poſſit,ita tenet Ang.d.§.res quæ, & quod ſit communis ſententia & tenenda,licet paſſus ſit dubitabilis aſſerit Iaſ. d. Auth. res quæ,nu.20.Soc.d.§.res quę, dicẽs ab ea iudicando non eſſe recedendum,Marzar.Epit.fideicom.q.40.

3 Quæro,quid ſi res ſubiectæ reſtitutioni ſeruando ſeruari non poſſint? Reſpõ. quod tunc alienari poſſint,imo ſi nõ uẽdat hæres culpam committit,& pretium ſi ad hæredis utilitatem & uſum conuertatur loco rei ſuccedit,& in quartam imputatur,ita tenet gl.d.§.res quæ,& eſt cõmunis opi.ut teſtatur Fr. Aret.c.prælatorũ,n.10.ext.de accuſa.quẽ allegat Villal. collect.com.opi.verb.alienatio,nu.82.

Quæſtio LIX.

SVMMARIA.

An bona fideicommiſſi poſſint locari,diſtinguitur nu.1.& 2.

PRoſequendo materiam alienationis bonorum reſtitutioni ſubiectorum quæro,nunquid eiuſmodi bona poſſint locari? Reſpond. Diſtinguendum eſt:

1 Aut loquimur de locatione ſimplici, & nõ prohibetur,quia appellatione alienationis non continetur: Aut fit locatio in perpetuum, & tunc non eſt dubium quin appellatione alienationis ueniat & prohibita cenſeatur,quamuis contrariũ cenſeat gl.l.codicillis,§.inſtituto,ff.de lega.2.quam communiter reprobatam dicit Romul.d.§.diui.nu.78.

2 Aut quæritur de locatione ad lõgũ tẽpus puta decennium, & tunc Doctores omnes volunt appellatione alienationis contineri iſtum contractum,& prohibitum cenſeri,& hanc ſnĩam com.eſſe teſtatur Dec.conſ.204.quem refert Gribal.d. §.diui,concl.45.& Romul. nu. 78. dicit ẽt non habere contradictorem, licet contrarium in puncto iuris uerius exiſtimet, & quod ita de conſuetudine ſeruatur dicit Bal.l.iubemus,C.de ſacroſanct.eccle.

Quæſtio LX.

SVMMARIVM.

An grauatus poſſit hæredem inſtituere.

QVæro, nunquid grauatus reſtituere poſſit hæredem inſtituere?Dixi ſupra §.inſtitutio.

Quæſtio LXI.

SVMMARIVM.

An grauatus poſſit compromittere.

QVæro item,An hæres grauatus poſſit compromittere?Reſpon.ꝙ ſic, & virtus & effectus compromiſſi actiue,vel paſſiuè trãſit in fideicommiſſarium.text. eſt l.cum hæreditas,ff.ad Treb. & ſequitur ibi gl.Bar.& cõiter Doc. ut teſtaẽ Anto.Gom.varia.reſ.tom.1.c.5.n. 2. dixi §.

Quæſtio LXII.

SVMMARIA.

Fideicommiſſum tollitur pacto, nu. 1.declaratur nu.2.3.& 4.

An fideicommiſſarius præſens alienationi rei dicatur conſentire,nu.5.

1 REſtat vt dicamus qualiter tollatur, & finiatur fideicõmiſſum & primo quidem tollitur pacto fideicõmiſſum nõ ſolum purum,de quo nullum eſt dubiũ ſed ẽt cõditionale,tex.eſt l,1. C. de pact.

Quod

Quod intelligitur non ipſo iure, ſed per exceptionem, & ita ſe habet com. opinio ut teſtatur ibi Alc. nu. 10. licet enim ſimplex renunciatio fideicommiſſi conditionalis non ualeat, ut not. gl. d. l. 1. tamen quando interuenit pactum expreſſum, uel ſtipulatio bene pot. [illegible] tolli, & illi renunciari a partibus, in quarum fauorem factum eſt. ita tenent omnes. l. qui Romæ §. duo fratres, ut teſtatur Pariſ. conſi. 46. nu. 22. uol. 2.

3 Idem eſt in renunciatione expreſſa præſente parte altera, licet tacente, quia uidetur ad commodum ſuum cõſentire, & ſic reſultat tacitus conſenſus duorum, & per conſequens tacitum pactum: hanc dicit com. eſſe ſententiam Alc. d. l. 1. nu. 5. C. de pact. Zucchar. nu. 134.

4 Item declaratur, ut procedat, ſi fiat uiſis & cognitis uerbis teſtamenti. Nãque tunc expreſſe fideicommiſſo conditionali renunciari poſſe extra controuerſiam eſt. tex. l. cum proponas, C. de pact. Secus non viſo nec inſpecto teſtaméto, ita not. omnes d. §. duo fratres, Dec. d. l. cum proponas.

5 Sed quæro, quid ſi fideicommiſſarius fuit præſens alienationi rei reſtitutioni ſubiectæ, non tñ expreſſim conſenſit, ſed tacuit, nunquid tacite cenſeatur renunciaſſe fideicommiſſo? Reſp. Accurſ. d. l. cũ proponas, cenſeri renunciaſſe, quantum fit eius rei reſpectu exiſtimauit, ſed ab eo diſſentiũt cæteri Doct. cõiter, ut teſtatur Iaſ. ibi dicens d. gl. communiter reprobari, idem Alciat. ibi n. 9. Dec. nu 3. Quia tale fideicommiſſum pendente conditione põt alienari, itaq; licet cõtra dixiſſet, nõ tñ impedire alienationem potuiſſet.

Quæſt. LXIII.

SVMMARIA.

An per diuiſionem inter grauatos onere fideicommiſſi conditionalis tacite fideicommiſſum remiſſum & ſublatum eſſe cenſeatur. nu. 1.

Quid ſi hæredes promittant, nihil uelle facere contra diuiſionem, nu. 2. declaratur nu. 3.

Quid ſi expreſſe dictum eſſet de non contraueniendo ratione fideicommiſſi ex teſtamento debiti, nu. 4.

Quid ſi clauſula appoſita ſit, in qua remittatur omne ius quod in præſenti habent ad bona diuiſa. nu. 5.

Quid ſi ultra dictam clauſulam adiecta ſint uerba ampla, lata, & prægnantia, ut quia res diuiſas nõ uelle petere in perpetuum aliqua ratione, iure, uel cauſa, quæ dici uel excogitari poſſit de iure uel facto, nu. 6.

1 QVæro præterea, an per diuiſionem hæreditatis inter plures hæredes reciproce grauatos onere fideicommiſſi conditionalis tacite fideicommiſſum remiſſum & ſublatum eſſe cenſeatur? Reſpond. Articulus hic eſt tritus, & quotidianus in conſiliis. Communis eſt ſnia etiam inter ſcientes, q. non tex. eſt l. cum pater, §. hereditatem ff. de leg. 2. & tradunt Doc. cõiter in d. l. qui Romæ, §. duo fratres, ut teſtatur ibi Alex. nu. 29. Rip. n. 38. Alex. conſi. 40. nu. 3. uol. 4. conſil. 71. n. 1 uol. 3. Grat. conſi. 17. nu. 44. vol. 1. & quod ſit communis & recepta opinio, Ruin. conſi. 137. nu. 6. lib. 2. quem refert Tobias Noni. conſ. 42. nu. 20. Pariſ. conſ. 46. nu. 9. uol. 2. Corne. conſ. 102. uol. 4. Communem dicit, & ab ea non recedendum Bertr. conſ. 437. nu. 5. uol. 2. Boer. dec. 157. n. 10. Mandoſ. ad Rom. conſil. 403. Fran. Bec. conſil. 24. num. 15. Franc. Burſ. conſi. 64. nu. 28. nouiſſime Ant. Gabr. com. concl. lib. 4. de fideic. concluſ. 1. num. 1.

2 Et hoc quidem ſine dubio procedit in ſimplici diuiſione, ſed quid ſi hæredes diuidunt & promittunt nihil facere uel uenire ullo modo contra diuiſionem, nunquid illa clauſa de non contraueniendo operabitur remiſſionem fideicommiſſi? Reſp. Dubitatio ſatis controuerſa eſt, ſunt enim qui exiſtimarũt per eiuſmodi uerba generalia ius fideicommiſſi tolli, cuius author fuit Roger. & eam diſputãdo ſuſtineri poſſe dicit Aret. d. §. duo fratres, & utramq; propter difficultaté ſuſtinere uidetur Iaſ.

Sed contrariam partem ex diuiſione per cohæredes non cenſeri remiſſum fideicommiſſum, quamuis cauerint ſe nihil contra facturos ullo pacto uel nomine, ſiue fuerint ſcientes, ſiue ignorantes iuris fideicommiſſi, tenet Bart. d. §. duo fratres, & cum eo tranſeunt magis communiter alii, ut teſtatur ibi Paul. de Caſtr. Alexan. Iaſ. dicens ab ea non recedendum iudicando, & conſulendo Claud. & quod ſit magis

communis opinio Soc.iu.nu.87.Zaſ.nu. 20. idem aſſerit Alex.conſi.40.nu.3. vol. 4.Pariſ.d.conſi.71.nu.2.& magis communem dicit d.conſi.46.nu.9. Communem dicit Paul.de Caſt.l.tres fratres,ff.de leg. 2.& hanc ſententiam dicit frequentiorē Fulg.conſi.41.caſus talis,3.dubio, Bran. Rip.nu.44.in d.§.duo fratres.Cuma.cōſi.133.D.Nicolaus,Cor.conſ.102.licet lib.4.Barbat.conſ.46.circa 1.& 2.colum. li.1.& receptam dicit Ang.conſi.287.licet ipſe contrarium teneat.Ruin.conſil. 138.nu.5.uol.2.& magis receptam teſtatur Mandel.conſi.29.pro diſcuſſione, nu.15.communem dicit Dec.conſ.267. Iob.Non.conſi.41.nu.1.Soc.iun.d.cōſ. 98.num.33.Franc.Becius conſ.11.num. 7.& hanc opin.communem etiam affirmat Villal.comm.opin. uerb. diuiſio, & verb.fideicommiſſum.plures de communi atteſtantes adducit Ioſeph,Ludo. deciſ.19.per totum,&communem affirmat Gabr.d.conclu.1.nu.1.tametſi plures alleget qui vel id non dicunt,uel in aliis terminis loquuntur.& quod hæc concluſio volens per diuiſionem,cum clauſula, ſe nihil aduerſus diuiſionem facturos vllo modo,non cenſeri remiſſum fideicommiſſum inter fratres,non ſolum procedat in fideicommiſſo iniuncto uni tantū, puta,ſi maior frater ſit grauatus reſtituere minori,uel ſoror fratri,quo caſu certiſſimi iuris eſt fideicommiſſum non uideri remiſſum, cum non ſit ueriſimile, quod unus uelit alteri remittere,ſi nihil ſibi per alterum remittatur:Sed etiam locum habeat in reciproca fideicommiſſo, dicit communem eſſe Doctorum opinionem Franciſ.Rip.d.§.duo fratres, num, 47.Dec.conſi.8. Ratio eſt,quia iſta promiſſio,& clauſula generalis non poteſt comprehendere ea,quæ a teſtamento dependent ſecundum glo.communiter approbatā in d.l.tres, frs ff.de pactis,ut teſtat Zaſ.d.§ duo.Sed tantum reſpicit bona hæreditaria,quæ extant in diuiſione, & uerba generalia intelliguntur concepta circa actum contractus diuiſionis dictorum bonorum, de cuius natura eſt, ut per ipſum non intelligatur remiſſum ius fideicommiſſi.ita dicit Bar.& ſequuntur communiter omnes d.§.duo fratres, ut teſtatur.Ludo.deciſ.19.nu.1.

3 Et prædicta procedunt etiam, ſi appoſitum fuiſſet iuramentum,quia nec tunc renunciatum fideicōmiſſo cēſetur. hanc dicit magis communē opinionem Ruin. conſ.72.nu.4.uol.5 quem refert Gab.d. concl.1.Ampl.2.

4 Sed quid ſi dicta clauſula de non cōtrauueniendo expreſſius poſita eſſet, quia ꝓmiſerunt de non contrauueniendo etiam ratione fideicommiſſi ex teſtamento debiti uel debendi?Reſpond.quòd tunc cēſeatur remiſſum data ſcientia teſtamenti & fideicommiſſi,licet re ipſa uerba teſtamēti nec uiſa nec lecta ſint,ita tenet Bar. d.§.duo fratres,q.4.& cum eo tranſeunt magis communiter Doct. ut ibi teſtatur Socin.iun.num.117.Rip.nu.63. Pomat. addit.ad Barto.d.q.lit.X.Iaſ.l.de his & l. fin.C.de tranſact.quem refert Pariſ. conſi.46.num.20.uolum.2.& hoc quādo in ſpecie iſtius fideicommiſſi debendi eſt facta mētio, ſecus ſi generaliter dictum ſit, & promiſſum de non contrauueniendo occaſione ſubſtitutionis uel fideicommiſſi, uel alio quocunque iure præterito uel futuro,ex teſtamento uel ab inteſtato, quia non inducitur remiſſio,ita docet Bar. d. §. duo fratres, q. 5. & ibi hanc dicit eſſe com.Doct.ſniam Alex.Imol.q.2. Socin. iun.nu.120.Franc.Rip.67. Poma. addit. ad Bar.verb.teſtō,ſequitur,& communē quoque affirmat Bero.conſ.177.nu.9. & ſeq.lib.1.Fran.Bec.conſ.11.nu.29. Nonius conſi.41.nu.15.Quia ex hac remiſſione generali non appaiet uerba teſtamenti fuiſſe inſpecta, ergo remiſſio non valet.Quod intellige in ſuis hæredibus qui præſumuntur ignorare contenta in teſtō.Secus in hæredibus habētibus ſciētiam teſtamenti,quia illi taliter, remittēdo,uidentur etiam renunciaſſe fideicommiſſo.ita docet Bar.d.§.duo fratres,& cū eo tranſeunt communiter Doc. ut teſtatur Rip.ibi nu.6.

Prædicta quoq; quod per talē remiſſionem generalem non cenſeatur remiſſum fideicommiſſum,extende, vt ēt ſi de teſtō cogitaſſent,tamen talis remiſſio nō valeat,ita voluit Bar.d.§.duo fratres, & Doctores communiter ſequuntur, ut teſtatur ibi Ripa nu.70.

Idem ſi dictum eſſet de non contrauueniendo occaſione fideicommiſſi debiti,

biti, non enim cenſetur remiſſum ius fideicommiſſi conditionalis, vt notat Bar. d.q.5. & cum eo transeunt communiter Doct. vt teſtatur Soc.iun.ibi n. 115. Ant. Gab.d.concl.1.nu.11.12.& 25.

5 Quid auté ſi in clauſula generali non fiat mentio fideicommiſſi, ſed alter alteri remittat omne ius, quod in præſenti haberet ad bona diuiſa, uel in futuro habere ſperat, vel poſſet? Reſp. quod ſiter ignorantes non inducitur fideicommiſſum, ita tenet Bar.d.§.duo, q.6. & eſt cóclusio magis communiter approbata, ut teſtatur ibi Iaſ. & Soc.iu. nu.121. Sin autem inter ſcientes facta eſt remiſſio, diſtinguitur, aut enim extant alia iura præſentia uel futura, quam fideicommiſſa & ita uidentur incluſa & non fideicommiſſum, quia diuiſio in dubio non refertur ad ea, quæ ex teſtamento pendent. Aut nulla alia ſunt iura, quam fideicommiſſi futuri, & tunc includitur, ne uerba ſint ſuperflua, ita not. Bar.d.§.q.quod hoc communiter approbatur, ut teſtatur ibi Alex. & dicit communem eſſe opi. Soc.iun.num. 123. Pariſ.conſi.71.n.15.uol.3.Tob. Noni.conſ.41.nu.15.

6 Iuxta prædicta occurrit dubitabilis quæſtio. Quid ſi ultra dictam clauſulam appoſita ſint uerba prægnantia, ut quod de rebus diuiſis in perpetuum alter ab altero quicquam petere non ualeat aliqua ratione, iure, uel cauſa, quæ excogitari poſſit de iure, uel facto: numquid diuidétes præſumantur renunciare uoluiſſe fideicommiſſo? Reſp. Duæ ſunt contrariæ principales ſententiæ, affirmatiua quod fideicommiſſum cenſeatur remiſſum originaliter tenet locum Andr. addit. ad Specu. tit. de teſtam.§. imprimis, quem plerique alii ſequuntur & communiter eius dictum approbari dicit Cur. ſen.conſil.64. quem refert & ſequitur Pariſ.d. conſil.71. numer.3. & numer.4. ſubdit quod licet Dec.contra Ioan. Andre.aſſerat eſſe com. opi. tamen ipſe reuera decipitur, hanc quoque uti communem refert & ſequitur, itaque iudicatum refert Marzar. in Epit. fideicom.q.49. magis communem probat Anton. Gabriel.d. concl.1. num.21. & ſeqq. hanc quoque magis receptam enunciat Cache. deciſ. Pedemon. 112. num.17. Burſat. conſil. 64.n.29.lib.1.Cephal. conſ.153.n.12.ubi adhuc Pariſ.conſ.31. uol.3. qui hoc nõ dicit, ſed in conſ.71. ſupra allegat. Crot. d.§.duo fratres, dicens ita limitari cõmunẽ concluſionem, quod per diuiſionem cum pacto de non contraueniendo, non cenſetur renunciatum fideicommiſſo.

Contrariam partem negatiuam tenet quoque plurimi ſummæ authoritatis uiri, & quod contra Ioan. Andr. communis ſit ſententia, aſſerit Dec.conſ.425. ſub n. 17.& 18.& opinionem hanc contra Ioã. Andr. eſſe veriorem ex mente Doc. communiter teſtatur Ruin.conſ.147.nu.15. lib.2.& conſ.159.num.15.lib.4. & hanc eſſe veritatem dicit Mod. Pariſ. addit. ad Alex.conſil.102.vol.6.& conſi.40.num. 3.lib.4. Cur. iunior addit. ad Alexan.d. §. duo fratres, & quod hæc opinio ſit verior, & magis communis atteſtatur nouiſſime Ioſeph Ludo. d. deciſ. per totum, Franciſ. Becius d.conſil. 111.numer. 25. ubi ſubdit, quod ſi numerentur authoritates, liquido apparebit eos, qui contrariam communem lau tant falli, ideq; probat etiam multis ac dictis qui pro Ioan. Andr. ſententia adducuntur, & vel hoc non dicunt, uel in aliis terminis loquuntur, quicquid ſit exiſtimarem Io. Andre. ſententiam recipiendam cum illo temperanto Bar. dict.q.6.

Quæ omnia tamen intellige etiam data ſcientia eorum, qui promiſerunt: ſecus inter ignorantes teſtamentum, & ius fideicommiſſi. ita tenet Ioan. Andre. & omnes, qui eum ſequuntur, & hanc opinionem nullam habere dubitationem dicit Soc.iun.conſi.128.num.114.vol.1.& communem teſtatur idem Soc. d. §. duo fratres, num. 121. Ioſeph. Ludouic.d.deciſ.19.num.13.Franciſ. Becius d. conſil. 111.num.13. Burſat.d.conſil.64. numero 29. Ceph. dict. conſilio 253. numero 112.

7 Quæro item, quid ſi in dictis uerbis generalibus remiſſoriis ad inuicem data ſit facultas alienandi dicta bona, ut ſi ſit appoſita clauſula ad habendum, uendendum, alienandum? Reſp. quod tunc cenſeatur remiſſum ius fideicommiſſi, ita tenet Bar.d.§. duo fratres, q. 8. & hanc ſententiam ſequitur, & dicit communem Rip.ibi num. 83. Soc. num.

 127.

127.Pariſ.d.conſ.71.Franciſc.Becius con ſil.38.nu.3.Quod intelligitur tamen ſequuta alienatione tam inter ſcientes, q̃ ignorantes, tam in vltima uoluntate, q̃ inter uiuos ita uoluit Bart.d.quæſt. 8.& ibi hanc ſententiam magis communem dicit Rip.nu.83.& Soc.nu.127.lib.3. Becius d.conſil.111. num.25. & d. conſil. 38.num.3.Pariſ.d.conſi.41.nu. 28. uol. 2.& ꝙ nemo diſcrepat Bec.conſ. 38.n.3. & hoc nullam habere dubitationem dicit Cur.ſen.conſ.62.

Prædicta procedunt etiam, quando dictum non eſſet, Vendendum & alienandum, ſed clauſula eſſet ampla,& dictum: Ad habendum, tenendum, poſſidendum, & quicquid perpetuo placuerit faciendũ & hoc dicit haberi pro indubitato Rui. conſi.137.nu.7.& 9.lib.2.

Quæſt. LXIIII.

SVMMARIA.

An præſumatur ſcientia teſtamenti in fideicommiſſario, nu.1. diſtinguitur inter ſuos & extraneos. ibid.

In ſuis hæredibus præſumitur ignorãtia, niſi probetur ſcientia. n.2. declaratur n.3. & ſeq.

In extraneo præſumitur ſcientia, ſi adiuit hæreditatem nu.6. declaratur nu.7. & 8.

IVxta prædicta videndum, an ſcientia fideicommiſſarij præſumatur, an uero probanda ſit,& hoc opus hic labor. pro reſolutione huius difficultatis diſtinguẽdum eſt inter ſuos & extraneos heredes.

1 Primo caſu communis eſt concluſio, ꝙ in ſuis hæredibus omnino præſumatur ignorantia, niſi probetur ſcientia, ita tradit Bar.d.§.duo fratres,3.q. quem ſequuntur communiter Doct.ut teſtaẽ ibi. Crot.nu.99.Soc.iun.n. 106. Ripa nu. 51.& quod Bart. opinio ſeruaretur in pract.dicit Paul.de Caſt.& Iaſ. num. 56. cõem dicit Bello.conſi.10.nu.10.Ioſeph Ludo deciſ.19.n.14.& ſeq. Quod procedit etiam poſt immixtionem facti: non enim præſumitur ſcientia. hanc dicit eſſe ueram,& magis communem opi.Ioſeph. Ludou.d.deciſ.19.nu.20.

2 Aduerte tamen prædicta procedere, qñ ſimpliciter ſuus ſe immiſcuit, dicendo ſe hæredẽ, uel etiam alius ab inteſtato ſuccedens, ita omnes tenere dicit Socin. iu.d.§.duo fratres,nu.106. Secus ſi ex aliis coniecturis ſcientia appareat. Quid ergo ſi dixerit, uel confeſſus ſit ſe hæredẽ ex teſtamento? Reſ. Bar.d.q. 3. concludit præſumi ſcientiam contentorum in teſtamento,& ſic fideicommiſſi, & in hoc eſt magis communis opin. ut teſtatur Alex.ibi nu.53.Iaſ.Soc.iun.nu.104.

3 Sed quæro, numquid hoc procedat etiam in teſtamento nuncupatiuo, ut filius non præſumatur ſcire? Reſp. quod ſic.ita tenet Bar.l.eius qui,ff.ſi cert.petat, ibi Iaſ.dicit hanc eſſe communem opi. & ab ea non eſſe recedendum iudicando & conſulendo, & refert Paul.de Caſt.dixiſſe quod opinio Bart. in pract. ſeruaretur. Bar d.§.duo fratres,& ibi Iaſ. Cagnol.dicit hanc eſſe communẽ op.Cõem quoq; dicit Neuiz.conſi.31.num. 17.Ioſeph.Ludo.d.deciſ.19. num. 21. ex quo enim ſuccedere poſſunt ab inteſtato, aditio per eos facta non arguit de neceſſitate ſcientiam teſtamenti, & hanc tene, quicquid nonnulli in contrarium dixerint.

4 Quid item, ſi impleuit ſuus hæres relicta in teſtamento, ut puta legata? Reſ. Bar.d.q.3. tenet, quod tunc probatur habere ſcientiam teſtamenti, ut fideicommiſſo renunciatum eſſe dicatur, & cum Bar.cæteri cõiter tranſeunt, ut teſtatur Soc.iun.ibi nu.109. & quod Bart. omnes Doct. indifferenter ſequuntur teſtatur Franciſ.Rip.d.§.duo fratres. n.54. Tobias Nonius conſ.41.nu.15.

5 Et nota ad prædicta, quod requiritur ut prędicta fecerint ante diuiſionem, ita docet Bar.d.q.3.& ſequuntur Doc.communiter,ut dicit Ioſeph. Ludo. d. deciſ. 19.nu.24.vnde Bar.inſtruit Aduocatum ut iſta deducat in ſuis articulis.

6 Secundo caſu ſcilicet in hærede extraneo,communis eſt concluſio, ꝙ ſi adiuit hæreditatem, præſumitur habere ſcientiam teſtamenti, & contentorum in eo. ita tenet Bar.d.q.3.& ibi dicit communem Soc.iun.n.104.hanc quoque communem eſſe opinionem teſtatur Franciſ.Rip.ibi nu.57. Ratio eſt, quia extraneus non poteſt eſſe hæres, niſi ex teſtamento,unde non eſt ferendus.

7 Et hoc quidem procedit in maiore extraneo, ſed quid in pupillo? Reſp. quod ſi ſit infans & tutor adeat, non, præſu-

præſumitur ſcientia. Sin maior infante, tūc ſi tutore authore adeat poſtea maior factus diu ſtat & renunciat præſumitur ſcientia, ita tenet Bar. d. q6. 3. & cum eo Doc. communiter tranſeunt, ut teſtatur Soc. iun. ibi nu. 112.

8 Sed quæro, quid ſi fideicommiſſū ſit relictum in codicillis ſeparatis a teſtō, nunquid præſumatur ſciētia, ſi hæredes ex teſtō adeant hæreditatem? Reſp. quod nō ita tenet Bar. d. quæſ. 3. & eſt cōis opinio, ut teſtatur Soc. ibid. nu. 114.

Quæſt. LXV.

SVMMARIVM.

Fideicommiſſum finitur per conditionis euētum.

FInitur quoq; fideicommiſſum conditionis euentu: Et ſolet ut plurimum conditio apponi iſta, ſi ſine liberis deceſſerit: Quæ in quibus perſonis uerificet, uel deficiat ſupra q. 51. & multis ſeq. late tractauimus.

Quæſt. LXVI.

SVMMARIVM.

An & quando caducitate finiatur fideicommiſſum.

ITem finitur caducitate, & hoc poteſt accidere duobus modis, uel morte ipſius hæredis inſtituti, uel decedente fideicommiſſario ante inſtitutum. Quæro itaque an ſi heres grauatus decedat ante aditam hereditatem fideicommiſſum expiret? Reſp. quod ſic. tex. l. ille a quo. §. de teſtō, ff. ad Treb. ita tenet glo. & ſequitur Bar. & communiter Doct. ut teſtaē Gomez. uar. reſ. tom 2. c. 5. nu. 8. Quod intellige, niſi decedat poſt coactionem, id eſt iuſſum ac decretū iudicis de adeūdo, tunc enim nihil obeſt hæredi ante aditionem re . humanis exēpti mors ita tenet gl. d. §. ſi de teſtamento, & tenent communiter Doc. ut idem Gom. ibi teſtatur.

Idē dic ſi hæreditas nō adita ſit tranſmiſſa ex potentia ſanguinis uel alio mō de quibus §. ſi. dixi, ita declarat Bar. d. §. ſi de teſtamento, & ſequuntur Doc. communiter ut Gom. teſtatur, ubi ſupra.

Quæſt. LXVII.

SVMMARIA.

Fideicommiſſario ante inſtitutum decedēte tranſmittitur fideicommiſſum, nu. 1. declaratur ſi ſit purum, nu. 2. 3. 4. 5. Quid ſi ſit conditionale, diſtinguitur, nu. 6. & declaratur.

QVæro ſecundo, An fideicommiſſario mortuo ante inſtitutum fiat caducū fideicommiſſum? Reſp. Quæſtio difficilis ac frequens eſt, in qua uarie locuti ſunt interpretes: ſed diſtingue duos caſus. Pri-
1 mus eſt, quando fideicommiſſum relinquitur pure, & ſimpliciter, & tunc licet ꝓ decedat fideicommiſſarius, non tamen fideicōmiſſum ſit caducum, ſed fideicommiſſum tale tranſmittitur ad fideicōmiſſarii hæredes. ita tenet gl. l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Treb. uerb. ſuſcepiſſet.

2 Quod procedit ſine dubio, & quidem poſt aditam hæreditatem ſi fideicommiſſarius deceſſerit. ita receptio, eſt ſententia, ut teſtantur omnes infra allegandi, & in ſpecie Alc. d. l. filiof. nu. 25.

3 Quinimò procedit ēt in inſtitutionē, q̄ in fideicōmiſſum ꝑ clauſulā codicillarē conuerſa eſt, & ita ſiue principaliter fideicōmiſſū relictū ſit in teſtō & expreſſe, ſiue tacitè inductū ui dictæ clauſulæ, idq; aduerſus Bar. in l. 1. de iure codicil. Cōiter receptū aſſerit Guliel. Bened. d. c. Rainut. de fideicom. ſubſt. ut. nu. 66. & receptus eſſe atteſtatur Alc. d. l. filiofam. cum pluribus per eum allegat.

4 Item procedit ut ante omnem reſtitutionem etiam verbalem fideicommiſſum uniuerſale tranſmittatur, hanc dicit communem Bened. d. c. Rainut. de fideicom. ſubſtitut. nu. 64. Anto. Gomez. d. num. 9. ibi Eman. Soar. Communem quoque atteſtatur Alc. lib. 4. paradox. c. 5. in fi. Rip. d. §. cum ita, nu. 57. Cor. conſ. 28. num. 2. volum. 4.

5 Sed quid ſi ante aditam hæreditatem fideicommiſſarius deceſſerit, nunquid fideicommiſſum fiet caducum? Respond. quòd non. hæc eſt uera & communis opinio ut teſtatur Bened. c. Rainut. de fideicommiſſaria ſubſtit. ſub num. 64. Franc. Rip.

Rip.d.§.cum ita,nu.57.Alciat.l. cum filiofam.nu.25.verſ.vltimus. Ant.Gom.d. cap.5.nu.9.ibi Ema.Soar.addit.lit.F.

6 Secundus caſus eſt,quando fideicommiſſum relinquitur ſub conditione,& diſtingue duos caſus.

Primus eſt, quando ſubſtitutus eſt filio extraneus teſtatoris, & in dubium eſt transmiſſioni locum non eſſe, ſed extingui fideicom.tex.l.vni.§.ſin autem,C. de caduc.tollen.& ita omnes tenent vt nouiſſimè teſtatur Gomez.d.c.5.n.9. And. Geyl.lib.2 obſer.pract.obſ. 132. in prin. Pariſ.conſi.30.n.67.uol.2.Quod procedit etiam in die incerta, vt ſi nat in tempus mortis grauati.tex.d.§.ſin autem, & tenēt communiter Doc. vt teſtatur Ant. Gomez.d.cap.5.nu.9.

Secundus caſus eſt,quando fideicommiſſarius eſt de deſcendentibus, & in eo diſſentio eſt inter interpretes: Sed magis communis eſt opinio, fideicommiſſum extingui & non tranſmitti ad liberos deſcendentes etiam ex potentia ſanguinis; Ideoque ſi pater duos filios inſtituat, & quandocunque ſine filiis deceſſerint, inuicē ſubſtituat,& vnus ex illis cum filiis deceſſerit,alter poſtea ſine filiis,filii alterius fratris prædefuncti non vocantur iure fideicommiſſi,ſed vna cum altero fratre vel matre de uncti ꝑ virili ab inteſtato,ita tenet glo.l.unica,C. de his qui ante apertas tab.verb.de relict. & hanc ſententiam dicit communem Alex.cóſ.252. lib.6.conſi.92.vol.3. Pariſ. conſ.52. uol. 3.Alex.cóſ.206.nu.2.vol.6. conſil. 165. nu.3.uol.5.Ruin.conſi.181.n.1.uol.1.cóſi.79.nu.13.uol.3.Communem quoq; fatetur Soc.ſen d.§.cum ita ibi Rip.nu.59. & 60.Caſſa.conſi.62.Pariſ.conſi. 63. nu. 9.uol.3.Natta conſi.551.nu.17.& ſeq.li. 3.& tanquam communem iudicando ſeqtur Boer.deciſ.354.nu.13. Franc. Marz. deciſ.78.nu 8.Papa deciſ.232.nu. 3. magis communem dicit Sfort. Odd.trac. cōpen.part.6.q. 1.art. 2. cum pluirb.aliis, ꝑ eū alleg.Gomez.d.c.5.n.9. Anto.Gab. concl.2.nu.10.de hęred.inſt.lib.4.Intel-

7 lige tñ hanc communem Doct. concluſionem,vt non procedat, quando cōſtat de mente teſtatoris, ꝙ uoluerit transferri ius códitionalis fideicommiſſi ad ſuos deſcendentes,ita tenet Bald.d.l.unica,n. 16. C.de his qui ante aper. tab.hanc dicit communem Doct.ſententiam Io. Dilect. trac.de arte teſtandi caut.23. tit. de ſubſt. & neminem am igere dicit Sfort. Odd. d.trac.compen.par.vlt.q.1.art.2.verſi.limitatur,cōem dicit Ant.Gabr. lib. 4. tit. de hæred.inſtit.conclu.2.nu.15.& 17.Pariſ.conſi.3.num.46.volu.conſi.75.num. 78. volum. 2. & quamuis quidam uelint et in tranſuerſalibus,& extraneis tranſmiſſioni locum eſſe ex coniecturis, tamē magis communis opinio eſt in cōtrariū, vt teſtatur Ceph.conſi.132.nu.6.lib.1.refert Ioſep. Lud.deciſ.102. nu. 4.part. 2.licet ipſe neget nu.8. Et procedit ſine ſcrupulo, quando teſtator expreſsè dixit, ꝙ eſſet tranſmiſsioni locus, namque tunc omnes volunt fideicommiſſum conditionale tranſmitti,ita páſſim 2 Doct. receptum eſſe teſtatur Dilect.d.tit. de ſubſti. caut.23.in fi.num.5.Sfort.Odd.d. art. 2. conclu.4.Franc.Mant.de coniec.vlt. volun.lib.11.tit. 20. nu.8.

8 Sed quid ſi expreſſe dictum non ſit,ex coniecturis tamen colligi mens tacitè poteſt,nunquid ſufficiet? Reſp.quod ſic. ita tenet Bald.d.l.vnica, & communiter oēs ſequuntur,vt teſtantur ſupra allegati,& Pariſ.conſi.5.num.14.vol.3. conſ. 60. n. 16.eod. uolu. dummodo tamen illæ coniecturæ non extrinſecus,ſed ex ipſis verbis teſtamenti colligi poſsint, ita ſentit Bald.d.l.unica,& eſt communis opinio, vt prædicti teſtantur in ſpecie.Od.d.art. conclu.7.Ant.Gabr.de concl.2.n.19.uer. tenenda primam.

Quæſtio LXVIII.

SVMMARIA.

Coniectura quod teſtato voluit ſi de commiſſum conditionale tranſmitti prima, ſi ſubſtitutus ſit extraneus nu.1.

Secunda coniectura, ſi dixit ſubſtituo Titiū & hæredes eius, vel filios eius, nu. 2.

Tertia, quando filÿ eius qui vocatus eſt ad fidēicō ſſum, poſiti ſunt in conditione, n. 3.

Quarta, quando fideicommiſſum unitū fuit cum iure accreſcendi, nu 4.

1 DIfficultas eſt cognoſcere quę ſint iſtæ coniecturæ,& quidem imprimis Doct. tradunt, quod ſi facta ſubſtitutione inter deſcendentes,illis ſine filiis decedentibus ſubſtitutus eſt extra-

tra-

traneos, ita tenet Bar. l. hæredes. §. cū ita, ff. ad Treb. hanc dicit cōem Doc. opin. ibi Alex. nu. 7. verſ. tertia ſolutio, & nu. 19. verſ. fallit, Alber. ibi ante fi. & idem Alex. l. ſi pater. n. 3. ff. de vulg. & pup. hāc quoque magis cōem teſtatur Anto. Gabr. d. concl. 2. n. 22. Sfort. Odd. d. art. 2. cōclu. 12. Fran. Mant. d. ti. 20. nu. 21. mouentur Doc. quia teſtator præſumitur magis dilexiſſe nepotes ſuos, quam extraneos.

2 Alia coniectura eſt; quādo teſtator nominaſſet in fideicommiſſo ſiue ſubſtitutione quoq; hæredes ſubſtituti, vel filios ſubſtituti, illos quoq; ſubſtituendo, vt ſi dixerit, ſi quis eorū ſine filiis deceſſerit, ſubſtituo ſuperuenientes, & eorum filios, ſiue eorum hæredes. Nam hoc caſu quoque fideicommiſſum non fit caducum, ſi ſubſtitutus prædeceſſerit, ita tenet Bald. l. ſi pater. nume. 19. ff. de inſt. & ſubſti. & quod omnes admittant hoc, & communis ſit opinio teſtatur Sfort. Odd. d. ar. 2. concl. 9. ex communi refert Gabr. d. cōcl. 2. n. 26. Ratio eſt; qa poteſt teſtator hoc facere, vt tranſmiſſibile ſit quod non eſt tranſmiſſibile. Sed hęc tacita coniectura dici non poteſt, cum de expreſſa voluntate ſubſtituentis conſtet.

3 Alia, & tertia traditur coniectura, qñ filii eius qui ſubſtitutus eſt per fideicommiſſum fuerint in conditione poſiti, vt quandocunq; ſine filiis deceſſerint, eos inuicem ſubſtituo, namque hoc caſu ad eos ſpes fideicōmiſſi conditionalis tranſmittitur. ita tenet Bald. d. l. vnica, nu. 10. C. de his qui ante aper. tabul. & hanc eſſe communem Doct. ſententiam atteſtatur Sfort. Odd. d. art. 2. concl. 13. Ratio, quia teſtator, ex quo eos in cōditione poſuit, cogitaſſe de illis quoque præſumitur, & ſubſtituto prætuliſſe. Quod procedit ſecundum nonnullos, etiamſi teſtator dixiſſet; ſuperuiuētes ſubſtituo, licet enim ratio recti ſermonis repugnare videatur, nec conuenire nepotibus propter verbū ſuperuiuentes, tamen tunc quoque ad Nepotes tranſmittitur. ita tenet Cum. conſ. 13. & magis communem eſſe Doct. opinionem teſtatur idem Sfort. Odd. d. art. 2, concl. 13.

Sed contrarium, quòd imò hoc caſu, quando teſtator ſubſtituit ſuperuiuentem ſeu ſuperſtitem, non ſit locus tranſmiſſioni, tenet Bal. l. quidā, n. 23. C. de iure deliber. & hāc magis cōem eſſe opinionē atteſtat Soc. iun. conſi. 14. n. 7. vol. 1. idem firmat conſi. 30. nu. 7. vol. 4. Franc. Mant. d. ti. 20. n. 28. Ego tamen priorem magis communem arbitror & veriorē, quæ in d. §. cum ita, bene probatur, vt in locis alleg. inducitur, & ipſe Mant. inclinare in hanc partem videtur, & frequentiori calculo receptum hoc eſſe teſtatur Crauet. conſi. 306. nu. 3.

4 Alia traditur coniectura in fideicommiſſo vnito cum iure accreſcendi, vt ſi filii erant inſtituti, & inuicē ſubſtituti ſub conditione, ſi deceſſerint ſine liberis: Nāque ſubſtitutio fideicommiſſaria ab initio fuit coniuncta cum iure accreſcendi, & ideo ſi is qui prior deceſſerit adiuerit ſuam portionem, ius accreſcendi potuit tranſmittere, & conſequenter etiam fideicommiſſum conditionale cōiunctum iuri accreſcendi. ita tenet originaliter Bald. conſ. 9. nu. 1. vol. 2. dicens quod hoc non crederet niſi Iuriſtæ bene fundati, & hāc ſententiam dicit communem Cephal. cōſi. 283. num. 26. & receptiorem fatetur cōſi. 16. nu. 45.

Sed contrarium tenet Paul. de Caſt. l. ſi quis hæres, ff. de acquir. hæredi. quam pleriqueetiam ſequuntur, & contrarium eſſe contra terminos iuris dicit Alciat. l. ventre, nu. 51. de acquir. hæred. idem dicit Rip. d. §. cum ita, nu. 66. Ego tamen à communi non eſſe recedendum iudico per tex. l. ſi ex pluribus, ff. de ſuis & legit. hæred. & hæc in præſentia ſufficiant.

§. Ius accreſcendi.

QVia ius accreſcendi locū habet non tantum in legatis & fideicommiſſis particularibus, ſed etiā in hæreditatibus vniuerſalibus, de quibus partim hactenus dictum eſt, conueniens viſum fuit, vt de eo hoc loco tractemus. Eſt autem hæc materia iuris accreſcendi re & fama difficilis, luculenta & quotidiana.

Quæſt.

Quæſtio Prima.

SVMMARIVM.

Quo iure ſit introductum.

IMprimis autem quæro, quo iure ĩtroductũ ſit ius accreſcendi? Reſp. ꝙ ius accreſcendi originẽ trahit a l. 12. tab. ita eſt gl. no. ad fi. l. Celſus. ff. de leg. 2. & tenent omnes ſcribentes. vt teſtatur Cagn. rub. C. quando non pet. par. num. 22. & quod ita omnes indifferenter ſentiant dicit Bar. Romul. repet. l. re coniuncti, in prin. num. 7. ff. de leg. 3. ipſe tamen a iure Romano originem potius trahere exiſtimat, quod iure 12. tab. habebant teſtatores plenã diſponendi ptãtem, ut pro parte decedere teſtati & inteſtati poſſent.

Quæſtio II.

SVMMARIVM.

An a iudicio teſtatoris, uel l. diſpoſitione deſcendat.

QVæro item, an a iudicio teſtatoris, vel ex l. diſpoſitione immediate ius accreſcendi proueniat? Reſpó. Maxima eſt controuerſia. Receptior tamen eſt ſentẽtia, quod principaliter prouenit ex legis diſpoſitione, ſecundarie tamẽ ex tacito teſtatoris iudicio, ſeu tacita & coniecturata uoluntate defuncti. ita tradit Bar. l. in teſtamento, n. 3. ff. de vulgar. ſubſtit. Dec. d. nu. & hanc dicit eſſe communem ſententiam interpretum, ibi cagnol. nu. 22. Romul. d. l. re coniuncti. nu. 10. communem dicit, & receptiorem Achil. Perſon. tract. adipiſ. poſſeſ. nu. 180. uerſic. & hac ratione Soc. iun. conſi. 39. nu. 23. lib. 1. Hinc eſt, quod ius accreſcendi dr̃ tacita quędam ſubſtitutio, ita communis vbique ſ. habet ſnĩa, ut teſtatur Alcia. lib. 4. paradox. cap. 8. ad fi. Ema. Soar. addit. ad Gom. tom. 1. c. 3. nu 34.

Infertur item ex prædicta concluſione, qđ ſubſtitutio expreſſa excludat ius accreſcẽdi, vt dixi ſ. §. ſubſtitutio. q. 13.

Quæſtio III.

SVMMARIVM.

Ius accreſcendi quare introductum ſit.

QVæro, quare ius accreſcendi fuit introductum? Reſpon. Interpretes uarias rationes adferũt, ſed communiter ea quidem recepta eſt, ne teſtatorem pro parte teſtatũ, pro parte inteſtatum decedere contingat. ita tradit Accurſ. l. ſeruus cõmunis. ff. de acq. hæred. & ſequitur Bart. & omnes in d. l. re coniuncti, ut teſtat ibi Rip. Corraſ. d. l. teſtõ. n. 20. Alc. paradox. lib. 4. cap. 8 & quod eam ſequuntur antiq., & recentiores fere oẽs dicit Romul. d. trac. n. 15. & cõter approbatam eſſe dicit Cagn. l. ius noſtrum. nu. 5. ff. de reg. iur.

Quæſtio IIII.

SVMMARIA.

Cõiunctio alia legis, alia hominis, eaque triplex, Verbalis, Realis, & Mixta, nu. 1.

Verbalis quæ ſit, nu. 2. 3. An inducatur per diſtributiuam dictionem, nu. 4. an per adu̓erſatiuam, num. 5. an per alternatiuam, num. 6.

Limitantur prædicta ſi copulæ caderent inter perſonas coniunctas. nu. 7.

QVoniam teſtatoris uoluntas ex coniunctione colligitur, & ex coniunctione naſcitur ius accreſcendi, de ea uidebimus. Alia itaque eſt coniunctio hominis, alia legis, & quid eſt prioris coniũctionis tres ſunt ſpecies: Alii. n. uerbis tãtum ſunt coniuncti, & dicitur uerbalis, alii re tantum alii re & uerbis ſimul, & dicitur mixta. Verbalis coniunctio inducitur, quando uno ſermone, ſeu vna & eadem clauſula teſtator pluribus eãdem rem factis portionibus relinquit, ſiue ſolute plures, ſiue copulatiue uocati ſint, dummodo adſit unitas verbi: ut Titio & Seio fundum æquis portionib. lego, uel Titio & Seio lego: &c. & dicuntur quandocunque re diſiuncti. text. eſt l. triplici, ff. de verb. ſig. d. l. re coniuncti, & ibi tradit Bar. eſtq; communis opin. ut teſtatur Bolog. ibi nu. 1. Polit. nu. 17. Romul. nu. 68. nouiſſime Fernand. Vaſqu. de ſucceſ. progreſ. §. 21. nu. 36. Subſtantia enim cõiunctionis verbalis, conſiſtit in identitate orationis coniungentis, non autem in copula: Nam copulæ coniunctionem cõfirmant, non inducunt, ita volunt Doctores cõmuniter, ut aſſerit idem Bolog. ibi nu. 187. verſ. tertium.

Ex quo inferẽ, quod ſi plures ſint orationes, q. a pluries verbũ, lego, vel aliud

tale

tale ſit repetitum, etſi copula interueniat, non tamen inducit coniunctionem verbalem, ſed potius verbis ſoluti uidentur, vt ſi teſtator dixerit: Titio lego fundum, & Mæuio eundem lego pro media, hęc eſt opinio noua Bart. contra omnes antiquos, & hodie communiter recepta eſt, ut teſtatur Polit. ibi nu. 23. & 24. Rip. conſ. 119. n. 4. qui dicit, quod ante Bar. fuit communis in contrarium. Romul. nu. 67. Veriorem dicit Ant. Fume. tract. de coniunct. Rub. verbalis coniuncti. nu. 2. & ꝙ cum Bar. eſt communis opinio no uiſſimè aſſerit Fernan. Vaſq. d. §. 21. nu. 41. eamque tanquam veriſſimam tenendam dicit nu. 42. licet Theoph. & quidam alij repugnent, ſed à communi nó eſt recedendum, imò durum eſſet contra eam obtinere, ut inquit Rip.

4 Sed quæro, An cõiunctio uerbalis inducatur per dictionem diſtributiuam, vt ſi dixerit, quiſquis mihi hæres erit, ſit hęres & Titius? Reſp. qđ ſic. ita tradit Bart. d. l. re coniuncti, nu. 31. & eſt communis opinio, ut teſtatur ibi Iaſ. nu. 87. Rip. nu. 48. Crot. nu. 28. Polit. 23. Bolog. 196. Romul. dicit ab omnibus indifferenter receptam, nu. 73. Fernand. Vaſqui. d. §. 21. nu. 42. ad fi. Quia coniunctio fit per identitatem orationis, & ea ſtante quęcunque ſint uerba, inducitur coniunctio: ſaltem differentia eſt, quod diſtributiuum ſeparet partes, & non conſtituat vnum corpus, collectiuum verò uniat perſonas cõſtituendo unum corpus, ut omnes uocẽtur ad unam medietatem.

5 Quæro item, nũquid coniunctio uerbalis inducatur per dictionem aduerſatiuam, ut ſi teſtator dixerit, Sempronio lego fundum pro octo uncijs, Titio autem quatuor vnciis? Reſpon. quod ſic, quoniam illa coniunctio dependet ab unitate ſermonis, qua interueniente cęterę dictiones impropriantur, vt conueniãt cõiunctioni. ita tradit Bar. l. re coniuncti, num. 24. & eſt communis opinio, ut fatetur Iaſ. n. 87. Rip. n. 49. Bolog. n. 209. Romul. nume. 73. Fernand. Vaſqui. d. §. 21. nu 42. uerſ. decimo.

6 Quæro, an per alternatiuam dictionem poſſit induci coniunctio verbalis, vt Titio aut Sempronio lego fundum? Reſpondetur quòd ſic, quia alternatiua poſita inter perſonas, reſoluitur in coniũctam. ita tenet Bat. d. l. re coniuncti. nu. 15. & ſequuntur communiter Docto. ut teſtatur Iaſ. n. 87. Rip. n. 50. Bolog. n. 201. Romul. n. 73. Vaſq. d. §. 21. n. 42. verſ. 11.

7 Aduerte tamen iuxta prædicta, quod ſi copula vel aliæ præfatæ dictiones apponerentur inter res vel perſonas, inter quas caderet ordo affectionis, non haberentur pro uno, ſed ordine ſucceſſiuo admitterentur, & non inducerentur uerbalis coniunctio, ut ſi teſtator dixerit, filius & ex eo nepos ex æquis portionibus hæredes ſint, ita tradit Bart. l. Gallus. §. 1. ff. de lib. & poſthu. & eſt ab omnibus recepta opinio, ut teſtatur Vaſq. d. §. 21. nu. 42. verſ. limita, licet ipſe non admittat, quæ ſententia ex coniectura uolũtatis verior uidetur.

Quæſtio. V.

SVMMARIA.

Quæ ſit Realis coniunctio, n. 1. An realis ſit ſi eadem res uni legata ſit in teſtamento, alteri in codicillis, nu. 2.

Quid ſi pluribus relinquatur ſeparatim hoc actio ut quilibet in ſolidum habeat, nu. 3.

Quid ſi plures inſtituantur ſine parte, uel res ſine parte relinquitur, num. 4. declaratur. num. 5.

Quid ſi uni legatur medietas, & dicatur, eãdem lego Seio, nu. 6.

Quid ſi uni pars alteri totum legetur, num. 7. ubi præmittuntur tria genera totorum & partium, nume. 8. & nume. 9. 10. 11. 12. & 13. diſtinguuntur plures caſus.

Quid ſi quãtitas pluribus ſeparatim legetur nu. 14. declaratur. nu. 15.

Legatum factum filiabus, an omnibus ſimul uel cuilibet debeatur, nu. 16

Quid ſi dictum: Titio decem & Sempronio decem lego, n. 17. & latius diſtingitur circa legatum quantitatis, nu. 18.

1 QVæro, quæ ſit realis coniunctio, vel qui dicantur re tantum coniuncti? Rñ. Re coniuncti dicuntur hi, quibus eadem res ſeparatim legatur, & ita requiritur, ꝙ ſit vnitas rei, & ꝙ ſeparentur in orationibus, vt Titio lego fundum, eundẽ fundũ lego Sempronio, nam Titius & Sempronius nõ ſunt verbis coniuncti, ſed ſeparatim poſiti in ſeparata oratione. Re ſunt cõiuncti, quia eadẽ res legaẽ, vnde

vnde p concurſum faciunt partes, ita tenet Bar. & ſequuntur cæteri cōiter d.l. re coniuncti, num. 7. vt teſtatur Iaſ. nu. 10.
2 Crot. nu. 9. & 10. Rip. num. 22. & 27. Fernand. Vaſq. d. §. 21. n. 4. Qđ procedit non ſolum .i eadē res duob. ſimpliciter legata fuerit in teſtō, ſed ēt ſi vni relicta in teſtō, alteri in codicillis. Hic eſſe clariſſimā concluſionem, & ab omnibus approbatam dicit Gabr. conſi. 110. nume. 2. refert Manti. lib. 10. cap. 3. nu. 5.

3 Sed quæro, quid ſi eadem res pluribus ſeparatim relinquitur, hoc tamen acto, quod quilibet eam habeat in ſolidum, quo caſu vni res alteri æſtimatio debeť. Nunquid dicanť re eſſe cōiuncti? Reſpō. q non. ita tenet Bar. d. l. re coniuncti, nu. 8. & ſequunť cōiter Doc. vt teſtať ibi Rip. nu. 29. Bolog. nu. 164. Romul. nu. 51. licet ipſe contrariū teneat hanc quoq; cōmunē, & tenēdā eſſe dicit Fernan. Vaſq. d. §. 21. n. 21. & qđ ab hac opinione Bart. nemo diſſentit dicit Crot. ibi n. 25. Rō, q̃a nō faciunt partes per cōcurſum, qđ requiriť, tū ēt, quia vtriq; diuerſa res fuit relicta, quam rationē omnes dicunt eſſe de ſubſtantia, dixi ſup. §. legatum. qō. 80.

4 Et prędicta quidē de plano procedūt, quod ad eandem rem ex expreſſa voluntate defuncti vocentur, quando expreſsè plurib. res eadem ſeparatim relinquitur. Sed quid ſi plures inſtituuntur ſeparatim ſine parte, vel relinquitur res ſine parte, quo caſu tamen per legis interpretationem, ex tacito iudicio teſtatoris ad partem vocantur, numquid iſti re erunt coniuncti? Reſp. q non, quò ad prælationem in iure accreſcendi habēdam, licet faciant ſibi partes per concurſum, tex. l. itē quod Sabinus, ff. de hæred. inſti. ita tenet Bar. d. l. re coniuncti, n. 8. & ibi Iaſ. dicit hanc eſſe cōem opi. nu. 65. Rip. nu. 36. Crot. nu. 19. Polit. n. 2. & 21. Bolog. num. 169. ſubdit tamen quod paſſus ſit valde dubius, & per eum tota materia cōfundi, vt non poſſit determinari qui dicātur re coniuncti, unde contrariū tenendū eſſe, vt vocati ſine partibus, dicantur re coniuncti communem quoque dicit Fernā. Vaſq. d. §. 21. nu. 22. & nu. 31.

5 Declarat tamen hanc cōem, vt nō procedat, ſi tales eſſent verbis coniuncti, id eſt in vna oratione, licet ſine partibus, tamen re coniuncti ſunt pro iure accreſcēdi ita voluit Bar. d. loco, videtur. n. quilibet ad integrum fundum vocatus, vnde per concurſum partes ſibi faciunt. ita tenet Bar. d. l. re coniuncti, & communem dicit opinionem Polit. ibi num. 30. Zaſ. ſing. intellect. lib. 1. cap. 18. nume. 1. licet ipſe diſſentiat.

6 Quæro item, quid ſi vni legata ſit medietas fundi, & poſtea dicatur, eandem medietatem lego Sempronio, vel in illa medietate in qua inſtitui Seium, inſtituo Sempronium: An videantur coniuncti re? Reſp. Bar. tenet quod ſint re coniuncti, quia vtrumque relatiuum refert in ſpecie antecedens non in genere, & ſequuntur dict. communiter vt teſtatur Bologn. ibi nu. 170. Polit. dicens deciſionem eſſe indubitatam Romul. num. 53. licet in legatis aliter ſentiat, Crot. nu. 9. & 10. Eandem dicit eſſe communē Fernand. Vaſqui. de ſucceſ. progreſ. §. 21. nu. 32. vbi dicit quod communis loquitur tam in legatis, quam hæreditate. idem aſſerit Alc. l. triplici, nu. 13. ff. de verb. ſignif. faciunt quæ dixi ſupra. §. legatum, & quod cum Bar. in vtraque eſt communis opinio teſtatur Iaſ. l. ſi fortidianum, C. de legatis, d. l. re coniucti, num. 23. cum ſeq. Rip. nu. 22. & ſeq. Fernand. Vaſqui. d. tractat. §. 23. nu. 96. & ſeq.

7 Quæro prętérea, quid ſi vni legatur pars, alteri totum An videantur coniuncti re? Reſp. Hæc quęſtio in materia coniunctionum difficillima eſt, & ita de intricata: Præmitte ergò quò ad propoſitum, tria conſiderari genera totorū & partiū

8 Primum reperitur totū vniuerſale, & pars prædicamētalis, ut genus & ſpecies.

9 Secundò, totum integrale & pars integralis, ut fundus qui diuiditur in partes integrales, vſumfructum & proprietatē.

10 Tertiò eſt totū ītegrale, & partes quotatiuæ, ut totus fundus & pars, tertia vel quarta ita tradit Bar. d. l. re coniuncti, n. 10. & eius doctrinam ſequuntur Docto. cōmuniter, vt teſtatur Bolog. ibi. nu. 171.

11 His præmiſſis, diſtingue plures caſus. Primus eſt quando totum relinquitur uniuerſale, uti genus uni, & pars ſubiectiua, uti ſpēs alteri, & nullo mō conſiderať realis coniūctio, ut ſi uni teſtator legauerit totū fundū, alteri partē fundi, iſti nō erunt

erũt re coniuncti prompta ratione, quia pars illa ſeu ſpecies non continetur ſub legato generis ſeu totius, quinimò ſpecies derogat generi, vnde dicũtur duo legatarii, & duo legata, inter quæ nõ cadit coniunctio realis. ita tenet Bar. d. l. re cõiuncti, num. 10. & ſequuntur Doc. communiter ut teſtatur ibi Crot. nu. 28. Bologn. num. 172. Corraſ. l. teſtamento, C. de impu . num. 55. & quod iſta concluſio nullam habet difficultatem dicit Romul. nu. 56.

12 Secundus caſus eſt, quando vni relinquitur totũ integrale, & alteri pars integralis, utputa uni fundus, alteri eiuſdem fundi uſusfructus, & iſto caſu legatarii erunt re coniuncti in parte, & faciũt ſibi partes per concurſum, ita tradit Bar. d. l. loco, & eſt cõis opinio, ut teſtaĩ ibi Cro. nu. 29. Bolog. n. 177. Romul. nu. 57. Qđ quidem procedit, qñ uni relictus eſt fundus in ſpecie, & alteri vſusfructus in ſpecie: Sed quid ſi uni in ſpecie fundus relictus ſit, uel plura legata a teſtatore de rebus hæreditariis, & poſtea uxor domina uſufructuaria oium bonorũ: Nũquid legatarii erunt re coniuncti in uſufructu cũ ipſa uxore? Dixi ſup. §. legatũ, qõ. 23.

13 Tertius caſus, quando uni legatur totum integrale, alii pars quotatiua, ut tertia, quarta, aut dimidia, & tunc diſtinguẽdum eſt, ut ſi primo totum legetur, alteri pars quotatiua, tertia uel quarta portio, tunc uidetur teſtator adimere primo quod dedit ſecundo, & ſic erunt coniuncti re: Secus ſi primo partem, ſecundo totum legauit, nam tunc in illa parte uidẽtur coniuncti re. ita tenet Bar. d. l. re coniuncti, nu. 10. & cum eo tranſeunt communiter Docto. ut teſtatur ibi Crot. nũ. 31. Bologn. nu. 181. Ratio diuerſitatis eſt quia quando relinquitur totum, & adimitur pars quotatiua, legatum remanet perfectum in toto pro rata, quoniã apud ipſum remanet tota ſubſtantia rerum, licet cum diminutione partis, unde ademptio poteſt ualere: Quando uerò præcedit pars, & ſequitur totum, & non poteſt de parte eximi totum, repugnante natura.

14 Quæro preterea, quid ſi quantitas ſeparatim plurib. legetur, ut ſi teſtator Titio legauerit decẽ, & Sẽpronio decẽ legauerit: Nunquid erunt re cõiuncti? Reſp. quod neq; re, neq; uerbis ſunt cõiuncti, quia ſub diuerſis conceptionib. uerborũ ſunt uocati, præſumiturq; multiplicatio & efficiunt bina legata. ita tradit Bar. d. l. re cõiuncti, & ibi dicit hanc eſſe cõem opi. Rip. n. 26. Bolog. nu. 75. Crot. n. 22. Romul. n. 44. Vaſqu. d. § 21. nu. 15.

15 Quod tñ declara ut nõ procedat, qñ quantitas in una & eadem oratione, uel ſub eadem conceptione uerborum pluribus relinquitur, ut Titio & Sempronio decem lego. namque tunc uidentur eadem decẽ ambobus legata. ita tenet Bar. d. loco, & ibi dicit communem eſſe ſentẽtiã Iaſ. nu. 57. Polit. nu. 2. Rip. n. 26. Bolog. nu. 154. Crot. nu. 23. Romul. nu. 44. Quia concludit proprietas uerborum, & mens teſtatoris ex identitate orationis, & quia ſemel quantitas fuit expreſſa.

16 Hinc inſurgit dubitatio, ſi teſtator mille reliquerit filiab. ſuis. An iſtud legatũ intelligi debeat collectiuè, vel diſtributiuè, ſcilicet. An omnes ſimul debeant cõſequi mille, vel quælibet earum, & Bar. voluit intelligi debere diſtributiuè.

Sed contrarium decidit Imol. quòd imò collectiuè accipi debeat, & habet inter eas locum ius accreſcendi. text. l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. 1. quod Bar. ſibi contrarius quoque ſentit l. qui quartam. §. ſi. ff. de leg. 1. hanc dicit eſſe communem opinionem Romul. d. l. re coniuncti. nume. 49.

17 Sed quid ſi in eadem uerborum conceptione repetita eſſet ſumma, puta Titio decem & Sempronio decem lego, an tunc ad vna decem vel dena uocati dicãtur? Reſp. Bar. d. l. re coniuncti, vult re coniunctos eſſe, itaque ad eadem decem uocari. Sed contrarium tenet Imol. d. l. ſi in teſtõ, & ſequuntur cõiter alii, vt teſtatur Rip. d. l. re coniuncti, nu. 28. dicens in iudicando non eſſe tutum ab ea recedere, & quod Bar. cõiter in hoc re probatur aſſerit ibi Crot. nu. 24. & indubitatam dicit Bolog. nu. 751. communem dicit Vaſqu. de ſucceſ. progreſ. §. 21. nu. 14.

18 Aduerte tamẽ, quod prędicta qñ plurib. quantitas relinquitur in diuerſis orationibus procedunt planè in dubio, vnde clarius diſtinguendum eſt.

Aduerte teſtator expreſsè diſpoſuit, qđ vnicui-

vnicuique debeatur in ſolidum, & tunc omnes conueniunt, quod ceſſat coniunctio realis, ſicut in ſpeciebus, ut ſup. dixi.

Aut uerò non expreſſit, & conſtat quod teſtator reliquit eandem ſummam pluribus, & tunc quoque omnes conſentiunt, erunt coniuncti re, quia nihil impedit quod plures ad eandem ſummam teneantur, & per concurſum faciant partes.

Aut uerò non conſtat, & tunc ſi poſitum eſt relatiuum eadem decem, & iſto caſu etiam in diuerſis orationibus erit inducta coniunctio realis, quia ex eo conſtat de uoluntate teſtatoris, quod voluit vnica decem relinquere, quia verbum, eadem, vel relatiuũ refert in ſpecie ſuum antecedens, & quod in iſtis tribus caſibus Doct. conueniunt, & nõ conſtituunt differentiam inter ſpeciem & quantitatem, teſtatur Bolog. d. l. re coniuncti, nu. 159.

Aut verò nõ eſt poſitum relatiuũ eadẽ, & tũc in dubio nõ cadit iter eos realis cõiunctio, ut ſupra, quamuis Bologn. quoque contrarium defendat, numero 160.

Quæſtio VI.

SVMMARIA.

Mixta coniunctio quæ dicatur. nu. 1.

An ſit mixta; Titio & Sẽpr. lego fundũ, n. 2

Quid ſi legetur per uerbũ collectiuum, n. 3.

1 QVæro, quæ dicatur mixta coniunctio? Reſp. Doc. communiter conueniunt in ſubſtantia coniunctionis mixtæ realis & uerbalis, ut illa ſit quando in eadem oratione res vnicuique in ſolidũ relinquitur, ut concurſu faciant partes, & mixtim coniuncti, quos nominis & rei complexus iungit, tex. l. triplici, ff. de uerb. ſign. & quod ita communiter tranſeunt aſſerit Rip. d. l. re coniuncti, num. 54. Bolog. nu. 207. Anto. Fume. tract. coniun. rubr. coniunctio. mixta, dum dicit communem eſſe opin. oportere, ut ſit mixta coniunctio, legatarios uel heredes in eadem re concurſu tantum facere partes. Quod generaliter de plano procedit, ubicunque datur forma quod his fundus pluribus relinquatur in eadem oratione, quia tunc erit realis & uerbalis coniunctio, quæ inducitur ex illa repetitione, cum res legetur vtrique in ſolidum, vt ſi teſtator dixerit, ſempronio fundum, eundem fundum Titio lego; uel Sempronio lego fundum & Titio ſimiliter eundem, quoniam concurrit vtrumque, quod ſit identitas orationis, & res ſolida unicuique relicta, & quod in dictis exemplis omnes conueniunt dicit Bologn. nu. 207. & n. 217.

2 Sed magnus eſt cõflictus Doctorum, quando ſemel tantum fundus ſimpliciter in eadem oratione pluribus eſt relictus, ut ſi teſtator dixerit, Titio & Sẽpronio lego fundum? Reſp. Per. de Bella. contendit non dici re & uerbis coniunctos ex eo, quia ſimplex expreſſio fundi inter diuerſas perſonas facta, uidetur continere diuiſionem, ut fundus diuiſus tacite eis ſit relictus, & propterea ſint diſiuncti re, & coniuncti uerbis tantum. hanc ſententiam in puncto iuris dicit eſſe ueriorem Alex. l. plane, §. ſi cõiunctim, ff. de leg. 1. & eſſe merã ueritatẽ, & cõem ſniam plures errores cõtinere dicit Zaſ. ibi & i lib. 1. ſing. intellect. c. 18.

Contrarium tenet gl. l. 1. §. 6. ff. de vſufruct. accreſc. circa fundamentum Petri, an ſcilicet hæc unica expreſſio fundi ſimpliciter facta, inducat diuiſionem tacitam, concludens quòd inducatur duplex conceſſio fundi, & ideo fiat coniunctio re & uerbis, & hanc ſententiam ſequitur Bar. & communiter Doctores, ut teſtatur in d. l. re coniuncti. Iaſ. Rip. num. 54. & quod hæc ſit communis opinio & omnino tenẽda dicit ibi Crot. num. 14. Bologne. num. 219. Romul. nu. 18. Alex. l. ſtipulatio iſta, §. cum qui, ff. de verb. oblig. Aret. l. ſi duobus, §. 1. ff. de leg. 1. Communiter quoque receptum dicit Iaſ. d. l. plane, §. ſi coniunctim, communem dicit Fer. Vaſqui. de ſucceſ. progreſ. §. 21. num. 43. & §. 23. numer. 15. & veriorem dicit Anto. Fume. tract. coniũ. Rubr. cõiunctio mixta, quæ ſit, & ab hac ſententia non eſt recedendum, quia concludentiſſime probatur in d. l. triplici, licet enim non dubium ſit in tali caſu dimidium fundi deberi, tamen hoc ita demum uerum eſt ſi concurrant, ſin minus cum uerba legati ad utrumque in ſolidum dirigantur, alter totum uendicabit tanquam ſibi in ſolidum ab initio aſſignatum, & abſurda eſt Zaſij ſententia, dum fundamentum ſuę aſſertionis facit mixtam coniunctionem per ſe non

efficere

efficere nouam ſpeciem.

3 Quæro vlterius, quid ſi per verbum collectiuum teſtator legauerit, dicendo; lego domum filiis meis, vel fundum ſeruis Titii, numquid inducatur mixta coniunctio realis & verbalis? Reſpon. quod ſic, verbis enim coniuncti ſunt, quia vocantur per verbum collectiuum, re coniuncti, quia vocantur ad eadem rem, vnde ſuccedit reg. d. l. triplici, quod complexus rei, & nominis coniungit eos ita tenet Barto. d. l. re coniuncti, & ſequuntur communiter Doctores, vt teſtatur Bologn. ibi. nu. 219.

Quæſtio VII.

SVMMARIVM.

Coniunctio legalis qua ſit.

QVæro, quæ dicatur coniunctio legalis? Reſp. Cōiunctio legalis dicitur quando immediate a lege & principaliter aliqui vocantur ad aliquid conſequēdum, vt eſt in omnib. ſucceſſionibus ſiue a lege concedantur, ſiue a prætore ſiue a ſtatutis, qui vocantur dicuntur cōiuncti hac coniunctione legali tex. l. 1. & ibi no. oēs C. quando non pet. par. ut teſtatur Bolog. n. 223. & quod cum Barto. ſimpliciter tranſeunt Doc. dicit Romul. d. l. re coniuncti, q. 4.

Quæſtio VIII.

SVMMARIA.

Triplex effectus coniunctionum, nu. 1. 2. 3.
An inter coniunctos uerbis tantum habeat locum ius accreſcendi, nu. 4.
Legatum pro dotibus factū Seiæ Catherinæ filiabus, ſi una decedat antequam nubat, an accreſcat aliis ſororibus. nu. 5.

DIxi de coniunctionum ſpecieb. nūc de effectu coniunctionis, qui ē ius accreſcēdi, & nō decreſcendi, uideamus, & primū de pſonis quæ habeant ius ac-
1 creſcendi, ſiue inter quas detur. Scire aūt prius debes ꝙ cōiunctionū in genere triplex eſt effectus. Primus eſt, ꝙ coniūcti faciūt unū corpus, & vocanē ad vnā partem, ita tenet Bart. d. l. re coniuncti, nu. 19. & eſt cōmunis opinio, vt teſtat Iaſ. ibi num. 101. Rip. num. 59. Croz. nu. 42. Fern. Vaſq. d. §. 21. nu. 47.

2 Secundus effectus eſt, quia Reci proca ſubſtitutio inuicem uidetur facta ſecundum ordinem coniunctionis, tex. l. cohæredi, §. qui diſcretas, ff. de vulg. & pup. ita Bar. d. loco, & cum eo tranſeunt communiter Doct. ut fatetur idem Vaſq. ibi nume. 49.

3 Tertius effectus eſt ius accreſcēdi, de quo hic agimus, Bart. d. loco, quem oēs nullo excepto ſequuntur, ut idē Vaſqu. aſſerit d. loco, nu. 50. Sunt præterea alii proprii effectus cuiuſque ſpeciei, de quibus intra ſuo loco.

4 Quæro itaque primo, an inter coniunctos uerbis tantum habeat locum ius accreſcendi? Reſpon. Communis eſt regula, quod ſemper habet locum inter coniunctos uerbis ius accreſcendi, quando ſint recte coniuncti, quod fit quando eadem res relicta fuit, & tantummodo per intellectum eſt facta ſeparatio, ut dicendo æquis portionibus, ſecus vero ſi omnino ſit diſiunctio realis, id quod trib. fit modis ut in eadem oratione non dicantur coniuncti uerbis, ut quando relinquuntur ſinguli ſerui tam in genere quā ſpecie, uel quando reliquit rem diuiſam p tempus, ut in uſufructu relicto alternis annis, nam iſtis caſibus fit plena ſeparatio, & ceſſatur coniunctio, & ſunt diuerſa legata, quoniam ad perficiendam coniunctionem verbalem eſt neceſſarium, quod eadem res relinquatur vnica actualiter, & ſeparata poſtea per intellectum, ita tradit Bar. d. l. re coniuncti, & eſt cōmunis opi. ut teſtatur ibi Iaſ. Bolog. nu. 238. verſ. ſed licet, Fern. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 23. nu. 1. & ſe. & quod omnes conueniunt dicit Corraſ. teſt6, nu. 15. C. de impub.

5 Infertur ex prædictis ad practicabilē & quotidianum caſum; pone enim teſtator dixit, Titiæ, Catharinæ, & Semproniæ filiabus meis relinquo pro dotibus mille pro qualibet earum, per que uerba unicuique in ſolidum mille debentur: dubitatur modo, utrum vna præmoriente antequam nubat, aliis ſororibus accreſcat eius dos, an uero remaneat penes grauatum, & uidetur accreſcere cum uerbis ſint coniunctæ triplici coniunctione per identitatem

V ſcilicet

cilicet orationis,copulam,& nomen collectiuum.Sed Bar. contrarium determinat,l.huiuſmodi,§.quibus,ff.de legat. 1. & quod ab hac deciſione, & in doctrina Bar.nullus diſcrepat atteſtatur Iaſ.d.l.re coniuncti,& communem ibi dicit Ripa. nu.70.Bolog.nu.239.Romul.nu.92. cõmunem quoque nouiſſime aſſerit Fern. Vaſq.de ſucceſ.progreſ.§.23.n. 2.& ſeq. Rõ eſt,quia licet filiæ ſint cõiunctæ uerbis tñ re omnino ſunt diſiunctæ, & uocatæ ad res diuerſas,ſecus uero eſt, ſi dixiſſet mille aureos lego filiabus meis, & non eſſent nomina diſtributiua,ſeu multiplicatiua,omnibus enim mille deberentur diuidendã inter eas p concurſũ, & eſſent re & uerbis coniũctæ,& haberet locũ ius accreſcẽdi,ita tradit Bar.l.qui filiabus,ff. de leg.1.& ſequunt Doctores cõiter, ut teſtatur Bolog.d.l.re coniuncti,nu.239.

Quæſt. IX.

SVMMARIA.

An inter re coniunctos tantum locum hẽat ius accreſcendi,nu.1.

An in uſufructu,nu.2.an in uerbis tantum coniunctis ius accreſcendi locum habet in uſufructu,nu.3.

QVæro, an inter re coniunctos tantũ locum habeat ius accreſcendi? Re-
1 ſpon.recepta,& communis eſt ſententia, quod portio deficiens ex perſona unius ex coniunctis re tantum,debetur alii iure non accreſcendi,id eſt tanquam ſua ſibi ab initio relicta in ſolidum, & hoc clarum eſſe præſup ponit Bar.ex eo,quia vnuſquiſque uocatus eſt in ſolidum,& decreſcit a' ſtrahentibus inuicem partibus, & ſi inuenniat quod ille repudiat,tunc remanet totum ſibi relictum non diminutũ ut nihil nouiaccreſcat, unde Bar.in effectu Regulam conſtituit,quod inter re cõiunctos,locum habet ius non decreſcendi,& in hoc conueniunt iura,& Doctores communiter,ut teſtatur Bolog.d.l. re coniuncti,nu.229.& ſeq.nouiſſime Vaſq. de ſucceſ.progreſ.§.21.nu.51.
2 Et hoc quidem procedit in proprietate & pleno dominio,ſed quid in legato vſuſtructus? Reſpond.Bart.tenet quod in vſufructu ante emolumentum acquiſitũ habet locum ius non decreſcendi,poſt acquiſitionem uero ius accreſcendi, ſicut ĩ omnibus aliis caſibus, in quibus, uirtus cõiunctionis extenditur,unde ſi duobus uel pluribus relinquatur vſusfructus,& uterque acceptet,& acquirat ſuã partẽ, & poſtea unus eorum repudiet vel moriat,uel alias deficiat eius portio ſtatim alii accreſcit,& eſt communis opi.ut teſtat Crot.ibi nu.44.Bolog.d.loco,num. 232.Ant.Gom.uaria.reſ.Tom.1.c.10.n. 41.Fer.Vaſq.d.§.21.nu.51.Rõ eſt, quia uſusfructus numquam perfecta & plena fuit facta acquiſitio,& dicitur facta ſeparatio,& poſt acqſitionẽ noua forma acqſitionis,quicquid dixerit Alex.& alii.

Et Circa hoc oritur pulchra dubitatio an inter coniunctos uerbis tãtũ hẽat locum ius accreſcẽdi in uſufructu,& antiq. interpretes quidẽ non habere locum exiſtimarunt,ſed contrarium Docto. cõiter concludunt,ut teſtatur Crot.d.l.re cõiũcti,nu.44.licet primam ſententiam in pũcto iuris probabiliorem dicat.

Quæſtio X.

SVMARIVM.

An in mixta coniunctione locum habeat ius accreſcendi

QVæro,an inter coniunctos re & uerbis,& ſic in mixta coniunctione locum habeat ius accreſcendi uel non decreſcendi? Reſpon.Bar.d.l.re coniuncti, tenet quod portio deficiẽs inter mixtim coniunctos debetur alteri ex coniunctis iure non decreſcendi,& hæc eſt omnium irrefragabilis ſententia,ut teſtatur ibi Ripa.nu.74.Bolog.nu.241.Romul.nu.95. idem aſſerit Anto. Fun. trac. coniunct. rub.de iure accreſc.uel non decreſ. ex cõiunct.mixta, & omnes a'mittere hoc dicit Corraſ.d.l.ex teſtamento,nu.16.licet ille contrariũ ſentiat Fern.Vaſq.de ſucceſ.progreſ.d.§.21.n.58.Ratio eſt, quia faciunt ſibi partes per concurſum.

Quæſtio XI.

SVMMARIVM.

An inter diſiũctos ius accreſcẽdi locũ hẽat.

QVæro præterea, an inter omnino diſiunctos habeat locum ius accreſcendi? Reſp. diſtinguendum eſt inter legatarios & hæredes primo caſu non habet locum ius, neque accreſcendi, neque decreſcendi, ſed portio deficiens manet penes hæredem vel grauatum. Secundo caſu, inter hæredes paganorum penitus diſiunctos per teſtatorem locus eſt iuri accreſcendi. ita tenet Bar. d. l. re coniuncti, & ſequuntur communiter Doctor. ut teſtatur ibi Bologn. num. 242. & nu. 245. Gomez. num. 27. & quod hæc ſit aperta, & communis omnium in hac re reſolutio dicit Ant. Fume. d. tract. coniunct. rubr de diſiunctis omnino. Ratio eſt, ne teſtator decedat pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus & de hac ratione conueniūt omnes, ut firmat idem Fume. d. rubr. nu. 2. hoc tamen notandum, quod intereſt quo ad hæredes, utrum coniunctim uel ſeparatim ſcripti ſunt, nam ſi ex una parte concurrat coniunctus aliquo modo; ei pars deficiens accreſcit, ſin omnes omnino diſiuncti, omnibus accreſcit. tex. l. hæredes, ff. de hæred. inſt. & ſequuntur cõiter Doct. Gom. d. c. 10. nu. 33. & ſeq.

Quæſtio. XII.

SVMMARIA.

An in ſucceſſorem uniuerſalem, uel ſingularē trãſeat ius accreſcēdi, diſtiguit. n. 1. 2. 3. et 4

In ſingulari ſucceſſore, retenta opinione quod non tranſeat, an ſaltem uenditor cogatur ei reſtituere, diſtinguitur, nu. 5. & ſeq.

IVxta prædicta occurrit caſus quotidianus. Numquid ius accreſcendi trãſeat in ſucceſſorem uniuerſalem vel ſingularem? Reſp. In ſucceſſore uniuerſali diſtinguendum eſt, aut enim loquimur in proprietate, & indiſtincte ius accreſcendi ad hæredes uniuerſales tranſmittitur, ita tenet Barto. d. l. re coniuncti, & ſequuntur Doct. communiter, ut teſtatur ibi Bolog. nu. 252. Gom. d. c. 10. nu. 35.

2 Quod procedit etiam quod inſtitutus in re certa eſſet ille cui accreſcit, ex quo enim illi poteſt accreſcere, hoc ius accreſcendi tranſmittitur, dummodo accreſcat facta acquiſitione, uel decedat intra tempus quo poteſt traſmittere, ita tenet Bar. l. ex facto, ff. de hære. inſt. & ſequuntur Doc. communiter, ut teſtatur Bolog. d. l. re coniuncti, nu. 255.

3 Aut loquimur de vſufructu, & tūc ius accreſcendi non tranſit in ſucceſſorē vniuerſalem. ita tenet Bar. d. l. re coniuncti, & ſequuntur Doct. communiter ut aſſerit Bolo. ibi n. 252. quoniam uſuſfructus numquam tranſit in aliquem ſucceſſorē, ergo nec ius accreſcendi.

4 Secundo caſu quo ad ſingularem ſucceſſorē. Articulus iſte eſt ualde difficilis, in quo duę ſunt contrariæ ſententiæ. Prima eſt, ꝙ ius accreſcendi tranſeat in ſingularem ſucceſſorem ut ſi ille, cui accreſcit, prius vēdidiſſet portionem ſuam hæreditatis. ita tenet Bart. d. l. re coniuncti, quem ſcribentium nonnulli ſequuntur, & hanc dicit eſſe communem ſententiam licet contrariam ſequatur Dec. l. unica, nu. 8. in lect. 1. C. quando non peten. par. idem aſſerit Cortaſ. ipſe quoque contrariam ſequens d. l. teſtamento, nu. 19. & dicit Romul. d. l. re coniuncti, ꝙ hæc opinio habeat æquitatē. Ratio eſt, quia portio accreſcit portioni, & emptor dicitur penes ſe habere portionem emptam.

Secunda cõtraria opinio eſt, quod imo non tranſeat, & eam tenet Petr. & hanc dicit eſſe magis communem Iaſ. d. l. re cõiuncti, nu. 125. Crot. num. 44. Rip. num. 90. Polit nu. 45. magis communem dicit Bologn. nu. 267. & receptionem Alc. nu. 20. Romul. num. 111. hanc etiam uti magis communem ſequitur Ant. Gome. uariar. reſol. Tom. 1. c. 10. num. 44. & Ema. Soarez. ad. n. 14 Sapia l. 3. C. q admitti; n. 21. Eandem non ſolum magis communem, ac non ſolum etiam ueriorem, ſed & perſpicuam affirmat nouiſſime vaſq. lib 3. de ſucceſſio. progreſ. d. §. 21. nu. 65. uerſ. denique.

Aduerte difficultas totius quæſtionis reducitur ad unum dubium. An hærede uendente hæreditatem, uel donante, dicatur is penes ſe habere ius uniuerſale hæreditatis, uel potius uideatur trãſmiſiſſe illud ad emptorem, cum portio debeat accreſcere illi, qui habet portionem hæreditariam & quidem magis eſt, apud hæredē uniuerſalem exiſtere, qui adhuc ve-

re eſt hæres, nec venditionem deſinit eſſe hæres, cum apud eum ſint actiones, & poſſit conueniri, & emptor non habet res tanquam hæreditarias, ſed ſolum tanquam emptas. Vnde verior eſt hæc ſententia, quod imo ius accreſcendi non trãſeat in emptorem, ſed portio accreſcat venditori.

5 Sed difficultas ſola eſt, an uenditor in re uenditionis teneatur reſtituere? Reſpondetur. Sunt qui exiſtimant. communem intelligendam eſſe, ut ius accreſcendi reſeruetur hæredi ipſo iure, uerum quò ad effectus ſequendam opinionem Bar. videlicet quòd licet hæres ius accreſcendi habeat: tamen omne quod ſequitur per illud ius teneatur reſtituere. Sed pro ueritate diſtinguendum eſt. Aut enim conſtat ab initio expreſsè actum eſſe inter emptorem & uenditorem, ut portio deficiens accreſceret emptori, & tunc nullum eſt dubium qu in accreſcat. tex. l. 2. ff. de hæred. & act. uend. idem ſi ex cõiecturis appareat, ut, quia qualitas pretii hoc demonſtrat.

7 Aut non conſtat, & ſumus in dubio tunc omnino portio debet accreſcere uéditori, & non uidetur uenditum illud ius, etiam ſi dicetur cum omnibus iuribus & pertinentiis, ſummis, & acceſſionibus, quia intelligitur de rebus ipſis & actionibus uenditis, non de competituris per ius accreſcendi, niſi clauſula eſſet lata & amplã cum omnibus acceſſoriis quomodolibet pertinentibus ad portionem uenditam, uel eius occaſione, ita declarat Bolog. d. loco, numero 265.

8 Prędicta procedunt in hæreditate, ſed quid in legato, nunquid ius accreſcédi legatarii trãſibit in ſingularem ſucceſſorem. Reſp. quod ſic, ita tenet Bar. d. l. re coniuncti, & ſequuntur Doc. communiter, ut teſtatur ibi Bolog. num. 266. & communem, in qua cum Bart. tanquam de re aperta ſimpliciter tranſeunt cæteri dicit Vaſq. d. §. 21 nu. 72. quamuis ipſe contrariam partem defendere conetur. Ratio eſt, quia legatarius uendendo legatum transfert omne ius quod habet, & in eo non repetitur ius uniuerſale, neq; aliud ius ſeparatum a rebus.

Quæſtio. XIII.

SVMMARIA.

An inter coniunctos ſit locus prælationi, diſtinguitur nu. 1. an ſint coniuncti re tantum uerbis uel mixtim, nu. 2. 3. & 4.

Et ſi per nomẽ collectiuum uocatur, declaratur, nu. 5.

Limitantur prædicta, ſi ex coniecturis ſtatamente teſtatoris appareat omnes ad uirilem portionem uocari, nu. 6.

Quid ſi concurrant coniuncti per diuerſas ſpecies, nu. 7. diſtinguuntur caſus & declaratur, nu. 8.

DIctum eſt de ſpeciebus coniunctionum, & quomodo conſtituantur, & inter ſe diſtinguantur, item, quibus cõpetat ius accreſcendi vel non decreſcendi, ſed uidendum quoque quis ordo ſeruetur, & qui pręferantur.

1 Quæro itaque. An inter coniũctos ſit locus prælationi, quando plures in locũ vnius portionis deficienti coniuncti concurrunt, & an vnus coniunctus excludat alium, an ſimul admittantur? Reſp. in huius quæſtionis reſolutione duæ inſpectiones conſiderandæ ſunt, vna, quando omnes ſunt coniuncti eadem ſpecie: altera, quando diuerſis.

2 Circa primam, aut ſunt coniuncti re tantum, & inter eos nulla habetur prælatio, ſed omnes admittuntur in iure accreſcendi, ſiue unicuique res in ſolidum relicta ſit, ſiue uni pars alteri totum, ita tradit Bar. d. l. re coniuncti. & ab eo nemo recedit, ut teſtatur Polit. ibi nu. 61.

3 Aut ſunt uerbis tantum coniuncti, & tunc ſi uocati ſunt coniunctione ſingulari, ſiue omnes ſunt uocati in eadem oratione ſine copula, ſiue cum copula, ſiue cum dictione (cum) non eſt locus prælationi, & nullus excludit alium eiuſdẽ ſpeciei coniunctionis, quia pari coniunctione coniunguntur, ita tenet Bar. d. l. re coniuncti, & hoc dictum communiter approbatum eſſe dicit ibi Bolog. nume. 270. Polit. nu. 61. Romul. num. 129. Anto. Fume. tract. coniunct. Rub. de prælat. inter coniunctos, dicens, quod ſit conſtans, & nemini dubia hac in re ſententia: Sin vero ſunt coniuncti per nõmen collectiuum, & aliqui per copulam, ut Titius in dimidia, fratris mei filii

filii in alia hæredes ſunto, tunc ſi unus ex coniunctis collectiue præmoriatur, uel repudiet portionem, coniuncti per collectiuum preferunt per copulam vocatis, quoniam maior coniunctio illa eſt quæ per collectiuum inducitur ita tradit idem Bar. & ſequuntur communiter Doct. aſſerit Polit. ibi num. 61. Bolog. licet contrarium teneat nu. 274. & ꝙ hæc ſnia Bart. ab oibus indifferenter recipitur dicit ibi Crot. Rip. Alcia. & Romul. ibi n. 129. qui tamen in puncto iuris quoque non veram eſſe exiſtimat, quod & mihi uidetur quia iura ſolummodo prælationem competere volũt coniuncto re & verbis, & licet uerum ſit per collectiuum nomẽ plures unum corpus cenſeri, tamen non eſſe tis illos magis coniunctos. Si igitur Titius qui comprehenſus eſt in legato re, & uerbis coniunctus eſt cum hæredib. quomodo iſti magis poterint eẽ colligati, cũ nulla ſit fortior coniunctio q̃ mixta.

4 Aut verò ſunt mixtim omnes coniuncti et cuius portio vacat, & ſimiliter omnes admittuntur æqualiter, niſi vnus ſit vocatus per copulam, alius per nomen collectiuum, ut iam dictum eſt, quod videntur Doct. cõiter ſequi ſimpliciter tráſeuntes, vt Doct. allegati pro' aut.

5 Aduerte iuxta hoc etiam quo dixi vocatos per nomen collectiuum vnũ quiddam corpus inter ſe inducere, & ad vnam partem vocari, id quidem non procedere quando cum collectiuo eſt nomen diſtributiuum, quia ſemper vocátur in viriles, cum perinde ſit ac ſi omnes eſſent ſpecialiter nominati ita tradit Bar. d. l. re coniuncti, nu. 29. & ſequuntur Doct. communiter vt teſtatur Bolog. n. 277.

6 Idem dic, ſi ex coniecturata mente teſtatoris appareat omnes ad virilem portionem uocari, vt quia dictum erat per teſtatorem ut bona remanerent in familia ſemper, & extra familiam alienari nõ poſſent. tex. l. Lucius. §. Lucius, ff. de leg 2. & tenet Bar. d. l. re coniuncti, & ſequuntur omnes ut aſſerit Romul. ibi nu. 133. quãuis quidam impugnent.

7 Circa ſecundam inſpectionem, quádo ſ. concurrunt plures coniuncti per diuerſas ſpecies ad vnius portionem vacatem conſiderandi ſunt duo caſus. primus, an coniuncti re tantum præferantur coniũctis verbis tantum, an cõtra. an forte pariter admittantur. Vt ſi teſtator inſtituat Titium, & Seiũ hẽdes pro æqualibus partibus, poſtea a alia clauſula ſimpliciter Caiũ, & vnus ex primis repudiat; Qua in re tres diuerſæ reperiũtur ſniæ. Prima eſt, qđ re coniunctus tm̃ præferatur verbis coniuncto tantum.

Sed ab omnibus fere exploſa eſt, vt omnes mox allegandi, nouiſſime tamen ueriorem dicit Bolog. & ueriſſimam auſus dicere Vaſq. de ſucceſ. progre. §. 10. n. 86. uſq; ad 92. ad fi. Secunda eſt, ꝙ coniunctus uerbis preferẽ coniuncto re tantũ. quam tenuit Hug. & Petr. Cõmunẽ dicit Iaſ. d. l. re coniuncti, nu. 46. & num 148. Rip. nu. 114. & receptiorem dicit Polit. nu. 53. Crot. nu. 467. Vexut. col. 1. cõem dicit Bolog. nu. 282. Romu. n. 96. dicens hodie magis receptam ſniam Hugol. & 8 nu. 135. idemq; aſſerit Alciat. Zaſ. ſing. intellect. cap. 18. Alcia. lib. 6. cap. 7 para. magis cõem & ueriorem contendit Ant. Fume. d. tract. coniunct. rubr. de præleg. ultiſ. alia concluſ. Anto. Gomez. uar. reſo. Tom. 1. cap. 10. nu. 32. Laſ. §. ſi eadem, inſti. de uſufru. Mouentur omnes per tex. d. l. re coniuncti, exiſtimantes hunc mag. s accedere, & conuenire textui.

Tertia ſnia eſt, quod neuter preferatur, ſed ſimul admittantur, quam tenet Azo. & ſequitur Accur. d. l. re coniuncti, quam magis cõem dicit ibi Petr. de Bel. 4. col. in fi. Crot. nu. 47. & hodie magis cõmunem dicit ibi Bolog. n. 140. Romu. n. 136. uerſi. tenendo tñ, cõem dicit Ange. Aret. §. ſi eadem res, & ibi Chriſt. por. in ſtit. de uſufr. & crebrius probari ait Paul. de Caſtr. l. Mæuio. ff. de leg. 2. & certe magis communem dicit Ant. Gom. d. loco, & tenendam mouentur Doc. per tex. l. ſi ita quis hæredes, ff. de hered. inſtit. tum etiam quod priuilegium prælationis ſolũ competit utroque modo coniuncto, & ſic habentur duo uincula. Quid dicendum, Doctor. in hoc atticulo fuerunt ſemper ancipites propter textum contrarietatem, ſed Hugol. ſententia hodie ab omnibus recentioribus recipitur, Bartol. tamen opinio æqua & rationabilis ex eo, quia fundamenta ab utraque parte uidentur eſſe æqualiter urgentia, taliter quod non poteſt demonſtrari prælatio,

V 3 ideoq;

ideoque præferenda eſt, etiam ex mente teſtato is, qui in effectu ex uoluntate de... & vterque habet æquales partes i hæreditate iure inſtitutionis, ergo eadé ratione, & voluntate videtur habere eaſdem partes in parte defecta virtute iuris accreſcendi, cum lege non reperiatur q vnus alteri præferatur.

Aut vero concurrunt ad portionem uacantem re & verbis ſimul côiuncti, & ita mixtim, cum uno modo re aut verbis cõiuncti, & isto caſu præferuntur qui mixtim coniuncti ſunt. Bar.d.l.re coniuncti, & ſequuntur Doc.cõmuniter ut teſtatur ibi Bolog.nu.37. Ant.Gom.uaria. reſol. Tom.1.c.10.nu.31.& quod hæc ſit communis, & non ambigua concluſio dicit Ant.Fum.tract.coniunct.rub.de prælatione inter coniunctos, nu.4.

8 Prædicta tamen declara, ut non procedunt quando in mixta coniunctione quidam uocati ſunt per nomẽ collectiuum, vt ſi teſtator uocauit Titium & eius filios vel alterius, quo caſu Titius in vna dimidia & filii i aliâ inſtituti uidẽt, licet.n. omnes re & uerbis coniuncti ſunt: tamẽ filii & hæredes ſimul uocati ſunt maiore coniunctione coniuncti, quod collectiuo modo uocati ſunt, ita tenet Bar.d.l.re coniuncti, num.30.& Doct.ſimiliter trãſeunt ut dicit Bologn. de quo tamen ſupra dixi.

Quæſtio XIIII.

SVMMARIVM.

An ſubſtitutus excludat coniunctum.

IVxta prædicta non incommode quæritur, ſi coniunctis ex quacunque ſpecie concurrat cum ſubſtitutis expreſſe, an ſubſtitutus excludat coniunctum, & conſequenter impediat ius accreſcendi? Reſp. Dixi ſupra, §.ſubſtitutio, q.13.

Quæſtio XV.

SVMMARIA.

Quando locum habeat uel ceſſet ius accreſcendi, nu.1.& 2.

Si cohæres inſtitutus pupillo pupillariter ſit ſubſtitutus et pupillus deceſſerit, an admittatur ſubſtitutus, nu.3.

An in donatione imperiali habeat locum poſt ius acquiſitum, nu.4.

In filio teſtatoris deceſſi ante aditam hæreditatem non habet locum ius accreſcendi, num.5.

VIdeamus quãdo & quibus caſibus locum habeat, vel ceſſet ius accreſcendi. Et quidem certa eſt, & vulgata cõcluſio, ut inter coniunctos, vel re, vel verbis, uel denique mixtim pars deficiẽs debeatur coniunctio iure accreſcendi inter uerbis coniunctos, inter cæteros uero iure nõ decreſcẽdi, ut patet ex ſupradictis.

2 Et hæc concluſio quidem vera eſt & procedit qñ portio coniuncti deficit ante acquiſitionem, ſecus uero ſi portio iã fuit agnita & acquiſita, nãque tũc ſi deficiat, non accreſcit coniuncto, ſed ad hæredes acquirentis trãſmittitur. ita tenet Bar. ubi ſupra. & ſequuntur communiter Doc. dixi ſupra. Quod intelligitur in ꝓprietate. Sed quid in vſufructu? Reſp. Secus eſt, ita tradit Bar.d.loco, & communiter Doc. probant, ut teſtatur Vaſq. d.§. 23.nu.25.28.uer.ergo.& 34.

3 Quid autem ſi cohæres inſtitutus pupillo pupillariter eſt ſubſtitutus, & pupillus adiuerit & deceſſerit, nũquid ſubſtitutus admittat iure accreſcendi? Reſp. quod ſic, idque virtute vnionis, qua concurrit ſubſtitutio cum coniunctione, ita tenet Bar.d.l.re coniuncti, & ſequitur omnes, ut teſtatur Romul. ibi num. 254.

4 Aduerte item, quod prædicta nõ habent locum etiam in imperiali donatione, itẽ in alio rege, vel principe qui non recognoſcit ſuperiorem, namque habet locum ius accreſcendi poſt ius quæſitũ, ſi poſtea repudiatur. tex. eſt l.vnica, C. ſi imper. libert. i not. Bar. & communiter Doct. & teſtatur Ant.Gom. varia. reſol. Tom.1.cap.10.nu.2.& quod iſta concluſio non habet difficultatem in donatione mera dicit Bolog.d.l.re coniuncti, nu.340.& ſeq. quamuis dubium ſit, ſi donatio facta ſit ſecundum naturam feudalem, de quo dixi infra q.32.

5 Nota quoque, licet ante acquiſitionẽ portio deficiens accreſcat cohæredi, tamen hoc nõn procedit in filio teſtatoris, is enim licet deceſſerit ante aditam hæreditatem, tamen portionem ſuam ad hæredes tranſmittit, nec accreſcit cohæredi. Communem dicit Rip a.l.1. num. 166. ff. de vulg. ...

Quæſtio

Quæſtio XVI.

SVMMARIA.

Is non facit partem, qui non admittitur ad partem nu. 1. declaratur nu. 2. & 3.

Quid ſi portio deficiat propter propriam culpam, & delictum hæredis. nu. 4.

Quid in portione quæ deficit, quia p nõ ſcripta habetur. nu. 8. 9. item caduca. nu. 10. uel quaſi caduca, nu. 11.

1 ALia eſt concluſio, quãdo portio deficit reſpectu legatarij, ut ſi talis ſit qui non admittitur ad partem, namq; tunc etiam non facit partem, ideoque locum habet ius accreſcẽdi, tex. l. huiuſmodi, §. ſi Titius. ff. de legat. 1. & hoc procedit quando nullo modo admittitur, nec
2 admitti ſperatur. Secus ſi ad partem quouis modo etiam de æquitate admitti ſperatur, namque tunc partem facit, i. reddit ſuum collegatarium particularem. & impedit ius accreſcendi, vt ſi teſtator legat rẽ Titio & ſeruo teſtatoris, licet enim in perſonam, ſerui legatum nõ valeat; tamen ipſe facit partem, & impedit ius accreſcendi, quia legatum in perſona ſerui eſt validum ſaltem conſi[illegible] æquitate ſecundum quam hæres ipſius legatum pręſtare tenetur, licet de rigore actio nõ detur. ita tenęt Bart. d. l. plane. §. coniunctim. & ſequuntur Doct. communiter, vt teſtatur Crot. d. l. re coniuncti. nu. 69.
3 Declara item hanc concluſionem non procedere, quando teſtator reliquit eandem rem hæredi, & Titio legatario, namque tunc licet hæres ab initio faciat partem, tamen portio non accreſcit legatario. Quod intellige, quando eſſent coniuncti verbis tantum, ita quod teſtator partes aſſignaſſet, namque tunc legatarius tantum partem ſuam caperet, aliam poteſt hæres retinere, ſecus ſi re vel mixtim eſſent coniuncti. ita tradit Barto. d. l. plane. §. ſi duobus. ff. de leg. 1. & tranſeũt omnes cum Bar. vt dicit ibi Raph. Cuma. licet ipſe reprobet, & q nemo contradicat excepto Cuma. dicit Crot. d. l. re coniuncti. n. 70. itaque durum eſſet in iudicãdo contra ſtimulum calcitrare.
4 Quæro item, quid ſi portio deficiat ꝑpter culpam & proprium delictum hæredis, numquid habebit locum ius accreſcendi? Reſpond. quòd non, ſed facit partem, i. impedit ius accreſcendi, & portio eius applicatur fiſco non cohæredi. tex. l. ſi Titio, la 5. ff. de leg. 2. & ibi not. gl. & Docto. communiter, ut teſtatur Anto. Gomez. d. cap. 10. num. 30. plures de communi teſtantes adducit Soarez. Theſau. recept. ſent. lit. A. num. 16. facit quod quãdo hæreditas aufertur ab hęrede tanquã indigno, propter delictum & culpã eius ſẽper applicatur fiſco, nõ vero cohæredibus, idem ergo in parte. ita no. gl. l. hæreditas. C. de his quib. vt indign ibi hanc dicit communem opinio. Iaſ. idem aſſerit Gomez. d. loco. nume. 30. & dixi ſupra. §. inſtitutio.
5 Infertur ex hoc, ſi quis ex hæredibus non uindicauit necem defuncti, eius portionem applicari fiſco, non uero accreſcere eius hæredibus. tex eſt l. 1. & tot tit. C. de his quib. vt indig.
6 Infertur item, quod ſi ortæ ſint inimicitiæ inter defunctum, & hæredem in uita vel poſt mortem, quo caſu efficitur indignus, portio eius applicatᷓ fiſco & non cohæredi per ius accreſcendi. text. l. indignum. ff. de his quib. ut indign. & ibi not. glo. & ſequuntur communiter Docto. ut aſſerit Gomez. d. loc. num. 30. uerſ. 2.
7 Infertur tertio, quod ſi quis ex hæredibus tacitam fidem fecerit de reſtituendo filio ſpurio, illa portio applicatᷓ fiſco, & non cohæredibus. text. l. 1. ff. de iure fiſci, ſecus uero eſt, quãdo palam relinquitur ſpurio, id cohæredibus accreſcit. ita tenet Bar. l. fin. C. de his quib. ut indign. & hanc dicit eſſe communem opn. Alexand. d. l. hæreditas, & conſil. 74. nume. 6. uolum. 3. Petr. a Duen. tract. reg. reg. 366. nu. 3. Si tamen cohæredes etiam diſſimulauerint uel tacuerint intra duos menſes, inuadit fiſcus tales res, ita tenet Bald. l. certũ num. 17. C. und. leg.
8 Quid autem in portione quæ deficit, quia pro ſcripta habetur, ut ſi teſtator inſtituit duos uel plures hæredes, uel reliquit legatum pluribus, quorum unus erat mortuus tempore teſtamenti? Reſpõ. quod tunc portio eius accreſcit alteri, & eſſet perinde ac ſi nõ eſſet inſtitutus. tex. l. unica. §. his ita, C. de caduc. toll. nd. Et hoc procedit etiamſi uitio uel culpa hæredis onerati uel legatarii pro non ſcripta habetur, ut in damnato in metallum uel

deportato, Namque talis prorſus ĩcapax eſt, & habetur ac ſi inſtitutus non eſſet & accreſcit cæteris inſtitutis uel venientibus ab inteſtato. hanc dicit eſſe magis cõmunem, & ueram ſententiam Alex. conſ. 26. nu. 1. uol. 1.

9 Idem dic ſi condemnatus ad mortem naturalem aufugeret de carcere, poſtea inſtitueretur. Nam inſtitutio habetur pro non ſcripta, & accreſcit cohæredibus. Gomez. d. loco.

10 Quid idem in portione caduca, vt quia teſtator inſtituit duos uel plures hæredes, quorum vnus erat uiuus tpe teſtamenti, tamen deceſſit antequam adiuit hæreditatem, vel antequam dies legati ceſſit? Reſp. quod tunc quoque eius pars accreſcit alteri cohæredi. tex. d. l. vnica.

11 Idem dic in quaſi caduca, quando, ſ. hæres vel legatarius erat in rerum natura tempore teſtamenti, ſed mortuus viuo teſtatore, quia tunc portio afficitur quaſi caduca, & accreſcit cohæredi. tex. d. l. vnica. §. pro ſecundo, & ibi not. communiter Doct. ut teſtatur Gomez. d. loco, nu. 29. verſ. ſecundo modo.

Queſtio. XVII.

SVMMARIVM.

In legato ob cauſam non iterabilem relicto non habet locum ius accreſcendi.

VVlgata & communis eſt concluſio, quod ſi legatũ relictum eſt ob cauſam non iterabilem non habeat locũ ius accreſcendi, ut ſi coniunctim plurib. eſt legatum ob cãm alimentorum, tex. l. dominus, §. 1. ff. de uſufr. & ibi gl. communiter approbata, & tenet Bar. d. l. re coniuncti. nu. 42. & hanc dicit communem opi. & veram Crot. ibi. num. 73. Rip. nu. 140. Bologn. n. 305. Romul. nu. 290. Fernan. Vaſqu. d. §. 23. nu. 85. & nouiſſime Frãc. Mant. de coniect. ulti. uolun. lib. 10. tit. 3. num. 24. Neque enim alimenta reiterari poſſunt cum perſonę cohæreat & ſicut non poteſt quis bis uel ter uiuere, ita nõ poteſt bis habere alimenta, idque ex prę ſumpta teſtatoris mente qui non præſumitur vltra modum alimentorum quicquam uoluiſſe legare.

Queſt. XVIII.

SVMMARIA.

Iure accreſcendi non utitur, qui præter ius commune ad legatum admittitur. diſtinguitur nu. 1. 2. & 3. 5. & 6.

Stante ſtatuto quod fœmina non ſuccedant, exiſtentibus maſculis, uno ex maſculis decedente, portio eius fratri non ſororibus accreſcit, nu. 4.

CIrca perſonam legatarij qui petit partem deficientem conſiderandum quoque eſt, An is admittatur ex iure cõ-

1 muni quo caſu non dubitandum quin ius accreſcendi locum habeat, niſi aliud impediat. An vero ad partem ſuam admittatur de iure ſpeciali contra ius commune. Namque tunc duæ inſpectiones faciẽdæ, una ſi circa ius non decreſcendi, altera circa ius accreſcendi.

2 Circa primam inſpectionem communis & indubitata eſt concluſio, quod inter ſuccedentes de iure ſpãli & contra uoluntatem tam inter hæredes q̃ legatarios habet locum ius non decreſcendi, ita tenet Bar. d. l. re coniuncti. n. 47. & ſequuntur Doc. communiter, ut teſtatur ibi Bolog. nu. 323. qui ſubdit hanc eſſe ueram concluſionem, a qua non recedendum.

3 Circa ſecundam diſtinguendum eſt inter hæreditates & legata. Primo caſu inter hęredes ſuccedentes de iure ſpeciali, & contra uoluntatem defuncti habet locum ius accreſcendi. ita tenet Bar. d. l. re coniuncti, & ſequuntur Doct. communiter, ut teſtatur Bolog. nu. 320. Crot. nu. 8. Ratio eſt, ne teſtator pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedat.

4 Infertur ex hoc ſtante ſtatuto, quod fęminę non ſuccedant exiſtentibus maſculis, ſi quis deceſſerit relictis maſculis duobus & pluribus filiabus, & unus ex maſculis repudiet portionem, uel priuatus eſſe portionem deficientẽ accreſcere fratri non ſororibus, quia in hæreditatibus iuri accreſcendi locus eſt, & in caſu ſtatuti maſculi ſuccedunt ab inteſtato, & ita uocantur ex iudicio teſtatoris, quo caſu ſecundum omnes habet locum ius accreſcendi. ita tenet Bar. d. l. re coniuncti. nu. 48. & ibi Romul. dicit ꝙ crebrior ſit opinio. nu. 213. nouiſſime Vaſque de ſucceſſ. progreſ. §. 23. nu. 74.

Secundo caſu diſtinguendum, aut petitur contra uoluntatẽ defuncti, & nõ habet locum ius accreſcendi ita tenet Bart. d. l. re coniuncti, & ſequunt Doct. cõiter,

vt

ut teſtatur ibi Rip.n.148. Bolog. n. 312. Ant. Fumc.d.contract.coniunct.rub. qui l us caſibus locum hab.Reg. 4. Fernand. Vaſq.d.§.23.num.79.

Aut legatarius admittitur de iure ſpeciali ſecundum uoluntatem defuncti, & hæres a quo legatum eſt p. æ tandum admittitur contra uoluntatem teſtatoris, ut puta per contra tabulas, & tunc non habet locum ius accreſcēdi.ita tenet Bar. d.l.re coniuncti.& ſequuntur cōiter Doctо.ut teſtatur ibi Crot.nu. 76. Bolog.n. 515.licet ipſe totam diſtinctionem Bart. improbet. Fernand. Vaſq.d.§.23. nu.72.

Secus uero ſi ille a quo petitur legatū ſuccederet ſecundum voluntatem defuncti: Nam tunc ius accreſcendi locum habet,licet legatarius petat de iure ſpeciali, ita tenent omnes allegati, ideoque ſi minor qui repudiauit admittitur ad legatū beneficio reſtitutionis in integrum ſic d̄ iure ſpeciali,habet ius accreſcēdi in portione coniuncti deficientis, Quia admittitur ſecundum uoluntatem defuncti,& legatum præſtatur ab illo,qui etiam ſucceſſit ſecundum uoluntatem defuncti. ita tenet Bar.p tex.l.1.§.1.de collat.bon. d.l.re cōiūcti,& ibi aſſerit hac eē cōē opi. Cro. nu.79.Fer.uaſq.de ſuc.prog.§.23.n. 112.

Quæſtio XIX.

SVMMARIVM.

Ius accreſcendi an habeat locum ſtante ſtatuto in uno loco, quod fœminæ non ſuccedant exiſtentibus maſculis, & ii habeat bona in diuerſis territoriis.

IVxta prædicta quæro, Pone quidam habet bona in diuerſis territoriis, in quibus ſunt diuerſæ leges, & ſtatuta, ꝙ ſi fœminæ in uno loco ſuccederent exiſtentibus maſculis,in alio lōco per ſtatutum poſſent ſuccedere exiſtentibus maſculis,nunquid habeant locum ius accreſcendi?Reſp.ꝙ nō,ſed bona vbi feminæ ſuccedunt cū maſculis, feminæ pro rata earum haberent ab inteſtato,imo feminę prædictæ habent ius rumpēdi teſtū pro earum rata,ita not.Bar.l.cunctos populos,q.6.C.de SS.eccl. & ſequuntur Doc. cōiter,ut teſtatur Bolog.d.l.re coniuncti nu.339.Quia eſt diſpoſitio legis exiſtentis in alio territorio contraria illi ſtatuto ideo impedit ius accreſcendi.

Quæſtio XX.

SVMMARIA.

Inter ſuccedentes diuerſo iure non habet locum ius accreſcendi.nu.1 tam in coniunctione hominis,quam legis,nu.2.

QVæro numquid ius accreſcendi habeat locum inter ſuccedentes diuer-
1 ſo iure?Reſp.ꝙ non ita tenet Bar.l.pater filium,ff.de inoff.teſt. & ſequuntur Do-
2 cto.cōmuniter,ut teſtatur Bolog.d.l. re coniuncti nu.337.Fernand. vaſq. d. §. 23. nu.86.Ratio, quod eadem res diuerſo iu-
2 re cenſeri non debet. Et procedit hoc nō tantum in coniunctione legali,ſed etiam hominis,vnde ſi duo fratres exhæredati contra tertium fratrem inſtitutum querelam mouerunt,& alter a querela & lite deſiſtit,eius pars alteri,frī,q peregit querelam accreſcit,nō fratri,inſtituto, ita eſt tex.l.ſi proponas.§.fin.ff.de inoff. teſt.& hanc dicit eſſe communem opi. Fernan. vaſq.d.§.23.nu.118.verſ.ſtat.ergo,quod mente tenendum dicit idem vaſq.de ſuc. prog.§.15.nu.67.

Quæſtio XXI.

SVMMARIA.

In uniuerſalibus hæreditatibus locum habet ius accreſcendi.nu.1.

Quid in fideicommiſſis uniuerſalibus,nu 2.

Quid hærede inſtituto in re certa nu. 3.

An hæres uniuerſalis ex teſtamento, uel ab inteſtato adeundo unam rem conſequatur reliquum per ius accreſcendi,nu.4.

Quid ſi in duabus partibus inſtitutus unam repudiat,nu.5.

Quid ſi in parte repudiata habet ſubſtitutum num.6.

1 IN hæreditati' us uniuerſalib.habet locum ius accreſcendi.tex.l.ſi ex plurib. ff.de ſuis,& legit. hær. & procedit quidē hoc in directis hereditatibus.Sed quid in
2 fideicommiſſariis uniuerſalibus,an inter eos erit locus iuri accreſcendi,ut ſi teſtator inſtituit Titium hæredem, & grauauit de reſtituenda hæreditate duobus, & unus eorum repudiet.Reſ. Controuerſū fuit,namq; non eſſe locum iuri accreſcē di uoluit pract.Pap.in ſua practica forma libelli,qua agitur ex ſubſtitutione, quia ceſſat ratio inconuenientiæ, propter quam in directis hæredibus admittitur

liquidem

ſiquidem hæres directus, qui hæres manet partem repudiatam retinet.

Contrariam uero partem tenet Bar. in conſi. 53 Picardus num. 2 & Alci. d. l. re coniuncti dicens contrariam ſententiam eſſe ridiculam, quod cõiunctus ſit potior grauato ſiue ſingulari, ſiue vniuerſali ſideic. ſit grauatus hanc ſententiam magis receptam aſſerit nouiſſime Franc. Mantica de coniect. ultim. volunt. lib. 10. tit. 3. nu. 1. & 2. hæc indiſtincte vera quicquid dixerit Vaſq. d. §. 23. n. 103.

3 Quæro, nunquid in hæreditatib. uniuerſalibus herede instituto in re certa ſit locus iuri accreſcendi? Reſpond. dixi ſupra §. inſtitutio.

4 Quid autem ſi inſtitutus hæres vniuerſalis in tota hæreditate, uel ſucceſſor ab inteſtato uniuerſalis adit unam rem, Numquid cẽſetur in totum adire, An vero aliæ res vel partes ei accedant per ius accreſcendi? Reſpon. ꝙ conſequitur omnes res iure inſtitutionis. tex. l. ſi ex aſſ. ff. de acq. hær. Alias. n. defunctus repreſentaretur pro parte, & pro parte non, ꝙ fieri nequit. ita tenet Bar. l. 1. ff. de acq. hæred. & ſequuntur Docto. communiter, vt teſtatur Gomez. d. c. 10. num. 17. Quod procedit etiam ſi inſtitutus eſſet ſeparatim diuerſis orationibus ut in una parte teſtamenti in dimidia, in alia parte in alia dimidia. Namq; ſi agnoſcit vnam partẽ, ſtatim alia quoque agnouiſſe cenſetur, tex. l. 2. ff. de acq. hær. & ibi communiter Doct. vt Gomez. aiſ' ric d. loco.

5 Quid autem ſi talis hæres in duab. partibus inſtitutus vnã partem adit, & alteram expreſſe repudiat? Reſp. quod fit hæres in ſolidum, & conſequitur aliam partẽ per ius accreſcendi, ita tenet gl. d. l. 2. & ſequitur Bar. & Doct. communiter, ut teſtatur Gomez. d. loco.

6 Quæro item, quid ſi hæres in partibus diuerſis inſtitutis habet ſubſtitutum vulgarem in parte repudiata? Reſpon. quod talis repudiatio nihilominus eſt nullius momenti, & pars repudiata etiam inuito accreſcit. ita tenet Bar. l. ſi ſolus, per illũ tex. ff. de acquir. hæred. & hoc communis & verius affirmat Corne. ante nu. 4. Ang. Fulg. num. 3. Alex & Iaſ. nu. 1. l. quidem cum eſſ. 9. C. de iure delib. & magis communem ſententiam & æquitatis rationibus apprime conſentaneam & tenendam ſatetur Eman. Soar. add. ad Gomez. d. cap. 10. nu. 8. & 9.

Quæſtio XXII.

SVMMARIVM.

An in uſufructu habeat locum ius accreſcendi, diſtinguitur.

QVæro an in uſufructu locum habeat ius accreſcendi? Reſpon. Pro uera re-
1 ſolutione diſtinguendum eſt. Aut nulla datur coniunctio hominis nec legis, & tunc non habet locum ius accreſcendi etiam in uſufructu, tex. ı̆ l. 1. §. cæterum, ff. de uſufruct. accreſ. & ibi not. gloſ. & ſequuntur Doctor. communiter, ut teſtatur Gom. d. capit. 10. nu. 40. in fi. & quod ita omnes conueniunt dicit Fern. Vaſq. d. §. 23. nu. 28. verſic. ergo aut ſunt. Aut uero ſunt re tantum coniuncti, uel re & uerbis, & habet tunc locum ius accreſcẽdi uel non decreſcendi, tam in uſufructu, quam proprietate, & in hoc quoque omnes conſentiunt, ut idem Vaſqui. teſtatur dic. loco, ideoque adeo ut etiam poſt portionem quæſitam non ceſſet, vt dixi ſupra quæſt. 9.

3 Aut uero uerbis tantum ſunt coniuncti, & hic caſus videtur dubius propter tex. l. pen. ff. de vſuſf. accreſc. Sed communis eſt ſententia iſto caſu quoque locum habere ius accreſcendi, ut tenet Bar. & alii d. l. re coniuncti, & quod ſit communis fatetur Rip. ibi Fernand. Vaſqui. d. §. n. 25 quamuis ipſe contrarium defendere conetur, motus ea ratione, quod qui partem ſuam agnouit, partem uacantem iure ſuo petere non poteſt, quia ſibi non totum, ſed pars tantum data fuit, non quoque iure accreſcendi, quia vſuſfructus alteri datus perſonalis eſt, ut ſic ad alium nõ poſſit transferri. Præterea non accreſcit niſi portio uacans, ſed hęc non vacat, qa apud hæredem manet qui dominium acquiſiuit adeundo tam in proprietate, quã vſufructu.

Quæſtio XXIII.

SVMMARIVM.

In legitima habet locum ius accreſcendi.

ITem quæro an ius accreſcendi habeat locum in legitima filiorum? Reſpon. Quæſtio hæc utilis eſt & valde contro-

uer ſa:

uerſa. Namque legitima, ſi ſunt filii vltra quatuor dimidia, ſi quatuor tertia pars, & ſi cōtingat quod quintus deficiat, tunc legitima tranſit de dimidia in tertiam; Si vero remanebit in conſideratione, quia non excluditur in totum & accreſcit fratribus, remanebit dimidia; Vnde dubiū ſi unus fiat de ordine minorū uel deportatus ſeu priuatus omnibus bonis. An ſequentes quatuor ſoli conſiderentur, uel potius ex iure accreſcēdi tanquam quinque reputentur? Reſp. magis communis eſt opinio, quod imo in legitima ſit locus iuri accreſcendi, ut teſtatur Alexan. Iaſ. l. plene, §. ſi duobus, ff. de leg. 1. quos refert & ſequitur Rip. d. l. re cōiuncti, n. 211. Bolo. n. 392. Quia filii ſunt cōiuncti legaliter, & ubicunque agitur de prouidentia legali, attenditur coniunctio legalis. Quod tamen intellige quando filii moriuntur poſt mortem patris. uid. quæ latius infra §. legitima, q.

Quæſtio XXIIII.

SVMMARIA.

In contractibus regulariter non habet locum ius accreſcendi, ſed non decreſcendi, n. 1. declaratur in re mere indiuidua, nu. 2.

Quid in indiuiduis, nu. 3.

Quid item in uſufructu inter uiuos conſtituto, nu. 4.

1 QVæro, an in contractibus locum habeat ius accreſcendi? Reſp. quod regulariter in contractibus non habet locū ius accreſcēdi, ſed non decreſcendi. ita tenet Bar. l. ꝓpriū. ff. com. ꝓd. & d. l. re cōiuncti. q. 6. prin. hanc dicit eſſe cōem ibi Iaſ. nu. 95. Rip. n. 224. Bolog. n. 403. Romul. nu. 317. Alex. l. eum qui ita §. eum qui. Cōem quoque dicit Alc. li. 4. parad. ca. 7. & li. 6. c. 7. Ant. Gom. uaria. reſ. tom. 1. c. 10. nu. 4. & ibi Soarez. add. lit. B. Va-
2 ſq. de ſucceſ. creat. §. 10. nu. 118. Quod tñ intelligitur in re mere indiuidua vt ſeruitute, vt ſi quis promittat mihi & Titio ſeruitutē, ille enim non poteſt Titio ꝗri in totum, vel in patre, & tñ mihi accreſcit, uel ſaltē nō decreſcit, ita loquūtur, omnes, vt præallegati teſtātur, & Romul. vbi ſupra nu. 363. & hæc tenēda eſt, quicquid plerique dixerint namque ēt in ſeruitute per concurſum nō nihil uti litatis intercipi non ambigitur conſequē ter non inepte etiam in ea ius non decreſcendi ponitur.

3 Sed quid in diuiduis? Rñd. q ſi intereſt concedētis datur ius accreſcēdi, alias ſecus, ut ſi quis mihi & Titio uendat fundum, vel rem, & contractus ex aliqua cā in perſona Titii non ualet, portio mihi accreſcit, ne uenditor remaneat in damno, quia alias partem non uenderet, nec uelit eſſe in cōione. ita tenet Bar. d. l. re cōiuncti, & ſequuntur Doct. communiter, ut teſtatur Iaſ. & idē in l. ſi mihi & Titio ff. de uerb. oblig. & Alex. communem dicit Rip. d. l. re coniuncti. nu. 227. & tene. gl. quam ſequuntur communiter Doct. in l. fundus ille. ff. de contrah. empt. vt aſſerit Gom. d. loco nu. 3. nouiſſime Fern. Vaſq. d. §. 10. n. 119. ver. extat ergo, in fi. licet ipſe non ueram eſſe dicat.

4 Prædicta procedunt in proprietate, qd aūt in uſufructu inter uiuos conſtituto, nunquid habebit locum ius accreſcendi? Reſp. q ſic. ita tenet Bar. d. l. re coniuncti. 1. q. 2. q. prin. & ſequuntur communiter Doc. vt teſtatur Iaſ. d. l. ſi mihi & Titio, & Rip. d. l. re coniuncti. Vaſq. d. §. 10. nu. 127. licet ipſe impugnet.

Quæſtio XXV.

SVMMARIA.

In emphyteuſi duobus fratribus cōceſſa nō habet locū ius accreſcendi. n. 1. niſi conceſſa ſit pro penſione fructibus correſpondēte, nu. 2.

Quid ſi dictum ſit, ut poſt mortē eorum reuertatur ad concedentem, nu. 3.

IVxta prædicta quæro, ſi quis cōceſſit duob. fratribus fundum in emdhyteu-
1 ſim, numquid uno mortuo portio alteri accreſcat? Reſp. Bar. in l. ſi mihi & Titio. ff. de uerb. obli. tenet q non, ſed reuertitur ad dominum concedentem. hanc dicit cōem, & approbatam ſentētiā Crot. d. l. re coniuncti. Rip. nu. 127.

2 Sciās tamen, qđ ſi fuit res conceſſa in emphyteuſim pro penſione correſpōdēte fructibus, qui percipiuntur ex re emphyteutica, tunc habet locum ius accreſcendi, quia iſtud intereſt concedētis, cui eſſet incommodum habere rem in cōione pro indiuiſo, unde ſua magis intereſt, quod portio deficiens accreſcat cum penſione

ſione ſoluenda pro re, ita tenet Alexan. d.l.ſi mihi & Titio, nu.11. & eſt communis, ut dixi q.præced.uerſ.Sed quid.

3 Sed quid ſi duobus fratribus fundus eſſet conceſſus in emphyteuſim, & adiecta ſunt uerba, qđ poſt mortem eorum reuertatur ad cócedentem, nunquid unius portio deficiens alteri⁹ accreſcat? Reſpó. Spec.tit.de loc.tenet ꝙ ſic, quia tunc id actum eſſe uidetur, & ſequit Sal.l.2. C.đ iure emph.& communé dicit opin.Crot. d.l.re coniuncti.nu.141.Sed contrariũ tenet Bar.d.l.ſi mihi & Titio, cuius dictum communiter approbari dicit Alexan. cõſil.167. nume.4. uolum.7. ſufficit enim mors alterius.

Intellig tamen, ut procedat hoc, quádo uerba referuntur ad plures quibus ab initio facta eſt conceſſio, ut in caſu prædicto, ſecus quando uni uel pluribus res cóceſſa eſt pro ſe, & eorum filiis, namque ſi relictis filiis aliqs deceſſerit, quorũ unus poſtea decedat, tunc nó reuertitur ad dominum, ſed alteri acceſſit, improprie tamen, quia talis potius uenit ex iure primæ inueſtituræ ita tenet Bar.d.l.ſi mihi, hanc dicit ibi communem opi.Iaſ.nu.12. Alex.conſi.21.n.5.uol.5. Corn.cõſ.122. li.3.conſi.131.lib.2.conſi.185.li.3.

Quæſt. XXVI.

SVMARIVM.

In donatione cauſa mortis habet locum ius accreſcendi.

QVæro, numquid in donatione cauſa mortis habent locum ius accreſcendi? Reſp. ꝙ ſic, ſicut in legatis & alijs ultimis uolũtatibus.tex. eſt l.uni.§.ſi. C. de cad.toll. & tenet Bar.d.l.re coniuncti, & ſequuntur omnes, ut teſtatur Imol.& Alex.l.2.ff.de legat.2. Romul.d.l.re coniuncti, num.369.

Quæſtio XXVII.

SVMMARIVM.

An iure patronatus ſit locus iuri accreſcẽdi

QVæro, an ius accreſcendi habeat locum in iure patronatus eccleſiarum? Reſp. ꝙ non, ſed ius non decreſcendi. hanc dicit eſſe cõem opi. Rip d.l.re coniuncti, in fi. Bolog. num.424. Fernand. Vaſqu.d.§.23.nume.119. Unde ſi conceſſa ſit præſentatio Capellani in una capella, tunc poſt mortem alterius alter habet ius præſentandi in ſolidum per ius non decreſcendi.

Quæſt. XXVIII.

An potentius ſit ius accreſcendi, quã tranſmiſſionis.

QVæro, an potẽtius ſit ius accreſcẽdi quam trãſmiſſionis. Pone, mulier deceſſit relictis trib⁹, uel quatuor filiis, unus ex eis moritur hæreditate non adita, ſuperſtite filio ſuo: an tranſmittet portionem illam ad filium, an uero eius portio accreſcet fratribus cohæredibus? Reſpon. duo ſunt caſus cõſiderandi. Primus eſt in tranſmiſſione, quæ fit beneficio l.unica. C.de his qui ante aper. tab. & illa nó impeditur per ius accreſcẽdi, quoniam non impeditur per dationẽ ſubſtitui, ergo multo minus per dationẽ cohæredis, & ſic per ius accreſcendi, cum potentius ſit ius ſubſtitutionis, quam accreſcendi.

Secundus caſus eſt in tranſmiſſione, q. fit ex potentia ſuita[illegible], & illa impedit ius accreſcendi, eo q. ſuitas, à qua cauſatur dicta tranſmiſſio, tollitur p dationem cohæredis, ita tradunt communiter Doct. in d.l. ſi fratris de iure delib. ut teſtatur Crot.d.l.re coniuncti.nu.151.

Quæſtio XXIX.

SVMMARIA.

An portio accreſcat inuito, diſtinguitur in cohæređ teſt., & legat., nu.1.& ſeq.

1 REſtat ut uideam⁹ qualiter, & ad qd detur ius accreſcendi. Quæro itaq; an ius accreſcendi complectatur inuitos ita, ut inuitis portio deficiens accreſcat? Reſp. Aut loquimur in hæreditatibus, aut legatis. Primo caſu pars hæreditatis deficiens accreſcit aliis cohæredibus inuitis, & nolẽtibus. ita eſt tex.l.uni.§. his ita.C. de cad.toll. Bar.d.l.re coniuncti, & ſequũtur communiter Doct. ut teſtatur Crot. nu.91.Bologn.nu.355. Anton. Gomez. uaria. reſolu.cap. 10.nu. 110. Ratio communis eſt, quæ deſcendit ex regula iuris, ne qs pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedat.

2 Scias tamen, quod ſi hæres adiuit hæreditatem ante repudiationem factã per ſuum cohæredem, tunc portio cohæredis

dis deficiens non accreſcit ei inuito, ſed imo licet alia hæreditas ſemel adita non poſſit repudiari. tamen dicto caſu hęres & beneficio hæredis repudiantis hæreditatem quã adiuit, poterit repudiare, tex. l.cum hæreditatem.ff.de acq. hæred. qui tex.licet loquatur in ſuo & neceſſario hęrede:tamen procedit etiam in hærede extraneo,ita no.ibi Bar. & ſequuntur Doc. communiter,ut teſtatur Crot.d.l. re coniuncti,n.29. Ant.Gomez.d.loco, in fin.

3 Aut loquimur de legatis,& tunc ſi veniat per ius accreſcendi, ut quia re ſunt coniuncti,vel re & verbis mixtim, & accreſcit uolenti collegatario, non autẽ inuito,ita tradit Bar.d.l.re coniuncti, & ibi ſequuntur communiter Doct.vt teſtatur Bolog.nu.355.Aut per ius accreſcẽdi,ut ſi uerbis coniuncti ſunt,& tunc nõ accreſcit inuitis. ita tradit Bar.d loco,& communem dicit Bolog.nu.356.& ꝙ ab hac doctrina nemo diſcrepat fatetur Ant. Fume.d.tract.coniunct.rubr. & an quãdo ius accreſcendi inuitos comprehendat.

5 Aduerte quoq; iuxta ſupradicta, ꝙ procedũt in pluribus legatariis:vnus autem legatarius non poteſt partẽ legati acceptare.alteram repudiare.tex.l. neminẽ. ff.de leg.2.& ibi no.gl. & ſequuntur Doctores communiter,vt affirmat Gomez.d.loco.n.42.Secus tamen in hæredibus eius. Nam vnus hęredum poteſt partem ſuam acceptare, & alius repudiare,no.gl. l.legatarius.ff.de legat.1.& eſt communis opinio,ut teſtatur Gomez.d.loco.

Quæſtio XXX.

SVMMARIA.

An portio deficiens accreſcat cum onere,diſtinguitur inter hæreditates, & legata,num.1.

declaratur in hæreditate,quando hæreditas uacat pro non ſcripta,& onus ſimpliciter iniunctum eſt vel omnibus hæredibus nu. 2.

in legatis ſubdiſtinguitũ an portio deficiat ꝓ non ſcripta,uel quaſi caduca,num.3.& ſeq.

QVæro præterea, an portio deficiens accreſcat coniuncto cum onere, qđ fuit iniunctum hæredi,vel legatario? Re-
1 ſpond. Aut loquimur in hæreditatibus, aut legatis.Primo caſu, in hæreditatibus uniuerſalibus portio accreſcit cum onere,quando hęreditas vacat pro non ſcripta.ita tradit Bar.d.l.re coniuncti, quem ſequuntur communiter Doc. ut teſtatur ibi bologn.n.368.Crot.nu.15.Communem dicit Romul.num.277. dicens hanc eſſe veriorem, quamuis contrarium teneat Imol. cuius opinionem dicit uideri communiorem,Polit.nu.84.d. l. re coniuncti,ſed decipitur. Ratio eſt,quia onus ſuſtinetur hæreditate, quæ repreſentat perſonam defuncti:ideo licet non fuerit in rerum natura tempore facti teſtamenti,& ſic hæreditas ſit pro non ſcripta, onus tamen eidem iniunctum ſuſtinetur in perſona repreſentata, conſequenter hæreditas quæ pro non ſcripta habetur trãſit cum onere,& in hoc differentia eſt inter legata,& hæreditates.

3 Et hæc concluſio quidẽ procedit, quãdo onus fuit iniunctum hæredi ſimpliciter,uel omnibus hæredibus,quia ex quo omnibus fuit iniunctum omnes tenẽtur. & hæc concluſio non habet difficultatẽ, ut dicit Crot.d.loco,Romul. num. 279. Secus ſi onus nominatim ſit iniunctum uni ex hæredibus,cuius portio debet accreſcere,tunc enim portio pro non ſcripta vacans accreſcit ſine onere, ſicut in legatis, hanc dicit communem ſententiam Polit.nu.85.Romul. d. loco nume. 280.dicens ab illa opinione non eſſe recedendum.

3 Secundo caſu loquimur in legatis, & tunc aut portio deficit pro non ſcripta illius qui erat mortuus tempore teſtamenti,& iſto caſu accreſcit coniuncto,vel ſubſtituto ſine onere,uel reuertitur ad hæredes teſtatoris ſimiliter abſque vllo onere tex. eſt d.l. vni. communem dicit Polit. d.l.re coniunct.nu.84. & ſeq.

4 Aut portio deficit pro non ſcripta ex delicto,quando relictum propria manu ſibi ſcripſit,& tunc accreſcit cum onere hanc dicit communẽ opinionem Bolog. d.l.re coniuncti,nu.354.Polit.nu. 83.

5 Aut deficit portio quaſi caduca, quia ſcilicet legatarius reperitur viuus tẽpore teſtamenti,ſed mortuus tempore mortis ipſius teſtatoris, & iſto caſu portio accreſcit coniuncto,uel ſubſtitutio,uel reuertitur ad hæredes teſtatoris cum onere Bar. d.l.vni cõiter & Doc.vt teſtatur Gomez. d.loco.nu.43.uerſic.3.concluſio.

6 Prædicta tñ procedunt in coniunctis verbis

verbis tantum, vel re, & uerbis ſimul, ita tradit Bar. d. l. re coniuncti, & eſt communis opinio ut teſtatur Crot. ibi nu. 109. Bologn. nu. 371. Alciat. num. 55. Romu. nu. 81. hanc dicit ueram & communem Gribal. concluſ. 38. quamuis in mixta cõiunctione Petr. de Bella Petr. & plerique alii contrarium docuerunt propter qualitatem coniunctionis realis, ſed a communi non recedas propter uirtutem copulæ, & quę reſpicit onus impoſitum vni in perſona alterius, & operatur id, vt videatur teſtator hoc idẽ repetere in vno, quod in altero ordinatum erat, & pro hoc militat ratio regulæ, qua traditur, quod legatum accreſcit cũ onere, a qua non reperitur exceptuatum, niſi quando aliquid diſtinctum pluribus eſt legatum. Romul tamen d. loco dicit, quod licet hæc opinio ab omnibus ſit recepta, tamẽ contraria non ſolum diſputãdo, uerior, ſed etiam ab ipſa iudicando & conſulendo non eſſe recedendum.

Secus vero eſt, ſi legatarii ſunt coniuncti re tantum, iſto caſu portio deficiẽs in diſtincte accreſcit ſine onere, ita eſt communis opinio, ut teſtatur omnes prælegati. Ratio eſt, quia qui re coniuncti sũt ſolidum uendicant ſi non fiat concurſus. itaque non alienum conſequuntur, ſed ſuum conſequenter portio ſine onere accreſcere debet.

Quæſtio XXX.

SVMMARIVM.

An portio deficiens accreſcat pro uirili, uel pro portione.

QVæro, numquid portio deficiens accreſcat pro uirili, an pro portionib. hęreditatis, uel legatis? Reſp. Bart. docet pro portionibus hæreditatis, uel legatis accreſcere, & eſt communis concluſio, ut teſtatur ibi Bolog. n. 373. Romul. n. 284. Ratio eſt, quia qui maiori ſumma eſt uocatus ad hæreditatem uel legatum, prę ſumitur magis dilectus a teſtatore cõſequẽter in portione deficiente prædilectus cẽſetur ſiquidem ius accreſcendi ex tacito teſtatoris iudicio deſcendit.

Quęſtio. XXXI.

SVMMARIVM.

An portio unita cum ſubſtitutione pupillari accreſcens trahat ad ſe bona impuberis.

QVæro item, an portio accreſcens vnita cum ſubſtitutione pupillari, puta quia idem eſt cohæres & ſubſtitutus, trahat ad ſę bona impuberis? Reſ. Bar. tenẽt ꝙ ſic, ſed in cõtrariam ſententiam cõiter itum eſt ab interpretibus uolentibus ꝙ imo bona impuberis habeat iure ſubſtitutionis, quod concurrit cum iure accreſcẽdi in bonis patris, & bona patris poterit habere iure accreſcendi, & iure ſubſtitutionis. hanc dicit communem Doct. ſententiam & tenendam Bolog. d. l. re coniũcti, nu. 377.

Quæſtio XXXII.

SVMMARIA.

In legali coniunctione ab inteſtato locus eſt iuri accreſcendi. nu. 1.

An etiam prælationi locus ſit, diſtinguitur nu. 2

DIctum de iure accreſcendi, quãdo, & qualiter detur coniunctis coniũctione hominis, nunc breuiter quæro, An & quomodo habeat locum in coniunctione legali coniunctis? Reſp. Bar. d. l. re coniuncti concludit, ꝙ in cõiunctionibus legalibus ab inteſtato, id eſt, quę inducuntur ex primæ ua vocatione legis, locum habeat ius accreſcendi, & hoc ſequuntur Doct. communiter, ut teſtatur Bolog. ibi nu. 387. Romu. nu. 230.

Quinimo inducit inter ipſos quoque prælationem, quando ſub diuerſis rationibus plures uocantur. Aut igitur ſunt æquales in qualitate & cã coniunctionis. ut oẽs filii, & oẽs nepotes, & tũc æqualiter uocantur. Aut ſunt inęquales qualitate, ut aliqui filii, aliqui nepotes, & tũc ius accreſcendi vario modo inter eos habet locum, ſicut propter uarias qualitates uocantur. Dic igitur ꝙ ſi extantibus plurib. filiis & nepotib. ex vno, vnus ex filiis moriatur tũc alii filii & nepotes ſimul uniti,

quia repreſentant patrē, æqualiter uocātur cum patruis. Sin vero vnus ex nepotibus moriatur, accreſcit alteri nepoti, & non, patruis, quia ibi ipſi habent aliam qualitatem inter ſe, propter quam vocātur, & ꝑ eam mag is uniūtur, & ideo inuicem præferuntur, & hanc concluſionem Doctores cōiter ſequuntur, vt aſſerit Bolog. d. l. re coniuncti, nu. 387. & quod cū Bar. ꝑ tranſeunt oēs dicit Romu. n. 360.

Sed pone Teſtator habens liberos ex duab. uxorib. duos filios ex prima, duos ex ſcḋa, eos inſtituit, & inuicē ſubſtituit unus ex illis repudiat. An admittat̄ frater utrinque coniunctus, an vero oēs pariter admittant̄, dixi ſ. §. ſubſti. q. 57.

Quæſt. XXXIII.

SVMMARIA.

In feudis an ſit locus iuri accreſcendi diſtinguuntur duo caſus principales. Primus ē ante portionem quæſitam, nu. 3.

In feudis pro alio, an poſſit quis pro alio ſtipulari nu. 1.

Frater pro fratre in feudis ſtipulatur. n. 2.

Poſt portionem acquiſitam diſtinguitur inter feudum nouum, & antiquum, nu. 4. & ſeq.

QVæro, An ius accreſcendi habeat locum in feudis? Reſpon. Quæſtio eſt quotidiana & utilis, in qua uariarunt interpretes. pro clara reſolutiōes huius dubii duæ faciendę ſunt inſpectiones.

1 Prima, An hēat locum ius accreſcendi ante portionem quęſitam. Scḋa, an habeat locum poſt portionem quæſitā. Circa primū præmitto duo. Primum quod in feudis extraneus non pt̄ pro alio ſtipulari, ita tenet Bal. c. 1. ſi uaſal. feud. priuetur, & iſta eſt communis opi. ut teſtat̄ Paulus Picus in vſib. feu. tit. de his q feu. dare poſ. nu. 37. Quod tn̄ intelligitur ut procedat, ſi quis ſibi & Titio ſtipulatus fuerit. Secus qn̄ ſtipularet̄ pro ſe & nomine alicuius abſentis ꝑ verba inflexa ſeu obliqua, talis. n. ſtipulatio ualet, & tenet Bal. d. c. 1. ſi uaſallus feu. priuet̄, & eſt gl. ſingularis l. huiuſmodi, in prin. ff. de leg. pri. q̄ Doc. oēs ſequuntur, & nullus diſcrepat ab ea, vt teſtat̄ idē Picus d. loco, num. 39.

2 Secundo præmitto, quod frater ꝑ fratre i feudis ſtipulari pōt, & hæc eſt cōis opinio, ut teſtatur Picus d. loco, nu. 41.

3 His præmiſſis, ſi quis ſibi & alii abſenti ſtipulatus eſt feudū, quo caſu ſi eſt extraneus, ſtipulatio nulla eſt, uel ſi ualet is cui ſtipulatus eſt alter ratum nō hēat. An pars illa ſtipulanti accreſcat ante pactionē Titio acquiſitā, dubiū eſt. Et Doctores communiter diſtinguuntur duos caſus. Primus eſt, quando quis ſibi & alteri gratis feudū dari ſtipulatus eſt, & tūc ius accreſcendi locum non habet. ita tradunt Alex. Iaſ. & omnes in l. ſi mihi & Titio. ff. de uerb. oblig. ut teſtatur Mod. Pariſ. addi. ad Alex. conſ. 24. uerb. redit. vol. 5. Secundus eſt, quando pro precio æqualente ſtipulatus eſt, & tūc habet locū ius accreſcēdi. & in hoc cōueniunt oēs.

Nota tamen quod accreſcit cum iiſdē conditionibus & qualitatibus, quibus futura fuiſſet portio apud alium, cui ſtipulatus fuit, ſi eam acquiſiuiſſet.

4 Circa ſecundam inſpectionem videlicet poſt portionem quæſitā, diſtinguendū eſt inter feudū antiquum, & nouum. In feudo antiquo communis eſt concluſio, quod habet locū ius accreſcendi, tex. c. 1. de duob. fratrib. de no. feud. quem ad hoc notant omnes Doc. ut teſtatur Picus d. tit. de his qui feu. dare poſ. n. 12. & hāc communem dicit opinionem Cur. tract. feud. 2. par. princi. n. 74. Zaſ. 8. par. n. 32. Alex. conſi. 30. nu. 7. lib. 1. Pariſ. conſi. 6. conſ. 13. nu. 7. uol. 1. Bolog. d. l. re coniūcti, nu. 353. ibi Rip. n. 161. Ideoq; ſi patri cōceſſum eſſet feudū, et per patrē deueniſſet ad filios, tunc vno moriente ſine filiis, alteri acquiritur ex iure ſucceſſionis. Improprie tn̄ hoc caſū dicit̄ ius accreſcendi, quia potius conſequitur alter iure primæ inueſtituræ, hanc dicit communem & receptā Lud. Schrad. in ſuo tract. feud. 7. par. verſ. ſecundo caſu princ.

In feudo vero nouo, ſi duobus fratribus conceſſum ſit feudum communiter, & unus moriatur ſine filiis, portio eius alteri nō accreſcit, ſed ad dominū reuertitur. & procedit vbicunque feudū duobus fratribus ab inferiore a principe conceſſum eſt, tex. ca. 1. de duob. fratrib. & eſt communis opinio, vt teſtatur Alex. d. l. ſi mihi & Titio, n. 11. Paris. conſi. 16. nu. 2. uol.

vol.4.Bolog.d.l.re coniuncti, Cur.ſen. conſ.50.verſ.nono oſtenditur.

5 Quæ tamen concluſio declaratur non procedere, quando feudum nouum conceſſum eſſet ab Imperatore vel non recognoſcente ſuperiorem. Quia tunc mortuo uno ſine liberis, ſua portio accreſcit conuaſallo ſuperſtiti per tex.l.vnicæ, C. ſi imper.liber.lib. 10. Quæ lex quidem nõ habet difficultatem in donatione mera, quæ non habet naturam feudalẽ, ſed ſi donatio facta eſt ſecundum naturam feudalem, dubium eſt in quo Doct. paſſim varie ſenſerunt. Namq; Bal.cap.1.de fratrib.de no.beneſ. inueſt. tenet locum eſſe iuri accreſcendi. & hãc dicit eſſe com. opi. Iaſ.d.l.ſi mihi & Titio, n.6. cum pluribus allegatis per Clar.§.feudum, q.77. ver.ſcias tamen, vltra eos communẽ affirmat Paul.Picus d.tit. de his qui feu.dare poſſunt, nu.27. Gribald.d.l.re coniuncti conclu.102.

Contrarium quod indiſtincte in feudis non habeat locum ius accreſcendi tenet Cyn. d.l. vnica, & hanc ſequuntur fere omnes, ut apparet per Iſern. cap. 1. de beneſ.frater.& teſtatur Bolognet.d.l. re coniuncti, nu.353. dicens ab hac non eſſe recedendum, Romul. ibid. nu. 137. & quod ſit crebrior dicunt Mod. Pariſ. addit.ad Alex.conſi.30. ſub nu. 8.vol.1. Cur.ſen.d.conſi.50. Sed equidem prima communior eſt, & mihi veriſſima uidetur, vt teſtatur nouiſſime Clar. d. q.77. & tenenda. Nam vbi non habemus expreſſam deciſionem in feudis, ſtamus deciſioni iuris communis: cum ergo in feudis non reperiatur expreſſe deciſum qđ non habeat locum accreſcendi, quando emanarunt ab Imperatore, conſequẽter d.l.vnica licet loquatur in principis donatione habebit locum in conceſſione feudi facta ab ipſo principe, maxime cum contineat diſpoſitionem fauorabilem, quæ vnde etiam licet exorbitans debet extendi.

Sed quæro, quid ſi conceſſum eſſet feudum duobus fratribus a recognoſcente etiam ſuperiorem cum iſta clauſula, vt quamdiu ipſi, vel eorum hæredes maſculi uiuerent, feudum haberent, numquid habeat locum ius accreſcendi vno abſq; hæredibus maſculis defũcto? Reſpond. quod ſic, & eſt communis opinio, facit quod dixi de Emphiteuſi, q.præced.

6 Quid autem ſi duobus feudum conceſſum ſub huiuſmodi qualitate indiuiduũ eſſet an locum habebit? Reſpond. quòd ſic, quia per talem qualitatem indiuiduitatis videtur eſſe de mente concedentis, quod voluerit locum eſſe iuri accreſcendi, ita voluit Alex.d.l.ſi mihi, & Titio, &. eſt communis opinio, ut teſtatur Pariſi. conſilio ſextò numero ſeptimò uolumine primò.

7 Aduerte tamen, quod hiſce caſibus quibus propter indiuiduitatem ius accreſcẽdi locum habet, vaſallus qui iure accreſcendi partem deficientem cõſequi vult, tenetur ſoluere æſtimationem partis ſocii acquiſitę domino feudi, ita tradit Iſer. cap. 1.de fratrib.de no. bene. inueſt. & dicit communem eſſe Doc. concluſionẽ Pariſ.d.conſ.6.nu.8.

8 Quæro, princeps conceſſit duob. fratribus feudum nouum, & dicitur in inueſtitura quòd conceſſio ſit facta de feudo nouo, iure feudi antiqui, numquid in tali feudo habeat locum ius accreſcendi? Reſp. Communis eſt quòd ſic, quia per talia uerba immutatur rei natura, vt teſtatur Crot.d.l.re coniuncti, nu.186. dixi §. feudum.

Quæſtio XXXIII.

SVMMARIVM.

Qua actione ius accreſcendi petatur.

QVæro, qua actione petatur ius accreſcendi? Reſpond. Eadem actione, qua petitur id quod primordialiter relictum fuit, ita tenet Bar.d.l.re coniuncti, quem oẽs ibi ſequuntur, & eſt vera & cõmunis ſententia, ut teſtatur Fern. Vaſq. de ſucceſ.creat.§.10.num.518.& de his nunc ſatis.

§.Fal-

§. Falcidia.

QVoniam ſupra de legatis, & fideicommiſſis particularibus dictum eſt: hoc loco etiã de falcidia quędam tractare cõuenit. Eſt autem hæc materia falcidiæ ſubtilis, ſed multum practicabilis, quotidiana & valde utilis.

SVMMARIA.

Hodie nõ licet ultra dodrantem legare, & quod ultra legatur, defalcatur, nu. 1.
Falcidia multipliciter capitur, nu. 2.
Falcidia dicitur debita iure institutionis ſiue hæreditario, nu. 3.
Falcidia reſecat ipſo iure, & quod ultra dodrantem legatur, legatarijs debetur naturaliter, num. 4.
Falcidia inducta eſt fauore teſtatorum, num. 5.

1 PRo cuius intellectu præmitto quod l. 12. tab. permiſſum erat vnicuique totum patrimonium ſuum legare, text. l. uerbis legis, ff. de uerb. ſig. ſed l. Falcid. deinde cautum eſt, ut ultra dodrãtẽ bonorum non liceat legare, text. l. 1. ff. ad l. Falcid. quod vero ultra dodrantem legatum eſt, defalcatur per l. iſta, unde Falc. dicitur quarta portio, quæ per l. facidiã deducitur ex legatis, quæ dodrantem excedunt. tex. l. in quartam, ff ad l. falcid. & ibi Doct. communiter notant.

2 Secundo præmitto, quod falcidia nomen generale eſt, & multipliciter capitur. Proprie appellatione falcidiæ uenit hæc quarta quæ de legatis, & fideicommiſſis ſingularibus detrahitur.

Improprie uenit etiam appellatione falcidiæ quarta trebellianica, quę deducitur ex feidcõmis uniuerſalibus, de qua in §. ſeq.

Impropriiſſime uenit etiam legitima liberorum, ita eſt gl. ſingularis, Auth. vnde ſi parens, C. de inoff. teſtam. quam omnes Doc. communiter ſequũtur, ut teſtatur Fernan. Vaſq. ibi nu. 3. & ſeq. unde teſtator filio ſuo quid relinquẽs, ſiue dixerit, Relinquo pro ſua legitima ſiue pro pra falcidia, uel portione, uidetur iure, & titulo inſtitutionis reliquiſſe, & valet teſtamentum, vt dixi infra §. teſtamentum.

3 Tertio præmitto, quod quarta hæc falcidiæ heredi debita dicatur iure inſtitutionis ſiue hæreditario, unde dicitur quarta hereditatis. ita tradit Bartol. dict. l. in quartam, quem omnes ſequuntur, ut teſtatur Paulus Picus ibi numero 101. Polit. l. filium quem, numero 6. C. famil. herciſc. Ratio qua mouentur Doctores, quia ex quo legata de iure ff. non poterant fieri in teſtamento, & teſtamentum ſubſiſtere non poſſit ſine hæredis inſtitutione, conſequenter falcidia, quæ detrahitur de legatis, dicebatur debita iure inſtitutionis, quod ſecus eſt in trebellianica, quæ poterat habere locum ab inteſtato, ſiquidem fideicommiſſa ab inteſtato quoque relinqui poterant. Sed hæc ratio non uidetur valida, præſertim hodie, cum legata etiam ab inteſtató relinqui poſſint, uidetur igitur dici poſſe, quod in falcidiam imputẽtur ea quæ iure hæreditario capiuntur, ſecus in Trebellianica, ut §. ſeq. dicemus, ſed non inſiſto.

4 Quarto præmitto quod falcidia reſecat ipſo iure, quantum ſcilicet ad dominium, ut quadrans non tranſeat ad legatarium, ſecus quo ad obligationem, ideoque hoc. qđ ultra dodrãtẽ legatũ eſt, legatariis, & fideicommiſſariis naturaliter debetur, non autem ciuiliter ita tenet Bar. l. 1. ff. ad l. falcid. & l. 1. ff. de condict. indeb. & cum Bar. eſt communis opi. vt teſtatur Iaſ. l. cum quis, nu. 5. C. de iur. & fact. ign. d. l. 1. num. 19. Rip. l. ſi quis ex mortis, num. 9. ff. quorum legat. Communem quoque affirmat Soc. l. 1. col. fin. ff. ad l. falcid. & ideo in praxi eſſe ſeruandam affirmat Imol. ca. ſi. num. 10. de ſolut. Communem dicit Cuma. d. l. j. ff. ad falcid. num. 4. Panor. cap. quia plerique num. 16. de immunit. eccleſ. Iaſ. l. ſi pacto, num. 4. C. de pact. Rubr. conſi. 107. nu. 3. Alex. in l. ſi legatus, §. ſi princeps, num. 1. ff. ad Trebell. Anton. de Padil. d. l. cum quis, num. 2. Berend. Fernand. d. l. in quartam, nume. 192. Lancel. Polit. d. l. filium quem, num. 73. licet ipſe cum pleriſque aliis contrarium nititur defendere, poſtea vero diſtinguendo concordat opiniones, fatetur tamen in eo

nullam eſſe dubitationem, quod ipſo iure lex falcidia locum habeat quantum ad dominium impediendum ne tranſeat in legatarium, nu. 81. in fin.

5 Quinto præmitto falcidiam inductã fuiſſe fauore teſtatoris, licet vtilitatem hæredis reſpiciat, vt ſcilicet qui in teſtõ ab eo ſcriptus eſt hæres, facilius ad adeũdam hæreditatem commoueretur, & ita ultima ipſius uoluntas effectum ſortiretur, quę alias omiſſa aditione irrita redderetur, cum inſtitutio ſit caput & fundamentum teſtamenti, quia ſublata etiam legata corruunt. hanc opinionem communem profitetur Alciat. paradox. lib. 5. cap. 19.

Quæſtio I.

SVMMARIA.

Hæres grauatus ultra dodrantem de trahit falcidiam, nu. 1.

Quid in fideicommiſſario uniuerſali, nu. 2. declaratur, nu. 3. 4. & 5.

Hæres inſtitutus in re certa an detrahat falcidiam, num. 6.

An legatarius num. 7. & 8.

An filius teſtatoris poſſit detrahære legitimam & falcidiam. nu. 9.

1 His prę miſſis, videamus quibus permiſſa ſit falcidię detractio, & quidem expeditum eſt hęredem grauatũ legatis vltra dodrantem hæreditatis poſſe falcidiam, id eſt quartã iure ſuæ inſtitutionis detrahere. tex. l. 1. ff. ad falcid.

2 Sed quid in fideicommiſſario vniuerſali, nunquid detrahet falcidiam de legatis ſingularib.? Reſp. ꝙ ñ tex. l. lex falc. §. nũquã, ff. ad l. fal. Quod qdé regulare ẽ,

3 & ꝓcedit qñ hrẽs ſcriptus detraxit falcid. ſed quid ſi hæres reſtituit hæreditatem fideicommiſſario, nó de tracta falcidia volens gratiam facere fideicómiſſario? Reſpon. quod tunc detrahit, non tamen ex ſua perſona, ſed hæredis, & in dubio gratiam facere voluiſſe præſumitur. ita tenet gl. §. denique, & ſequunt̃ Doc. vt ibi fatetur Raph. Cuma. quem refert Alex. idem atteſtans Rip. nu. 10.

4 Quid autem ſi hæres non detraxit quia coactus adiuit, quo caſu non poteſt? Reſpond. quod tunc etiam fideicommiſſarius detrahit ex perſona ipſius hæredis. tex. l. Marcellus, §. quod ſi ſuſpecta, ff. ad Trebell. & hoc quoque non habet dubium.

5 Intellige tamen prędicta, vt procedãt, quãdo ab ipſo hęrede legata relicta ſunt, ſecus ſi a fideicommiſſario, quia de illis legatis numquam detrahit, text. l. facta, §. ſi cum ſuſpecta, ff. ad Treb.

6 Quæro item quid de hærede in re certa inſtituto, numquid poſſit facidiam detrahere? Reſpond. Bald. l. filium quem, C. famil. herciſ. tenet, quod inſtitutus in re certa non habeat ius deducendæ quartæ, dato cohærede vniuerſali adeunte hæreditatem, quod legatario ſit comparandus, & hæc verior & communior eſt opinio, ut teſtatur Eman. à Coſta cap. ſi pater, verb. Trebellianicæ, num. 19. de teſt. lib. 6. Corn. conſ. 236. & nõ reperiſſe qui Bald. contradicere aſſerit Soc. iun. conſil. 122. lib. 1.

7 Item quæró numquid legatarius grauatus falcidiæ quartã detrahat? Reſpó. quod regulariter non detrahit, niſi ſibi detrahatur, tex. l. lex falcidia, §. nunquã, ff. ad l. falcid. & hanc dicit eſſe cómunem Doc. ſolam Alex. ibi. Ideoque ſi teſtator legatario reliquit 30. & grauauit eum ut alteri 15. ſoluat, poſtea hæres legatario detrahit, ita ut tantum ſuperſit quod ſolutis 15. quartam nihilominus retineat, legatarius etiã poteſt detrahere pro rata ex præſumpta mente teſtatoris, quaſi illud quod detraxit hæres videatur detractum ambobus pro rata, ita tenet glo. l. 1. §. ſi Titio. ff. ad l. falcid. & hanc eſſe communem opinionem atteſtatur ibi Alex. nu. 1. & glo. l. 1. §. denique, ibi Doct. omnes ut dicit Ripa nu. 13.

8 Idem dic quãdo legatarius retinet falcidiam ex perſona hæredis, qui voluit ei gratiam facere non detrahendo, ita tenet Bar. d. l. denique, & ſequuntur cæteri Doct. ut Rip. teſtatur ibi nu. 4.

9 Iuxta prædicta quero, ſi hæres ſit inſtitutus de liberis teſtatoris, cui debetur legitima & Trebellianica, ſi poſt mortem uel ſub cõditione ſit grauatus, ut dixi infra §. Trebellianica, ſi is filius legatis & fideicommiſſis rerum particularium poſt mortem uel ſub quacunque alia conditione ſit oneratus, Nunquid tempore reſtitutionis fideicommiſſi particularis deducatur falcidia vltra partem iure naturę debi-

debitā, ita ut ſimul duas quartas, ſcilicet quartā portionem iure naturæ debitā, & falcidiam ex legatis vel fideicommiſſis debitam detrahere poſſit? Reſpon. in hac qōne diſſentio eſt inter interpretes. Et quidem ſciendum eſt, quod Pontificii in hoc articulo ad Trebellianicæ detractionem ſe retulerunt, nec quicquā locuti ſunt de falcidię detractione, vnde dubitatio inſurgit, An iura correctoria q̄ duas quartas detrahere permittunt, ad falcidiam extendi debeant, & quidam exiſtimarunt, detractioni falcidiæ locū non eſſe, nec in hoc corrigi iura antiqua quod voluit Fulg. in l. quamquam, n. 4. C. ad l. Falcid. quē ſequitur Alex. in l. ratione, §. quod vulgo nu. 12. verſ. poteſt etiam, & hanc communē eſſe ſententiā enunciat Lancel. Polit. l. filiū quem, n. 135. verſi. circa quartum, C. famil. hercif. Soc. iu. conſ. 136. Habita. n. 12. uol. 1. Fran. Manti. de coniect. vlt. uolun. lib. 7. tit. 2. n. 12. uol. 1, Fran. Manti. de cōiect. vlt. uolun. lib. 7. tit. 2. nu. 12.

Contrarium vero tenet Bar. l. 1. §. interdum, ff. ſi cui plus, & ſequitur Ioann. de Imol. & pleriq; alii, & hāc opinionē communem eſſe & veriorem dicit Hier. Gabr. in conſi. 1 . nu. 29. & priorem ſententiam non uideri communem nec probabili ratione ꝑſuaderi poſſe dicit Ema. a Coſta c. ſi pater. verb. abſque deductione, n. 12. de teſtam. Cōſueuerunt nāq; hanc partem ſequentes inter falcidiam legatorū & inter Trebellianicā hæreditatis fideicōmiſſariæ non eſſe cōſtituendā differentiam, quoad ſupra quæſtionē, dū tex. d. §. interdū loquentē in falcidia induxerūt ad Trebellianicā, quod Decretales ēt haberent locum in falcidia.

Quæſtio II.

S V M M A R I V M.

Hæres grauatus particularibus legatis & fideicommiſſo uniuerſali, an utrāq; quartam detrahat.

QVæro itē, inſtitutus eſt hæres nō ex deſcēdentib. & teſtatur facit multa legata particularia, & fideicōmiſſa vniuerſalia, ſed mandauit ut hæres legata ꝑſonalia præſtaret, an utraque quarta falcidiæ, & Trebellianicæ detrahitur? Reſp. Vide quę dixi infr. §. Trebellianica.

Quæſtio III.

S V M M A R I A.

Falcidia detrahitur de legatis particularib. nu. 1. item de fideicommiſſis particularib. nu. 2. ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato relictis, nu. 3.

Quid de vniuerſalibus legatis, nu. 4.

Quid in legatis ad pias cauſas, n. 5. declaratur etiam ſi mediate fiat per alium reſtitutio, nu. 6. & nu. 7. 8. & 9.

NVnc de quibus relictis deducatur
1 agendum eſt. Vulgata eſt cōcluſio quartam falcidiam detrahi de relictis ſiue legatis particularibus, tex. eſt §. ſed quia, inſtitut. ad l. falcid. gl. d. l. in quartam, & ſequuntur Doct. communiter, ut ibi firmat Rip. Fern, & omnes.

2 Sed quæro, qd de fideicōmiſſis particularibus? Reſp. Cōmunis eſt opinio falcidiæ locū eſſe, ita atteſtatē Paul. de mōte Pico repet. d. l. in quartā. Bereng. Fern. n. 202. Franc. Rip. n. 2. Ioan. Bolog. nu. 66. Cōem quoq; dicit Bellon. rub. n. 10. ad h. & n. 11. inſt. de fideic. hæred. & ex cōmuni refert nouiſſime Fern. Vaſq. de ſucceſ. reſol. §. 11. nu. 5. facit, quod ſicut lex noua correctoria, loquēs in vno ex parificatis iure antiquo caſibus extēditur ad aliū vt tenet gloſ. communiter approbata, l. ſi quis ſeruo, C. de ſur. Ecōtra ſi lex noua duos æquiparat caſus lex antiqua loquens de legatis, debet extendi ad fideicōmiſſa particularia.

3 Item hodie procedit in legatis & fideicommiſſis omnibusq; particularibus relictis tam ab inteſtato, quam ex teſtamento. hanc opinionem dicit magis cōem & veriorem Soc. iu. d. l. in quartam, num. 4.

4 Sed quid de uniuerſalibus legatis: Nūquid in iis habebit locum falcidia? Reſp. ān ab initio, quando introducta fuit falcidia, habuerit locum in uniuerſalibus legatis magna eſt dubitatio, & gloſſæ uidentur tenere, quòd non gloſſ. l. mulier, §. fin. ff. ad Trebell. gloſ. Rub. C. eo. gloſ. §. ſed quia, inſtitu. de fideicomm. hæred. quas ubique cōmuniter ſequuntur Doc

ut teſtatur Bolog.rub.nu.17. ff.ad l. falc. quia legata vniuerſalia habent naturam fideicommiſſorum uniuerſalium.

Contrariam ſententiam quòd competebat falcidia ab initio tam pro vniuerſalibus, quam particularibus legatis tenet Cuma.& Soc. d. rub. & hæc de iure vera videtur: Nam eadem ratio militat in legato vniuerſali, quæ in particulari, ſed parũ refert, hodie enim cum adæquata ſint legata vniuerſalia fideicommiſſis vniuerſalibus, falcidia de eis non detrahitur, ſed trebellianica. ita tenet gl.d.rub.C.eod.& glo.d.§.ſed quia, & eſt communis opinio vt prædicti teſtatur. Communem quoq; dicit Rip.d.l.in quartam, nu.3. Matheſil. l.filium quem, nu.25.C.famil.hereiſc.

Intellige tamen hanc glo.communem opinionem in legato uniuerſali hæreditatis ipſius teſtatoris, ut ſi legetur pars hęreditatis, iſtud enim regulatur ſecundum naturam fideicommiſſorum uniuerſaliũ, quia à teſtatore in talem legatarium tráſeunt iura actiue & paſſiue, & in iſtis terminis loquuntur gloſ.& Doct.communiter, vt dicit Rip.d.l.in quartam, nu.4. Secus ſi legata ſint uniuerſalia alterius uniuerſitatis, q̃ hæreditatis teſtatoris, ut legatum peculii, legatum hæreditatis maternæ ista enim regulantur ſecundum naturam legatorum particularium, ut dixi ſupra §.legatum, q.prima.

5 Quæro vlterius, nunquid falcidiæ detractio etiam locum habeat in legatis ad pias cauſas? Reſpond. quod non, text.eſt Auth.ſimiliter.C.ad l.falcid.& ibi omnes Doct.notant, vt teſtatur Hyppol. Riminal.in prin.inſtit.de donat.nu. 564. communem dicit opinionem Bened. Capra trac.regular.regu. 110 num.5.& quod ita ſeruatur & approbatur teſtatur Alex.l. 1. §.ad municipium, ff.ad l.falcid.

6 Et hoc quidé procedit ſi teſtator immediate legauit ad pias cauſas, q̃d autem ſi legauit Titio & mandauit, ut eccleſiæ reſtitueret? Reſp. ꝙ nec hoc caſu Titio detrahĩt falcidia, ne ipſe eccleſiæ detrahat q̃d pót, vt dixi q. 1. ita tenet Bal.l.Auia.§.Titio.ff.de cond.& demonſt.cũ plurib.relatis per Tiraq.tract.de priuileg.piæ cauſæ, priuileg. 26.ex cuius relatione uideri. an communem eſſe firmat Fernand. Vaſqui. de ſucceſ.progreſ.l.3.§.26.nu.24.

7 Quid item ſi teſtator expreſſe iuſſit ét de legatis piis detrahi falcidiam? Reſpon. gl.Auth.ſed cum teſtator.C.ad l.falc. tenet, ꝙ hoc caſu falcidia deducenda ſit quã communiter dicit approbatam Vaſq. d. loco.nu.44.

8 Scias ét, licet de legatis piis non deducatur falcidia, tamen hoc procedere quoad commodum teſtatoris, ſecus quoad damnum euitandum, ſi legata excedant ſummum, uel vires patrimonii, ut ſi centum habeat tantum in patrimonio, & centum quinquaginta erogauit, partim ad pias cauſas, partim profanas, tunc.n.legata utrinque minuũtur, & reducuntur ad modum & menſuram patrimonii teſtatoris, deinde de profanis detrahitur falcidia non de piis. ita tenet Bar. d. auth. ſimiliter cum pluribus per Tyraq.alleg.ex cuius relatione hanc quoq; communem aſſerit Vaſq.præcitato loco.

9 Præterea quæro, ſi eccleſia hæres inſtituta ſit, nunquid falcidiam de legato alteri eccleſiæ relicto detrahere poſſit? Reſp. Diuerſæ ſunt ſniæ, quidam.n.exiſtimant detractioni locum eſſe, hanc ſententiam probat Abb.c. in preſentia extra de ꝓb. & communem eſſe dicit Vincé. Hercul. l.Marcellus.ff.ad Treb.

Sed contrarium tenet Roma. d. auth. ſimiliter 4.ſpeciali.C.ad l.falcid. & hanc communem eſſe opin. dicit And. Barbat. conſ.15 col.7.uol.3.& ueriore dicit Alex. d.l.Marcellus.nu.5. Iaſ.nu.37. Alex.l. 1. §.ad municipium.ff.ad l.falcid. & hãc tenendam eſſe vti veriorem & communem ſuadet Vaſq.de ſucceſ.progreſ.§. 26. nu. 25. Quia eccleſia in hoc priuilegiata non eſt, ergo utitur iure communi. Lex enim generaliter loquens comprehendit omnes perſonas priuilegiatas, ſi nõ ſunt ſpecialiter priuilegiatæ ſecundum communem opi.de qua dixi §.q.

Quæſtio IIII.

S V M M A R I V M.

An de legatis pœnalibus detrahatur falcid.

QVæro, an de legatis penalibus detrahatur quarta falcidiæ? Reſpond. gl. in d.c.Raynal.extra de teſtam.uerb. beneficio, tenet ꝙ hæres non deducit falcidiam de talibus legatis quæ in pœnam fiunt, ſed diſtinguendum eſt; aut. n. a teſtato-

ſtatore quid legatum eſt in pęnā, ut legatario contradicente alteri detur, & tunc falcidia detrahitur, quia pena legata eſt. & eſt legatū. Aut hæres quid ſoluit plus legatariis in penam, quæ procedit a condemnatione iudicis, & nō detrahitur falcidia. ita tenet Abb. c. Rayn. & communiter teneri dicit Bened. Cap. reg. 110.

Quæſt. V.

SVMMARIVM.

An ex inſtitutionibus in re certa falcidia detrahatur.

QVæro item. An falcidia detrahi poſſit ex inſtitutione facta in reb. certis? Reſpond. quòd ſic. tex. eſt l. ex facto proponebatur, uer. ſi forte, ff. de hæred. inſtitut. & ibi tenet Bart. & plerique alii, & hanc ſententiam communem & indubitatam eſſe affirmat Socin. iun conſil. 134. num. 6. & 7. volum. 1. Franc. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 9. tit. 13. nu. 10. Quia inſtituto hærede uniuerſali & adeunte, inſtitutio iſta in re certa facta cenſetur legatum, vt dixi ſupra. §. Inſtitutio, q. 22.

Quæſtio VI.

SVMMARIVM.

An de legitima filiorum detrahatur falcid.

QVæro, numquid legitima filiorum patiatur falcidiæ detractionem? Rñd. q̄ non. tex. eſt l. ſcimus antea. C. de inoff. teſt. & ibi tenet Bal. & cæteri, eſtq; cōis & recepta Docto. ſnia, ut teſtatur ibi Vaſq. n. 3. in li. 3. de ſucceſ. reſol. Quia legitima debetur & detrahitur ad ſimilitudinem æris alieni ante omnia, poſtea & & deinde in reſiduo falcidiæ ratio ponenda eſt, ut dixi infra. §. legitima. q.

Quæſtio VII.

SVMMARIA.

Legatum dotis regulariter non patitur falcidiam. nu. 1. declaratur in commodo repreſentationis, num. 2.

1 QVæro, an legatū dotis, vel pro uirginib. maritandis ſubiaceat falcidiæ? Rñd. q̄ non. ita tenet Ang. l. cū is. §. ſimiliter. ff. de condit. inde. duummō relictū fuerit pauperi, ſecus ſi diuiti. ita procedit gl. l. tali. ff. de iure do. & hāc op. eſſe cōmunem teſtatur Boer. deciſ. 94. num. 2.

Sed qd in legato dotis reſtituē de vxori facto, nunqd patietur falcidia? Rñ. q̄ non. ita eſt tex. l. ſi vſusfr. verſ. dos legata. ff. ad falcid. quia re ſuā accipere videt.

2 Qđ tamen intellige & declara non procedere ſi dotis legatum habeat commodum repreſentationis ex eo, quod alias non ſtatim, ſed poſtea annua, bima, trima die, reſtituenda erat dos, quia uidelicet conſiſtebat in his rebus, quæ numero, menſura conſtabat, ut dixi. §. dos. Nā que tunc in iſto commodo repreſentationis locum habet falcidia, ita quidem ut ſi commodum repreſentationis ualeat centum, ſecūdū cōe intereſſe, & interuſuriū eius pecuniæ, ex eo cōmodo 25. reſecari pro falcidia debeant. ita tenet gl. 1. l. cum dotem. ff. ad l. falc. & ſequitur Bar. l. 2. §. per contrarium. ff. de dote prælig. hanc dicit cōem eſſe Doct. opin. Alex. d. l. cum dotem. Bal. Nouel. trac. de dote. par. 8. priuil. 11. ubi dicit, quòd cum d. gl. videnē tranſire Doc. cōiter, ipſe tn diſtinguit, hanc quoq; receptā nuncupat Eman. a Coſta c. ſi pater. verb. legauit. nu. 27. de teſtam. in 6o. qui tamen putat ita ineundam eſſe falcidię rōnem, ut quarta pars ipſius legati detrahatur cum onere reſtituēdi, adueniente termino, ut ſi mille ſint legata pro dote, hæres quartam partem ducenta quinquaginta detrahat, quę poſtea adueniente die antiquæ obligationis integra reſtituet, ita enim quartam partem repreſentationis eum retinuiſſe apparet, ſi quidem durante termino vſus eſt commodo quartæ partis: Nam tantum intereſt reſecare uiginti quinque, ut propria maneant hæredis, quam 250. cum onere reſtituendi.

Contrarium uerò, quòd neque in dote, neque in commodo repreſentationis locum habet falcidia, tenet glo. 2. l. 3. C. de falſ. cau. adiec. leg. quam ſequitur Bal. & plerique alii. & Eman. veriorem dicit, & probat d. loco. num. 31.

Quæſtio VIII.

SVMMARIA.

An in donatione cauſa mortis falcidia locū habeat, nu. 1.
Quid in donationibus inualidis, nu. 2.
Quid in mortis cauſa capione, nu. 3.

1 QVæro, an in donatione cauſa mortis habeat locum falcidia? Reſpon. q licet ita tenet gl. per tex. ibi in l. in donationibus C. ad l. falc. & ſequitur Bar. Bal. & cæteri, ut ait Didac. Couar. in rubri. de teſtam. par. 3. nu. 20. Ant. Gomez uaria. reſol. tom 2. c. 4. nu. 17.

2 Idem dic in donationibus inualidis, quæ morte cōfirmantur, vt puta inter patrem & filium, uirum & vxorem. Quod tamen intellige, quando donationes tales teſtamento, vel codicillis confirmantur, tunc quia tūc partib. fideicōmiſſi funguntur: ſecus uerò ſi ſola morte & ſilentio confirmantur, quia tunc valent ut donationes inter viuos, nec habent vim fideicom miſſi, ita tradit Bar. l. ſi quando. ff. de leg. 1. cuius opinio communiter approbatur, ut teſtatur Gribal. l. in quartam. conclu. 2. in fin. & iſto caſu non requiritur aditio ad earum confirmationem, ut dixi ſupra. §. donatio. q. 13.

3 Sed quid in mortis cauſa capione? Reſpon. Diſtinguendum eſt, aut mortis cauſa capio non procedit ex voluntate defuncti, & tunc non detrahitur falcidia, aut proficiſcitur ex uoluntate teſtantis, & tunc ſi proficiſcitur a alio, quam hærede ſimiliter ceſſat falcidia. tex. l. acceptis, ff. ad l. falc. & his duobus caſibus omnes concordant, ut teſtatur Corn. l. ſi mortis. n. 2. C. ad l. falc. Si uero proficiſcitur ab hærede, diſſenſio eſt, quibuſdam exiſtimantibus, locū eſſe falcidiæ, ſi hæres præſtet ante moram, alias ſecus: Alii uero indiſtinctè, ſiue hæres fuerit in mora, ſiue non falcidiam detrahi opinātibus, dummodo hæres non protraxerit ad euitandam præſtationem alterius legati. ita tenet Bar. l. qui precio. ff. de donat. cauſa mort. & ita communiter teneri teſtatur Corn. d. l. ſi mortis, nu 3.

Quæſtio IX.

S V M M A R I A.

An falcidia in una re detrahi poſſit, nu. 1. declaratur de iuris rigore, ſecus de æquitate, n. 2 tā in diuiſibilibus, quam indiuiſibilibus, nu. 3. & hoc quando inter partes conuenit, num. 4.

An hæres rē alienā poſſit imputare, nu. 5.

Quid ſi teſta or tenet debet, ut illam imputet. num. 6. & ſeq.

1 IVxta prædicta quæro, utrū quarta falcidia pluribus legatis relictis in una re poſſit deduci? Reſpon. q non, ſed de ſingulis detrahi debet, ſiue legata ſint pluribus perſonis relicta, ſiue uni. ita tenet Bar. d. l. in quartam. & ibi cum Bart. oēs. concordare, hanc eſſe communem Doct. ſniam Ruin. teſtatur. Cōem quoque dicit Rip. nu. 92. Paul. de monte Pico. num. 106. Rol. trac. teſt. rub. 20. nu. 5. Sal. l. 2. C. eod. Soc. iun. nu. 82. Gribal. rub. verū quarta falcidia. Fernan. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 26. n. 20. Iō. Senid. ... in inſtit. de leg. falc. in princ. q. 18. Quod tamen intellig. inſpecta legis diſpoſitione & iuris rigore, quoniam quarta ipſo iure detrahitur de omnibus legatis ſecundum communem, ut teſtatur Oldr. conſi. 207. nu. 7. quem refert. Vaſq. d. §. 26. & omnes prædicti atentur Soc. iun. nu. 82.

Secus verò eſt, qn̄ re ipſa tp̄e ſolutionis ſiue diuiſionis detractio fieri debet, nam in una re detrahitur, uel plurib. iudicis arbitrio, ita tenet Bar. d. l. in quartam. & ibi Paul. de monte Pico. nu. 130. verſ. ſecūda, & nu. 131. uerſ. octaua concl. hanc dicit eſſe cōem Doc. opi. & ſe non inuenire contradicentem, & cum Bart. tranſire Doc. communiter aſſerit Soc. iun. ibi. nu. 99. Polit. l. filium quem. nu. 100. licet ipſe contrarium velit, idq; non tantum procedit in rebus indiuiſibilibus, ſed etiam ſi res diuiſibiles ſunt, & omnes prædicta fatentur, & Bereng. Fernand. d. l. in quartam. ubi ſub lit, quod iſtud ſeruat cōmunis uſus cauſarum.

4 Ex hoc quod iudicis arbitrio fieri debeat detractio, intellige, ſi hæres cū legatario circa detractionem non conuenit, ſed ſi concordent ambo, ut hæres de una aliqua re detrahat, iſta conuentio ualidā eſt, & permittit̄ detractio in una uel pluribus partes concordant, ita docet Barto. d. l. in quartam, & hanc concluſionem dicit claram & indubitatam Picus ibi num. 103. & quod ſit communiter approbata & clara teſtatur Soc. iun. nu. 80. Fernan. art. 2. nu. 37. ſubditq; hoc conſulere hæredibus, & legatariis, ut a ſeipſis amicabiliter iudicium ſumerent.

5 Sed quæro, quid ſi hæres ante diē legati cedentem alienauit rem aliquam, nūquid tunc ex illa re hæres falcidiā poſſit detra-

detrahere? Reſpō. q; ſic. ita tenet Bar. d. l. in quartam & ſequuntur alii communiter, ut teſtatur Picus ibi, num. 112. uerſic. Quinta eſt concl. & Soc. iun. num. 88. & ſeq. Bereng. Fernand. art. 2. nu. 32. ubi dicit in fi. limitationes ibi poſitas communiter approbari Rip. ibi nu. 95.

Aduerte tamen, licet Doc. circa rem alienatam in quartam imputandam, indifferenter loquantur de falcidia & Trebellianica: tamen in falcidia locum habere non poſſe uidetur, quando detrahenda eſt de legatis factis plurib. perſonis ſi modo ſunt defalcabilia, quia illud eſſet in dānū unius legatarii. vide inf. §. ſe. q. 9.

6 Quæro item, quid ſi teſtator aliquid dedit, quod in quartam imputaretur? Reſpon. q; tunc ſtandum erit uoluntati eius, & in eis ante omnia quarta detrahetur, ſiue ſit una res, ſiue plures. ita tenet Bar. d. l. in quartam, & eſt cōmunis opi. ut teſtatur Picus ibid. Rip. & Bereng. Fernand. art. 2. num. 32. Quod procedit ſiue expreſsè, ſiue tacitè diſponat, vtputa ſi ex cōiecturis appareat. ita loquitur Bart. d. l. in quartam, vnde ſi teſtator filio in vita dedit aliquam rem dum viueret in peculio, inuitis legatariis, illam retinebit pro falcidia, de quo tamen uide quæ dixi inf. §. Trebell. q. 9.

7 Aduerte ſi teſtator iuſsit, ut ſola proprietas, uel vſusfructus pro falcidia caperetur per inſtitutum hæredem, qui non eſſet de liberis, quib. legitima debet, hoc teſtatoris præceptum ualet, ſi tantum ſit in vſufructu, uel proprietate, ut cum eo compenſetur id quod deeſt in proprietate, & econtra quando in proprietate tm̄ iuſsit quartā deduci. hanc cōem dicit Fernand. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 20. n. 290.

8 Scias etiā, quod ſi hæres percepit fructus, illi imputari debēt priuſquā ad cæterarum rerum deductionē perueniatur. tex. l. quod de bonis §. quod fructus. ff. ad l. falc. & eſt cō. s opinio, ut teſtatur Berē. Fernand. dict. loco nu. 32.

Porrò quale dēat eſſe iudicis arbitriū, & an ei p̄ciſe ſtādū ſit, dixi inf. §. ſe. d. q. 9.

Quæſtio X.

SUMMARIA.

An falcidia detrahi poſſit contra expreſſam teſtatoris voluntatem, num. 1.

An tacitè prohiberi poſſit, num. 2. ex quibus coniecturis colligatur prohibitio, nume. 3. & ſeq.

1 Circa præmiſſa quæro item, ſi teſtator prohiberet detractionē falcidiæ, nunquid contra uoluntatem eius nihilominus detrahatur? Reſp. Olim indubitanter non poterat prohiberi falcidia, & contra uoluntatem teſtatoris detrahebatur, tex. l. quod de bonis. §. fratre. ff. ad leg. falcid. Sed hodie nulla eſt dubitatio, quin falcidia ſpecialiter prout competit pro ſingulis relictis, particula ib. prohiberi poſſit, dummodo forma præſcripti ſeruetur, quod teſtator ſciens valorē ſui patrimonii eam expreſsè prohibuerit; tex. auth. ſed cum teſtator C. ad l. falcid. & tenent cōiter Doct. ut teſtatur Bolog. rubr. ad l. falc. nu. 48. Fernan. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 8. nu. 1. Ratio eſt, quod olim herede repudiante teſtamenta infirmabantur. Hodie ſi hæres repudiat propter falcidiæ prohibitionem, teſtm̄ non uitiatur, ſed hæreditas defertur reliquis in teſtō ſcriptis, ſiue legatarii ſint, ſiue fideicommiſſarii, & illorum additione teſtamentum confirmatur; ita tenet Bart. l. nemo poteſt ff. de leg. 1. & quod iſta cō. ſit uera & cōmunis teſtatur Corn. d. Auth. ſed cum teſtator, Fernan. Vaſq. d. §. 8. num. 2.

2 Sed quid ſi expreſsè non ſit prohibita iuxta legis præſcriptum, nunquid ſufficiet ſi ex coniecturis apparere poſsit? Reſpon. quod ſi talia uerba adſcripta ſint p teſtatorem, ut clarè & certè appareat de mente, quòd uoluerit prohibere falcidiā tunc admittitur uoluntas eius, etiamſi prohibitio facta non ſit iuxta legis præſcriptum, ut ſi integrum legatum ſolui, uel præſtari iuſſit: intelligitur. n. falcidiam prohibuiſſe. ita tenet gl. l. decem, in fi. ff. de fideic. liber. & in hoc omnes communiter conſentiunt, ut teſtatur Bellon. conſ. 65. num. 3. Fernand. Vaſq de ſucceſ. progreſ. §. 26. num. 29.

3 Idem eſt, ſi teſtator iuſſit legatum ſine diminutione ſolui. ita tenet Paul. de Caſtr. d. auth. ſed cum teſtator. num. 2. de in hoc caſu neminē diſcrepare dicit Aim. Crauet. conſ. 174. nu. 1. in fi.

4 Sed quæro, quid ſi teſtator dixerit, vel mandauerit, quod executores capiāt, uel diſtribuant uſq; ad integram ſolutionem

legatorum, an falcidia intelligatur prohibita? Reſpõ. q; ſic hanc dicit eſſe cõem Doct. opi. Ruin. conſ. 117. nu. 21. vol. 3. quem refert Franc. Mant. de coniect. vlt. volun. lib. 9. tit. ult. nu. 18.

5 Quæro item, quid ſi teſtator mandauit pleno iure reſtitui, numquid admittatur hæres ad detractionẽ falcidiæ, an verò teſtator prohibuiſſe uideatur? Reſpon. Bar. l. Centurio. num. 27. ff. de vulgar. tenet tunc quoque ex uoluntate teſtatoris detrahi non poſſe. hanc communem eſſe ſniam profitetur Alc. ibi nu. 90. Bolog. l. rub. ad l. falc. nu. 49. Eandem dicit cõem Ioan. Dil. c. de arte teſtand. tit. 5. caut. 31. num. 3. Alex. conſ. 5. lib. 3. receptiorem dicit Boer. deciſ. 193.

Contrariam ſententiam, quod hæres non obſtante hoc poſſit falcidiam detrahere tenet Fel. ca. audiris. extra de præſcrip. & hãc firmat teneri ab omnib. Roma. Auth. ſimiliter. C. ad l. falcid. & communem dicit idem conſi. 239. hanc quoque dicunt veriorem Moder. Pariſ. add. ad Alex. conſi. 5. lib. 3. & conſ. 201. vol. 6. Capr. conſil. 36. Bertr. conſ. 148. volu. 3. Crot. l. nemo poteſt ff. de leg. 1. Quia nõ eſt uериſimile teſtatorem uelle iuri communi derogare. uel hæredem ſimul legali auxilio priuare per uerba generalia. Ego tamen contrariam ſniam, quamuis hæc æquior ſit, ſequendam iudicio fauore vltimarum uoluntatum, quibus multum menti, & voluntati teſtatoris tribuitur, dummodo de ea conſtet quocũque modo, dixi infra. §. Trebellianica. q. 8.

Quæſtio XI.

SVMMARIVM.

An hodie falcidia detrahatur contra teſtatoris uoluntatem ſi non prohibeatur.

QVæro, an hodie cũ teſtator poſſit prohibere falcidiã, ea falcidia detrahi uideatur contra teſtatoris uoluntatem? Reſp. Sunt qui exiſtiment, quod cũ hodie teſtator prohibere poſſit, ſponte eam conceſſiſſe videatur, ſed uera & communis eſt opinio in contrarium. hanc dicit eſſe communem Doc. ſentẽtiã Vinc. Hercul. l. Titia. ff. ad l. falcid. Rip. d. l. in quartam, n. 47. Gribald. 6. opp. Bar. verſ. ſed cui diſpoſitio. d. l. Titia. Ferua. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 8. nu. 18.

Quæſtio. XII.

SVMMARIA.

An non conficiens inuentarium, amittat falcidiam, num. 1.

An hæredis inuentarium proſit fideicommiſſario, nu. 2.

Si hæres non confecit inuentarium, an fideicommiſſarius facere poſſit, nu. 3.

1 SCias ẽt, q; ad hoc, ut hæredi competat beneficiũ prædictũ detrahẽdi falcidiam, neceſſe eſt, vt heres antea inuentarium confecerit, alias non conficiens inuentarium abſq; oi dubio illud beneficium amittit, & tenetur omnib. creditoribus, & legatariis in ſolidum ẽt ultra uires hæreditarias, non tñ in plus quam ſit legatũ, tex. in auth. ſi uero de hære. & fal. & eſt cõis opin. ut teſtatur Alexã. l. 11. §. quod vulgo. nu. 13. ff. ad l. falc. Rip. l. 1. §. ſi is qui quadraginta, nu. 5. ff. ad Trebell. Rol. a Val. de inuen. 5. part. uerſ. hæres. Andr. Geyl. li. 2. obſer. prac. obſer. 138. n. 1. idq; propter præſumptam fraudem, & maliciam quaſi omiſſo inuentario tantũ ſubtraxerit, quantum ualeat falcidia.

2 Sed quero, numquid inuentarium heredis qui poſtea reſtituit hæreditatem fideicommiſſario, eidem quoque prodeſſe poſſit? Reſp. Bar. d. l. in ratione. §. quod vulgo, tenet non prodeſſe. Sed contraria ſententia præualuit quoad exceptionẽ, ita tenet Imol. ibid. hanc dicit ueriorem Alex. num. 18.

3 Quæro item, quid ſi hæres non confecit inuentarium, numquid fideicommiſſarius ſuo noie poſſit conficere ad effectum falcidiæ detrahẽdæ? Reſp. q; ſic, ita tenet Bart. d. §. quod vulgo, & hanc eſſe cõem opin. teſtatur ibi Alex. nu. 19. Quia inuentarii confectio inuenta eſt, ne hæres tempus deliberandi petere cogatur, quod tempus ſicut hæredi, ita fideicommiſſario conceditur, unde æquè falcidiæ beneficio gaudere debet.

Et nota, quòd fideicõmiſſarius non cõficiens inuentarium ſimiliter ſicut hæres tenetur creditoribus, & legatariis vltra vires hæreditarias. ita tenet Dy. & ſequũtur plerique alii omnes, excepto ſolo Soc. d. §. ſi is qui, & ibi dicit hanc eſſe cõmunem opi. Rip. nu. 6. & 7.

Quæſt.

Quæſtio XIII.

SVMMARIA.

Vniformiter & difformiter quæ capiuntur. n. 1
Quæ capiūtur iure hæreditario īputātur in quartā, quæ uero titulo legati, uel cōditionis implendæ cauſa, non imputātur, n. 2. declaratur quando teſtator nihil diſpoſuit. nu. 3. item quando detrahitur contra alios nu. 4. & ſeq.
Quid de pecunia hæreditaria, n. 6. uel de corpore hæreditario, n. 7. Secus aduerſus eū, à quo accepit, nu. 8. & ſeq.
An l. Neſennius habeat locū in ſpecie, uel corpore hæreditario prælegato. nu. 10.

DIctum eſt hæredem ſaluam habere falcidiam ſiue quartā portionē hæreditatis, & in quib. rebus detrahatur, & quō, reſtat vt videamus pro complemēto, quid imputetur in illam quartam pro cuius intellectu præmitto, q̄ aliquid pōt iudicio teſtatoris accipi dupliciter, vni-
1 formiter, & difformiter. Vniformiter capitur, quod vno & eodē iure ſiue titulo accipitur, vt inſtitutionis uel legati. Difformiter verò, quod diuerſo iure hī, vt prælegatum corporis hæreditarii, q̄ partim iure prælegati, partim hæreditario accipitur. Hoc præmiſſo vulgata eſt conclu-
2 ſio, quod ea quæ capiūtur iure hæreditario, titulo, ſ. inſtitōnis, imputanda ſint in quartam, ea verò quæ tit. hæreditario nō capiuntur, ſed alio, puta legati non item. tex. d. l. in quartam, ff. ad l. falcid. Rō eſt, qa falcidia eſt quarta hæreditatis, ita tenet gloſſ. ibi uerb. imputabitur. & hanc rationem communiter approbatam eſſe dicit
3 Picus ibi nu. 99. Rip. nu. 13. Quod intelligitur quando teſtator nihil diſpoſuit. Sin autem voluit imputari in quartam, tunc eius voluntas ſeruabitur, & imputabuntur omnia, ſiue iure hæreditario capiantur, ſiue alio titulo, uel iure in ultima uoluntate, ita tenet Bar. d. l. in quartam, & cum eo omnes cōſentiunt, ut dicit Paul. Pic. ibi num. 44. Bolog. num. 101. & procedit ſiue expreſsè, ſiue tacitè diſponat, dummodo appareant claræ coniecturæ, hoc non habere difficultatem dicit Bolog. dict. loco, & cum Bartol. ſimpliciter tranſire Doct. dicit Picus nu. 43. in fin.
4 Itē ſcias prædicta, quod ea quæ capiūtur non iure hæreditario, non imputantur, procedere quando hæres caperet legatum ab vno, & vellet vti falcidia cōtra aliū: tunc enim ea quæ capit iure legati uel fideicommiſſi non imputantur ſibi in falcidiam. Ideoque ſi a legatario uel fideicommiſſario hæredi legatum ſit, ſiue legata fuerit pecunia hæreditaria ſiue non, ſiue etiam tanquam ſpecies, ſiue etiam corpus hæreditarium, quoniam ab alio quam herede capit, itaq; titulo legati vel fideicōmiſſi nō imputatur in falcidiam, ita loquitur tex. d. l. in quartam, ſecundū omnes. Fernan. ibi Art. 2. nu. 25.
5 Idem eſt ſi a cohærede prælegata eſt pecunia uel res non hæreditaria, quia habet titulo prælegati, ideoq; hæres nō imputat in falcidiam, & hoc quoque nō habet dubium.
6 Sed quid ſi prælegata ſit pecunia hæreditaria, numquid quo ad alios imputabitur? Reſp. Quòd ſi teſtator iuſſit ut heres a ſemetipſo acciperet uel deduceret, uel ſi ſimpliciter mādauit heredi, vt perceptis centum reſtituat prædium uel fundum Titio, tunc cenſetur quoque iuſsiſſe teſtator ut capiat de parte ſua hæreditaria, & per ſeipſum conſequenter uidetur capere pecuniam iure hæreditario, & totā tenetur in falcidiam imputare. ita tenet Bar. d. l. in quartam n. 12. & ſequuntur Doct. communiter, ut dicit Picus nu. 25. Gribal. 7. oppoſ. Bar.

Sin autem iuſſit teſtator accipere a cohærede pecuniam hæreditariam, iſto caſu magnus fuit Doct. conflictus: Sed cōmunis eſt opinio, quod iſta pecunia difformiter capiatur, Nam ex quo hæreditaria eſt, ad omnes pertinet pro rata, igitur pro ſua parte hæres capit iure hæreditario. & imputat in quartam: pro parte uero cohæredis capit iure legati, & non tenetur, imputare, ita tenet glo. & ſequitur Barto. d. l. in quartam, & eſt communis opin. ut dicit Pic. num. 24. & 26. ac ſubdit nu. ſeq. durum eſſe in iudicando recedere ab hac opinione propter authoritatem Bar. & aliorum patrum. Communem dicit hanc opinionem Vincent. a Sala l. filium quem, nu. 27. C. famil. herciſ.

Idem dic ſi teſtator iuſſit pecuniā accipere ut ſpeciem, quæ ſcilicet in capſa uel marſupio eſt: Ea enim iure hæreditario capi-

capitur pro parte, pro parte verò non, & ita diſſ . . . miter: Vnde pro parte tantū imputatur: ita tenet Ang. d. l. in quartam, & ibi hanc dicit cōem eſſe opinionem Picus nu. 26. & quod Bart. alij communiter ſequuntur dicit Vicen. a Sala. d. l. filiu, nu. 27. Corraſ. nu. 157.

7 Quid item ſi a cohęrede prælegatum eſt corpus hæreditarium? Reſpō . . . ixi infra verſ. præ . . . icta.

8 Sed quæro, quid ſi hæres vti velit falcidia aduerſus eum a quo accepit legatū, numquid ſaltem quoad illum imputabit: Pone enim quod tribus inſtitutis ſibus ab vnaquaque inuicem leg . . . ta relicta ſunt, & ab vna etiam extran . . . is. ita ut falcidia opus ſit, & detrahere velit a omnibus cohęredibus & extraneis? Reſp. qđ debent legata inuicem quoad hæredes in totum imputari in quartam ſaltem de equitate ope exceptionis, ita eſt tex. l. Nesennius, ff. ad l. falcid. & tenet Bart. d. l. in quartam, & ſequuntur Doct. communiter, ut teſtatur Bolog. ibi nu 114. Ruin. num. 5.

Et hoc procedit non tantum quando hæres capit legatum à cohere . . . e, ſed etiā quando a legatario capit. Namque illud quod a legatario capit reſpectu ſolius dātis in falcidiam quoque imputabit, ita tenet Bar. d. l. in quartā, & ſequuntur Doc. communiter, ut teſtatur & vti uerißimā ſequitur Polit. d. l. filium quem. num. 55. licet plerique aliter ſentiāt, neque enim ratio diuerſitatis inter cohæredem & legatarium apparet, Imo d. l. Neſennius, in ratione ſui generalis eſt.

Prædicta de prelegato à cohærede accepto locum quidem habent, & de plano procedunt in prælegato, quod non conſiſtit in hęreditate: Sed quæro, nunquid diſpoſitio d. l. Neſen . . . ius, habeat locum, ſi hæredi prælegata eſt ſpecies uel corpus hæreditarium, quod difformiter capitur partim titulo hæreditario, partim titulo legati quoad hæredes: ita vt totū quoad cohæredes imputetur, An verò pro parte hæ . . . itaria tantum? Reſp. Variatum fuit in hoc, Quibuſdam exiſtimantibus tantum pro parte hęreditaria fieri imputationem, & d. l. Neſennius, tantum procedere in pręlegato conſiſtente in re non hæreditaria, quam ſententiam Ango. & plerique alij defendere conati ſunt. Sed magis eſt, quod prælegatum pro parte hæreditaria imputetur, quò ad omnes etiam extraneos legatarios pro portione verò legati etiam contra cohæredes quando inuicem relicta ſunt legata inter cohæredes, ita tenet Bar d. l. in quartam, per tex. § nummis, & cum eo tranſeunt communiter Doct. ut teſtatur Ruin. 1 1 nu. 6. & hanc concluſionem ſequi omnes Doctor. fi . . . at Bolog. nu. 123. receptiorem dicit ſententiam Alciat. ibi nu. 12. & quod conſtitutio Neſenij generaliter accipienda ſit, ſiue uno ſiue difformi iure capiatur, dicit crebriorem recentiorum ſententiam Corraſ. d. l. filium quem, numero 35. Gribald. dict. l. in quartam, in quarta opp . . . Barto. & in concluſ . . . ibi Apoſtil.

Aduertendum tamen, licet vt dictū eſt prælegata eiuſmodi cæteris legatariis nō proſint: Tamen eis quoque obeſſe non poſſunt, quia imputantur ſaltem reſpectu cohęredum, ut non poſsit quarta detrahi de legato cohæredi tacta, non tamen ſit imputatio t . . . tius legati reſpectu extraneorum, nec augetur falcidia contra alios legatarios, ſed perinde habetur, ac ſi detraxiſſet quartam a cohæredibus, & nō detrahit plus ab aliis, ita tenet Bar. d. l. in quartam, quem communiter omnes ſequuntur, ut ibi fatetur Ruin. & cōmunem dicit eſſe ſenſum omnium Doct. & tenendum Bolog. nu. 121. ita quoque dicit eſſe doctrinam Bar in Auth. ſimiliter, C. ad l. falcid. ab omnibus approbatā Bereng. Fernand. d. l. in quartam, Art. 3. nu. 54. circa finem quartæ oppoſit. Bar. & quod trāſeunt omnes dicit Picus, ibi nu. 61. in fin.

Quæro item, ſi teſtator prælegatum reliquit grauato, & iuſsit quartā retinere, numquid prælegatum pro tota portione hæreditaria imputabitur? Reſpon. quod ſi teſtator iuſsit reſtituere retentā quarta, tunc totum non imputabitur, ſed tantūm quarta eius pars, & grauatus omnes alias partes tam hæreditarias, quam à cohæredibus acceptas integras retinet, ita tenet Bart. d. l. in quartam, per l. Titia, ff. ad l. falcid. & cum Bar. omnes trāſeunt, ut atteſtatur Ruin. ibi nu. 5. communem quoque dicit Bolog. ibi nu. 124. & quod d. l.

d. l. Tria procedat in falcidia, dicit communem eſſe opinionem Fernand. Berengar. d. l. in quartam, circa oppoſit. Barto. nu. 56. Gribald. 6. oppoſ. licet ipſe aliter d. l. intelligat. Ideoque, ſi tribus hæredibus inſtitutis vni legata ſint duodecim prædia, quatuor capit iure hæreditario, ſicut ſi hæres eſſet pro tertia parte, octo iure prælegati à cohæredibus. certè ſi teſtator non prohibuiſſet falcidiam, deberet totam partem hæreditariam imputare, ſcilicet quatuor prædia, ubi uero diſpoſuit quod deducatur, quo caſu ſecundum uoluntatem dicitur detrahi, tunc quartam partem tantum imputabit eius quod iure hereditario capit, id eſt unum prædium de quatuor, & dicitur duodecima pars prædiorum Ratio eſt, quia quãdo detrahitur inuito teſtatore, tunc ſeruamus rigorem ipſius legis, ut hæres habeat quartam ipſius portionis ex inſtitutione obeunte, & ideo totam portionem hæreditariam imputare tenetur ex uerbis legis ipſius, & fauemus teſtatori, & legatariis, ut minus diminuatur uoluntas eorum, ſed quãdo detrahitur ſecundum uoluntatem teſtatoris, tunc magis fauemus ipſi hæredi, & interpretamur fauorabilius uoluntatem teſtatoris, ut legata integra habeat, prout uolebat teſtator, & etiam ipſam quartam. hanc ſententiam ſequuntur communiter Doctores, ut dicit Bolog. dict. l. in quartam, numero 125.

Quæſtio XIIII.

SVMMARIVM.

An quod conditione implenda cauſa datum imputetur etiam quo ad alios.

SEd iuxta hoc quæro, utrum illud quod conditionis implendæ cauſa datũ eſt, proſit etiam legatariis ad computationẽ faciendam, ita ut totum legatum contribuatur in detractione falcidiæ, ut quia fundus legatus ualuit centum, & hæres accepit quinquaginta, nihilominus de tota ſumma, ſ. centum, detrahatur falcidia, ac ſi hæres quinquaginta non accepiſſet? Reſp. gl. d. l. in quartam, tenet quod proſit quidem legatario ſoluenti, & ita quo ad dantem non computetur, ſecus quo ad alios legatarios. Contrarium uero tenet Cyn. & alij, nimirum etiam quo ad dantem computari, ſ. quod conſideratis centum, & ita toto datẽ poteſt falcidiam detrahere, ac ſi nihil habuiſſet gratia conditionis implendæ. Sed difficultas conſiſtit in hoc, an diſpoſitio l. Neſennius, cũ ſ. hæres imputat legatum in quartam falcidiæ contra eum a quo capit legatum, habeat legatum in eo, quod capitur cauſa conditionis implendæ, paſſus eſt arduus & diſputabilis, & variæ Doc. opiniones, ſed communiter tenetur diſtinctio Bar. quod aut legatarius poſsidet legatũ, vt quia hæres ſoluit, & poſtea vult falcidiam detrahere legatario. Aut hęres poſſidet, & ab eo legatarius rem legatam petit. Primo caſu imputare tenetur hæres ope exceptionis ex quadam æquitate, de qua in d. l. Neſennius Secundo caſu, quãdo hæres poſsidet, quia legatarius ope exceptionis ſe tueri non poteſt, hæres ſolutum non tenetur in quartam imputare, & ita procedit d. l. in quartam, & non eſt differentia in legato uel ſoluto conditionis implendę cauſa. hanc diſtinctionẽ Bar. communiter approbatam eſſe dicit Picus d. l. in quartã, num. 78. Fran. Rip. num. 58. & num. 63. Gribal. concl. 12. & ſeq. licet ipſe indiſtinctè non computari exiſtimet, Soc. iun. num. 57 dicens quòd ita ſe habet communis op. & num. 58. Grib. d. l. in quartam, in uer. oppoſ. Bar. Quia eadem ratio & æquitas, quæ in legato, vel prælegato, militat etiam in eo quod datum cauſa conditionis implendę, data paritate terminorum, hoc eſt, vt legatarius poſsidet, & poteſt ſe tueri ope exceptionis, ideoque ex identitate rationis diſpoſitio eius militare debet.

Contrarium tamen quod diſpoſitio d. l. Neſennius, non habet locum in dato cõditionis implendæ cauſa: Sed quod ſit totum extra hæreditatem tenet Imol. d. l. in quartam, & hanc ſententiam dicit de iure veriorem Picus ibid. & ſequuntur plerique repetentes mouẽtur quod tex. d. l. in quartam, generaliter loquitur, nec videtur eadem ratio æquitatis, quia in legato vel prelegato ſoluit ad commodũ ipſius hæredis, unde merito grauatur in hoc quod computatur in falcidiam contra eum a quo accepit. Secus in eo quod cõditionis implendæ cauſa accepit, quia

non

non principaliter in fauorem hæredis, ſed legatarij, vt conditione impleta conſequatur legatum ſoluitur. Sed tamen à communi opinione recedendum nõ eſt, vt prædicti omnes etiam fatentur. Quia reuera uidetur eadem æquitas, cum hæres illud, quod ſibi eo modo dać habeat a legatario, & iudicio teſtatoris, ideoque ſimiliter uidetur exceptionem opponi poſſe, ſicut fit in legato, & eſt eadem æquitas quod a me recipis, imputes in quartam in mei fauorem.

Quæſtio XV.

SVMMARIVM.

An quod in vim modi accipitur imputetur.

QVæro, an id qđ in uim modi accipiť, vt ſi dicat teſtator, lego Titio fundum, ut uel, ita tamen, vel dummodo qđ hæredi decem det, in falcidiam imputandum ſit? Reſp. quod ſic. ita tenet Bar. d. l. in quartam. & plerique ſequuntur, eſtq; cõmunis opinio vt teſtatur Gribald. ibi vltim. oppoſ.

Quæſtio XVI.

SVMMARIA.

Data i̇̃ter viuos in falcidiã nõ imputantĩ, n. 1.

Declara in donatione ualida ut dotis uel donatione propter nuptias, nu. 2.

Quid in donatione inualida & reuocabili, nu. 3. declaratur nu. 4.

Quid in eo quod ſimpliciter datum eſt in uita nu. 5. declaratur nu. 6.

1 VVlgata eſt quoque concluſio, data inter uiuos in falcidiam non imputari. tex. l. pater filiam, ff. ad l. falcid. & eſt communis & firma Doct. concluſio, vt teſtatur Polit. l. filium quem, nu. 23. C. famil. hercis. quia extra hæreditatem eſt, & in falcidiam non imputatur, quod non capitur iure hæreditario, ut dixi ſupra. q. 13. & quod de hoc nemo dubitat, dicit Polit. Repe. l. filium quem. nu. 52. C. famil. herciſ. Quod procedit in donatione inter viuos facta a patre filio, uel extraneo ob aliquam cauſam, puta dotis uel donationis propter nuptias, quià tunc dominium rei donatæ fuit de patrimonio donantis exemptum, & in donatariũ tranſlatum, nec amplius ex hæreditate & iudicio ipſius donantis capi uidetur, neque ea mente data creduntur, ut in falcidiam eius nomine imputentur, cum alia ratione data appareant, ita tradunt Bart. & omnes dict. l. in quartam, & eſt communis opinio, ut teſtatur Bolog. numero 102.

3 Quæro, item quid in donatione inualida & reuocabili, quæ tamen morte confirmatur, vt puta facta filio in poteſtate vel inter virum & vxorem, nunquid imputeť? Reſpon. quòd ſi teſtator diſponat uel iubeat quod imputetur, eiuſmodi donatio inualida imputanda eſt, & hoc non habet dubium, quia poteſt reuocare vſq; ad ultimum uitæ ſpiritum.

4 Quid autem ſi nihil diſpoſuit de talibus donationibus morte confirmatis, vtrum in dubio cum illa qualitate datæ cenſebuntur? Reſp. Hic articulus ualde dubius eſt, in quo Doct. magis trépidarunt, quam Hercules in conflictu Lerneo: Sunt autem tres principales opiniones. Prima eſt gloſſæ in l. filium quem, C. famil. herciſ. quæ tenet, quod pro parte quam habet hæres iure hæreditario imputetur, non autem pro portionibus cohæredum, quia diſformiter capiuntur, quã ſniam ſequitur Azo. ibi Alex. d. l. in quartam, num. 10. & eam dicit ſibi uideri communem, & maioribus auctoritatibus roboratam Paul. Picus d. l. in quartã, nu. 50. & nu. ſeq. dicit durum eſſe in iudicando, & conſulendo ab opinione gloſſæ diſcedere, quæ tamen opinio procedit pluribus inſtitutis iuxta tex. d. l. filium, quo caſu loquitur, ſecus vno inſtituto, quia tunc diſſormitas non poteſt conſiderari.

Secunda opinio eſt, Imol. d. l. in quartam, uolentis tales donationes morte cõfirmatas in totum eſſe imputandas, quod teſtator grauando hæredem uidetur eas reuocare, & reuocatæ manent in hæreditate, itaque imputari noluiſſe intelligitur, & quod hæc opinio ſit multum ſubſtantialis dicit Picus num. 47. ſed quod non ſeruaretur contra gl. Bartol. & cæteros.

Tertia opinio eſt directo contraria, quod tales donationes indiſtinctè non imputentur neque in falcidiam, neque Trebellianicam, nec in totum; nec pro parte, ſed manent apud hæredem, præcipue extra quartam, hanc tenet Ang. d. l. iu-

l.in quartam,& eam in puncto iuris dicit eſſe ueriorem Pic. ibi nume. 51. & ſubdit niſi timeret auctoritates, quæ ſunt pro parte contraria, ſecure conſuleret pro iſta parte, hanc quoque dicit communē Doct. opi. ab eaque, non eſſe recedendum Vincent. à Sala, Repet. d.l. filium quem,num.46. ac ſubdit,licet Repetētes in d.l.in quartam,dicant opinionem glo. d.l.filium,eſſe communem, id tñ falſum eſſe,& hæc ſententia tenenda eſt, nec.n. poteſt dari in eis portio hæreditaria,licet enim morte confirmentur:tamen nō capiuntur ex cauſa hæreditaria,ſed ex contractu inter uiuos. Quia donatio inter coniuges, & parentes ſapit naturā actus inter uiuos,quando ſola morte,& ſilētio donantis confirmatur,& tunc talis confirmatio ad diem factę donationis retrotrahitur,licet ſecus ſit, quando non ſolo ſilentio,ſed expreſſo etiam donatoris teſtantis iudicio confirmatur, quia tunc ex ultima uoluntate omne robur aſſumit, & ualet vt legatū,ut tenet Bar.in l.ſi qñ, ff.de leg. 1.cuius doctrina communiter approbatur ut teſtatur Grib.in d.l. in quartam,concl.2.in fin.& eſt glo.l.poſt legatum,§.qui mortis,ī fi.ff.de his quæ vt in dig.quam communiter approbatam dicit Alex.l. illud, C. de collat. Vincent. à Sala d.l.filium,nu.46.Picus d.l. in quartam,nu.49.

5 Sed quid ſi ſimpliciter in uita datum ſit ob nullam aliam cauſam, numquid imputabitur in falcidiam? Reſp. quòd ſi datum ſit inter viuos ab initio futuro hæredi contemplatione quartæ poſtea deducendæ, & ea mente ut imputaretur, utique ſeruanda eſt teſtatoris uoluntas, & nemo eſt qui neſciat imputationem fieri tex.l.cum quo,§.fin.ff.ad l.falcid. & tradit Bar.d.l.in quartam, cum quo omnes tranſeunt,ut teſtatur Paul. de monte Pico nu.44.Corraſ.l.filium quem,n.96. C.famil.hercif.& nu.98.hunc intellectū d.§.in fi.communem eſſe fatetur.

Et hoc quidem de plano procedit, quando donans hoc ab initio expreſſit, ſed in dubio ſi ſimpliciter datū ſit,& donans nihil expreſſit, non mediocris dubitatio eſt,an imputari debeat; Et Bar.d.l. in quartam,talia in dubio ea mente data eſſe ut imputaretur exiſtimauit. Sed con- 2 trarium uoluit Ang.quod. ſ. ita demū ut falcidię imputaretur datum intelligatur ſi integra falcidia inter uiuos ſimpliciter data ſit,& quantum retenturus alias fuiſſet,& ita his tribus cōcurrentibus, quoſ nulla alia cauſa præceſſerit, & datū quadtę equipolleat,& is poſtea inſtitutus ſit, hanc ſententiam poſteriores ſequuntur, & cōmunis eſt,ut Corraſ.fatetur d.loco.

Quęſtio. XVII.

SVMMARIVM.

An bona Emphiteutica & feudalia imputētur.

QVæro utrum feudalia bona, uel Emphiteutica falcidiæ imputanda ſūt? Reſp.quod non, ita tenet Ang.l.ſi patroni,in prin.ff.ad Treb. hanc dicit communem Doct.opinionem Alciat.d.l.in quartam,nu.8.Quia iure hæreditario non deferuntur,ſed ex prima Domini conceſſione,quod tamen declara ut procedat quādo feudum conceſſum eſt pro ſe & filiis, quia tunc non debetur iure hæreditario, ſed proprio.Secus ſi feudum ſit mere hæreditarium pro ſe & quibuſcunque hæredibus:nam eo caſu non habet naturam feudi,ſed uti allodialia cenſetur, itaque imputaretur non modo, ſed in fideicommiſſi reſtitutionem uenit, ut dixi ſupra §.fideicommiſſum,& uide quæ dixi infra §.legitima,q.

Quæſt. XVIII.

SVMMARIA.

Fructus in falcidiam non imputantur,nu.1.declaratur in fructibus perceptis ex rebus hæreditariis poſt mortem teſtatoris.nu.2. Quid in fructibus perceptis ex rebus particulariter legatis,nu. 3. Quid in legato facto ſub conditione,nu.4.

1 QVæro, numquid in quartam falcidiæ imputentur quoque fructus? Reſpond. quod non text.l. ratione, in princ.ff.ad l. falcid. Quia in falcidiam non imputantur, niſi quæ iure inſtitutionis habentur: fructus autem ratione dominii percipiuntur, ideoque falcidiæ locus non eſt. Secus in Trebellianica, cui etiam imputantur quæ alio iure quam inſtitutionis capiuntur ut dixi §. ſed q.9.

Prædicta procedunt regulariter in ſiu-

fructibus perceptis ex rebus hæreditarijs poſt mortem teſtatoris, dummodo non fuerint nati tempore mortis teſtatoris, nunque tunc ſi nati ſunt, & pēdent, in falcidiam imputantur. tex. l. in l. falcid. placuit, ff. ad l. falcid. & ibi glo. cum qua Doct. communiter tranſeunt, vt teſtatur ibi Alex. nu. 3.

3 Sed quid in fructibus perceptis ex rebus particulariter legatis, numquid imputabūtur? Reſpon. quod ſic, ita tenet glo. d. l. in quartā, & ſequitur Bar. & oēs ut teſtatur Rip. l. in fideicommiſſariam, nu. 43. verſ. fallit ſecundo, quia dicuntur percepti ex rebus legatariorum, in quos recta via tranſit dominium, vt dixi ſupra §. legatum, q. 9. Et hoc procedit ſiue hęres fuerit in mora tradendi rem legatam ſiue non, propter dominium quod tranſiuerat in legatarium, ita tenet Bart. d. l. quartam, & ſequuntur Doct. communiter quicquid dixerit gl. vt teſtatur Rip. d. l. in fideicommiſſariam, nu. 48. ver. Amplia. tertio

4 Quid item ſi legatum factum ſit ſub conditione, an hæres computabit etiam fructus conditione pendente perceptos in falcidiam? Reſp. quod ſic. text. l. quod de bonis, §. fructus, ff. ad l. falcid. & hoc quidem expeditum eſt quoad falcidiam detrahendam ab illo legatario cui legatum relictum eſt, ſed dubium eſt, an fructus percepti ex tali relegata veniant cōputandi in falcidiam ad commodum omnium legatariorum, & cōmunis eſt Doc. opinio, quod etiam quoad alios computantur in quartam, ita communiter teneri dicit Alex. d. §. fructus, nu. 2. Eandem dicit communem Ruin. d. l. in quartam, nu. 12. & de his quoque ſatis.

§. Trebellianica.

HAEC materia in uſu ſo rēſi frequētiſſima eſt, qđ ſæpius ī praxi Trebellianicam peti detrahitque uideamus: quotidiana enim eſt ſubſtitutionis fideicō-miſſaria materia, & cōpēdioſæ, q̄ ſe pnumero iure fideicomiſſi ualere p̄t.

Quæſtio I.

S V M M A R I V M.

An Trebellianica dicatur debita naturaliter fideicommiſſarijs.

IMprimis autem quæro, An quarta Trebellianica dicatur naturaliter deberi fideicommiſſariis? Reſp. quod ſic, ſicut falcidia legatariis naturaliter eſt debita, ita & quarta per grauatum retenta naturaliter fideicommiſſario ſubſtituto debetur, tex. l. debitorem, ff. quæ in fraud. credit. hanc dicit eſſe communem opin. Bereng. Fern. l. in quartam, in 2. par. pręfat. nu. 194. quamuis non ſit ſine controuerſia, vt ipſe fatetur, vide quæ dixi ſupra §. præced. in princ. præmiſſo.

Quæſtio II.

S V M M A R I V M.

An Trebellianica ſit quarta hæreditatis pars uel bonorum.

QVæro, an Trebellianica ſit quarta hæreditatis pars, vel bonorum? Reſpon. quod eſt quota hæreditatis nō bonorum, quia omnes actiones tā paſſiue quam actiue diuiduntur inter ipſum grauatū, & fideicōmiſſariū pro ſuis partib. ita cōiter ſeruari teſtatur Corn. l. & ſine C. ad Treb. & indubitatum iuris principiū præcipit Ema. a Coſta c. ſi pr̄, verb. Trebellianicæ, nu. 1. & dixi ſupra §. fideicommiſſum, q. 42. Ratio, quia ante reſtitutionem hæres tenetur, vnde ſi reſtituit tres partes hæreditatis remanet ſimpliciter hr̄s in illa quarta quā retinuit, & ſic p illa remanet efficaciter obligat⁹.

Quæſtio III.

S V M M A R I A.

Detractio Trebellianicæ competit hæredi uniuerſali grauato per fideicommiſſum n. 1. ſiue ex teſtō, ſiue ab inteſtato hæres ſit. n. 2. item in teſtamento quod ſuſtinet. ut ex clauſula codicillari, nu. 2.

Quid in hærede hæredis. nu. 4.

Quid in hærede in re certa inſtituto. n. 5.

Quid in fideicommiſſario, nu. 6.

Quid in fiſco, quando ad eum bona fideicō miſſo ſubiecta perueniunt. nu. 7.

1 VIdeamus quibus competat Trebellianicæ quartæ detractio. Et quidē certum

certum eſt, quod hæres vniuerſalis grauatus omnia bona per fideicommiſſum reſtituere, poteſt de ipſo fideicommiſſo Trebellianicam detrahere, tot.tit. ff. ad Trebel.

2 Et hoc quidem procedit ſine dubio ſiue ex teſtamento hæres ſit, ſiue ab inteſtato. Ideoq; ſi codicillis fideicommiſsũ ſit relictum, hæres ab inteſtato quartam detrahit, tex.l.filius, ad l.falcid.

3 Idem eſt ſi in teſtamento quis inſtitutus quod deficit propter omiſſos ſolẽnitates modo ſolennitas ad codicillos requiſita adſit, & clauſula codicillaris appoſita, quo caſu venientes ab inteſtato, tacite ſunt grauati reſtituere hæreditatẽ: Attamen quartam Trebellianicam deducunt, ita tenet Bar.l.1. de iure codicil. & cæteri transeunt.

4 Sed quid in hærede hæredis, numquid detrahet? Reſpon. quòd ſic.text. l.quanquam, C. ad Treb. & communem dicit opinionem Ioan.Dilect. de arte teſtand. tit.5.caut.31.Villal.collect.com.op. ver. quarta.n.3.faciunt quæ dixi.infra q.an talis inſtitutus in teſtamento nullo poſſit duas quartas detrahere.

Quæro An etiam hæres in re certa inſtitutus & grauatus reſtituere poſſit detrahere Trebellianicam: Pone enim pater inſtituit filium in re certa in cæteris bonis omnibus vniuerſales hęredes alios filios, & rogauit inſtitutum ĩ re certa, vt ſi ſine liberis deceſſerit, rem certam fratribus reſtitueret, teſtatore mortuo, deceſſit inſtitutus in re certa, cuius vxor hæres inſtituta volebat reſtituere, ſed demũ detracta legitima & trebellianica? Reſp. glo.in c.ſi pater, verb.abſque deductione opinatur poſſe hæredem deducere, quoniam non legatario, ſed magis hæredi cõparandus eſt, & hanc glo. opinionẽ ibi nullus ex ordinariis improbauit, ut fatetur ibi nouiſſime Em.a Coſta verb. Trebellianicæ.nu.14.

Contrarium uero uoluit Bal. l.filium quem, C.fami.hercis. nimirum quod legitimam, ſed non Trebellianicam inſtitutus in re certa adeunte uniuerſali hærede detrahere poſſit, hanc dicit communem opi.Soc.iun.conſ.45.nu.5.vol.1.idẽ aſſerit & ab ea iudicando & conſulendo non eſſe recedendum in conſil.122.nu.7 eod.vol.Pariſ.conſi.18.nu.104. conſ.22. nu.3.vol.2.Dida.Couar.c.Rainutius, §. 1.in fi. & hoc dogma receptius eſſe dicit Ema.à Coſta d.c.ſi pater, ver. Trebellianicæ, nu.14.& ſubdit contrariam opinionem nullo modo probandam, & in iudicando & conſulendo penitus reſpuendam, quod verum puto, quoniam loco legatarii habetur, ideoque non poteſt intelligi rogatus ut hæres.

6 Quæro item, quid ſi fideicommiſſarius grauatus ſit alteri reſtituere hæreditatẽ ſiue fideicommiſſum, numquid is habeat ius dęducendæ Trebellianicæ? Reſp. q non.tex.l.ſi patrem, §.qui fideicommiſſariam.ad Trebell.

7 Quod regulariter quidem procedit Sed quid ſi hæres primo Trebellianicam non detraxit, ſed fideicommiſſario liberaliter reſtituit? Reſp.quòd tunc fideicommiſſarius detrahit non ex perſona ſua, ſed hæredis, & hoc certum eſt, quãdo cõſtat quod hæres voluit donare fideicommiſſario, ſin verò non conſtat, qa hæres ſimpliciter reſtituit, dubium eſt, magis tamen obtinuit, quod tunc uidetur feciſſe in gratiam primi fideicommiſſarii, hanc dicit eſſe communem Doct. ſniam Iaſ.l. 1.§.deniq; nu.11.ff.ad Treb, Soc.iun.l.cũ filiofamil.par.3.num 20.Rip.nu. 7. ff.de leg.1.Aim.Crauet.conſi.131.nu.11.li.j. Io.Dilect.de art.teſtand.tit.5.c.28.nu.2. in fi.Eman.a Coſta d.c.ſi pater, verb.Trebellianicæ, nu. 30. Quia non eſt hæres, neque rogatus ut hæres.

Quęro pręterea, numquid etiam fiſco caſu quoad eum perueniunt bona ſubiecta fideicommiſſi reſtitutioni, de quo dixi §.fideicommiſſum, q.competat Trebellianicæ detractio? Reſpond.quod ſic, ita dicit eſſe communem Doct. opinionem Dec.conſi.442.nu.28.Boſ.in pract. crim. tit. de bono. publi.nu.41.Iul. Clar. lib.5.§.fin.q.78.nu.10.

Quæſtio IIII.

SVMMARIA.

An hæres de liberis teſtatoris duas quartas detrahat.nu.1.

Quid ſi legitima excedat dimidiam hæreditatis partem, nu.2.

Quid

Quid ſi non filio, ſed hæredibus eius fideicommiſſum fuerit iniunctum, nu. 3.
Quid in Aſcendentibus grauatis, nu. 4.

IVxta prædicta occurrit notabilis q̃ſtio: Quid ſi hæres grauatus reſtitue-
1 re, ſit de liberis teſtatoris cui debetur legitima, nunquid ille ſimul duas quartas legitimam, ſcilicet iure naturæ debitam, & Trebellianicam poterit detrahere? Reſpon. Articulus eſt dubius, & multum diſputabilis & controuerſus, tam apud gloſſatores iuris Ciuilis, & Canonici, q̃ interpretes: Sunt enim qui exiſtimant, quod vnicam tantum quartam filius poſſit detrahere, idque indiſtincte, ſiue pure, ſiue in diem, ſiue ſub conditione grauatus ſit, & pro hac ſnĩa eſt tex. l. iubemus, C ad Trebell. quem omni ſaluatione maiorem teſtatus eſt Ang. l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoff. teſt. hanc communem eſſe opi. dicit Cur. iun. conſ 148. conſ. 48. nu. 10. conſi. 80. nu. 1. Berengar. Fern. Repet. l. in quartam, præfat. 4. par. nu. 324. ff. ad l. falcid. Io. Bolog. in rub eiuſdem tit. nu. 71. veriorem dicit; Communem dicit Alber. d. § meminiſſe, nu 20. Alex. l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & nouiſſime p̃bat Vaſqui. de ſucceſ. progreſ. lib. 3. §. 26. nu. 33. & ſeq.

2 Alii diſtinguendum cenſuerunt; vt ſi filius grauatus ſit pure, non poſſit detrahere niſi unam quartam: ſin uerò ſub cõditione vel in diem, duas detrahat. ita tenet gloſ. §. ſi quis autem, uerb. auferri, Auth. de hæred. & falcid. gloſ. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoffi. teſta. hanc ſententiam dicit eſſe communem Alex. d. in ratione. §. quod vulgo, ff. ad legẽ falcidiam. Socin. d. l. 1. C. de pactis. Iaſon authen. nouiſſima, numero trigeſimonono. C. de inofficio. teſtam. Communem quoque aſſerit Addit. ad Roland. de teſtamen. parte lib. 29. numer. 3. Alex. d. l. cohæredi, §. cum filiæ, ibi Iaſ. num. 11. Bertrand. conſi. 70. num. 6. uolum. 2 Iaſ. Auth. res quæ, com. de legat. l. filium quem, nume. 6. C. famil. herciſ. Ruin. conſil. 133. nu. 14. li. 1. Neuiz. conſ. 1. n. 3. Fabiã de Giochis Auth. nouiſſima, C. de inoffic. teſtamento, Turzan. com. opin. concluſ. 142. Communem etiam refert Boer. deciſ. 44. nu. 18. Io. ab. Bolog. rubr. ff. ad l. falc. nu. 73. Couar. d. c. Rainutius, §. 11. nu. 5.

Ratio adducitur, quoniam ſi pure grauatur eodem tempore cõcurrunt duæ quartæ debitæ iure & exactione, unde cum vtraq; competat ex cauſa lucratiua, electione tolluntur: Secus quando ſub cõditione, vel in diem grauatus, quia primo mortuo patre, ſtatim debetur legitima ſine onere, & deinde adueniente conditione alia, ſ. Trebellianica: inter purum enim & conditionale non cadit electio & hæc ratio communiter recipitur, ut dicit Bolog. d. rubr. nu. 73. Quid dicendum in hoc quotidiano & arduo paſſu? Equidem ſi Doc. dicta recte conſiderentur, inuenies plures loqui attenta veritate iuris ciuilis, quo caſu primam communem eſſe non pauci contendunt: Alii inſpecta iuris canonici equitate ſecundum magis receptam profitentur, atque ita duas has contrarias ſententias conciliandas opinantur: ſed hanc concordiam communiter reprobari, & etiam iure ciuili duas quartas filiis deberi, ſecundum communem interpretum iuris ciuilis ſnĩam aſſerit Io. Imol. d. l. cohæredi, §. cum filiæ nu. 5. ff. de vulgar. Bolog. d. Rubr. nu. 72. Eandem attento iure ciuilli communem teſtantur Crot. d. c. Rainutius, conſil. 7. col. 4. uerſ. vltimo nota. Soc. iun. conſil. 131. nu. 65. lib. 1. Pariſ. conſil. 25. nu. 56. lib. 2. Sed q̃uamuis prædicti hoc aſſerant, tamen decipiuntur, & attento iure ciuili contrariam ſententiam magis communem, quod ſcilicet ſecundum ueritatem iuris ciuilis non poteſt fieri duplex detractio etiam diuerſis temporibus atteſtatur. Ema. à Coſta d. c. ſi pater, verb. abſq. deductione, num. 19. idq; enumeratione auctorum oſtendit, idem indubitatum aſſeuerat, & late comprobat Vaſqui. vltra relatos ſupra in prima opinione d. loco, Padil. Auth. res quæ, numero 33. C. com. de legat. Polit. d. l. filium quem, Bereng. Fernand. d. l. in quartam, numero 324. fatentur tamen omnes deciſionem Pontificum, quod duæ quartæ debeantur etiã in terris Imperii per totum mundum de generali conſuetudine eſſe approbatam, vt aſſerit Paul. de Caſt. & Corne. d. l. quãquam, Iaſ. d. §. cum filiæ, & Bereng. Fer. d. l. in quartam, nũ. 325. dicit quod communis uſus cauſarum obſeruat, & quod iudicando & conſulendo ſit tenenda, itẽ

legendo

da, item legendo & diſputando, quod Iu reconſultum bifrontem eſſe non deceat, & ut communem in iudiciis & ſcholis ap probari dicit Dec. l. cum proponas, el 2. num. 3. C. de pact. Lanfranc. d. cap. Rainutius, communem de iure Canonico, & æquam & benignam dicit Cagnol. d. §. meminiſſe, nu. 9. & 10. in ſcholis & palatiis approbatam, & ex generali conſuetudine etiam in terris Imperii per totũ orbem obſeruatam, Andr. Geil. lib. 2. obſer. pract. obſeru. 21. Bec. conſil. 107. nume. 6. Emanu. a Coſta d. loco, nume. 3. Corraſ. d. l. filium quem. nu. 72. Fabia. Auth. nouiſſima, num. 242. Pariſ. conſ. 9. nume. 9. conſi. 17. num. 16. conſil. 18. nu. 93. conſ. 45. nu. 10. conſ. 65. nu. 3. uol. 2. Gome. l. Tauri, 3. ex nu. 8.

2 Sed quid ſi legitima excedat, uel contingat dimidiam hæreditatis partem, nũquid poterit duas quartas detrahere? Reſp. Bal. conſ. 94. nu. 2. lib. 2. exiſtimauit, deciſionem Pontificum obtinere ſine dubio, ubi uel duobus, uel tribus, uel quatuor liberis portio legitima debetur, quæ triens eſt, id eſt tertia pars ſubſtantiæ paternę uel maternæ. cæterum ſi dimidia pars liberis debetur, ut ſi quinque ſint, tunc Trebellianicam deduci non poſſe, eo quod iniquum ſit, ſi maiorem partem ferant onerati quam honorati, & hanc ſententiam in puncto iuris ueriorem dicunt Modern. Pariſ. addit. ad Alexan. conſil. 2. uolum. 7. ſed contrarium tenet gloſ. §. ſi quis autem, uerſ. auferri. Aut. de hæred. & fal. hanc dicit communem ſententiam Ema. a Coſta d. uer. abſque deductione, num. 9. a qua non magis recedendum, quam a Pontificis deciſione: Veriorem opinionem contra Bald. dicit Cagnol. d. §. meminiſſe, in l. Papinianus, quem etiam refert & ſequitur pulchre hunc articulum declarans Benuen. Stracha in Annot. ad conſi. Crauet. conſil. 10. magis receptam, magiſque fundatam ſententiam profitetur Mar. Anto. Cucchus Auth. nouiſſima, C. de inoff. teſt. Rub. legitima, & Treb. an quandoque ſemiſſem excedant num. 2. Mod. Par. tamen ſupra d. loco aliter ſentire uidetur, ſed a communi non recedendum eſt, quia d. iura c. Rainut. & Doc. non diſtinguunt, ſed generaliter dicunt duas quartas detrahi, ergo nec nos diſtinguere debemus, & cõtrariam Bal. ſententiam duram in praxi; & nouam appellat & improbat Marr. epit. fideicom. q. 51. debet tamen quarta quæ ultra legitimam detrahitur non eſſe quarta hæreditatis, ſed illius alterius ſemiſſis, ita ut Treb. cum legitima ſeptẽ uncias totius hæreditatis, & dimidium vncię capiet. Sed quando legitima triens eſt, tunc cum Trebellianica ſex uncias conſtituet, gloſ. cap. Rainald. ibi Couar. §. 23. in princip.

3 Quid ſi non filio, ſed hæredibus eius fuerit iniunctum fideicommiſſum: An poſſint duas quartas detrahere? Reſp. quod legitimam non detrahunt ur, ſed tantum Trebellianicam. ita tenet Bar. l. ſi fundũ 3 §. fi. ff. de leg. 1. & eſt communis opinio, ut teſtatur Iaſ. l. ex trib. C. de inoffic. teſtam. Ioan. Dilect. de arte teſtand. tit. 5. Caut. 34. nu. 2.

4 Sed quæro, numquid idem ſit in aſcẽdentibus grauatis? Reſpon. Diuerſę ſunt Doc. ſententiæ, quibuſdam exiſtimantibus, unam quartam tantum detrahi poſſe, quam ſententiam ſub dubio tamen tenet Bal. l. ſi à milite, §. fin. ff. de teſtam. milit. & receptiorem dicit Crauet. conſil. 10. Rol. a Val. conſ. 39. nu. 9. uolu. 3. Corraſ. l. filium quem, nu. 44. C. famil. hercif. Aliis uero contra cenſentibus, nimirum aſcendentes ad ſimilitudinem filiorum quoque duas, ſi ſub conditione ſint grauati, quartas detrahere poſſe, unam ſ. pure, hoc uoluit Ang. d. l. ſi milite, & hanc opinionem dicit communem, & ſequitur Ioan. Crot. d. l. qui Romæ. §. duo fratres numero 80. ff. de uerbor. oblig. Crauet. conſi. 110. & Benuenut. Straccha in annot. ſuis ad conſ. Crauet. d. l. conſilio 110. numero 1. Ioan. Oroſcius l. ſi arrogator, num. 73. ff. de adopt. Ant. de Padila. authen. res quæ, numero 36. C. comm. de legat. Couar. d. c. Raynu. §. 11. nu. 6. Eandem dicit communem Corraſ. d. l. filium quem, num. 44. C. famil. herc. & ueriorem dicit Bereng. Fernand. d. l. in quartam, numer. 333. hanc quoque dicit communiter teneri, & ueriorem eſſe Crot. l. re coniuncti, numer. 177. Andr. Geyl. obſer. 121. nu. 10. lib. 2. & ex cõmuni nouiſſime refert Fernan. Vaſq. d. loco, nume. 36. licet ipſe aliter ſentiat, ſed ab

hac non eſt recedendum, quia in ſimilimis parentes ſimiles ſunt, & æquiſſimū eſt parentes mœrentes liberorum morte per portionem bonorum releuari.

Sed quid ſi teſtamentum nō valuit iure teſtamenti, ut quia non ſunt in eo teſtes neceſſarij, uel alius defectus, & appoſita fuerit clauſula codicillaris, quæ hodie ſolet communiter apponi, & operatur ut uenientes ab inteſtato cenſeantur rogati reſtituere per fideicommiſſum hæredit atem ſcripto hæredi, numquid filij uenientes ab inteſtato, & grauati reſtituere, poſſint detrahere duas quartas? Reſp. Bart. d. §. meminiſſe, tenet quod non, quia cenſentur rogati in continenti. reſtituere, duæ autem quartæ ſaltem detrahuntur, quādo ſub conditione uel in diem eſt iniectum grauamen, & hanc opin. communiter approbatam, & hodie canonizatam tam in ſcholis, quam iudicijs aſſerit Cagnol. ibi nu. 21. in fi. magis communem opin. Franc. Burſat. conſil. 92. nume 4. & ſeq. hanc dicit magis communem opin. Alex. conſil. 26. nu. 7. uol. 1. conſ. 161. num. 4. eo. uol. Corn. conſil. 232. nu. 11. uol. 4. Frac. Mant. de coniect. ult. uolunt. lib. 7. tit. 12. nu. 27.

Quid autem ſi ſubſtituta ſit pia cauſa? Reſp. ui ., infra q. 6.

Quæſtio V.

SVMMARIA.

Trebellianica detrahitur de relictis uniuerſalibus, n. 1. ſiue relicta ſint per modū legati, ſiue fideicommiſſi, nu. 2

Quid in teſtamento militis, nu. 3.

Quid in creditore fideicommiſſario, nu. 4.

Quid ſi fiat fideicōmiſſū ī pactis dotalib n. 5

1 VVlgata eſt concluſio, Trebellianicā detrahi de relictis uniuerſalib. nō autē de particularibus, in quibus obtinet falcidia, ut dixi ſupra §. præced. q. 3. & hæc eſt vna ſpecifica differentia inter falcidiam & Trebellianicam, quam communiter approbatam dicit Alex. l. 12. n. 2. C. de teſtam. milit. crebriorem & receptiorem opin atteſtatur Bereng. Fernan. d. l. in quartam. num. 202. & ſubdit uerio rē, adeo ut ſi quis in praxi de legatis Trebellianicam detrahendam uelit aſſerere omnibus riſui foret. Pariſ. cōſ. 43. nu. 45 uol. 3. Soc. iun. cōſ. 136. n. 4. uol. 1. Corn. d. auth. ſimiliter. C. ad Trebel. Ema. à Coſta. d. c. ſi pater. verb. Trebellianicæ, num. 16. Picus d. l. in quartam. nu. 2. Pariſ. cōſ. 43. nu. 45. vol. 3. Soc. iun. conſ. 122. nu. 5. vol. 1. & conſ. 49. nu. 16. uol. 3. Rip d. l. in quartam, n. 3. & 4. crebriorem dicit, & receptiorem Mant. de coniect. ult. uolunt. lib. 7. tit. 11. num. 2.

2 Et hæc concluſio procedit in relictis vniuerſalibus, ſiue relicta ſint per modum legati, ſiue per modum fideicommiſſi, dummodo ſint legata aut fideicommiſſa uniuerſalia, iſta eſt communis opinio, ut teſtatur Picus d. l. in quartam, quia iſta hodie ſunt adæquata, vt eſt cōmunis opinio, de qua ſupra, & teſtatur Picus d. loco.

3 Sed quid in teſtō militis, numquid locum habet detractio Trebellianicæ? Reſ. Contrariæ ſunt opiniones. Prima eſt, ꝙ non. quam non pauci tenuerunt de quibus Rip. l. Centurio, nu. 7. Secunda eſt, ꝙ in teſtō militis, in quo quis fideicommiſſariæ ſubſtitutus ſit, olim Trebellianica nō poterat detrahi, hodie uero iſtud correctum eſt, ita ut inſtitutus Trebellianicā detrahere poſſit, quam tenuit Dyn. l. j. §. in filii. ff. ad Trebellia. & magis communem dicit opin. Alex. d. l. Centurio, numero 47. idem l. 8. num. 15. C. de inſtit. & ſubſt. Galiau. num. 96. Rip. d. § in filii, numer. 7. & communiter hoc teneri quoque aſſerit Bereng. Fernan. d. l. in quartam, nu. 234. Sfort. Odd. tract. compendioſæ ſubſtit. part. 5. præmiſ. 6. prima diſſerentia.

4 Quæro item, quid ſi hæreditas reſtituenda ſit creditori, qui eſt in recompenſationem inſtitutus, tantumque debebatur quantum hereditas ualet, numquid detractio Trebellianicæ habeat locum? Reſp. ꝙ non tex. l. 1. ff. ad l. falc. §. ſi quis debitori, hanc communem ſententiam Doc. Bereng. Fernand. d. l. in quartam, numero 244.

5 Quid autem ſi fideicommiſſum fieret in pactis dotalibus, ſiue matrimonialibus, ſicut hodie ſæpe accidit, an grauatus reſtituere poſt mortem poterit Trebellianicam detrahere? Reſp. ꝙ non. ita tenet Bal. rubr. C. de reuoc. his, quæ in fraud. credit. & non habet contradicentem, ut teſtatur Bereng. Fernan. d. loco,

Ratio

Ratio eſt, quia quartę detractio conceditur, ne hæredi, nomen in uanum aſſumatur, & grauatus inuitet ad adeundum, & teſtamentum ualeat, quæ omnia ceſſant, quando ex contractu reſtitutio fieri iubetur.

Quæſtio VI.

SVMMARIA.

An de fideicōmiſſo ad piam cauſam detrahatur Trebellianica nu. 1.

Etiāſi inſtituti ſint filii primi gradus, n. 2.

Item ſiue immediatè, ſiue mediatè per alium fit reſtitutio eccleſiæ, nu. 3.

1 QVæro item, quid ſi ſubſtituta ſit pia cā, numquid con tra eam detur detractio Trebellianicæ ſicut falcidiæ? Reſp. Articulus eſt diſputabilis, adeoq; ambignus, vt videatur alter Gordiani nodus ad quē diſſoluendū Alexādri gladius vix ſufficeret. gl. c. 1. uerb. Trebellianicæ, de teſt. in 6. tenet non ceſſare locum habere Trebellianicæ detractionē, & hanc partē dicit ueriorem Salyc. auth. ſimiliter. C. ad Treb. idē fatetur Corn. i n, & magis ſubſtantialē in conſ. 1 7. vol. 4. & eā tanquam de iure veriorē refert, & ſequitur Iaſ. l. Marcellus. ff. ad Treb. & hanc nouiſſime uti veriorē, & textibus tā iuris ciuilis, q̄ Canonici apertis fulcitam ſequendam & tenendam dicit Fern. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 26. nu. 22.

Contrariā uero partē, Trebellianicam de uniuerſali fideicōmiſſo piæ cauſæ relicto non detrahi poſſe uoluit Dyn. l. 1 §. in filii. ff. ad Treb. & ſequit Ang. d. l. Marcellus, dicens eam in practica communiter receptā eſſe, & eā ſe ſuiſſe ſecutū legēdo & cōſulendo, & ita fuiſſe iudicatū refert Spec. tit. de inſtr. edit. §. compēdioſæ. Bald. d. auth. ſimiliter. C. ad l. falcid. & in practica tenendā dicit Sal. d. §. in filii, & in l. ſi quis ad declinandā c. de epiſ. & cleric. & hanc eſſe cōem opinionem atteſtatur Bal. conſi. 423. lib. 4. & veram & approbatam ſententiam profitetur Ang. cōſilio 41. punctus, & conſi. 59. Quidam cōmunem dicit Panorm. cap Raina. colum. 6. & in conſi. 50. urſo teſtamento. volum. 1. & conſil. 32. lib. 2. Paul. de Caſt. conſil. 304. colum. 2. lib. 1. Corne. conſi. 93. incip. licet poſſet, uolum. 1. & cōſi. 168. colum. 4. lib. 2. Communem quoque dicit Roma, conſ. 239. à qua non eſt recedendum, neque conſulendo, neque iudicando, & quod iſtud eſt verius, ęquius, & cōmuniter tenetur dicit Calder. conſil. 40. tit. de teſtam. & ita communiter in practica ſeruari aſſerit Alex. conſ. 217. vol. 6. communem dicit Corn. conſil. 22. vol. 2. & conſi. 168. volum. 3. Dec. conſi. 299. col. 1. Paul. de Caſt. conſil. 152. vol. 2. & ita communiter in practica ſeruari dicit Barbat. conſ. 217. vol. 6. Galiau. l Centurio. nu. 351. hāc quoque dicit communē Cagnol. d. l. Papinianus. §. meminiſſe nu. 18. benigniorem, & magis communem, & ſequendam dicit Corne. d. auth. ſimiliter, Eman. à Coſta d. c. ſi pater, uerb. Trebellianicæ, num. 25. magis communem, & de conſuetudine receptam, ideoque ſequendā dicit Tyraq. d. tract. de priuileg. piæ cauſę, priuil. 27. magis communem licet ipſe contrariam ſequatur Fernand. Vaſq. fatetur d. loco, Ant. Gabr. cōm. concl. li. 4. tit. ad Treb. concl. 11. nouiſſimè Ioſep. Lud. deciſ. 30. n. 81. Quicquid ſit in puncto iuris temerarium eſſet ab hac longo vſu recepta ſentētia recedere.

2 Et hæc habet locum in relictis ad pias cauſas, quicūque ſint inſtituti, licet ſint filij primi gradus, ut omnes ſentiunt ſupradicti, & communem fatetur Cagn. d. §. meminiſſe, nu. 18.

3 Item procedit hæc concluſio, quando immediate fit reſtitutio eccleſiæ, vel piæ cauſæ, ſed quid ſi teſtator hæredem ſuum iuſſit alii reſtituere, & fideicommiſſarium grauauit piæ cauſæ iterum reſtituere, numquid tunc hæres detrahet Trebellianicam? Reſp. quòd non, quia priuilegium datum in d. Auth. ſimiliter, procedit etiam quando pia cauſa læderetur mediatè per deductionem falcidiæ, uel Trebellianicæ, ita tenet Bald. l. auia. §. Titio. ff. de condit & demonſtr. hanc teſtatur magis communem Corn. d. Auth. ſimiliter, & ſequendam in practica Corne. numer. 8. & ibi Scip. Trigo. dicit eſſe cōmunem opinio. Eman. à Coſta. d. uerbor. Trebellianicæ. nu. 26. & patet ex auctoritatibus deducts per Tyraq. d. tract. piæ cauſæ, priuil. 26. Quod tamen intellige, ut procedat,

quando fideicommiſſarius, qui grauatur idem fideicommiſſum reſtituere pure cauſa, ... eſt pure, aut ad diem certũ, aut poſt mortem ſuam. Secus ſi rogatur reſtituere ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, ita tenet Bal. Alex. & communiter Doct. in d. locis, ut teſtatur Eman. a Coſta d. ver. b. Treb. nu. 27. in addit. lit. A. Quoniam prioribus tribus ſpeciebus cõſtat neceſſario fideicommiſſum deuenturum eſſe ad piam cauſam, in poſtremo nõ omnino certum.

Quæſtio VII.

SVMMARIA.

An hæres non conficiens inuentarium habeat beneficium Trebel. nu. 1. declaratio, nu. 2.

1 IVxta prædicta quæro etiam, an hæres non cõficiens inuentarium hẽat beneficium Trebellianicæ, an uero amittat ſicut falcidiam? Reſp. Doct. in hoc articulo adeo fuerunt ſibi contrarii, ut uix diſcerni poſſit, quæ ſit uera, quæve magis communis opinio, & indigere eam deciſione Cæſaris ipſi fatentur.

Negatiuam ſtiam, q. ſ. Trebellianicã non poſſit detrahere tenuit Iac. de Arett. d. authen. ſed cum teſtator, & ſequitur Cyn. Bald. & alii, & iſtam opinionem eſſe ſeruatam eo aduocante in ciuitate Ferrariæ teſtatur Angel. Aret. §. extraneis, inſt. de hære. qualit. ueriorem dicit Bal. conſi. 97. part. 2. Cuma. conſ. 141. & contrariam partem non eſſe communem, licet quidam hoc dicant aſſerit Matheſi. l. filium quem. C. famil. hercisſ. hanc quoq; dicit veriorem, & magis cõem Deci. conſ. 236. & cõſ. 480. Corn. cõſ. 168. uol. 3. & hãc eſſe iudicãdo & cõſulẽdo ſequẽdã dicit Soc. l. Marcel. §. quoad aũt. ff. ad Treb. conſ. 132. vol. 1. ueriorem & cõiorem atteſtatur Curt. iun. conſ. 54. & conſi. 104. conſ. 120. Pariſ. conſi. 126. vol. 1. & conſi. 93. vol. 2. conſ. 53. & 17. uol. 3. conſi. 16. conſi. 64. conſ. 1. nu. 68. vol. 3. Cro. Repet. c. Raynu. tex. de teſta. magis communẽ dicit Grat. conſ. 12. & conſ. 21. vol. 2. & conſ. 88. dicit noſtris tẽpibus hãc eſſe magis communem, magis communem dicit Conſtãt. in tract. de Treb. §. 4. in fi. Pariſ. cõſi. 17. num. 34. vol. 4. ubi loquitur in filijs primi gradus. Eandem dicunt crebriorẽ, magiſque feudatam Mod. Pariſ. addit. ad Alex. conſ. 67. num. 2. vol. 4. conſ. 29. vol. 5. Ale. d. l. Marcellus, 101 Thom. Diplo. in addit. hanc eſſe crebriorem & ueriorẽ opin. teſtatur Ruin. conſi. 115. in fi. conſi. 118. nu. 26. conſ. 159. nu. 9. li. 3. magis receptam dicit Menoch. in remed. quorum legat. nu. 74. Aymon. Crauet. cõſil. 219. nume. 6. magis communem dicit nouiſſimè Anton. Gabriel. d. tit. ad Trebel. con cſu. 10 nume. 2. Ioan. Dilect. de arte teſtand. tit. de ſubſtit. caut. 27. longe veriorem aſſerit & communem Vaſq. de ſuc. ceſ. creat. li. 1. §. 8. numer. 14. Dida. couar. cap. Raynut. §. 11. num. 10. longe communiorem appellat Mandoſ. Roman. conſil. 276. verb. Trebellianica, & paſſim ſeruari, mouentur omnes, quod hæres tenetur fideicommiſſario, ad reddendas rationes, quod abſque inuentario fieri nequit.

Affirmatiuam ſententiam amplexa eſt Iacob. de Beluiſ. §. hinc nobis, auth. de hæred. & falcid. & ſequitur Bartol. in auth. ſed cum teſtator. C. ad l falcid. dicens ita communiter obſeruari hanc dicit magis communem Alex. d. l. Marcellus, nume. 11. Iaſ. num. 68. Claud. col. fin. dicit magis communem Alexan. conſ. 29. uo. 5. Ioa. de Imol. d. §. hęc ſtipulatio. Io. de Ana. conſil. 61. quod eſt inter conſilia Alex. lib. 4. conſil. 67. Viſis & ponderatis ibi Ludo. Bolog. in addit. Paul. de Caſt. conſ. 164. Viſa facti narratione, ubi ſubdit temerarium eſſe in iudicando recedere ab huiuſmodi opinione. Communem quoque dicit Firmia. in repert. uerb. hæres inuentarium, & quod hanc partem obſeruat cõſuetudo dicit Corne. d. Aut. ſimiliter, & ita fuiſſe iudicatum refert Apoſtil. ad Bart. conſil. 2. lib. 1. hanc quoque dicit communem opin. Cuma. cõſ. 70. Iaſ. ſubdens ab ea non eſſe recedendum conſi. 84. uol. 1. conſi. 114. uolum. 4. Io. Ant. Alex. conſi. 43. Corn. l. fi. §. licentia. C. de iure delib. ubi dicit eam communem, & de conſuetudine ſeruari, & conſ. 22. uol. 2. conſ. 168. uol. 3. dicit magis cõmunem, idem atteſtatur Soc. iun. conſil. 137. ubi dicit etiam de conſuetudine ſeruari, uol. 1. Communem dicit Grat. cõſ. 77. uol. 2. Ruin. conſil. 135. uol. 3. conſil. 152. volum. 5. hanc eſſe crebriorem, magis

gis veriorem, piam, & conſuetam opin. atteſtatur Rolan. à Valle cum pluribus per eum relatis conſ. 27. vol. 1. Neuiz. conſ. 10. Alba conſ. 7. nu. 6. Bero. conſil. 93. nu. 77. vol. 2. qui dicit ab ea in iudicando non eſſe recedendum, magis communem, æquiorem, & benigniorē dicit Cagnol. d. §. meminiſſe, vbi fu. dicit ſe ita vidiſſe obſeruari, & ſeruari per totum mundum cum pluribus per eum adductis, & ab ea ſe nō recedere uelle iudicando & conſulendo Couar. c. Rayn. §. 11. n. 9. & ſeq. licet ipſe contrarium teneat, Monti. tract. de inuentario. 9. ca. in prin. num. 168. & ſeq. hanc magis communē, benigniorem, & ſecundum eam iudicatum fuiſſe refert, & multis auctoritatib. comprobat Franc. Burſat. conſil. 44. nu. 19. uol. 1. magis communem dicit Iacob. de S. Georg. l. fi. §. licentia. C. de iur. delibe. Ant. Gomez. variar. reſol. tom. 1. cap. 5. nu. 12. hanc quoque magis communē aſſerit Cacher. deciſ. Pedemon. 147. dicens ita fuiſſe iudicatum Marzar. de fideic. q. 49. per totum.

Quid dicendum? Certè nō poteſt negari, quin paſſus ſit arduus, & hinc inde graues ac excellentes pugnent Doct. ut in tanta varietate non mirum ſit ſi iudices aliquando vacillarint, & bene dixit Caſſiod. deciſ. 3. ſub tit. de teſtam. iſtam queſtionē indigere deciſione principis. Sed tamen ex enumeratione Doct. hæc opinio hodie magis communis, æquior, & benignior eſt, quam etiam ſummi iudicij, & Cameræ Imperiales aſſeſſores amplecti atteſtatur Andr. Geyl. o ſer. 138. li. 2. pract. obſer. ideoque ab ea non eſt recedendum, & ſane ſi uera eſſet contraria, nūquam ferè detraherent Trebellianicam hæredes, quia nō ſolent de bonis paternis inuentarium conficere.

2 Et hæc quidem concluſio proculdubio procedit in filijs primi gradus, uel deſcendentibus, & in his terminis loquuntur ferè omnes ſupra allegati, etiam quādo duæ quartæ ſunt detrahendæ, in ſpecie Roland. à Valle, Neuiz. Marzar. Cagnol. Burſat. locis citatis, cum multis per eos adductis, & communem dicit Crauet. conſil. 7. Ru e. conſil. 43. num. 9. Cæterum in hæredibus extraneis crebriorem & ueriorem contrariam cenſet Cacher. d. deciſ. 147. Sed à ſuperiore ſententia utroque caſu non eſt recedendum, quia imò decipitur Cacher, & hanc magis communem ex ſupradictis aſſerit Alex. & ueriorem d. conſil. 21. & conſil. 67. communem & uſu forenſi receptam Corn. d. conſ. 18. nu. 11. lib. 4. Cland. d. l. Marcellus.

Queſt. VIII.

SUMMARIA

An detractio Trebellianicæ fieri poſſit contra prohibitionem expreſſam teſtatoris, nu. 1.

An requiratur ſpecifica & ſingularis prohibitio, an æquipollens ſufficiat, nu. 2.

Si teſtator iuſſit reſtitui ſine diminutione, nu. 3. quid ſi totam hæreditatem, nu. 4. uel integram, nu. 5. uel omnia bona, nu. 6.

Quid ſi rogauit hæredem, ut pleno iure reſtituat, nu. 7.

An prohibita alienatione cenſeatur prohibita Trebellianica, nu. 8. & 9.

QVæro item, numquid Trebellianica poſſit detrahi ſi ſit prohibita per teſtatorem? Reſp. quod olim ſicut falcidia, 1 contra expreſſam teſtatoris uoluntatem poterat deduci Trebellianica, hodie uerò ſecus, quia prohiberi poteſt, ut dixi infra. §. teſtamentum. de poteſtate teſtatoris: Et hoc non habet dubium in extraneo hærede, ſed controuerſia eſt in filiis primi gradus, de quo ibidem dixi.

2 Sed quæro, an expreſſe debeat prohiberi, An uerò ſufficiat æquipollenter fieri? Reſpon. Diuerſæ ſunt Doct. ſententiæ, quibuſdam exiſtimantibus neceſſariam eſſe expreſſionem ſpecificā & ſingularem, nec ſufficere generalem aut coniecturas, quod uoluit Ang. §. ſi uerò expreſſim. Auth. de hær. & falcid. & hanc communem op. profitetur Crot. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. Bertrand. conſ. 85. uol. 2. conſi. 144. vol. 3. Aliis uerò contra ſentientibus, imò ſufficere ſaltem uerbis generalibus Trebellianicam eſſe prohibitam: Quam ſententiam docet Bar. l. Centurio, n. 27. ff. de uulg. & pup. & eam dicit magis cōem & ueriorem ibi Galiau. nu. 88. Communem quoque dicit Pariſ. conſi. 9. nu. 97. & ſeq uol. 3. magis communem conſi. 21. nu. 35. eod. uol. & hanc

tanquam magis communem eſſe tenendam dicit Anton. Gabriel. Roma. com. concluſ. lib. 4. concluſ. 2. tit. ad Trebell. Franciſ. Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 7. tit. 12. & ab hac non recedas, Quia expreſsè dicitur fieri, modo uoluntas diſponentis colligatur etiam ex verbis generalibus, vt tradit Bar. l. 1. ff. de uulgar. quem omnes ſequuntur, vt inquit Galiau. d. l. Centurio, nu. 401.

3 Hinc ſi teſtator iubeat reſtitui hæreditatem ſine omni diminutione, indubitanter cenſetur prohibita Trebellianica, ita tenet Bald. l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſti. & hanc dicit communem opinionem Galiau. d. l. Centurio, num. 399. Communem quoque dicit Pariſ. conſil. 21. volumi. 3. conſil. 9. nume. 9. & ſequen. uolum. eod. magis communem, & ab ea non eſſe recedendum dicit Alciat. conſil. 66. nume. 33. uol. 9. & neminem diſſentire ab iſta opinione dicit Aim. Crauet. conſil. 174. nume. 2. & indubitantur procedere aſſerit Gabriel. Roma. d. tit. ad Trebell. concl. 7. Mant. d. tit. nume. 16.

4 Similiter ſi teſtator dixerit: uolo totã hęreditatem meam peruenire ad Caium poſt mortem filij mei, Trebellianicam prohibuiſſe cenſetur, ita tenet gl. l. decem. ff. de fideicom. libert. & ſequuntur Doct. magis communiter, ut teſtatur Galiau. d. l. Centurio, nu. 399. ibi. Rip. num. 130. Cõmunem quoque dicit Alex. conſ. 101. nu. 15. uol. 6. & ab ea nõ eſſe recedẽdum iudicando Alciat. conſ. 97. nu. 3. lib. 9. Communẽ quoque dicit Tiraq. repe. l. ſi unquam, uerb. totum, n. 1. uerſ. ſimiliter. C. de reuoc. donat. Cõem dicit Anto. Gabriel. d. concluſ. 6. n. 6. quicquid dixerit de contraria cõmuni Crot. d. l. nemo poteſt, ff. de legat. 2. hanc cõem nouiſſimè profitetur Mant. d. tit. nu. 14. Quod procedit indiſtinctè, ſiue hoc uerbum, totam, adijciatur uerbo executiuo, ſiue diſpoſitiuo. hanc dicit magis communem opin. Ruin. conſ. 148. num. 6. uolum. 5. licet alias contrarium teneat, ſed hæc tenenda eſt, & ꝙ Doct. non conſtituant in hoc aliquã differentiam fatetur Mãt. d. loco. nu. 14. in fi.

5 Idem ſi teſtator iuſſerit integram hæreditatem reſtitui, uel integraliter, quoniam expreſſim prohibuiſſe uꝛ, ita tenet Ale. d. l. Cẽturio, & ibi magis cõem, & uериorem dicit ſniam Galiau. nu. 399. Pariſ. conſ. 39. uol. 2. Ruin. conſil. 47. uol. 2. Alciat. conſ. 66. nu. 13. lib. 9. Communẽ quoque dicit Io. Dilect. de arte teſtan. de ſubſtit. caut. 131. num. 3. Anto. Gabr. Roma. d. tit. ad Trebell. concl. 5. Quod procedit quidem ſine dubio, quando ſimul iuncta ſunt, totã & integram, uel ſi dixerit teſtator, reſtituas & integra bona liberè, ut teſtatur Socinn. conſ. 113. nu. 57. uol. 1. Ant. Gabr. d. concl. 5. nu. 4.

6 Sed oritur maximum dubium, quid ſi teſtator iuſſit omnio bona reſtitui, nunquid Trebellianica prohibita cenſeatur? Reſp. In hac queſtionæ ab interpretibus in diuerſas ſententias itum eſt. Bar. enim d. l. Centurio, exiſtimauit prohibitam eſſe Trebellianicam, & retineri non poſſe. & hanc ſentit communem eſſe opin. ibi Iaſ. Alciat. conſil. 48. nume. 1. & 5. lib. 9. Sed contrariam partem, quòd iſto caſu non cenſeatur prohibita Trebellianica tenet Ang. auth. ſed cum teſtator. C. ad l. falcid. & ſequuntur omnes qui in ſupradictis caſibus affirmatiuam, & communem probant, vt teſtatur Galiau. d. l. Centurio, & communem eſſe hanc ſententiam aſſerit Marc. Mantua. conſilio 291. & hodie magis communem dicit Anton. Gabriel. d. titul. ad Trebell. concluſ. 3. num. 2. Franciſ. Mant. d. titul. 17. Quia talia uerba neceſſariò non inferũt prohibitionem detractionis, cum poſſint aliud importare. ſ. quòd perueniant bona cuiuſcunque generis ſint, non tamen integraliter, ſed temen Rip. d. l. Centurio, n. 31. dicit, quòd hanc ſententiam in iudicando non auderet ſequi, quoniã huiuſmodi ſubtilitas, & exquiſita differentia non eſt nota teſtatoribus & Notarijs literarum ut plurimum præſertim ciuilium ignaris, quamobrem etiam maximè ſi ex alijs concurrentibus enixa teſtatoris uoluntas, apparere poſſet, contrariam omninò ſequentiam iudicarem.

7 Quæro præterea, quid ſi teſtator rogauit hæredem, ut pleno iure reſtituat hæreditatem, numquid cenſeatur Trebellianica eſſe prohibita? Reſp. Variarũ fuit quoque hoc caſu, affirmatiuã enim ſen-

ſententiam, quod nempe huiuſmodi uerba inducat Trebellianicæ prohibitioné, amplexus eſt conſulendo Alexan. conſi. 201. vol. 1. num. 6. & dicit communé opi. Guid. Pap. conſil. 537. num. 2. Negatiuá uero ſententiam, quod talia uarba nó impediant detractionem Trebellianicæ tenet Pau. de Caſtr. d. Auth. ſed cum teſtator. & hanc dicit communem opin. Bened. Capr. conſi. 83. nu. 9. & ſeq. conſ. 36. nu. 9. Roma. conſi. 239. num. 3. & ſubdit ſe bis obtinuiſſe in ciuitate Florentiæ, cómunem dicit Bertr. & ab ea in iudicando & conſulendo non eſſe recedendú aſſerit recedendum aſſerit Bertr. conſ. 37. nu. 1. & 2. uol. 1. Ruin. conſil. 163. nu. 21. Communem quoque dicit Ioan. Dilec. de art. teſtan. tit. de ſub. ſt. caut. 31. nu. 3. Communem dicit Ant. Gab. d. tit. concl. 4. num. 1. Manti. d. lib. 7. tit. 12. nu. 18. frequentiori calculo receptam profitetur. Poſſunt. n. iſta uerba altum habere intellectum, nimirum reſpectu dominii pleni, uel etiam proprietatis, uel uſusfructus. Intelligitur tamen hæc concluſio negatiua vt procedat, quando dictum eſt ſimpliciter bona deberi reſtitui pleno iure, ſecus ſi teſtator uelit pleno iure reſtitui, & omnia quidem bona. hanc diſtinctionem dicit communem Grat. conſi. 103. nu. 14. uol. 2. quem refert & ſequitur Ant. Gabrie. d. concl. 4. nu. 2. Manti. d. tit. nu. 18. ad fin. & ego facile amplector per dicta ſupra in præced. uerſi.

8 Quæro item, quid ſi facta eſt prohibitio alienationis, numquid Trebellianicam prohibuiſſe teſtator uidebitur? Reſpond. q̃ ſic, ita tenet Bald. auth. ſed in ea re. C. ad l. falcid. & hanc ſenténtiam dicit eſſe communem opin. Pariſ. conſ. 126. num. 34. & ſeq. uolum. 1. conſ. 17. nu. 30. conſ. 51. num. 12. uol. 3. & quod non habeat contradictorem dicit Ruin. conſil. 115. nu. 25. uol. 3. Communem dicit Anton. Gabriel. d. concl. 9. nu. 2. Franc. Burſat. conſ. 13. num. 42. uol. 1 ubi loquitur tantum in caſu alienationis. Communé quoque profitetur Mant. d. tit. 12. nume. 19. licet contrariam partem ueriorem exiſtimet, & uidetur ſatis æqua, a communi tamen non eſt recedendum, maximè ſi apparere poſſet, quod uelit teſtator bona in familia permanere.

9 Et prædicta non habent dubium in extraneis, ſed tamen non procedunt in liberis primi gradus ſecundum magis cóem, de qua infra. §. teſtamentum quoniam in eis non poteſt prohiberi Trebellianicæ detractio, ut teſtatur Burſ. d. conſ. 13. nu. 44. Ant. Gabri. d. concl. 9. nu. 3.

Quæſtio IX.

SVMMARIA.

Trebellianica, an de una uel qualibet re hæreditaria detrahi poſſit. nu. 1. declara nu. 2. & 3.

Quid in re data ut imputetur. nu. 4.

Quid in re data in uita patris in peculium nu. 5.

Quid in fructibus perceptis, nu. 6.

Quid in re alienata. nu. 7.

1 Dictum eſt deduci de relictis vniuerſalibus Trebellianicam, quero. An de vna uel qualibet re hæreditaria detrahatur? Reſp. glo. in l. filium quem. C. famil. hærciſc. dicit de vna re deduci poſſe, ſed verior eſt ſententia, quod debetur in ſingulis rebus pro indiuiſo, detrahique poteſt de qualibet re hæreditaria, & in hoc non eſt aliqua differentia inter falcidiam & Trebellianicam, licet iura adducta per Barto. loquantur in falcidia, ita tenet gloſſ. l. 2. C. ad Trebell. not. Bart. d. l. in quartam, & eſt communis opin. vt teſtatur Picus d. l. in quartam, numer. 106. Namque falcidia defalcat quartam ex relictis, quæ exhauriunt dodrantem, & cum diuerſæ res relinquantur ex diuerſis rebus deduci debet: Trebellianicæ ueró hæreditariæ quartæ uocátur, ut

2 dixi ſupra q. 2. Vnde ex uniuerſo aſſumútur. Quod declara, ut procedat de rigore iuris, ſecus de æquitate, non enim debet de omnib⁹ rebus, ſed aſſignari in una uel duabus pro iudicis arbitrio, ut dixi ſupra §. Falcidia, quæ locum quoque habét in Trebellianica.

3 Et hoc procedit, quando inter partes non conuenit, ſin autem actú eſt, in altera re Trebellianicá deſumi res plana eſt, & ꝓcedere póť glo d. l. filiú qué, ita tenet Bar. d. l. in quartá, & cõiter tenetur, ut teſtatur Bereng. Fernand. ibi art. 32.

4 Idem eſt, quando teſtator dedit hæredi, quod in quartá imputaretur, ea enim

in re ſola deductio fieri poteſt & debet, vt ſeruetur teſtatoris voluntas. ita dicit communiter teneri Berenga. Fern. d.l.in quartam, ar.2.nu.32.& dixi §.præc.q.13.

5 Sed quid ſi res aliqua eſſet hæredi grauat vni peculiũ a uiuo teſtatore conceſſa: Nunquid in uo hæres fideicommiſſario, Trebel.deducere poteſt? Reſp. Bar. d.l.in quartam, tenere uidetur quod ſic, Vnde milites, quos factores uocāt, quibus pater peculium profectitium concedere ſolet, poterint in iiſdem rebus quartas deducere, quas pater tradiderat, nec coguntur ex corporibus hæreditariis accipere, in quibus commodè artificium ſuũ exercere non poſſunt. Sed Bar. communiter Doct. reprehendunt, ut dicit Pic. d.l. in quartã, nu.28. Socin. Iun. nu.96. Fern. art.2.nu.37. qui tamẽ ſubdit, quod Bart. non mereatur reprehendi, quia non uult ipſo iure ex peculio deduci, ſed iudicem debere in illa re aſſignare, & Alc. ibi dicit quod iſta ſnia magis auctoritate Doctó. quam verbis Legatis defenditur. n.21.

Tu aduerte ad duo quæ communiter ſũt recepta. Primũ, quod filiis grauatus per fideicommiſſum non poteſt eueniente conditione quartam in re in peculium conceſſa inuitis fideicommiſſariis retinere. ita firmat Cy. & plerique alii, & hanc eſſe cõem opi. teſtatur Vincent. Sala d.l. filium quem, nu.14. Secundum eſt, quod iudex in hoc iudicio diuiſorio aſſumptus debet & poteſt in eadem re quartam aſſignare huic filio grauato. iſta eſt magis cõmunis opinio, quam firmat Bar. d.l. filiũ ubi reſpondet ad oppoſ.l. lineam, & hucuſque Bar. magis communiter approbari ibi, & d.l. in quartã, in eo uero ꝙ dicit, ſicut teſtator prædilexit in illa re in vita, ita præſumi p̃dilexiſſe in morte, damnar. cõmuniter aſſerit Vincẽt. a Sala d.nu.41.

6 Scias etiam, quod ubicunque hæres fructus ex hæreditate perceptos computare tenetur, de quo dixi ſupra, §. fideicommiſſum, q.69. iſto caſu Trebellianica ex fructibus deducetur, & ſi non ſufficiũt ſupplebitur ex aliis rebus, ita communiter teneri dicit Fern. d. art.2. nu.32. quod nota, quia ſæpe falluntur hæredes uolentes ex corporibus hæreditariis deducere cum ex fructibus contentari debeant.

7 Sed quid ſi hæres grauatus alienauit rem aliquam fideicommiſſo ſubiectã, nũquid in illa Trebellianicam detrahere poterit? Reſpond. quòd ſic, & ſi talis res æqualet quartæ, res plana eſt. Sin minus ſuppleri debet, ſin autem ualor eius excedat Trebellianicam, quod ſupereſt reuocatur, ita tenet Bar. in d.l. in quartam, ut teſtatur Alex. ibi col.11. Pic. nu.112. Socin. Iun. n.88. & hanc receptiſſimam eſſe ſententiam profitetur ibi Alc. nu 21. Quia hæres poteſt alienare uſque ad legitimã, ita communiter teneri dicit Picus. d. loco nu.115. Et hæc concluſio indubitata eſt, quando partes conſentiunt, uel hæres ẽ legatariis uel fideicommiſſariis, contradicentibus velit in rebus alienatis deducere. Sed quid ſi hæres nolit, & rem alienatam redemit, volens de aliis rebus hæreditarijs detrahere, numquid ſit admittendus? Reſpon. Articulus eſt ualde dubius, Ang. d.l. in quartã non poſſe exiſtimauit, quã plerique alii ſequuntur, & quod eſt communis opi. teſtatur Soc. Iun. ibi nu. 90. licet ipſe in contrariam partem procliuior ſit, quam tenet Imo. d.l. in quartam, ſibi contrarius, & receptiorem appellat Alc. ibi nu.23. ex quo hæres ſoluit ſpeciẽ ad quam tenebatur, & hæc æquior videtur & ſequenda.

Prædicta tamen intellige ut non procedant in rebus alii legatis, ſi hæres in cæteris bonis hæreditariis Trebellianicam conſequi poſſit, tunc enim nunquam res particulares legatas debet alienare, nec poteſt eas eligere & in quartam imputare, ita tenet Bald. l.1. ff. de rer. diuiſ. Alex. d. l. in quartam, & hoc receptiſſimum eſſe aſſerit ibi Alciat. numero uigeſimo ſecundo. Poteſt enim teſtator legare & fideicommittere ad libitum uſque ad dodrantem, vnde hæres dum habeat quartam, vel habere poſſit in rebus hæreditariis non legatis, non debet alienare legata.

Quæſtio X.

SVMMARIA.

Quod imputatur in falcidiam, id & in Trebellianicam, nu.1.

Quod non imputatur in Trebellianicã, nec in falcidiã, et ualet cõſequẽtia negatiua de Tre-

Trebel. ad falcidiam, nu. 2.
De falcidia ad Trebellianicam non valet cõſequentia negatiue, nu. 2.
In Trebellianicam imputantur. oĩa iudicio teſtatoris accepta, ſiue titulo hæreditario ſiue legati, vel alio, n. 4. dummodo uniformiter capiatur, nu. 5. & ſeq.
Quid ſi a cohærede capiatur corpus hæreditarium, & ita difformiter, nu. 8.
Quid ſi hæres grauetur reſtituere alteri cohæredi hæreditatẽ accepta pecunia, n. 9. ubi diſtinguitur, et declaratur nu. 10.
Quid ſi teſtator iuſſit reſtituere retenta quarta, nu. 11.

REſtat vt videamus quæ nam hæredi imputãda ſint in Trebellianicam. Pro intelligentia huius materiæ & præcedentis, ſcilicet falcidiæ præmitto tres Regulas, ſiue concluſione.

1 Prima eſt affirmatiua, quod bona eſt conſequentia de falcidia ad Trebellianicam. Quod imputatur in falcidiã, id quoque imputatur in Trebel.

2 Secunda. Negatiua conſequentia de Trebellianica ad falcidiam bona eſt, Qđ non imputatur in Trebellianicã, id nec in falcidiam. ita concludit Bar. l. Marcellus. §. quod aũt, ff. ad Treb. & ſequunt̃ cõiter Doc vt teſtatur Picus d. l. in quartam nu. 39.

3 Tertia, quod non licet argumẽtari de falcidia ad Trebellianicã negatiue, Secus nec ad Trebellianica ad falcidiam affirmatiue. has tres regulas cõiter probari in l. in quartam omnes fatentur, ut dicit Berẽg. Fern. ibi art. 2. nu. 44.

4 His præmiſſis, ſtatuẽda eſt vulgata cõcluſio, quod oĩa quæ ex iudicio teſtatoris capiuntur, in Trebellianicã imputantur, ſiue iure hæreditario. ſiue iure legati, uel fideicõmiſſi, ſiue etiam cauſa conditionis implendæ relictũ, ſit alioue quoque titulo, tex. d. l. in quartam, ff. ad l. falcid. & hęc eſt una differentia.

5 Quod quidem intelligendum eſt imprimis, dummodo capiatur aliquid per hæredem uniformiter, id eſt uel totum iure hæreditario, uel totum alio iure, puta legati vel fideicommiſſi. Sin uero difformiter, id dũtaxat imputatur quod iuſe hæreditario capit̃, aliud non, & in hoc conueniunt falcidia & Trebellianica. ita tradit Bar. d. l. in quartam, & ſequuntur communiter Doctores, vt teſtatur ibi Picus nu. 9. Bereng. Fern. Art. 2. num. 44. 6. concluſ.

6 Infertur, quod ſi teſtator legauerit hæredi grauato, vel a fideicommiſſario, uel alio extraneo, ſiue ſit de hæreditate, ſiue extra ſubſtantiam teſtatoris, ſiue ſit ſpẽs, ſiue pecunia, totum imputatur in Trebellianicam, qui iure uniformi capitur. hanc dicit communem opinionem Picus d. l. in quartam, num. 25. Bereng. Fernan. d. art. 2. num. 24. idem ſi a cohęrede aliquid qđ non eſt de hæreditate, ſiue ſit ſpecies, ſiue pecunia relinquitur, ut quia hæredis, totum imputatur. huic concluſioni omnes aſtipulantur, ut teſtatur Fernand. dict. artic. 2. uumer. 25. quia iure uniformi capitur, non enim poteſt res quæ teſtatoris non eſt, iure hæreditario cap. Sin vero teſtator hęredi grauato aliquod cor-

8 pus hæreditarium a cohærede præſtari iuſſit, tunc ſolam partem imputat, quam ipſe iure hæreditario habet. non quam iure cohæredis conſecutus eſt, & ita fidei commiſſi, ne in eadem re diuerſo iure quis quartam habeat, quia tunc difformiter capit. ita tradit Barto. d. l. in quartam, & eſt communis opinio, ut teſtatur Picus numer. 14. Alciat. nume. 2. Berengar. Fernand. d. art. nu. 24. concluſ.

9 Sed quæro, quid ſi teſtator grauat alterum ex hæredibus reſtituere hæreditatẽ acceptam, retenta, vel deducta pecunia, nunquid illa ſit imputanda? Reſp. Diſtinguendi ſunt plures caſus.

Primus eſt, quando teſtator grauat alterum ex hæredibus reſtituere, accepta, ſiue deducta pecunia ex ſua portione, & tunc pecunia habetur iure uniformi, nẽpe hæreditario, ideo imputatur tota, & in hoc quoque non eſt differentia inter falcidiam & Trebellianicam, text. d. l. in quartam, & tenet Barto. & communiter Doctores, ut teſtatur Pic. d. l. in quartam, nu. 25.

Secundus caſus eſt, quando grauatur accepta pecunia ſimpliciter, & tunc capitur tit. uniformi, quia cenſetur dictum, quod de ſua portione accipiat, & imputatur, ut tradit Barto. & communiter Docto. ut idem Picus d. loco, & quod

omnes

omnes ita tenent dicit Vincen.a Sala d.l. filium quem,nu.25.

Tertius eſt,quando accipitur pecunia a fideicommiſſario uel legatario , & tunc titu.uniformi capitur iure legati uel fidei commiſſi,ex quo capitur ab alio quam coherede, tota imputatur in Trebellianicam,ut ſupra uerſ.dixi,licet ſecus in falcidia,ut ſupra §.præced.q.13.

Quartus,vbi hæres grauatur reſtituere accepta pecunia a cohærede,quæ hæreditaria non ſit,ſed forte ipſius cohæredis vel ſimpliciter, quo caſu id intelligitur, & tunc quoque imputatur tota, quia tit. vniformi habetur legati ſcilicet vel fideicommiſſi,vt dixi ſupra uerſi.quod qui:é Alc.d.l.in quartam,nu.4.Soc. Iun.num. 53.

Quintus caſus eſt,quando grauatus reſtituere accepta pecunia hæreditaria a coherede,& tunc magna eſt controuerſia, & bella inter Doctores fuere,plus quã ciuilia:ſunt enim qui exiſtimarunt hoc caſu pecuniam capi titulo difformi, itaque pro parte tantũ imputari ſicut aliud corpus hæreditarium , hanc ſententiam tenet Ang.& plerique alii, & veriorem dicit Fern.d.art.2.num.39.Idem aſſerit Picus,nu.19.

Contrarium vero , quod imò pecunia ſi ſic hæreditaria, dicatur uniformiter capi,& in totum imputetur,tenet gl. verb. a cohærede,d.l.in quartam , & ſequitur Bar.& communiter Doctores , ut teſtať Imol.Picus ibi num.26.Fernand. d. Art. 2.num.33. licet ſecus in falcidia, vt dixi §.præcedenti,& hoc procedit , ſiue fideicommiſſum ipſi cohæredi,a quo accipiẽda fuit pecunia,præſtandum , an cuilibet alteri:Semper enim omnis pecunia imputanda eſt , & ita receptior habet ſententia,ut teſtatur. Alciat.d.l.in quartam, nu.4.

10 Intellige tamen prædicta omnia vt locum habeant , quando hæres caperet pecuniam tãquam genus,ſecus uero ubi iuſſus eſſet capere pecuniam tanquam hæreditariam,puta uel clauſam in tali capſula vel ſacculo,aut quæ eſſet ſuper tali Bancho , namque tunc difformiter caperetur,& pro parte tantum imputareť ſicut in falcidia ita tenet Ang.l.in quartam, & ſequuntur Doc.communiter,vt teſtatur. Picus ibi nu.25.

11 Aduerte etiam quod dicitur,illud qđ capitur iure hæreditario totum imputari,non procedere,qñ expreſſe iuſſit teſtator detrahere quartam:Pone enim quod tres inſtituat hæredes , & vni prælegauit predia,iuſſitq; hæreditatem reſtituere detracta quarta: Namque tunc partim capiť iure hæreditario,& eius quod iure hæreditario capit quartam partem tantum imputat , non totum. ita eſt text. l. Titia,ff. ad l.falcid.

Quæro item: An prædicta , quod legata, fideicommiſſa , uel cauſa conditionis implendæ data imputantur in quartam habeant locum,ſi grauatus ſit hæres de liberis primi gradus : An uero iura antiqua ſint correcta per l. iubemus , C. ad Trebel.? Reſpon.quod ſic,exceptis,ſaltẽ fructibus,ut infra dicam.ita te. et Bart.d. l.filium quem,C.famil.erciſ. & eſt communis opi.ut teſtatur Picus d.l.in quarta nu.91.Soc.iun.nu.65.dicens á communi opinione non eſſe recedendum, & quamuis contrarium uoluerit gloſ.d.l.filium, quam ſequuntur magnę authoritatis Doctores,tamen ab ea non eſt recedendum.

Quæſtio XI.

SVMMARIA.

Fructus percepti poſt aditam hæreditatẽ & conſumpti non debentur fide commiſſario & an ſaltem imputentur in Trebell.nu.1.

Quid in filys primi gradus,nu.2.& 5.

Quid ſi duæ quartæ detrahuntur,nu.3.

An teſtator poſſit diſponere quod fructus imputentur in Trebellianicam,nu.4.

Quid in aſcendentibus grauatis nu.6.

TV ſcis, quod fructus percepti poſt aditam hęreditatem, & conſumpti per hęredem,non debentur fideicommiſſario,nec directo ſubſtituto. Sed quæro,

1 An iſti fructus percepti per hæredem ſaltem ei imputentur in quartam? Reſpon. quod ſic.ita eſt text.l. in fideicommiſſariam,ff.ad Trebel.& ſi quid ſupereſt, manet hæredi.& hæc concluſio quidem procedit & locum habet quando hæres percepti fructus ex iudicio teſtatoris,vt puta ante conditionis euentum, qua grauatus fuit reſtituere ; Secus uero poſt moram:

Namque

Namq; tunc fructus perceptos poſt moram ex hæreditate tenetur reſtituere.

2 Sed quid in filiis primi gradus: Núqd fructus perceptos ante reſtitutionem faciendam eueniente conditione computabit in Trebellianicam? Reſp.q non.text. eſt l.iubemus, ad Treb. Quod quidé plane procedit, qñ reſtitutio fit perſonis nominatis & expreſſis deſcendentib. ſcilicet. Sed quid ſi fieri debeat extraneis? Reſpon. Controuerſum fuit, quibuſdá exiſtimantibus hoc caſu fructus imputandos eſſe, quam ſententiam amplexus eſt Cyn.& alii pleriq; in d.l. iubemus. Alii uero contra cenſentibus, nimirum nec fructus perceptos a filiis primi gradus imputari in reſtitutione extraneis facienda, ita tenet Salicet.d.l. iubemus, & hanc dicit eſſe communem Didac. Couar.cap. Rainutius, §. 11.nume.4. Bero. conſi. 78. num.36.& ſeq. volum. 2. æquioré & cómunioré refert Mandoſ. ad Rom. conſil. 206.num. 6.uerb. abſque imputatione, Picus dict.l. in quartam, uerſic. Quinto quæro, Franciſc. Burſat.conſil.44.nu.17 uolum. 1.

3 Sed quæro, utrum hoc procedat non tantum quando una tantum quarta, ſed etiam quando duæ detraherentur, ſcilicet legitima, & Trebellianica? Reſpond. Paſſus eſt dubius multum in practica, de quo diuerſæ ſunt ſententiæ: Namque quod imputentur uoluit Paul. de Caſtr. ſibi cótrarius l.quod de bonis, §.fructus, ff. ad l. falcid. & hanc ſibi placere dicit Alexand.l. ſi mulier, §. cum proponetur, ff. ad l. falcid. & communem eſſe opinionem aſſerit Franciſc. Curt.ſenior conſil. 52.

Contrarium uerò, fructus perceptos a liberis primi gradus non eſſe computandos in quartam, etiam eo caſu quo portiones ſunt deducendę, ſed habebunt duas quartas ſine imputatione fructum tenet Bart.d. l. quod de bonis, §. quod auus, ff. ad Trebell. & ibi hanc dicit communem opinionem Alexan.Rip. d.l.in fideicommiſſariam, num. 3. Communem à qua durum eſſet in practica recedere teſtatus Picus d.l. in quartam.nu. 270.uerſic.quinto quæro, & nume. 284. Pariſ.conſil.1.num.98. conſ.25. uolum. 2.num.55. Socin. iunior conſi. 131.uolum.1.Didac.couar.d. cap. Rainutius, §. 11.num.8.magis communem dicit Loazes addit.ad Galiau.l.Centurio, lit.F. ff. de vulgar. & puppil. ſubſt. communem dicit nouiſſime Andre.Geill.obſer.133. lib.2.num.4.& ſeq.

4 Quid autem ſi teſtator diſponeret quod fructus imputentur in quartam Numquid ualebit diſpoſitio? Reſpond. Quæſtio eſt utilis & quotidiana, Bal.d. l.iubemus, exiſtimat non poſſe teſtatoré diſponere quod fructus computentur, & hanc, ut ueriorem & æquiorem, & magis fauorabilem late defendens tenendam eſſe dicit Picus d.l.in quartam, numero 271.cum multis ſequent.vſque ad nu.285.& hanc partem ſequuntur omnes qui filiis primi gradus non poſſe Trebellianicam prohiberi profitentur, & nó eſſe recedendum à text.d.l. iubemus, dicit Alexandr.d.§.cum proponeretur, hác ſententiam æquiorem, & magis communem, filiisque fauorabilem dicit Iaſ.l. Marcellus, numero 55. Dec. conſil. 81. 4. dubio, conſil. 218. numero 269. nu. 15.Rip.l.nemo poteſt, num. 52. de leg. 1.Soc.iun.conſi.131.num.58.conſi. 137. num.7.uol.1.conſi.28.num.2. uolum.2. conſi.70.num.16.Pariſ.conſi. 43. nu.26. lib.3.Communem quoque dicit Gozad. conſi.97.num.14.Socin.iun.conſil. 131. num.63.vol.1.Rip.l.fideicom. num. 30. ff.ad Trebel.Pariſ.conſi.1.num.98.conſil. 43.lib.3.

Contrarium uero, quod imò teſtator poſſit diſponere quod fructus in Trebellianicam imputentur, tenet Cyn. d.l. iubemus, & hanc dicit uideri communem Picus d.l.in quartam, numer.273.& amplectuntur omnes qui tenent Trebelianicam directo prohiberi poſſe filiis primi gradus, ut aſſerit Couar.d.cap.Rainutius, §.11.nu. 9. qui tamen priorem ſententiam probabiliorem opinatur, & quoniam ſupra diximus in quæſt. An teſtator poſſit Trebellianicam prohibere. Negatiuá magis cóem hác quoq; amplecté dá omnino cenſeo, & ita cóſuluiſſe dicit Soc.iun.& ſecundum illud iudicatú fuiſſe d.l.in quartá, nu.87.conſi.131. uol. 1. & eam uti ęquiorem & magis communem approbauit Rota, ut teſtatur Caſſa d.deciſ.2.tit.de teſt.

Scias

5 Scias tamen quod prædicta concluſio, fructus in Trebellianicam non imputari filiis primi gradus, procedit in fructibus ante moram iudicio teſtatoris perceptis: Secus vero poſt moram, quia eos imputare tenetur, ita tenet gloſ. d.c. Rainutius, verb. conteſtatæ, quam communiter approbant Doctores, ut teſtatur Alex. d.l. fideicommiſſariam, Rip. nu. 28. Claud. colum. 2. Didac. Couar. d.c. §. 11. num. 4. ver. eadem, qui tamen cum Claudio dicit eam procedere, & ueram eſſe ad hunc effectum, ut filius non lucretur fructus, ſed cogatur eos reſtituere, nó tamen præciſe computare in quartam Trebellianicam.

6 Sed quid in aſcendentibus grauatis, nunquid fructus perceptos cóputabunt? Reſpon. quod ſic, imo etiam in legitimá, hanc dicit communem opi. Rolan. a Valle conſi. 39. nu. 21. vol. 3.

Quæſtio XII.

SVMMARIA.

Quæ capiuntur extra cauſam hæreditariam nō imputantur, nu. 1.

Filia dotem in uita a patre datam non imputat, num. 2.

Lucrum dotis ante nuptialis nō imputatur, n. 3

Donatio cauſa mortis uel inualida inter uiuos quæ mo te confirmatur, an ſit imputanda, numero 4.

Quid ſi teſtator iuſſit accepta inter uiuos imputari, nu. 5.

DIxi ea imputari in Trebellianicam quæ iudicio teſtatoris capiuntur: Quod procedit quando quis ex teſtō capit. Secus verò eſt in eo, qđ quis capit ex tra teſtamētū vel cauſam hæreditariam, licet iudicio teſtatoris, non enim imputatur in Trebellianicā, ſicut nec in falcidiā vt dixi §. præced. tex. d.l. in quartā, & ibi hanc dicit cōem opi. Bereng. nu. 44. Ex quo infertur, quod filia dotem, quam pater ei dedit inter uiuos, non tenetur in Trebellianicam imputare. tex. l. Neſennius, & tenet Bar. d.l. in quartam, quem communiter ſequuntur Doc. ut teſtatur Picus ibi nu. 39. quia poſtquam pater aſſignauit filiæ dotem in uita, non reperitur amplius in eius hæreditate.

3 Infertur et lucrum dotis aut nuptialis donationis ex pacto, uel l. municipali altero pmoriente debitū non imputari in Trebellianicā instituat ſuperuiuens hæres, tex. d.l. quod de bonis, §. quod auus, ff. ad l. falc. & hoc in iure dicit clariſſimū Corne conſi 53. nu. 1. lib. 3.

4 Sed quid in donatione cauſa mortis, vel in donatiōne inualida inter uiuos, q̄ tamen morte confirmatur, vt puta facta filio poteſtate uel uxori per maritum, & econtra. Reſp. dixi ſupra §. præced. q. 16.

5 Prædicta tamen quod ea quæ iure nō hæreditario capiuntur, non imputant in Trebellianicam, intellige, niſi teſtator diſpoſuit quod imputentur, qa tunc nō diſtinguitur, an ex ultima uoluntate uel inter uiuos detur, ſed indiſtincte imputatur tam in Trebellianicam q̄ falcidiam. ita tenet Bart. d.l. in quartā, per tex. d.l. cū quo, §. fi. & tunc res eſt clara, & pcedit ſine dubio, ut dicit Picus d.l. in quartā, nu. 44. & n. 54. ſiue actum fuerit expreſſe ſiue tacite ita dicit Bar. d.l. in quartā. nu. 1. verſ. 2. cum quo cæteri ſimpliciter tranſeunt, ut firmat Picus ibi nu. 45. in fin. & ſeq. Ideoque ſi teſtator ſimpliciter dedit inter uiuos integram quartam, & ſic quātum per falcidiam retenturus fuiſſet, imputabitur per hæredem, quia id actum tacite uidetur, cum quid datur inter uiuos futuro hæredi, ita uidetur ſentire Bar. d.l. in quartam, & tranſeunt communiter Doc. eamq; ex nouitiorib. propter auctoritatem eorum, qui ſequuntur tenēdam aſſerit Soc. iun. ibi nu. 32.

Quæſtio XIII.

SVMMARIVM.

Si teſtator grauatus ſit legatis particularibus & fideicommiſſo vniuerſali, qualiter ſit facienda computatio.

IVxta prædicta quæro: Si teſtator particularibus legatis grauatus, eſt etiam rogatus reſtituere hæreditatem p fideicommiſſum uniuerſale: An debeat fieri coniunctio legatorum, & fideicommiſſi uniuerſalis pro detractione Trebellianicæ: An vero integra legata præſtanda ſint, & fideicommiſſo uniuerſali detrahenda Trebellianica? Reſpon. Diſtinguendum eſt: Aut legata & fideicommiſſum relictum eſt pure, & illo caſu fit cōtribu-

tributio legati particularis, & fideicommiſſi vniuerſalis, & de vtroque detrahitur quarta pro rata, ſcilicet de legatis particularibus pro falcidia, & de vniuerſali quarta pro Trebellica, quibus ſimul computatis ſit tota quarta, & Trebellianica, & falcidia concurrunt tex. l. Marcellus, §. idem, ff. ad Trebell. & ibi tradit Bart. cũ quo omnes communiter transeunt, vt teſtatur Ruin. d. l. in quartam, nu. 18. verſi. ſecundo quæritur.

Aut vero legata pure relicta ſunt, fideicõmiſſum conditionale ſub conditione, puta ſi ſine liberis deceſſerit, uel alia & tunc nõ fit contributio, ſed legata integra præſtantur, ſi vires hæreditatis patiũtur, & de eo quod ſupereſt Trebellianica detrahitur. ita docet Bart. d. l. Marcellus, §. idem, dicens, quod conſuetudo hoc obſeruat, quem communiter ſequuntur Doctores, vt teſtatur Rui. d. l. in quartam, n. 18. verſ. 2. quæritur.

Liber. §. Legitima.

HAEC materia legitimæ iucunda, utilis, & in foro frequentiſsima eſt.

Quæſtio Prima.

S V M M A R I A.

Quid ſit legitima, nu. 1.
An ſit portio bonorũ uel hæreditatis, nu. 2.
Legitima cõputatur detracto ære alieno, nu. 3.
Filius nõ põt ꝓpria auctoritate occupare poſſeſſionem alicuius rei pro legitima, nu. 4.
An filius poſſit legitimam acceptare, & reliquum repudiare, nu. 5. & 6.
Inſtitutio in legitima non cõpetit beneficium poſſeſſorium ex l. fi. C. de edict. D. Adria.

1 QVæro, quid ſit legitima? Reſpond. ꝙ legitima dicitur quota, vel portio eius, quod quis ab inteſtato habiturus eſſet, tex. auth. nouiſſima. C. de inoff. teſta. a cauſa enim inteſtati initiũ ſumit, & ab ea regulatur. ita eſt gloſ. cõiter approbata l. Papinianus §. vñ quis. §. ſextans, ff. de inoff. teſta. vt teſtatur Soci. iun. conſ. 67. n. 67. uol. 2. Achil. Perſonal. tract. adipiſ. poſſe. Remedio 1. nu. 183. uerſi. & quoad remediũ. Quãuis contrariũ ſentiat Salic. d. auth. nouiſſima, nu. 11. q. 11. nimirum qđ legitima ſit portio totius ſubſtantiæ non eius qđ ab inteſtato quis habiturus eſt, quã ſinam ab omnib. exploſam eẽ dicit Cucchus ibid. rubric. legitima quo ſit quota eius &c. Sed nũquid portio ſit bonorũ. vel hæreditatis. valde controuerſum fuit: Sunt enim qui exiſtimarũt eſſe quotã hæreditatis, quam ſententiam communem aſſerit Corraſ. l. hæres inſtitutus, nu. 34. C. de impub.

Alij verò contrarium tenent, quod nõ ſit quota hæreditatis, ſed bonorum. hanc ſententiam probat Barto. l. ex facto, ff. de hæred. inſtitu. & dicit magis communem Alex. omnibus, §. ſi patronus nu. 2. ff. ad Treb. communem dicit Bereng. Fernand. l. in quartam, artic. 3. ff. ad Treb. Segur. l. cum patronus, nu. 49. ff. de lega. 2, Rol. a Vall. conſi. 39. in princ. vol. 3. magis communem dicit Bero. c. Rainutius, nu. 240. extra de teſtam. Fernand. Vaſqu. licet ipſe priorem ſequatur de ſucceſ. creat. §. 20. 4. requiſ. nu. 240. Boer. deciſ. 24. num. 12. Viu. com opi. lib. 1. opi. 199. Ema. Suar. recep. ſent. lib. verb. legitima crebriorem dicit Achil. Perſonal. tract. adipiſ. poſſeſ. n. 183. Anto. Cucchus repet. autho. nouiſſima, Rubr. legitima eſt quota bonorum. Communem dicit Cur. ſen. conſi. 13 nu. 25. nouiſſime Andr. Gail. obſer. pract. li. 2. obſer. 720. numer. 3. Franciſc. Mantic. de coniectu. ultima uolunt. libr. 7. tit. 8. nu. 5.

3 Ex quo infertur, qđ cum bona intelligantur deducto ære alieno, legitima quoque computãda ſit, deducto ære alieno, & funeris impenſa. ita tenet Bar. l. ex facto, ff. de hær. inſtit. & communiter teneri aſſerunt omnes prędicti.

Infertur ſecundo, quod propter incertitudinẽ æris alieni detrahendi filius nõ põt propria auctoritate occupare poſſeſſionem alicuius rei pro legitima, nec in ea acquiri, vel conſtitui aliqua poſſeſſio. ita tenet Bar. l. 2. C. quando & quib. quarta pars, lib. 10. & hanc ſentẽtiam ſequitur, & dicit communem Aret. conſ. 157. colu. fi. quem refert Rip. d. l. in quartam, num. 113.

4 Infertur tertio, ꝙ cum legitima non ſit quota hæreditatis, ſed bonorum, filius poteſt ſolam legitimam acceptare, & reli-

Quid ſi non filio, ſed hæredibus eius fideicommiſſum fuerit iniunctum, nu. 3.

Quid in Aſcendentibus grauatis, nu. 4.

IVxta prædicta occurrit notabilis q̃ſtio: Quid ſi hæres grauatus reſtitue
1 re, ſit de liberis teſtatoris cui debetur legitima, nunquid ille ſimul duas quartas legitimam, ſcilicet iure naturæ debitam, & Trebellianicam poterit detrahere? Reſpon. Articulus eſt dubius, & multum diſputabilis & controuerſus, tam apud gloſſatores iuris Ciuilis, & Canonici, q̃ interpretes: Sunt enim qui exiſtimant, quod vnicam tantum quartam filius poſſit detrahere, idque indiſtincte, ſiue pure, ſiue in diem, ſiue ſub conditione grauatus ſit, & pro hac ſnĩa eſt tex. l. iubemus, C. ad Trebell. quem omni ſaluatione maiorem teſtatus eſt Ang. l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoff. teſt. hanc communem eſſe opi. dicit Cur. iun. conſ 148. conſ. 48. nu. 10. conſi. 80. nu. 1. Berengar. Fern. Repet. l. in quartam. præfat. 4. par. nu. 324. ff. ad l. falcid. Io. Bolog. in rub eiuſdem tit. nu. 71. veriorem dicit; Communem dicit Alber. d. §. meminiſſe, nu 20. Alex. l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & nouiſſime ꝓbat Vaſqui. de ſucceſ. progreſ. lib. 3. §. 26. nu. 33. & ſeq.

2 Alii diſtinguendum cenſuerunt, vt ſi filius grauatus ſit pure, non poſſit detrahere niſi unam quartam: ſin uerò ſub cõditione vel in diem, duas detrahat. ita tenet gloſ. §. ſi quis autem, uerb. auferri, Auth. de hæred. & falcid. gloſ. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoff. teſta. hanc ſententiam dicit eſſe communem Alex. d. in ratione. §. quod vulgo, ff. ad legẽ falcidiam. Socin. l. 1. C. de pactis. Iaſon authen. nouiſſima, numero trigeſimonono. C. de inofficio. teſtam. Communem quoque aſſerit Add. ad Roland. de teſtamen. part. ii. lib. 29. numer. 3. Alex. d. l. cohæredi, §. cum filiæ, ibi Iaſ. num. n. Bertrand. conſi. 70. num. 6. uolum. 2. Iaſ. Auth. res quæ, com. de legat. l. filium quem, nume. 6. C. famil. hercif. Ruin. conſil. 133. nu. 14. lib. 1. Neuiz. conſ. 1. n. 3. Fabiã de Giochis Auth. nouiſſima, C. de inoffic. teſtamento, Turzan. com. opin. concluſ. 142. Communem etiam refert Boer. deciſ. 44. nu. 18. Ioan. Bolog. rubr. ff. ad l. falc. nu. 73. Couar. d. c. Rainutius, §. 11. nu. 5. Ratio adducitur, quoniam ſi pure grauatur eodem tempore cõcurrunt duæ quartæ debitæ iure & exactione, unde cum vtraq; competat ex cauſa lucratiua, electione tolluntur: Secus quando ſub cõditione, vel in diem grauatus, quia primo mortuo patre, ſtatim debetur legitima ſine onere, & deinde adueniente conditione alia, ſ. Trebellianica: inter purum enim & conditionale non cadit electio & hec ratio communiter recipitur, ut dicit Bolog. d. rubr. nu. 73. Quid dicendum in hoc quotidiano & arduo paſſu? Equidem ſi Doc. dicta recte conſiderentur, inuenies plures loqui attenta veritate iuris ciuilis, quo caſu primam communem eſſe non pauci contendunt: Alii inſpecta iuris canonici æquitate ſecundum magis receptam profitentur, atque ita duas has contrarias ſententias conciliandas opinantur: ſed hanc concordiam communiter reprobari, & etiam iure ciuili duas quartas filiis deberi, ſecundum communem interpretum iuris ciuilis ſnĩam aſſerit Io. Imol. d. l. cohæredi, §. cum filiæ nu. 5. ff. de vulgar. Bolog. d. Rubr. nu. 72. Eandem attento iure ciuilli communem teſtantur Crot. d. c. Rainutius, conſil. 7. col. 3. uerſ. vltimo nota. Soc. iun. conſil. 131. nu. 65. lib. 1. Pariſ. conſil. 25. nu. 56. lib. 2. Sed quamuis prædicti hoc aſſerant, tamen decipiuntur, & attento iure ciuili contrariam ſententiam magis communem, quod ſcilicet ſecundum ueritatem iuris ciuilis non poteſt fieri duplex detractio etiam diuerſis temporibus atteſtatur. Ema. à Coſta d. c. ſi pater, verb. abſq. deductione, num. 19. idq; enumeratione auctorum oſtendit, idem indubitatum aſſeuerat, & late comprobat Vaſqui. vltra relatos ſupra in prima opinione d. loco, Padil. Auth. res quæ. numero 33. C. com. de legat. Polit. d. l. filium quem, Bereng. Fernand. d. l. in quartam, numero 324. fatentur tamen omnes deciſionem Pontificum, quod duæ quartæ debeantur etiã in terris Imperii per totum mundum de generali conſuetudine eſſe approbatam, vt aſſerit Paul. de Caſt. & Corne. d. l. quamquam, Iaſ. d. §. cum filiæ, & Bereng. Fer. d. l. in quartam, nu. 325. dicit quod communis uſus cauſarum obſeruat, & quod iudicando & conſulendo ſit tenenda, itẽ

legendo

da, item legendo & diſputando; quod Iureconſultum biffrontem eſſe non deceat, & ut communem in iudiciis & ſcholis approbari dicit Dec. l. cum proponas, el 2. num. 3. C. de pact. Lanfranc. d. cap. Rainutius, communem de iure Canonico, & æquam & benignam dicit Cagnol. d. §. meminiſſe, nu. 9. & 10. in ſcholis & palatiis approbatam, & ex generali conſuetudine etiam in terris Imperii per totũ orbem obſeruatam, Andr. Geil. lib. 2. obſer. pract. obſer. 121. Bero. conſil. 107. nume. 6. Eman. a Coſta d. loco, nume. 5. Corraſ. d. l. filium quem. nu. 92. Fabia. Auth. nouiſſima, num. 242. Pariſ. conſ. 9. nume. 9. conſi. 17. num. 16. conſil. 18. nu. 93. conſ. 45. nu. 10. conſ. 65. nu. 3. uol. 2. Gome. l. Tauri, 3. ex nu. 8.

2 Sed quid ſi legitima excedat, uel contingat dimidiam hæreditatis partem, nũquid poterit duas quartas detrahere? Reſp. Bal. conſ. 94. nu. 2. lib. 2. exiſtimauit, deciſionem Pontificum obtinere ſine dubio, ubi uel duobus, uel tribus, uel quatuor liberis portio legitima debetur, quæ triens eſt, id eſt tertia pars ſubſtantiæ paternæ uel maternæ. cæterum ſi dimidia pars liberis debetur, ut ſi quinque ſint, tunc Trebellianicam deduci non poſſe, eo quod iniquum ſit, ſi maiorem partem ferant onerati quam honorati, & hanc ſententiam in puncto iuris ueriorem dicunt Modern. Pariſ. addit. ad Alexan. conſil. 2. uolum. 7. ſed contrarium tenet gloſ. §. ſi quis autem, uerſ. auferri, Aut. de hæred. & fal. hanc dicit communem ſententiam Ema. a Coſta d. uer. abſque deductione, num. 9. a qua non magis recedendum, quam a Pontificis deciſione: Veriorem opinionem contra Bald. dicit Cagnol. d. §. meminiſſe, in l. Papinianus, quem etiam refert & ſequitur pulchre hunc articulum declarans Benuen. Stracchain Annot ad conſi. Crauet. conſil. 50. magis receptam, magiſque fundatam ſententiam profitetur Mar. Anto. Cucchus Auth. nouiſſima, C. de inoff. teſt. Rub. legitima, & Treb. an quandoque ſemiſſem excedant num. 2. Mod. Par. tamen ſupra d. loco aliter ſentire uidetur, ſed a communi non recedendum eſt, quia d. iura c. Rainut. & Doc. non diſtinguunt, ſed generaliter dicunt duas quartas detrahi, ergo nec nos diſtinguere debemus, & cõtrariam Bal. ſententiam duram in praxi; & nouam appell. & improbat Marz. epit. fideicom. q. 51. debet tamen quarta quæ ultra legitimam detrahitur non eſſe quarta hæreditatis, ſed illius alterius ſemiſſis, ita ut Treb. cum legitima ſeptẽ uncias totius hæreditatis, & dimidium vnciæ capiet. Sed quando legitima triens eſt, tunc cum Trebellianica ſex uncias conſtituet, gloſ. cap. Raynald. ibi Couar. §. 23. in princip.

3 Quid ſi non filio, ſed hæredibus eius fuerit iniunctum fideicommiſſum: An poſſint duas quartas detrahere? Reſp. ꝙ legitimam non detrahunt ur, ſed tantum Trebellianicam. ita tenet Bar. l. ſi fundũ, §. fi. ff. de leg. 1. & eſt communis opinio, ut teſtatur Iaſ. l. ex trib. C. de inoffic. teſtam. Ioan. Dilect. de arte teſtand. tit. 5. Caut. 34. nu. 2.

4 Sed quæro, numquid idem ſit in aſcẽdentibus grauatis? Reſpon. Diuerſæ ſunt Doc. ſententiæ, quibuſdam exiſtimantibus, unam quartam tantum detrahi poſſe, quam ſententiam ſub dubio tamen tenet Bal. l. ſi à milite, §. fin. ff. de teſtam. milit. & receptiorem dicit Crauet. conſil. 10. Rol. a Val. conſ. 39. nu. 9. uolu. 3. Corraſ. l. filium quem, nu. 44. C. famil. herciſ. Aliis uero contra cenſentibus, nimirum aſcendentes ad ſimilitudinem filiorum quoque duas, ſi ſub conditione ſint grauati, quartas detrahere poſſe, unam ſꝑ puto, hoc uoluit Arg. d. l. ſi miles, & hanc opinionem dicit communem, & ſequitur Ioan. Crot. d. l. qui Romæ. §. duo fratres numero 80. ff. de uerbor. oblig. Crauet. conſi. 110. & Benuenut. Straccha in annot. ſuis ad conſ. Crauet. d. l. conſilio 110. numero 1. Ioan. Oroſcius l. ſi arrogator, num. 73. ff. de adopt. Ant. de Padila. authen. res quæ, numero 36. C. comm. de legat. Couar. d. c. Rayn. §. 11. nu. 6. Eandem dicit communem Corraſ. d. l. filium quem, num. 44. C. famil. herc. & ueriorem dicit Bereng. Fernand. d. l. in quartam, numer. 333. hanc quoque dicit communiter teneri, & ueriorem eſſe Crot. l. re coniuncti, numer. 177. Andr. Geyl. obſer. 121. nu. 10. lib. 2. & ex cõmuni nouiſſime refert Fernan. Vaſq. d. loco, nume. 36. licet ipſe aliter ſentiat, ſed ab

hac non eſt recedendum, quia in ſimilimis parentes ſimiles ſunt, & æquiſſimũ eſt parentes mœrentes liberorum morte per portionem bonorum releuari.

Sed quid ſi teſtamentum nõ valuit iure teſtamenti, ut quia non ſunt in eo teſtes neceſſarij, uel alius defectus, & appoſita fuerit clauſula codicillaries, quæ hodie ſolet communiter apponi, & operatur ut uenientes ab inteſtato cenſeantur rogati reſtituere per fideicommiſſum hæredi autem ſcripto hæredi, numquid filij uenientes ab inteſtato, & grauati reſtituere, poſſint detrahere duas quartas? Reſp. Bart. d. §. meminiſſe, tenet quod non, quia cenſentur rogati in continenti reſtituere, duæ autem quartæ ſaltem detrahuntur, quãdo ſub conditione uel in diem eſt iniectum grauamen, & hanc opin. communiter approbatam, & hodie canonizatam tam in ſcholis, quam iudicijs aſſerit Cagnol. ibi nu. 21. in fi. magis communem opin. Franc. Burſat. conſil. 92. nume 4. & ſeq. hanc dicit magis communem opin. Alex. conſil. 26. nu. 7. uol. 1. conſ. 161. num. 4. eo. uol. Corn. conſil. 232. nu. 11. uol. 4. Frac. Mant. de coniect. ult. uolunt. lib. 7. tit. 12. nu. 27.

Quid autem ſi ſubſtituta ſit pia cauſa? Reſp. ut infra q. 6.

Quæſtio V.

SVMMARIA.

Trebellianica detrahĩ de relictis uniuerſalibus, n. 1. ſiue relicta ſint per modũ legati, ſiue fideicommiſſi, nu. 2

Quid in teſtamento militis, nu. 3.

Quid in creditore fideicommiſſario, nu. 4.

Quid ſi fiat fideicõmiſſũ ĩ pactis dotalib. n. 5

1 VVlgata eſt concluſio, Trebellianicã detrahi de relictis uniuerſalib. nõ autẽ de particularibus, in quibus obtinet falcidia, ut dixi ſupra §. præced. q. 3. & hæc eſt vna ſpecifica differentia inter falcidiam & Trebellianicam, quam communiter approbatam dicit Alex. l. 12. n. 2. C. de teſtam. milit. crebriorem & receptiorem opin. atteſtatur Bereng. Fernan. d. l. in quartam. num. 202. & ſubdit uerioré, adeo ut ſi quis in praxi de legatis Trebellianicam detrahendam uelit aſſerere omnibus riſui foret. Pariſ. cõſ. 43. nu. 45 uol. 3. Soc. iun. cõſ. 136. n. 4. uol. 1. Corn. d. auth. ſimiliter. C. ad Trebel. Ema. à Coſta. d. c. ſi pater. verb. Trebellianicæ, num. 16. Picus d. l. in quartam, nu. 2. Pariſ. cõſ. 43. nu. 45. vol. 3. Soc. iun. conſ. 122. nu. 5. vol. 1. & conſ. 49. nu. 16. uol. 3. Rip d. l. in quartam, n. 3. & 4. crebriorem dicit, & receptiorem Mant. de coniect. ult. uolunt. lib. 7. tit. 11. num. 2.

2 Et hæc concluſio procedit in relictis vniuerſalibus, ſiue relicta ſint per modum legati, ſiue per modum fideicommiſſi, dummodo ſint legata aut fideicommiſſa uniuerſalia, ita eſt communis opinio, ut teſtatur Picus d. l. in quartam, quia iſta hodie ſunt adæquata, vt eſt cõmunis opinio, de qua ſupra, & teſtatur Picus d. loco.

3 Sed quid in teſtõ militis, numquid locum habet detractio Trebellianicæ? Reſ. Contrariæ ſunt opiniones. Prima eſt, ꝙ non. quam non pauci tenuerunt de quibus Rip. l. Centurio, nu. 7. Secunda eſt, ꝙ in teſtõ militis, in quo quis fideicommiſſariæ ſubſtitutus ſit, olim Trebellianica nõ poterat detrahi, hodie uero iſtud correctum eſt, ita ut inſtitutus Trebellianicã detrahere poſſit, quam tenuit Dyn. l. 1. §. in filii. ff. ad Trebellia. & magis communem dicit opin. Alex. d. l. Centurio, numero 47. idem l. 8. num. 15. C. de inſtit. & ſubſt. Galiau. num. 96. Rip. d. § in fil i, numer. 7. & communiter hoc teneri quoque aſſerit Bereng. Fernan. d. l. in quartam, nu. 234. Sfort. Odd. tract. compendioſæ ſubſtit. part. 5. præmiſ. 6. prima differentia.

4 Quæro item, quid ſi hæreditas reſtituenda ſit creditori, qui eſt in recompenſationem inſtitutus, tantumque debebatur quantum hereditas ualet, numquid detractio Trebellianicæ habeat locum? Reſp. ꝙ non tex. l. 1. ff. ad l. falc. §. ſi quis debitori, hanc communem ſententiam Doc. Bereng. Fernand. d. l. in quartam, numero 244.

5 Quid autem ſi fideicommiſſum fieret in pactis dotalibus, ſiue matrimonialibus, ſicut hodie ſæpe accidit, an grauatus reſtituere poſt mortem poterit Trebellianicam detrahere? Reſp. ꝙ non. ita tenet Bal. rubr. C. de reuoc. his, quæ in fraud. credit. & non habet contradicentem, ut teſtatur Bereng. Fernan. d. loco,

Ratio

Ratio eſt, quia quartę detractio conceditur, ne hæredi nomen in uanum aſſumatur, & grauatus inuitetur ad adeundum, & teſtamentum ualeat, quæ omnia ceſſant, quando ex contractu reſtitutio fieri iubetur.

Quæſtio VI.

SVMMARIA.

An de fideicõmiſſo ad piam cauſam detrahatur Trebellianica nu. 1.

Etiã ſi inſtituti ſint filii primi gradus, n. 2.

Item ſiue immediate, ſiue mediate per alium fit reſtitutio eccleſiæ, nu. 3.

1 QVæro item, quid ſi ſubſtituta ſit pia cã, numquid contra eam detur detractio Trebellianicæ ſicut falcidiæ? Reſp. Articulus eſt diſputabilis, adeoq; ambignus, vt videatur alter Gordiani nodus ad quẽ diſſoluendũ Alexãdri gladius vix ſufficeret. gl. c. 1. uerb. Trebellianicæ, de teſt. in 6. tenet non ceſſare locum habere Trebellianicæ detractionẽ, & hanc partẽ dicit ueriorem Salyc. auth. ſimiliter. C. ad Treb. idẽ fatetur Corn. i 1, & magis ſubſtantialẽ in conſ. 17. vol. 4. & eã tanquam de iure veriorẽ refert, & ſequitur Iaſ. l. Marcellus. ff. ad Treb. & hanc nouiſſime uti veriorẽ, & textibus tã iuris ciuilis, q̃ Canonici apertis fulcitam ſequendam & tenendam dicit Fern. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 26. nu. 22.

Contrariã uero partẽ, Trebellianicam de uniuerſali fideicõmiſſo piæ cauſæ relicto non detrahi poſſe uoluit Dyn. l. 1 §. in filii. ff. ad Treb. & ſequit Ang. d. l. Marcellus, dicens eam in practica communiter receptã eſſe, & eã ſe fuiſſe ſecutũ legẽdo & cõſulendo, & ita fuiſſe iudicatũ refert Spec. tit. de inſtr. edit. §. compẽdioſæ. Bald. d. auth. ſimiliter. C. ad l. falcid. & in practica tenendã dicit Sal. d. §. in filii, & in l. ſi quis ad declinandã c. de epiſ. & cleric. & hanc eſſe cõem opinionem atteſtatur Bal. conſi. 423. lib. 4. & veram & approbatam ſententiam profitetur Ang. cõſilio 41. punctus, & conſi. 59. Quidam cõmunem dicit Panorm. cap Raina. colum. 6. & in conſi. 50. urſo teſtamento. volum. 1. & conſil. 32. lib. 2. Paul. de Caſt. conſil. 304. colum. 2. lib. 1. Corne. conſi. 93. incip. licet poſſet, uolum. 1. & cõſ. 168. cõlum. 4. lib. 2. Communem quoque dicit Rom. conſ. 239. à qua non eſt recedendum, neque conſulendo, neque iudicando, & quod iſtud eſt verius, ęquius, & cõmuniter tenetur dicit Calder. conſil. 40. tit. de teſtam. & ita communiter in practica ſeruari aſſerit Alex. conſ. 217. vol. 6. communem dicit Corn. conſil. 22. vol. 2. & conſi. 168. volum. 3. Dec. conſi. 299. col. 1. Paul. de Caſt. conſil. 152. vol. 2. & ita communiter in practica ſeruari dicit Barbat. conſ. 217. vol. 6. Galiau. l Centurio. nu. 351. hãc quoque dicit communẽ Cagnol. d. l. Papinianus. §. meminiſſe nu. 18. benigniorem, & magis communem, & ſequendam dicit Corne. d. auth. ſimiliter, Eman. à Coſta d. c. ſi pater, uerb. Trebellianicæ, num. 25. magis communem, & de conſuetudine receptam, ideoque ſequẽdã dicit Tyraq. d. tract. de priuileg. piæ cauſę, priuil. 27. magis communem licet ipſe contrariam ſequatur Fernand. Vaſq. fatetur d. loco, Ant. Gabr. com. concl. li. 4. tit. ad Treb. concl. 11. nouiſſimè Ioſep. Lud. deciſ. 30. n. 81. Quicquid ſit in puncto iuris temerarium eſſet ab hac longo vſu recepta ſentẽtia recedere.

2 Et hæc habet locum in relictis ad pias cauſas, quicũque ſint inſtituti, licet ſint filij primi gradus, ut omnes ſentiunt ſupradicti, & communem fatetur Cagn. d. §. meminiſſe, nu. 18.

3 Item procedit hæc concluſio, quando immediate fit reſtitutio eccleſiæ, vel piæ cauſæ, ſed quid ſi teſtator hæredem ſuum iuſſit alii reſtituere, & fideicommiſſarium grauauit piæ cauſæ iterum reſtituere, numquid tunc hæres detrahet Trebellianicam? Reſp. quòd non, quia priuilegium datum in d. Auth. ſimiliter, procedit etiam quando pia cauſa læderetur mediatè per deductionem falcidiæ, uel Trebellianicæ, ita tenet Bald. l. auia. §. Titio. ff. de condit. & demonſtr. hanc teſtatur magis communem Corn. d. Auth. ſimiliter, & ſequendam in practica Corne. numer. 8. & ibi Scip. Trigo. dicit eſſe cõmunem opinio. Eman. à Coſta. d. uerbor. Trebellianicæ. nu. 26. & patet ex auctoritatibus deducts per Tyraq. d. tract. piæ cauſæ, priuil. 26. Quod tamen intellige, ut procedat,

quando fideicommiſſarius, qui grauatur ſi im fideicommiſſum reſtituere piæ cauſæ, conditio eſt pure, aut ad diem certũ, aut poſt mortem ſuam. Secus ſi rogatur reſtituere ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, ita tenet Bal. Alex. & communiter Doct. d. locis, ut teſtatur Ema. a Coſta d. ver. o. Treb. nu. 27. in addit. lit. A. Quoniam prioribus tribus ſpeciebus cõſtat neceſſario fideicommiſſum deuenturum eſſe ad piam cauſam, in poſtremo nõ omnino certum.

Quæſtio VII.

SVMMARIA.

An hæres non conficiens inuentarium habeat beneficium Trebel. nu. 1. declaratur, nu. 2.

1 IVxta prædicta quæro etiam, an hæres non cõficiens inuentarium hẽat beneficium Trebellianicæ, an uero amittat ſicut falcidiam? Reſp. Doct. in hoc articulo adeo fuerunt ſibi contrarii, ut uix diſcerni poſſit, quæ ſit uera, quæve magis communis opinio, & indigere eam deciſione Cæſaria ipſi fatentur.

Negatiuam ſniam, q. ſ. Trebellianicã non poſſit detrahere tenuit Iac. de Aret. d. authen. ſed cum teſtator, & ſequitur Cyn. Bald. & alii, & iſtam opinionem eſſe ſeruatam eo aduocante in ciuitate Ferrariæ teſtatur Angel. Aret. §. extraneis, inſt. de hære. qualit. ueriorem dicit Bal. conſi. 97. part. 2. Cum. conſ. 141. & contrariam partem non eſſe communem, licet quidam hoc dicant aſſerit Matheſi. l. filium quem. C. famil. herciſ. hanc quoq; dicit ueriorem, & magis cõem Deci. conſ. 236. & cõſ. 480. Corn. cõſ. 168. uol. 3. & hãc eſſe iudicãdo & cõſulẽdo ſequẽdã dicit Soc. l. Marcel. §. quoad aũt. ff. ad Treb. conſ. 132. vol. 2. ueriorem & cõiorem atteſtatur Curt. iun. conſ. 54. & conſi. 104. conſ. 120. Pariſ. conſi. 126. vol. 1. & conſi. 93. vol. 2. conſ. 53. & 17. uol. 3. conſi. 16. conſi. 64. conſi. 1. nu. 88. vol. 3. Crot. Repet. c. Raynu. tex. de teſta. magis communẽ dicit Grat. conſ. 12. & conſ. 21. vol. 2. & conſ. 83. dicit noſtris tpibus hãc eſſe magis communem, magis communem dicit Corſet. in tract. de Treb. §. 4. 1 fi. Pariſ. cõſi. 17. num. 34. vol. 4. ubi loquitur in filijs primi gradus. Eandem dicunt crebriorẽ, magiſque ſeudatam Mod. Pariſ. addit. ad Alex. conſ. 67. num. 2. vol. 4. conſ. 29. vol. 5. Alex. d. l. Marcellus, ibi Thom. Diplo. in addit. hanc eſſe crebriorem & ueriorẽ opin. teſtatur Ruin. conſi. 115. in fi. conſi. 118. nu. 28 conſ. 159. nu. 2. li. 3. magis receptam dicit Menoch. in remed. quorum legat. nu. 74. Aymon. Crauet. cõſil. 219. nume. 6. magis communem dicit nouiſſime Anton. Gabriel. d. tit. ad Trebel. concluſ. 10 nume. 2. Ioan. Dilect. de arte teſtand. tit. de ſubſtit. caut. 27. longe veriorem aſſerit & communem Vaſq. de ſucceſ. creat. li. 1. §. 8. numer. 14. Dida. couar. cap. Raynut. §. 11. num. 10. longe communiorem appellat Mandoſ. Roman. conſil. 276. verb. Trebellianica, & paſſim ſeruari, mouentur omnes, quod hæres tenetur fideicommiſſario, ad reddendas rationes, quod abſque inuentario fieri nequit.

Affirmatiuam ſententiam amplexa eſt Iacob. de Beluiſ. §. hinc nobis, auth. de hæred. & falcid. & ſequitur Bartol. in auth. ſed cum teſtator. C. ad l falcid. dicens ita communiter obſeruari hanc dicit magis communem Alex. d. l. Marcellus, nume. 11. Iaſ. num. 68. Claud. col. fin. cit magis communem Alexan. conſ. 29. uo. 5. Ioã. de Imol. d. §. hęc ſtipulatio. Io. de Ana. conſil. 61. quod eſt inter conſilia Alex. lib. 4. conſil. 67. Viſis & ponderatis ibi Ludo. Bolog. in addit. Paul. de Caſt. conſ. 164. Viſa facti narratione, ubi ſubdit temerarium eſſe in iudicando recedere ab huiuſmodi opinione. Communem quoque dicit Firmia. in repert. uerb. hæres inuentarium, & quod hanc partem obſeruat cõſuetudo dicit Corne. d. Aut. ſimiliter, & ita fuiſſe iudicatum refert Apoſtil. ad Bart. conſil. 2. lib. 1. hanc quoque dicit communem opin. Cuma. cõſ. 70. Iaſ. ſubdens ab ea non eſſe recedendum conſi. 84. uol. 1. conſi. 114. uolum. 4. Io. Ant. Alex. conſi. 43. Corn. l. fi. §. licentia. C. de iure delib. ubi dicit eam communem, & de conſuetudine ſeruari, & conſ. 22. uol. 2. conſ. 168. uol. 3. dicit magis cõmunem, idem atteſtatur Soc. iun. conſil. 137. ubi dicit etiam de conſuetudine ſeruari, uol. 1. Communem dicit Grat. cõſ. 77. uol. 2. Ruin. conſil. 135. uol. 3. conſil. 152. volum. 5. hanc eſſe crebriorem, ma-

gis ueriorem, piam, & conſuetam opin. atteſtatur Rolan. à Valle cum pluribus per eum relatis conſ. 27. vol. 1. Neuiz. conſ. 10. Alba conſ. 7. nu. 6. Bero. conſil. 93. nu. 77. vol. 2. qui dicit ab ea in iudicando non eſſe recedendum, magis communem, æquiorem, & benigniorẽ dicit Cagnol. d. §. meminiſſe, vbi ſubdit ſe ita vidiſſe obſeruari, & ſeruari per totum mundum cum pluribus per eum adductis, & ab ea ſe nõ recedere uelle iudicando. & conſulendo Couar. c. Raynu. §. 11. n. 9. & ſeq. licet ipſe contrarium teneat, Monti. tract. de inuentario. 9. ca. in prin. num. 168. & ſeq. hanc magis communẽ, benigniorem, & ſecundum eam iudicatum fuiſſe refert, & multis auctoritatib. comprobat Franc. Burſat. conſil. 44. nu. 19. uol. 1. magis communem dicit Iacob. de S. Georg. l. fi. §. licentia. C. de iur. delib. Ant. Gomez. variar. reſol. tom. 1. cap. 5. nu. 12. hanc quoque magis communẽ aſſerit Cacher. deciſ. Pedemon. 147. dicens ita fuiſſe iudicatum Marzar. de fideic. q. 49. per totum.

Quid dicendum? Certè nõ poteſt negari, quin paſſus ſit arduus, & hinc inde graues ac excellentes pugnent Doct. ut in tanta varietate non mirum ſit ſi iudices aliquando vacillarunt, & bene dixit Caſſiod. deciſ. 3. ſub tit. de teſtam. iſtam queſtionẽ indigere deciſione principis. Sed tamen ex dinumeratione Doct. hæc opinio hodie magis communis, æquior, & benignior eſt, quam etiam ſummi iudicij, & Cameræ Imperiales aſſeſſores amplecti atteſtatur Andr. Geyl. obſer. 138. lib. 2. pract. obſer. ideoque ab ea non eſt recedendum, & ſane ſi uera eſſet contraria, nũquam ferè detraherent Trebellianicam hæredes, quia nõ ſolent de bonis paternis inuentarium conficere.

3 Et hæc quidem concluſio proculdubio procedit in filijs primi gradus, uel deſcendentibus, & in his terminis loquuntur ferè omnes ſupra allegati, etiam quã do duæ quartæ ſunt detrahendæ, in ſpecie Roland. à Valle, Neuiz. Marzar. Cagnol. Burſat. locis citatis, cum multis per eos adductis, & communem dicit Grauet. conſil. 7. Ru e. conſil. 43. num. 9. Cæterum in hæredibus extraneis crebriorem & ueriorem contrariam cenſet Cacher. d. deciſ. 147. Sed à ſuperiore ſententia utroque caſu non eſt recedendum, quia imò decipitur Cacher. & hanc magis communem ex ſupradictis aſſerit Alex. & ueriorem d. conſil. 21. & conſil. 67. communem & uſu forenſi receptam Corn. d. conſ. 18. nu. 11. lib. 4. Cland. d. l. Marcellus.

Quæſt. VIII.

SUMMARIA.

An detractio Trebellianicæ fieri poſſit contra prohibitionem expreſſam teſtatoris, nu. 1.

An requiratur ſpecifica & ſingularis prohibitio, an æquipollens ſufficiat, nu. 2.

Si teſtator iuſſit reſtitui ſine diminutione, nu. 3. quid ſi totam hæreditatem, nu. 4. uel integram, nu. 5. uel omnia bona, nu. 6.

Quid ſi rogauit hæredem, ut pleno iure reſtituat, nu. 7.

An prohibita alienatione cenſeatur prohibita Trebellianica, nu. 8. & 9.

QVæro item, numquid Trebellianica poſſit detrahi ſi ſit prohibita per te-
1 ſtatorem? Reſp. quod olim ſicut falcidia, contra expreſſam teſtatoris uoluntatem poterat deduci Trebellianica, hodie uerò ſecus, quia prohiberi poteſt, ut dixi infra. §. teſtamentum. de poteſtate teſtatoris: Et hoc non habet dubium in extraneo hærede, ſed controuerſia eſt in filiis primi gradus, de quo ibidem dixi.

2 Sed quæro, an expreſſe debeat prohiberi, An uerò ſufficiat æquipollenter fieri? Reſpon. Diuerſæ ſunt Doct. ſententiæ, quibuſdam exiſtimantibus neceſſariam eſſe expreſſionem ſpecificã & ſingularem, nec ſufficere generalem aut coniecturas, quod uoluit Ang. §. ſi uerò expreſſim, Auth. de hær. & falcid. & hanc communem op. profitetur Crot. l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. Bertrand. conſ. 85. uol. 2. conſi. 144. vol. 3. Alijs uerò contra ſentientibus, nimirum ſufficere ſaltem uerbis generalibus Trebellianicam eſſe prohibitam: Quam ſententiam docet Bar. l. Centurio, n. 27. ff. de uulg. & pup. & eam dicit magis cõem & ueriorem ibi Galiau. nu. 88. Communem quoque dicit Pariſ. conſi. 9. nu. 11. & ſeq uol. 3. magis communem conſi. 21. nu. 35. eod. uol. & hanc tan-

tanquam magis communem eſſe tenendam dicit Anton. Gabriel. Roma. com. concluſ.lib.4. concluſ.2.tit. ad Trebell. Franciſ. Mantic.de coniect.vltim.volun. lib.7.tit.12. & ab hac non recedas, Quia expreſsè dicitur fieri, modo uoluntas diſponentis colligatur etiam ex verbis generalibus, vt tradit Bar.l.1.ff.de uulgat. quem omnes ſequuntur, vt inquit Galiau.d.l.Centurio,nu.401.

3 Hinc ſi teſtator iubeat reſtitui hæreditatem ſine omni diminutione, indubitanter cenſetur prohibita Trebellianica, ita tenet Bald.l.precibus, C.de impub.& alijs ſubſti. & hanc dicit communem opinionem Galiau.d.l.Centurio,num.399. Communem quoque dicit Parıſ.conſil.21. volumi.3. conſil.9. nume.9. & ſequen. uolum. eod. magis communem, & ab ea non eſſe recedendum dicit Alciat.conſil.66. nume.33. uol.9. & neminem diſſentire ab iſta opinione dicit Aim.Crauet.conſil.174.nume.2.& indubitantur procedere aſſerit Gabriel.Roma.d.tit.ad Trebell.concl.7. Mant.d.tit. nume.16.

4 Similiter ſi teſtator dixerit: uolo totã hęreditatem meam peruenire ad Caium poſt mortem filij mei, Trebellianicam prohibuiſſe cenſetur, ita tenet gl.l.decem.ff. de fideicom. libert. & ſequuntur Doct.magis communiter, ut teſtatur Galiau.d.l.Centurio,nu.399.ibi.Rip.num. 130.Cómunem quoque dicit Alex.conſ. 201,nu.15. uol.6. & ab ea nó eſſe recedédum iudicando Alciat.conſ.97.nu.3.lib. 9.Communé quoque dicit Tiraq. repe. l.ſi unquam, uerb.totum,n.1.uerſ.ſimiliter.C.de reuoc.donat.Cóem dicit Anto. Gabriel.d.concluſ.6.n.6.quicquid dixerit de contraria cómuni Crot.d.l.nemo poteſt, ff.de legat.2. hanc cóem nouiſſimè profitetur Mant.d.tit.nu.14. Quod procedit indiſtinctè, ſiue hoc uerbum, totam, adijciatur uerbo executiuo, ſiue diſpoſitiuo. hanc dicit magis communem opin.Ruin.conſ.148.num.6.uolum.5.licet aliàs contrarium teneat, ſed hæc tenenda eſt, & ꝙ Doct. non conſtituant in hoc aliquã differentiam fatetur Mãt. d.loco.nu.14.in fi.

5 Idem ſi teſtator iuſſerit integram hæreditatem reſtitui, uel integraliter, quoniam expreſſim prohibuiſſe uĩ, ita tenet Ale.d.l.Céturio,& ibi magis cóem,& ueriorem dicit ſniam Galiau.nu.399. Pariſ.conſ.39.uol.2.Ruin.conſil.47.uol.2. Alciat. conſ.66.nu.13. lib.9. Communé quoque dicit Io. Dilect. de arte teſtan. de ſubſtit.caut.131.num.3. Anto. Gabr. Roma.d.tit. ad Trebell. concl.5. Quod procedit quidem ſine dubio, quando ſimul iuncta ſunt, totã & integram, uel ſi dixerit teſtator, reſtituas & integra bona liberè, ut teſtatur Socinn.conſ.113.nu. 57.uol.1. Ant. Gabr.d.concl.5.nu.4.

6 Sed oritur maximum dubium, quid ſi teſtator iuſſit omnia bona reſtitui, nunquid Trebellianica prohibita cenſeatur? Reſp.In hac queſtionæ ab interpretibus in diuerſas ſententias itum eſt. Bar. enim d.l.Centurio, exiſtimauit prohibitam eſſe Trebellianicam, & retineri non poſſe. & hanc ſentit communem eſſe opin. ibi Iaſ. Alciat.conſil.48. nume.1. & 5.lib.9. Sed contrariam partem, quòd iſto caſu non cenſeatur prohibita Trebellianica tenet Ang. auth. ſed cum teſtator. C. ad l. falcid. & ſequuntur omnes qui in ſupradictis caſibus affirmatiuam, & communem probant, vt teſtatur Galiau.d.l. Centurio, & communem eſſe hanc ſententiam aſſerit Marc. Mantua. conſilio 291. & hodie magis communem dicit Anton. Gabriel.d.titul.ad Trebell. concluſ.3. num.2. Franciſ. Mant.d.titul.17. Quia talia uerba neceſſariò non inferũt prohibitionem detractionis, cum poſſint aliud importare.ſ.quòd perueniant bona cuiuſcunque generis ſint, non tamen integraliter, ſed temen Rip.d.l.Centurio,n.31.dicit, quòd hanc ſententiam in iudicando non auderet ſequi, quoniã huiuſmodi ſubtilitas, & exquiſita differentia non eſt nota teſtatoribus & Notarijs lıterarum ut plurimum præſertim ciuilium ignaris, quamobrem etiam maximè ſi ex alijs concurrentibus enixa teſtatoris uoluntas. apparere poſſet, contrariam omninò ſequentiam iudicarem.

7 Quæro præterea, quid ſi teſtator rogauit hæredem, ut pleno iure reſtituat hæreditatem, numquid cenſeatur Trebellianica eſſe prohibita? Reſp. Variarũ fuit quoque hoc caſu, affirmatiuã enim

ſen-

ſententiam, quod nempe huiuſmodi uerba inducat Trebellianicæ prohibitioné, amplexus eſt conſulendo Alexan. conſi. 201. vol. 2. num. 6. & dicit communé opi. Guid. Pap. conſil. 537. num. 2. Negatiuá uero ſententiam, quod talia uarba nó impediant detractionem Trebellianicæ tenet Pau. de Caſtr. d. Auth. ſed cum teſtator. & hanc dicit communem opin. Bened. Capr. conſi. 83. nu. 9. & ſeq. conſ. 36. nu. 9. Roma. conſi. 239. num. 3. & ſubdit ſe bis obtinuiſſe in ciuitate Florentiæ, cómunem dicit Bertr. & ab ea in iudicando & conſulendo non eſſe recedendú aſſerit recedendum aſſerit Bertr. conſ. 37. nu. 1. & 2. uol. 1. Ruin. conſil. 163. nu. 21. Communem quoque dicit Ioan. Dilec. de art. teſtan. tit. de ſubſt. caut. 31. nu. 3. Communem dicit Ant. Gab. d. tit. concl. 4. num. 1. Manti. d. lib. 7. tit. 12. nu. 18. frequentiori calculo receptam profitetur. Poſſunt. n. iſta uerba alium habere intellectum, nimirum reſpectu dominii pleni, uel etiam proprietatis, uel uſusfructus. Intelligitur tamen hæc concluſio negatiua vt procedat, quando dictum eſt ſimpliciter bona deberi reſtitui pleno iure, ſecus ſi teſtator uelit pleno iure reſtitui, & omnia quidem bona. hanc diſtinctionem dicit communem Grat. conſi. 103. nu. 14. uol. 2. quem refert & ſequitur Ant. Gabrie. d. concl. 4. nu. 2. Manti. d. tit. nu. 18. ad fin. & ego facile amplector per dicta ſupra in præced. uerſi.

8 Quæro item, quid ſi facta eſt prohibitio alienationis, numquid Trebellianicam prohibuiſſe teſtator uidebitur? Reſpond. q ſic, ita tenet Bald. auth. ſed in ea re. C. ad l. falcid. & hanc ſenténtiam dicit eſſe communem opin. Pariſ. conſ. 126. num. 34. & ſeq. uolum. 1. conſ. 17. nu. 30. conſ. 51. num. 12. uol. 3. & quod non habeat contradictorem dicit Ruin. conſil. 115. nu. 25. uol. 3. Communem dicit Anton. Gabriel. d. concl. 9. nu. 2. Franc. Burſat. conſ. 13. num. 42. uol. 1. ubi loquitur tantum in caſu alienationis. Communé quoque profitetur Mant. d. tit. 12. nume. 19. licet contrariam partem ueriorem exiſtimet, & uidetur ſatis æqua, a communi tamen non eſt recedendum, maximè ſi apparere poſſet, quod uelit teſtator bona in familia permanere.

9 Et prædicta non habent dubium in extraneis, ſed tamen non procedunt in liberis primi gradus ſecundum magis cóem, de qua infra .§. teſtamentum quoniam in eis non poteſt prohiberi Trebellianicæ detractio, ut teſtatur Burſ. d. conſ. 13. nu. 44. Ant. Gabr. d. concl. 9. nu. 3.

Quæſtio IX.

SVMMARIA.

Trebellianica, an de una uel qualibet re hæreditaria detrahi poſſit. nu. 1. declara nu. 2. & 3.

Quid in re data ut imputetur. nu. 4.

Quid in re data in uita patris in peculium nu. 5.

Quid in fructibus perceptis, nu. 6.

Quid in re alienata. nu. 7.

1 Dictum eſt deduci de relictis vniuerſalibus Trebellianicam, quæro. An de vna uel qualibet re hæreditaria detrahatur? Reſp. glo. in l. filium quem. C. famil. hærciſc. dicit de vna re deduci poſſe, ſed verior eſt ſententia, quod debetur in ſingulis rebus pro indiuiſo, detrahique poteſt de qualibet re hæreditaria, & in hoc non eſt aliqua differentia inter falcidiam & Trebellianicam, licet iura adducta per Barto. loquantur in falcidia, ita tenet gloſſ. l. 2. C. ad Trebell. not. Bart. d. l. in quartam, & eſt communis opin. vt teſtatur Picus d. l. in quartam, numer. 106. Namque falcidia defalcat quartam ex relictis, quæ exhauriunt dodrantem, & cum diuerſæ res relinquantur ex diuerſis rebus deduci debet: Trebellianicæ uerò hæreditariæ quartæ uocãtur, ut dixi ſupra q. 2. Vnde ex uniuerſo aſſumũtur. Quod declara, ut procedat de rigore iuris, ſecus de æquitate, non enim debet de omnib⁹ rebus, ſed aſſignari in una uel duabus pro iudicis arbitrio, ut dixi ſupra §. Falcidia, quæ locum quoque habét in Trebellianica.

3 Et hoc procedit, quando inter partes non conuenit, ſin autem actũ eſt, in altera re Trebellianicã deſumi res plana eſt, & procedere pót glo d. l. filiũ qué, ita tenet Bar. d. l. in quartã, & cóiter tenetur, ut teſtatur Bereng. Fernand. ibi art. 32.

4 Idem eſt, quando teſtator dedit hæredi, quod in quartã imputaretur, ea enim

in re ſola deductio fieri poteſt & debet, vt ſeruetur teſtatoris voluntas. ita dicit communiter teneri Berengar. Fern. d.l.in quartam, ar.2.nu.32.& dixi §.præc.q.13.

5 Sed quid ſi res aliqua eſſet hæredi grauato in peculiũ a uiuo teſtatore conceſſa: Nunquid in eo hæres fideicommiſſario, Trebel.deducere poteſt? Reſp. Bar. d.l.in quartam, tenere uidetur quod ſic, Vnde militores, quos factores uocãt, quibus pater peculium profectitium concedere ſolet, poterint in iiſdem rebus quartas deducere, quas pater tradiderat, nec cogentur ex corporibus hæreditariis accipere, in quibus commodè artificium ſuũ exercere non poſſunt. Sed Bar.communiter Doct.reprehendunt, ut dicit Pic. d. l. in quartã, nu.28. Socin. Iun. nu.96. Fern art.2.nu.37. qui tamẽ ſubdit, quod Bart. non mereatur reprehendi, quia non uult ipſo iure ex peculio deduci, ſed iudicem debere in illa re aſſignare, & Alc. ibi dicit quod iſta ſnia magis auctoritate Doctõ. quàm verbis Legatis defenditur. n.21.

Tu aduerte ad duo quæ communiter ſũt recepta. Primũ, quod filius grauatus per fideicommiſſum non poteſt eueniente conditione quartam in re in peculium conceſſa inuitis fideicommiſſariis retinere. ita firmat Cy. & plerique alii, & hanc eſſe cõem opi. teſtatur Vincent. Sala d.l.filium quem, nu.14. Secundum eſt, quod iudex in hoc iudicio diuiſorio aſſumptus debet & poteſt in eadem re quartam aſſignare huic filio grauato. iſta eſt magis cõmunis opinio, quam firmat Bar. d.l. filiũ ubi reſpondet ad oppoſ.l.lineam, & huſque Bar. magis communiter approbari ibi, & d.l. in quartã, in eo uero ꝙ dicit, ſicut teſtator prædilexit in illa re in vita, ita præſumi p̃dilexiſſe in morte, damnar. cõmuniter aſſerit Vincẽt. a Sala d.nu.41.

6 Scias etiam, quod ubicunque hæres fructus ex hæreditate perceptos computare tenetur, de quo dixi ſupra, §.fidei commiſſum, q.69. iſto caſu Trebellianica ex fructibus deducetur, & ſi non ſufficiãt ſupplebitur ex aliis rebus, ita communiter teneri dicit Fern.d.art.2.nu.32. quod nota, quia ſæpe falluntur hæredes uolentes ex corporibus hæreditariis deducere cum ex fructibus contentari debeant.

7 Sed quid ſi hæres grauatus alienauit rem aliquam fideicommiſſo ſubiectã, nũquid in illa Trebellianicam detrahere poterit? Reſpond. quòd ſic, & ſi talis res equalet quartæ, res plana eſt. Sin minus ſuppleri debet, ſin autem ualor eius excedat Trebellianicam, quod ſupereſt reuocatur, ita tenet Bar. in d.l. in quartam, ut teſtatur Alex. ibi col.11. Pic.nu.112. Socin. Iun. n.88. & hanc receptiſſimam eſſe ſententiam profitetur ibi Alc. nu 21. Quia hæres poteſt alienare uſque ad legitimã, ita communiter teneri dicit Picus. d.loco nu.115. Et hæc concluſio indubitata eſt, quando partes conſentiunt, uel hæres ĉo legatariis uel fideicommiſſariis, contradicentibus velit in rebus alienatis deducere. Sed quid ſi hæres nolit, & rem alienatam redemit, volens de aliis rebus hæreditarijs detrahere, numquid ſit admittendus? Reſpon. Articulus eſt ualde dubius, Ang.d.l.in quartã non poſſe exiſtimauit, quã plerique alii ſequuntur, & quod eſt communis opi. teſtatur Soc. Iun. ibi nu. 90. licet ipſe in contrariam partem procliuior ſit, quam tenet Imo.d.l.in quartam, ſibi contrarius, & receptiorem appellat Alc. ibi nu.23. ex quo hæres ſoluit ſpeciẽ ad quam tenebatur, & hæc æquior videtur & ſequenda.

Prædicta tamen intellige ut non procedant in rebus alii legatis, ſi hæres in cæteris bonis hæreditariis Trebellianicam conſequi poſſit, tunc enim nunquam res particulares legatas debet alienare, nec poteſt eas eligere & in quartam imputare, ita tenet Bald.l.1 ff.de rer.diuiſ. Alex. d. l. in quartam, & hoc receptiſſimum eſſe aſſerit ibi Alciat. numero uigeſimoſecundo. Poteſt enim teſtator legare & fideicommittere ad libitum uſque ad dodrantem, vnde hæres dum habeat quartam, vel habere poſſit in rebus hæreditariis non legatis, non debet alienare legata.

Quæſtio X.

SVMMARIA.

Quod imputatur in falcidiam, id & in Trebellianicam, nu.1.

Quod non imputatur in Trebellianicã, nec in falcidiã, et ualet cõſequẽtia negatiua de Tre-

Trebel.ad falcidiam,nu.2.
De falcidia ad Trebellianicam non ualet cõſequentia negatiua,nu.2.
In Trebellianicam imputantur. oĩa iudicio teſtatoris accepta,ſiue titulo hæreditario ſiue legati,uel alio,nu.4. dummodo uniformiter capiatur,nu.5.& ſeq.
Quid ſi a cohærede capiatur corpus hæreditarium,& ita difformiter,nu.8.
Quid ſi hæres grauetur reſtituere alteri cohæredi hæreditatẽ accepta pecunia, n.9. ubi diſtinguitur,et declaratur nu.10.
Quid ſi teſtator iuſſit reſtituere retenta quarta,nu.11.

RESTAT vt videamus quæ nam hæredi imputãda ſint in Trebellianicam. Pro intelligentia huius materiæ & præcedentis,ſcilicet falcidiæ præmitto tres Regulas,ſiue concluſione.

1 Prima eſt affirmatiua, quod bona eſt conſequentia de falcidia ad Trebellianicam.Quod imputatur in falcidiã,id quoque imputatur in Trebel.

2 Secunda. Negatiua conſequentia de Trebellianica ad falcidiam bona eſt, Qđ non imputatur in Trebellianicã, id nec in falcidiam.ita concludit Bar.l. Marcellus.§.quod aũt,ff.ad Treb.& ſequunt̃ cõiter Doc vt teſtatur Picus d.l.in quartam nu.39.

3 Tertia,quod non licet argumẽtari de falcidia ad Trebellianicã negatiue, Secus nec ad Trebellianica ad falcidiam affirmatiue.has tres regulas cõiter prob.ri in l.in quartam omnes fatentur,ut dicit Berég. Fern.ibi art.2.nu.44.

4 His præmiſſis,ſtatuẽda eſt vulgata cõcluſio,quod oĩa quæ ex iudicio teſtatoris capiuntur,in Trebellianicã imputantur, ſiue iure hæreditario.ſiue iure legati, uel fideicõmiſſi,ſiue etiam cauſa conditionis implendæ relictũ,ſit alioue quoque titulo,tex.d.l.in quartam,ff.ad l.falcid.& hęc eſt una differentia.

5 Quod quidem intelligendum eſt imprimis, dummodo capiatur aliquid per hæredem uniformiter,id eſt uel totum iure hæreditario,uel totum alio iure, puta legati vel fideicommiſſi. Sin uero difformiter,id dũtaxat imputatur quod iure hæreditario capit,aliud non, & in hoc conueniunt falcidia & Trebellianica. ita tradit Bar.d.l.in quartam, & ſequuntur communiter Doctores,vt teſtatur ibi Picus nu.9.Bereng.Fern Art.2.num. 44.6. concluſ.

6 Infertur,quod ſi teſtator legauerit hæredi grauato,vel a fideicommiſſario, uel alio extraneo,ſiue ſit de hæreditate, ſiue extra ſubſtantiam teſtatoris,ſiue ſit ſpẽs, ſiue pecunia,totum imputatur in Trebellianicam,qui iure uniformi capitur. hanc dicit communem opinionem Picus d.l.in quartam,num. 2. Bereng.Fernan. d.art. 2.num.24.idem ſi a cohęrede aliquid qđ non eſt de hæreditate,ſiue ſit ſpecies, ſiue pecunia relinquitur,ut quia hæredis, totum imputatur.huic concluſioni omnes a ſtipulantur, ut teſtatur Fernand. dict.artic.2.uumer.25. quia iure uniformi capitur, non enim poteſt res quæ teſtatoris non eſt,iure hæreditario cap.Sin vero teſtator hędi grauato aliquod cor

8 pus hæreditarium a cohærede præſtari iuſſit,tunc ſolam partem imputat, quam ipſe iure hæreditario habet. non quam iure cohæredis conſecutus eſt, & ita fidei commiſſi, ne in eadem re diuerſo iure quis quartam habeat, quia tunc difformiter capit. ita tradit Barto. d l. in quartam, & eſt communis opinio, ut teſtatur Picus numer. 14. Alciat. nume. 2. Berengar. Fernand. d. art.nu.24.concluſ.

9 Sed quæro,quid ſi teſtator grauat alterum ex hæredibus reſtituere hæreditatẽ acceptam,retenta,vel deducta pecunia, nunquid illa ſit imputanda? Reſp. Diſtinguendi ſunt plures caſus.

Primus eſt,quando teſtator grauat alterum ex hæredibus reſtituere,accepta,ſiue deducta pecunia ex ſua portione, & tunc pecunia habetur iure uniformi, nẽpe hæreditario,ideo imputatur tota; & in hoc quoque non eſt differentia inter falcidiam & Trebellianicam, text. d. l. in quartam,& tenet Barto. & communiter Doctores,ut teſtatur Pic.d.l.in quartam, nu.25.

Secundus caſus eſt, quando grauatur accepta pecunia ſimpliciter, & tunc capitur tit.uniformi, quia cenſetur dictum, quod de ſua portione accipiat, & imputatur, ut tradit Barto. & communiter Docto.ut idem Picus d.loco,& quod

omnes

omnes ita tenent dicit Vincen.a Sala d.l. filium quem,nu.25.

Tertius eſt,quando accipitur pecunia a fideicommiſſario uel legatario, & tunc titu.uniformi capitur iure legati uel fidei commiſſi,ex quo capitur ab alio quam coherede, tota imputatur in Trebellianicam,ut ſupra uerſ.dixi,licet ſecus in falcidia,ut ſupra §.præced.q.13.

Quartus,vbi hæres grauatur reſtituere accepta pecunia a cohærede,quæ hæreditaria non ſit,ſed forte ipſius cohæredis vel ſimpliciter, quo caſu id intelligitur, & tunc quoque imputatur tota, quia tit. vniformi habetur legati ſcilicet vel fideicommiſſi,vt dixi ſupra uerſi.quod quidé Alc.d.l.in quartam,nu.4.Soc. Iun.num. 53.

Quintus caſus eſt,quando grauatus reſtituere accepta pecunia hæreditaria a coherede,& tunc magna eſt controuerſia, & bella inter Doctores fuere,plus quã ciuilia:ſunt enim qui exiſtimarunt hoc caſu pecuniam capi titulo difformi, itaque pro parte tantũ imputari ſicut aliud corpus hæreditarium, hanc ſententiam tenet Ang.& plerique alii, & veriorem dicit Fern.d.art.2.num.39.Idem aſſerit Picus,nu.19.

Contrarium vero, quod imò pecunia ſi ſic hæreditaria, dicatur uniformiter capi,& in totum imputetur,tenet gl. verb. a coherede,d.l.in quartam, & ſequitur Bar.& communiter Doctores, ut teſtatũ Imol.Picus ibi num.26.Fernand. d. Art. 2.num.339.licet ſecus in falcidia, vt dixi §.præcedenti,& hoc procedit, ſiue fideicommiſſum ipſi cohæredi,a quo accipiéda fuit pecunia,præſtandum, an cuilibet alteri:Semper enim omnis pecunia imputanda eſt, & ita receptior habet ſententia,ut teſtatur.Alciat.d.l.in quartam, nu.4.

10 Intellige tamen prædicta omnia vt locum habeant, quando hæres caperet pecuniam tãquam genus,ſecus uero ubi iuſſus eſſet capere pecuniam tanquam hæreditariam,puta uel clauſam in tali capſula vel ſacculo,aut quæ eſſet ſuper tali Bancho, namque tunc difformiter caperetur,& pro parte tantum imputareť ſicut in falcidia ita tenet Ang.l.in quartam, & ſequuntur Doc.communiter,vt teſtatur Picus ibi nu.25.

11 Aduerte etiam quod dicitur,illud qđ capitur iure hæreditario totum imputari,non procedere,qñ expreſſe iuſſit teſtator detrahere quartam:Pone enim quod tres inſtituat hæredes, & vni prælegauit predia,iuſſitq; hæreditatem reſtituere detracta quarta: Namque tunc partim capit iure hæreditario,& eius quod iure hæreditario capit quartam partem tantum imputat, non totum, ita eſt text. l. Titia,ff. ad l.falcid.

Quæro item:An prædicta, quod legata, fideicommiſſa, uel cauſa conditionis implendæ data imputantur in quartam habeant locum,ſi grauatus ſit hæres de liberis primi gradus: An uero iura antiqua ſint correcta per l. iubemus, C. ad Trebel.? Reſpon.quod ſic,exceptis,ſaltẽ fructibus,ut infra dicam.ita te. et Bart.d. l.filium quem,C.famil.erciſ. & eſt communis opi.ut teſtatur Picus d.l.in quarta nu.91.Soc.iun.nu.65.dicens à communi opinione non eſſe recedendum, & quamuis contrarium uoluerit gloſſ.d.l.filium, quam ſequuntur magnę authoritatis Doctores,tamen ab ea non eſt recedendum.

Quæſtio XI.

SVMMARIA.

Fructus percepti poſt aditam hæreditatẽ & conſumpti non debentur fide commiſſario & an ſaltem imputentur in Trebell.nu.1.

Quid in filiis primi gradus,nu.2.& 5.

Quid ſi duæ quartæ detrahuntur,nu.3.

An teſtator poſſit diſponere quod fructus imputentur in Trebellianicam,nu.4.

Quid in aſcendentibus grauatis nu.6.

TV ſcis, quod fructus percepti poſt aditam hereditatem, & conſumpti per heredem,non debentur fideicommiſſario,nec directo ſubſtituto. Sed quæro,
1 An iſti fructus percepti per hæredem ſaltem ei imputentur in quartam? Reſpon. quod ſic.ita eſt text.l. in fideicommiſſariam,ff.ad Trebel.& ſi quid ſupereſt, manet hæredi.& hæc concluſio quidem procedit & locum habet quando hæres percepti fructus ex iudicio teſtatoris,vt puta ante conditionis euentum, qua grauatus fuit reſtituere: Secus uero poſt moram:

Namq; tunc fructus perceptos poſt moram ex hæreditate tenetur reſtituere.

2 Sed quid in filiis primi gradus: Nũqd fructus perceptos ante reſtitutionem faciendam eueniente conditione computabit in Trebellianicam? Reſp. q non. text. eſt l. iubemus, ad Treb. Quod quidē plane procedit, qñ reſtitutio fit perſonis nominatis & expreſſis deſcendentib. ſcilicet. Sed quid ſi fieri debeat extraneis? Reſpon. Controuerſum fuit, quibuſdã exiſtimantibus hoc caſu fructus imputandos eſſe, quam ſententiam amplexus eſt Cyn. & alii pleriq; in d. l. iubemus. Alii uero contra cenſentibus, nimirum nec fructus perceptos a filiis primi gradus imputari in reſtitutione extraneis facienda, ita tenet Salicet. d. l. iubemus, & hanc dicit eſſe communem Didac. Couar. cap. Rainutius, §. 11. nume. 4. Bero. conſi. 78. num. 36. & ſeq. volum. 2. æquiorē & cõmuniorē refert Mandoſ. ad Rom. conſil. 206. num. 6. uerb. abſque imputatione, Picus dict. l. in quartam, uerſic. Quinto quæro, Franciſc. Burſat. conſil. 44. nu. 17 uolum. 1.

3 Sed quæro, utrum hoc procedat non tantum quando una tantum quarta, ſed etiam quando duæ detraherentur, ſcilicet legitima, & Trebellianica? Reſpond. Paſſus eſt dubius multum in practica, de quo diuerſæ ſunt ſententiæ: Namque quod imputentur uoluit Paul. de Caſtr. ſibi cõtrarius l. quod de bonis, §. fructus, ff. ad l. falcid. & hanc ſibi placere dicit Alexand. l. ſi mulier, §. cum proponetur, ff. ad l. falcid. & communem eſſe opinionem aſſerit Franciſc. Curt. ſenior conſil. 52.

Contrarium uerò, fructus perceptos a liberis primi gradus non eſſe computandos in quartam, etiam eo caſu quo portiones ſunt deducendę, ſed habebunt duas quartas ſine imputatione fructum tenet Bart. d. l. quod de bonis, §. quod auus, ff. ad Trebell. & ibi hanc dicit communem opinionem Alexan. Rip. d l. in fideicommiſſariam, num. 3. Communem à qua durum eſſet in practica recedere teſtatus Picus d. l. in quartam. nu. 270. uerſic. quinto quæro, & nume. 284. Pariſ. conſil. 1. num. 98. conſ. 25. uolum. 2. num. 55. Socin. iunior conſi. 131. uolum. 1. Didac. couar. d. cap. Rainutius, §. 11. num. 8. magis communem dicit Loazes addit. ad Galiau. l. Centurio, lit. F. ff. de vulgar. & puppil. ſubſt. communem dicit nouiſſime Andre. Geill. obſer. 133. lib. 2. num. 4. & ſeq.

4 Quid autem ſi teſtator diſponeret quod fructus imputentur in quartam Numquid ualebit diſpoſitio? Reſpond. Quæſtio eſt utilis & quotidiana, Bal. d. l. iubemus, exiſtimat non poſſe teſtatorē diſponere quod fructus computentur, & hanc, ut ueriorem & æquiorem, & magis fauorabilem late defendens tenendam eſſe dicit Picus d. l. in quartam, numero 271. cum multis ſequent. vſque ad nu. 285. & hanc partem ſequuntur omnes qui filiis primi gradus non poſſe Trebellianicam prohiberi profitentur, & nõ eſſe recedendum à text. d. l. iubemus, dicit Alexandr. d. §. cum proponeretur, hãc ſententiam æquiorem, & magis communem, filiiſque fauorabilem dicit Iaſ. l. Marcellus, numero 55. Dec. conſil. 81. 4. dubio, conſil. 218. numero 269. nu. 15. Rip. l. nemo poteſt, num. 52. de leg. 1. Soc. iun. conſi. 131. num. 58. conſi. 137. num. 7. uol. 1. conſi. 28. num. 2. uolum. 2. conſi. 70. num. 16. Pariſ. conſi. 43. nu. 26. lib. 3. Communem quoque dicit Gozad. conſi. 97. num. 14. Socin. iun. conſil. 131. num. 63. vol. 1. Rip. l. fideicom. num. 30. ff. ad Trebel. Pariſ. conſi. 1. num. 98. conſil. 43. lib. 3.

Contrarium uero, quod imò teſtator poſſit diſponere quod fructus in Trebellianicam imputentur, tenet Cyn. d. l. iubemus, & hanc dicit uideri communem Picus d. l. in quartam, numer. 273. & amplectuntur omnes qui tenent Trebelianicam directo prohiberi poſſe filiis primi gradus, ut aſſerit Couar. d. cap. Rainutius, §. 11. nu. 9. qui tamen priorem ſententiam probabiliorem opinatur, & quoniam ſupra diximus in quæſt. An teſtator poſſit Trebellianicam prohibere. Negatiuã magis cõem hãc quoq, amplectē dã omnino cenſeo, & ita cõſuluiſſe dicit Soc. iun. & ſecundum illud iudicatũ fuiſſe d. l. in quartã, nu. 87. conſi. 131. uol. 1. & eam uti ęquiorem & magis communem approbauit Rota, ut teſtatur Caſſã d. deciſ. 2. tit. de teſt.

Scias

5 Scias tamen quod prædicta concluſio, fructus in Trebellianicam non imputari filiis primi gradus, procedit in fructibus ante moram iudicio teſtatoris perceptis: Secus vero poſt moram, quia eos imputare tenetur, ita tenet gloſ. d.c. Rainutius, verb. conteſtatæ, quam communiter approbant Doctores, ut teſtatur Alex. d.l. fideicommiſſariam Rip. nu. 28. Claud. colum. 2. Didac. Couar. d.c. §. 11. num. 4. ver. eadem, qui tamen cum Claudio dicit eam procedere, & ueram eſſe ad hunc effectum, ut filius non lucretur fructus, ſed cogatur eos reſtituere, nó tamen præciſe computare in quartam Trebellianicam.

6 Sed quid in aſcendentibus grauatis, nunquid fructus perceptos cóputabunt? Reſpon. quod ſic, imo etiam in legitimá, hanc dicit communem opi. Rolan. a Valle conſi. 39. nu. 21. vol. 3.

Quæſtio XII.

SVMMARIA.

Quæ capiuntur extra cauſam hæreditariam nõ imputantur, nu. 1.

Filia dotem in uita a patre datam non imputat, num. 2.

Lucrum dotis ante nuptialis nõ imputatur, n. 3

Donatio cauſa mortis uel inualida inter uiuos quæ morte confirmatur, an ſit imputanda, numero 4.

Quid ſi teſtator iuſſit accepta inter uiuos imputari, nu. 5.

Dixi ea imputari in Trebellianicam quæ iudicio teſtatoris capiuntur: Quod procedit quando quis ex teſtó ca-
1 pit. Secus verò eſt in eo, qđ quis capit extra teſtamẽtũ vel cauſam hæreditariam, licet iudicio teſtatoris, non enim imputatur in Trebellianicá, ſicut nec in falcidiá vt dixi §. præced. tex. d.l. in quartá, & ibi hãnc dicit cõem opi. Bereng. nu. 44. Ex
2 quo infertur, quod filia dotem, quam pater ei dedit inter uiuos, non tenetur in Trebellianicam imputare. tex. l. Neſennius, & tenet Bar. d.l. in quartam, quem communiter ſequuntur Doc. ut teſtatur Picus ibi nu. 39. quia poſtquam pater aſſignauit filiæ dotem in uita, non reperitur amplius in eius hæreditate.

3 Infertur & lucrum dotis aut nuptialis donationis ex pacto, uel l. municipali altero pmoriente debitũ non imputari in Trebellianicá, inſtituat ſuperuiuens hæres, tex. d.l. quod de bonis, §. quod auus, ff. ad l. falc. & hoc in iure dicit clariſſimũ Corne conſi 53. nu. 1. lib. 3.

4 Sed quid in donatione cauſa mortis, vel in donatióne inualida inter uiuos, q̃ tamen morte confirmatur, vt puta facta filio poteſtate uel uxori per maritum, & econtra. Reſp. dixi ſupra §. præced. q. 16.

5 Prædicta tamen quod ea quæ iure nó hæreditario capiuntur, non imputanť in Trebellianicam, intellige, niſi teſtator diſpoſuit quod imputentur, qa tunc nó diſtinguitur, an ex ultima uoluntate uel inter uiuos detur, ſed indiſtincte imputatur tam in Trebellianicam q̃ falcidiam. ita tenet Bart. d.l. in quartá per tex. d.l. cũ quo, §. fi. & tunc res eſt clara, & ꝓcedit ſine dubio, ut dicit Picus d.l. in quartá, nu. 44. & n. 54. ſiue actum fuerit expreſſe ſiue tacite ita dicit Bar. d.l. in quartá. nu. 1. verſ. 2. cum quo cæteri ſimpliciter tranſeunt, ut firmat Picus ibi nu. 45. in fin. & ſeq. Ideoque ſi teſtator ſimpliciter dedit inter uiuos integram quartam, & ſic quátum per falcidiam retenturus fuiſſet, imputabitur per hæredem, quia id actum tacite uidetur, cum quid datur inter uiuos futuro hæredi. ita uidetur ſentire Bar. d. l. in quartam, & tranſeunt communiter Doc. eámq; ex nouitiorib. propter auctoritatem eorum, qui ſequuntur tenẽdam aſſerit Soc. iun. ibi nu. 32.

Quæſtio XIII.

SVMMARIVM.

Si teſtator grauatus ſit legatis particularibus & fideicommiſſo vniuerſali, qualiter ſit facienda computatio.

Ivxta prædicta quæro: Si teſtator particularibus legatis grauatus, eſt etiam rogatus reſtituere hæreditatem ꝑ fideicommiſſum uniuerſale: An debeat fieri coniunctio legatorum, & fideicommiſſi uniuerſalis pro detractione Trebellianicæ: An vero integra legata præſtanda ſint, & fideicommiſſo uniuerſali detrahenda Trebelitanica? Reſpon. Diſtinguendum eſt: Aut legata & fideicommiſſum relictum eſt pure, & iſto caſu ſit cótribu-

tributio legati particularis, & fideicommiſſi vniuerſalis, & de vtroque detrahitur quarta pro rata, ſcilicet de legatis particularibus pro falcidia, & de vniuerſali quarta pro Trebellica, quibus ſimul computatis ſit tota quarta, & Trebellianica, & falcidia concurrunt tex. l. Marcellus, §. idem, ff. ad Trebell. & ibi tradit Bart. cũ quo omnes communiter tranſeuut, vt teſtatur Ruin. d. l. in quartam, nu. 18. verſi. ſecundo quæritur.

Aut vero legata pure relicta ſunt, fideicõmiſſum conditionale ſub conditione, puta ſi ſine liberis deceſſerit, uel alia & tunc nõ fit contributio, ſed legata integra præſtantur, ſi vires hæreditatis patiũtur, & de eo quod ſupereſt Trebellianica detrahitur. ita docet Bart. d. l. Marcellus, §. idem, dicens, quod conſuetudo hoc obſeruat, quem communiter ſequuntur Doctores, vt teſtatur Rui. d. l. in quartam, n. 18. verſ. 2. quæritur.

Liber. §. Legitima.

HAEC materia legitimæ iucunda, utilis, & in foro frequentiſsima eſt.

Quæſtio Prima.

SVMMARIA.

Quid ſit legitima, nu. 1.
An ſit portio bonorũ uel hæreditatis, nu. 2.
Legitima cõputat detracto ære alieno, nu. 3.
Filius nõ põt pprio auctoritate occupare poſſeſſionem alicuius rei pro legitima, nu. 4.
An filius poſſit legitimam acceptare, & reliquum repudiare, nu. 5. & 6.
Inſtitutio in legitima non cõpetit beneficium poſſeſſorium ex l. fi. C. de ed. Et. D. Adria.

1 QVæro, quid ſit legitima? Reſpond. quod legitima dicitur quota, vel portio eius, quod quis ab inteſtato habiturus eſſet, tex. auth. nouiſſima. C. de inoff. teſta. a cauſa enim inteſtati initiũ ſumit, & ab ea regulatur. ita eſt gloſ. cõiter approbata l. Papinianus §. vñ quis. §. ſextans, ff. de inoff. teſta. vt teſtatur Soci. iun. conſ. 67. n. 67. uol. 2. Achil. Perſonal. tract. adipiſ. poſſe. Remedio 1. nu. 183. uerſi. & quoad remediũ. Quãuis contrariũ ſentiat Salic. d. auth. nouiſſima, nu. 11. q. 11. nimirum quod legitima ſit portio totius ſubſtantiæ non eius quod ab inteſtato quis habiturus eſt, quã ſntiam ab omnib. exploſam eẽ dicit Cucchus ibid. rubric. legitima quõ ſit quota eius &c. Sed nũquid portio ſit bonorũ, vel hæreditatis, valde controuerſũ fuit: Sunt enim qui exiſtimarũt eſſe quotã hæreditatis, quam ſententiam communem aſſerit Corraſ. l. hæres inſtitutus, nu. 34. C. de impub.

Alij verò contrarium tenent, quod nõ ſit quota hæreditatis, ſed bonorum. hanc ſententiam probat Barto. l. ex facto, ff. de hæred. inſtitu. & dicit magis communem Alex. omnibus, §. ſi patronus nu. 2. ff. ad Treb. communem dicit Bereng. Fernand. d. l. in quartam, artic. 3. ff. ad Treb. Segur. l. cum patronus, nu. 49. ff. de lega. 2, Rol. a Vall. conſi. 39. in princ. vol. 3. magis communem dicit Bero. c. Rainutius, nu. 240. extra de teſtam. Fernand. Vaſqu. licet ipſe priorem ſequatur de ſucceſ. creat. §. 20. 4. requiſ. nu. 240. Boer. deciſ. 24. num. 12. Viu. com opi. lib. 1. opi. 199. Ema. Suar. rec ep. ſent. lib. verb. legitima crebriorem dicit Achil. Perſonal. tract. adipiſ. poſſeſ. n. 183. Anto. Cucchus repet. autho. nouiſſima, Rubr. legitima eſt quota bonorum. Communem dicit Cur. ſen. conſi. 13 nu. 25. nouiſſime Andr. Gail. obſer. pract. li. 2. obſer. 720. numer. 3. Franciſc. Mantic. de coniectu. ultima uolunt. libr. 7. tit. 8. nu. 5.

3 Ex quo infertur, quod cum bona intelligantur deducto ære alieno, legitima quoque computanda ſit, deducto ære alieno, & funeris impenſa. ita tenet Bar. l. ex facto, ff. de hær. inſtit. & communiter teneri aſſerunt omnes predicti.

Infertur ſecundo, quod propter incertitudinẽ æris alieni detrahendi filius nõ põt propria auctoritate occupare poſſeſſionem alicuius rei pro legitima, nec in ea acquiri, vel conſtitui aliqua poſſeſſio. ita tenet Bar. l. 2. C. quando & quib. quarta pars, lib. 10. & hanc ſentẽtiam ſequitur, & dicit communem Alex. conſ. 157. colu. fi. quem refert Rip. d. l. in quartam, num. 113.

4 Infertur tertio, quod cum legitima non ſit quota hæreditatis, ſed bonorum, filius poteſt ſolam legitimam acceptare, & reli-

reliquam hæreditatem repudiare, quod videtur voluiſſe Bartil.l.1.ff.de vulg. ſed contraria ſententia, nõ poſſe ipſum filiũ a patre hæredé inſtitutũ acceptare legitimam, & repudiare reliqua hæreditatem, magis cõiter recepta eſt, vt teſtat Alexa. l.quia poterat,ff.ad Trebel.n. 12. uerſic. ſed non recedo l.3.C. de impub. & aliis ſubſti.ibidem Dec.nu.5.Cur.iun.num.8. Corraſ.nu.11.Cõem opi.affirmat Soc.d. l.1.nu.31.Rip.nu.159.verſ.non diſcedas Al.cmagis receptam dicens, verſ.ſed frequentior, cõem eſſe teſtatur Oroſcius l.ſi arrogator,nu.122.ff.de adoptio. Fernan. Vaſqu.de ſucceſ.creat.§.20 num. 212.& hoc dictum veriſſimum & receptiſſimũ nuncupat Ant.Cucchus d.Auth. nouiſſima,d.Rub. nu. 30.& 41. hanc quoque communem & veram comprobat Ant.de Padil.l.ſi emancipata,nu 31.C de iur. & fact. ignor.Eman.Soarez.rec p.ſen. The ſau.verb.legitimam,n.96.licet enim legitima ſit quota bonorum non hæreditatis, tamen titulo hæreditario ſcilicet inſtitutionis relinquenda eſt.

6 Vnum tamẽ caſum nota, in quo poteſt filius legitimã ſeparare a reliqua hæreditate, nimirum ſi in ilia haberet ſubſtitutum uulgarem, atq; ipſius portio eſſet nalde grauata legatis.ita uoluit Bar.l.gerit,nu.23.ff.de acqu.r.hæred.& ita loquitur d.l.j.vbi eum cæteri ſequũtur, & hãc eſſe communem opi.teſtatur Ant.de Padil.d.l.ſi emancipata,nu.36.

Infertur quarto,pro legitima non poſſe intentari petitionem hæreditatis de quo dixi infra.

Infertur quinto,quo cũ non ſit quota hæreditatis legitima,beneficium poſſeſſorium ex l.fi.c.de edict.D.Adria.pro conſequenda poſſeſſione legitimæ ſuæ nõ cõpetit inſtituto in ſola legitima, quia proditum eſt id remedium ſoli inſtituto in hereditate.ita tenet Alex. d. l. fin. dicens hanc ſententiam cõem, Cagn. l.Papinianus §.meminiſſe,n.12.ff.de inoff. teſtam. Ant.Cucchus d.Auth.nouiſſima, d.Rubr.nu.34.hanc receptiſſimam eſſe, uerioremq; Doc.concluſionem aſſerit Achil. Perſonal.d.tract.adipiſ.poſſeſ.num.183. uerſi.præterea,& hæc tenenda eſt, quicquid dixerit Bal.& ſequaces.

Quæſtio II.

SVMMARIVM.

Quo iure debeatur legitima,diſtinguitur.

QVæro, quo iure debeatur legitima? Reſp.In hac q̃ſtione diſtinguendũ eſt,aut enim loquimur de legitima in bonis aſcendentium debita liberis, & tunc quo ad materiã ſiue in genere debetur iure naturali. tex.d.l.cum rõ,ff.de bonis damna.& ita tenent omnes nemine diſcrepante in d.l.in quartam,vt teſtatur ibi Picus nu.172.Bereng.Fer.nu.169.Fern. Vaſq. d.§.20.nu.320.Quantitas vero ſiue meta,iuris ciuilis eſt.

Aut loquimur de legitima aſcendentium, & debetur non iure naturali, ſed ciuili tantũ,& potius ordine naturæ turbato.tex.l.ſcripto,C.und.li. & cõmuniter Doc probant,ut dicit Bereng.d.loco, nu.169.licet quidam contrariũ aſſerant, Sed a cõi non recedendũ,quoniam ius naturale potius aliquem inducere uidetur ad liberos q̃ parentes alendos: Quod & Pauli Apoſtoli auctoritate probatur, dũ inquit parentes filiis, non autem filios parentibus debere theſaurizare.

Aut loquimũr de legitima collateralib. debita,& oẽs cõueniunt iuris ciuilis diſpoſitione inuentã eſſe,ut teſtatur idem Bereng. Fern.d.l.in quartam,nu.178.

Quæſtio III.

SVMMARIA.

Filiis debetur legitima,nu.1.
Quid in filiis naturalibus,nu. 2.
Quid in filio nato ex adulterio,ſi ſubſequatur matrimonium,nu 3.
Quid in filio clerici,nu.4.& 5.
Quid in filia excluſa per ſtatutum,nu.6. declaratur in ſupplemento legitimæ,nu. 7. & 8.
Quid ſi filia renuncianit nu. 9. declaratur. nu.10.& ſeq.
Quid ſi iuramentum interuenit, nu. 11.
Quid ſi ſimpliciter relictũ acceptauit,n. 12.

1 VIdeamus quibus perſonis legitima debeatur,& quidem concluſio eſt vulgata,q̃ filiis debeatur legitima,& hoc procedit plane in filiis naturalibus, & legitimis.Sed quid in naturalibus tantum an eius quoque debebitur? Reſpond. q̃ non.ita tenet gloſ.l.1.in princ. ff. de bonor.

nor.poſſeſſ.cõtra tab.quæ cõiter approbata eſt,ut per Bar.l.Gall.§.etiam ſi parẽte.ff.de lib.& poſth.hanc dicit eſſe communem concluſionem Bereng. Fernan. d.l.in quartam.part.3.num. 41. Fernan. Vaſq.de ſucceſ. creat.§ 20. num. 1,4. & §.10.num.488.Ratio, quia naturalis filius ab inteſtato non admittitur, nec pater filiam dotare cogitur, multò minus contra teſtamentum admitti debet ad legitimæ petitionem, quæ pars eſt ius quod ab inteſtato quis habiturus eſt. Quod intelligendum eſt in bonis patris, ſecus uero eſt in bonis matris, namque naturalis ſcilicet natus ex ſoluto, & ſoluta habent legitimã a matre,quia ei ſuccedunt ab inteſtato etiam cum legitimis & naturalibus, niſi fuerint nephario coitu nati,quoniam nec patri,nec matri ab inteſtato ſuccedunt tex.§.nouiſſime, inſtitu.de Orficia.ubi tenet glo. & communiter Doct.ut teſtatur Fernan.Vaſq. de ſucceſ.creat.§.10.nu.494.

3 Sed quid in filio nato ex adulterio, ſi ſubſequatur matrimonium?Reſp.ꝙ non debetur legitima,quia non ſit legitimus. ita tenet Abb.c. tanta, extra qui filii ſint legit. quamuis glo.ibi contrariũ ſentiat, quam communiter reprobari dicit Michael. Ciſor.t.l. 12. Tauri, quem refert Vaſq.d.§.10.nu.506.

4 Quæro quid in filio clerici ſuſcepto poſt clericatum?Reſpon. ꝙ a patre non debetur legitima ita tenet Abb. cap. cum haberet, extra de eo qui duxit in matr. & ſequuntur communiter Doct. ut firmat Vaſq.d.§.10. num. 496. Et procedit non tantum,quando agitur de ſucceſſione patris,ſed etiam matris.Abb.d. c. cum haberet.& eſt communis opinio,ut idem Vaſq; teſtatur d.§.10.nu.497.

5 Sed quid ſi filius natus ſit ante preſbyteratum? Reſp. ꝙ tunc etiam non debeatur ei legitima ſi clericus habuerit eccleſiaſticum beneficium, licèt non eſſet in ſacris conſtitutus ita tenet gl.& ſequitur Bar.l.2.C.de epiſc.& cleric. & uidetur communis opinio, ut teſtatur Mich. Ciſ.l.9.Tauri.nu.6.Vaſq.nu.498.

6 Quæro ulterius, quid in filia excluſa per ſtatutum,numquid poſſit petere legitimam uel ſaltem ſupplimentũ ſi fuerit dotata,uel aliquid ei relictum in teſtamento? Reſp. Quæſtio eſt ardua & difficilis,adeoque in ea uariant interpretes, ut utraque communis dici poſſit, namq; negatiuam ſententiam,quòd filii licèt lege municipali a parentum ſucceſſione excludantur,tamen a petitione legitimæ ſibi debitę excluſi non cenſeantur tenet Sal.l.2.num.27.uer.quarto ſucceſſiue.C. de noxal.& ita pronunciatum fuiſſe Bononiæ per auditores Cardinalis Albanenſis Alex.conſi.7.num.8.cum ſeq.uol. 2.& hanc opinionem dicit Docto. Peruſinos habuiſſe pro canonizata,Soc. conſil.207.nu.2.uol.1.ſubditque ita in magna cauſa Florentiæ fuiſſe obtentum, & Ferrariæ hoc obſeruari dicit Maria. Soc. ſen.conſil.30.Corn. conſil. 100. libro 3. Socin.in l.Gallus.§. & quid ſi tantum. num. 16. dicit, quòd cum hæc quæſtio de facto eſſet pro hac parte conſuluerũt Aduocati Ferrarienſes, Bononienſes, Florentini, Senenſes, & omnes Peruſini numero quaſi triginta, & hanc opinionem ſequuti quinquaginta tres Docto.quos refert Socin.conſil.150. libr.1. hac opinionem tanquã ueriorem, ęquiorem, & humaniorem ſequitur Tobias Nonius conſil.13.num.4. & ſeq.præſertim 18. ubi dicit, quòd non facile poſſit cognoſci quæ ſit communis opinio. hãc opinionem dicit communiter omnes tenere Bereng.Fernand.repet.l. in quartã, par.3.num.251.& hanc dicit communẽ Curt.ſen.conſi. 5. num. 3. dum concludit filiam excluſum a ſtatuto eſſe dotandam dote nõ minore legitima, quia eius loco ſuccedit, refert Ceph. conſil. 245. num.33.Pariſ.conſi.53.num.57. uolum. 3.Biu.tract.ꝙ ſtantibus maſculis, art.11. q.2. hanc magis ęquam ſibi uideri dicit Fernan.Vaſq.de ſucceſ.creat.§. 20. num. 238.& ſeq. Eamq. communem uideri dicit idem Vaſq. de ſucceſ.creat.§. 21.num. 136. & hoc uidetur de mente omnium qui legitimam ſtatuto tolli nõ poſſe exiſtimarunt,de quo infra.

Contrariam tamen partem ut per tale ſtatutum filius a legitima, uel eius ſupplemento ẽt repellatur,tenet Bart. l.Titio genero,ff.de cond. & demonſtrat.hãc dicit eſſe communem opi.Dec.conſil.86. num.4.conſil.525.nu.4.conſi.296. nu.2. conſil.299.nu.5.conſi.304.num.9.Ioan.

Dilect.

Dilect.de arte teſtan.tit.3.caut. 12. num.
4.communem dicit Soc.d. conſ.50.num.
18.vol.1.conſi.283.nu.12.24.25.lib. 2.
conſi.35.num.10.conſi.89.nu.24.conſil.
127.num.2.lib.4.& ita communiter ſer-
uari dicit Cuma.conſi. 18. & communé
dicit Soc.conſi.288.lib.2.conſi.127.uol.
4. Ceph.conſi.278.num. 37. Tiraqu. de
iure primog.q.55.num. 7.Ruin.conſ. 41.
num.8.uol.3.Alex. i. §. & quid ſi tantũ.
Crauet.conſ.229.Mandel. Alba. conſ.7.
num.3.conſi.23.num. 1. hanc dicit com-
muné Cucchus d.auth. nouiſſima. rubr.
legitima quo ad quotã eius, ſubdit tamé
contrariam Salyceti opinionem ſibi pla-
cere magis,& cupere,ut ea tanquam ma-
gis æqua,& benigna,& magis pia, & libe
ris fauens fuiſſet frequentioribus ample
xa.Communem dicit nemine citato Iul.
Clar.de teſtam.q.42. verſ. item quæro,
Menoch.lib.2.cent.2.caſu 149. num. 13.
Nouel.tract.de dote.6.par.priuil. 17.nu
me.3.verſi. & prædicta. hanc quoque di-
cit receptiorem, & ueriorem opinionem
Tob.Non.conſi.18.num.20. uerſ.& hoc
confirmatur,& magis communiter rece-
ptam aſſerit Ioſep.Lud.deciſ. 21. nu.31.
par.1.Rõ eſt ſecundum omnes, quia cũ
ſit ſublata cauſa inteſtati cum ſuccedere
ſtante dicto ſtatuto non poſſint, pariter
etiam legitima ſubmoueatur.
7 Et prædicta quidem ét quo ad ſupple-
mentum legitimæ,vel congruæ dotis pe-
titionem procedunt ſine dubio, quando
in ſtatuto expreſſè dictũ fuit, filiã dota-
tã plus petere non poſſe,ſed eſſe conten-
tam debere dicta dote, nãque tunc oĩno
prohibetur ſupplementum petere. ita
tenet Bal. in Auth. res quæ.C.com.de leg.
& cõem dicit Io.Dilect. de arte teſtand.
d.caut.12.nũ.4.& ita iudicatum Ioſeph.
d.deciſ.21.Sed dubiũ eſt,ſi expreſsè pro-
hibitum non ſit, & licèt quidam in hoc
caſu in eam ſñiam inclinare uideãtur, vt
debeatur ſupplementum; tamen magis
cõiter indiſtincte ſuperioré concluſioné
negatiuã,ut non poſſit peti etiam hoc vl
timo caſu intelligũt, vt teſtatur Ioſeph.
Lud.d. deciſ.21.numero 46. Menoch. d.
8 caſu 149.Intellige tamé, vt nõ procedat
ſi dos non ſufficeret ad alimenta, uel eſ-
ſet exceſſus maximus in legitima, ita q
enormiſſime læſa,ut Doc.d.locis.

9 Quæro item, quid ſi filia renunciauit
hæreditati paternæ,vel ſucceſſioni, num
quid ei legitima nihilominus debeatur?
Reſpon.q ſic.tex.l.ſi quando.§.& gene-
raliter. C.de inoffi. teſtam. quem oẽs ita
cõiter intelligunt,ut teſtatur Iaſ. d.l. de
his.C.de tranſ.Ant. Rom. com. concluſ.
lib.6.tit.de legitima.conclu.8.nu.1. Fer-
nand.Vaſq.de ſucceſ.creat.§.21.num.27
hanc quoque dicit eſſe communé Gram.
10 deciſ.57.num.26. Quod procedit etiã,
ampla forma facta fuiſſet renunciatio. ſ.
q amplius quicquam petere non uellet,
ita cõiter teneri teſtantur ſupra allegati
oẽs,& ita iudicatũ fuiſſe refert Matth.de
Afflict.dec.178.nu. 3. & q ita omnes te-
nens dicit Marant.diſput.10.nu.19. Ale.
conſi.180.& ſeq.uol.5.
11 Item dic procedere hanc communem,
ſiue patre uiuente,ſiue poſt eius mortem
facta ſit renunciatio: licet enim tale pa-
ctum poſt mortem patris de hæreditate
patris non petenda valet, legitimam ta-
men non comprehendit. ita tenet Bald.
& alii Doct.communiter.d.§. & generali
ter,vt firmant omnes ſupradicti in ſpe-
cie Fernand.Vaſq.d.§.21.nu.127. Ideo-
que ſi femina accepta certa ſumma, uel re
dotata renunciauerit, & ſe contentam
fore,nec amplius petituram promiſerit,
non prohibetur nihilominus ſuppletio
nem petere, niſi expreſſa de legitima fa-
cta fuerit mentio.Marant.diſput, 10. nu.
19.& quod hanc ſententiam frequentiſ-
ſimis cohortibus ſequantur Doct. aſſe-
rit Cucchus d.rubr. num. 60. Ex quibus
12 patet minus dubiam reddi concluſioné
hoc caſu,ſi filius non fecerit quidem re-
nunciationem, uel pactum, ſed relictum
ſimpliciter acceptauerit. namque pote-
rit nihilominus ſupplementum petere ſi
enim neque pactum expreſſum, neque
renunciatio expreſſa legitimam exclu-
dit,multo minus ſimplex acceptatio ho-
die impedire eius petitionem poterit,li-
cet de iure ueteri ſecus fuerit per text. d.
§.& generaliter, & ibi omnes Docto. te-
nent,ut firmat Ceph.conſi.148.num. 25.
hanc dicit communem opin.Pariſ.conſil.
43.num.36.volum.3.& hunc caſum cla-
rum & indubium appellat Cucchus dic.
authen.nouiſſima. rub. legitima nullum
grauamen admittit.numero.63.commu-
nem

nem Anton. Gabriel. Roman. dict. concluſ.8.num.2.

13 Sed quid ſi filia, viuente patre, renunciauit cum iuramento. Nunquid talis renunciatio extendetur ad legitimam? Reſpond. Hæc quæſtio controuerſa fuit, nã que affirmatiuam ſententiam, quodque legitima, non debeatur. tenet Rom.l.1.§. ſi quis, ita.nu.33. ff.de uerb.obl. hanc dicit eſſe communem opi. Franc. Rip.reſp. lib.1.c.6. And. Tiraq. Repet.l.ſi unquam, in princ.nu.129. quamuis ipſe de ea dubitet. nu.155. ac potius in contrariam erit ſententiam, Didac. Couar.c.quamuis de pact. in 6.par.3.§.3. nu.3. Bur. conſ.115. nu.18.li.1.rub. de uerb. obl.nu.4.l.1.nu. 60.ff.de vulg. Decius conſ.34.nu.15.

Contrariam uero partem, nimirum ꝙ legitima debeatur non obſtante generali, uel indefinita renũciatione, tenet Bal. & alii d.§.& generaliter, & eam communem eſſe, & crebiori calculo probatam atteſtatus Thom. Grammat.deciſ.102.n. 88.& deciſ.101.n.5.& pluribus ſeq.verſ. item in quantum, Boer.deciſ.3.nu.101. quem refert Did. Couar. d.c.quamuis.§. 3.nu.3. licet ipſe contrariam ſententiam ueriorem exiſtimet, hanc quoque cõem ait contrariam tamen ſecutus Fernand. Vaſq.d.§.20.nu.127. magis communem dicit Ant. Gabr.d.concl.8.n.9.& ita iudicatum refert Matth.de Affl. deciſ.178.n. 3.qui licet loquatur in renũciatione ſimplici, tamen Doc. per eum allegati loquũtur in iuratã. ita quoque deciſum refert Guid.Pap.deciſ.427. Fran. Hoton. conſ. 22. Iuramentũ enim licet actum, uel contractũ ſuper quo interponitur cõfirmet, tamen ad incogitata, non extẽdit, neque de legitima cogitatum dicemus, alias ſi conſenſum eius renunciandi legitimæ adfuiſſet credimus, etiam abſque iuramẽto tenebit renunciatio.

Quæſtio IIII.

SVMMARIA.

An nepotibus, & alteroris gradus liberis debeatur legitimum, nu.1.

Quid de nepotibus ex filia per renunciationem excluſa nu.2.& ſeq.

1 QVæro item, an liberis cuiuſcunque gradus quales ſunt nepotes, pronepotes, legitima debeatur? Reſpond. ꝙ nepotes, pronepotes, & deinceps ex eodem cuius bonis agitur, quorũ pater aut mater, aut quæuis alia intermedia perſona ante auum uel proauum moritur, legitimam conſequi, ex bonis eius debet, quia licet in proprii parentis locum, & in partem admittantur, & eo ipſo parentem repreſentent, tamen iure proprio, & ab inteſtato, & contra teſtamentũ a lege ſunt uocati, tex.§.1.auth. de hæred. & omnes fatentur d.auth. nouiſſima. Sin uero parens eorum auo ſupernixit, tunc in bonis aui legitimã non habent, quia ſi quid ex his peti poſſit, iure patris aut matris uenire debẽt, quod ius parẽtibus in morte aui quæſitum eſt hanc ſententiam Docto. communiter probant d.auth. nouiſſima, ut firmat Bereng. Fernan.d.l.in quartam 3.par.nu.81.

2 Sed quid de nepotibus ex filia per renunciationem excluſa. quia. ſ.renunciauit hæreditati paternæ, & legitimæ cum iuramento iuxta formam cap. quamuis, de pact.6. An legitima ipſis nepotibus in bonis aui debebit? Reſp. Quæſtio eſt valde utilis, ꝑ cuius reſolutione ſunt diſtinguendi caſus. Primus eſt, quando excluſa filia moritur uiuo eius patre, & nihil ad liberos ex ſubſtantia paterna tranſmiſit, aut quia non habuit a patre, vel pater ſibi reddi ſtipulatus eſt, & hoc caſu omnes vnanimiter concludunt, quod nepotes ex filia legitimam habent, quia ab inteſtato ad bona aui admittuntur, uel etiam contra teſtamẽtum uenire poſſunt, ſi nulla ingratitudinis cauſa præteriti ſunt, vel exhæredati. ita tenet Bal.l.fi.C.de pact.& communem eſſe opinionem teſtatur Berengar. Fernand.dict.l.in quartam par.3. numer.62. Roder. Suarez repet. l.quoniam in prioribus, lim.4.numer.5. Natta d.c.quamuis. Bertrand.conſil.138.col.2. volum.1.

3 Secundus caſus, quando filia accepta dote ſupuixit patri, & hoc caſu nepotes nullam portionem petere poſſunt, quia ſicut dote, quam mater eſt conſecuta, eã excluſam fatemur, ita & ex ea liberos qui iure matri non proprio admitti poſſunt, hanc ſententiam Doct. communiter ſequuntur, ut Ber. Fern. aſſerit d.l.in quartam.n.64. Quod intellige quando ſuperſunt alii filii primi gradus ipſius patris

de cuius ſucceſſione agitur, vt fratres, vel filii fratrum filiæ renunciantis, quia tunc nocet renunciatio nepotib. & tota hæreditas accreſcet maſculis, & in hoc caſu, quando ſuper ſunt fratres iſtius filiæ renunciantis concordant quaſi omnes, vt teſtatur Roder. Suarez d.limit.4.num.9. & ſeq. Gabriel.d.conclu.1. nu.57. Secus vero ſi non extarent fratres, qui cum filia renunciante erant ſucceſſuri, ſed agnati in gradu inferiori, tunc enim dicta renunciatio non noceret nepotibus. ita tenet Pau. de Caſt.d.l.qui ſuperſtitis.col.1. & concordant omnes, vt teſtatur Roder. Suarez d.l.quoniam limit 4.nu. 10. Gab. Roma.d.concl.5.nu.54.

4 Tertius caſus eſt, quando filia quæ dotem recepit moritur ante patrē, & iſto caſu varium eſt Doct.iudicium, namque nepotes non poſſe petere legitimam uoluit Rom.d.l.qui ſuperſtitis, & cōplures alii ſequuntur, & receptiorem dicit ſententiā Bellon.conſ.15.ſub nu.9.

Contrarium vero, quod imo etiam ſi filia recepit dotem, & renunciauit cum iuramento, quę deceſſit in vita patris, nō excludantur nepotes, tenet Bald.l.fin.& ſequuntur plures alii maioris auctoritatis, quam ſunt prioris ſententiæ ſectatores, & quod hæc ſeruaretur propter eorū auctoritatem dicit Fernand. dicto loco, quia proprio iure nepotes vocantur, & quod ita tenent communiter Doct. aſſerit Natta capit. quamuis pactum.colum. 22. de pactis in 6o.communem opinionem dicit Bert.conſ.138.colum.2.vol.1. conſil.63.volum.2. Goz.conſi.75.in fin. Alex.l.pactum quod dotali.col.2. C.de collat.Ioan.Ceph.conſ.334.nu.41. & n. 67.& ſeq.& nu.75.dicit hanc communionem Crauet.conſ.84.ſub nu.5. verſ.contrarium tamen, ubi ait opinari hanc ſententiam in practica ſeruatam iri, quam etiam ſecutus fuit, & ueriorem exiſtimauit Didac.d.cap. quamuis.§.2.3. par.n.4. poſt princ.verſ.miſſam tamen, de pact.in 6.& æquam & communē eſſe inquit Roland.a valle conſ.11.num.7.lib.1. Communem dicit opi.Roder.Suarez.d.l.quoniam, limit.4.num.7. in fin.hanc quoque dicit communem Gabriel Roman. lib.3. tit.de iure dot.nu.47.

Et prædicta concluſio procedit, etiam ſi filii filiæ renunciantis concurrerent cū auunculis, non enim eis renunciatio matris pręiudicaret, ita tenet Bald.l.pactum quæſtio.2.C.de collat.hanc dicit communem opinio.Alexand.ibi.nu.7.Bertrand. conſ.47.

Quæſtio V.

SVMMARIVM

An parentibus legitima.

QVæro, nūquid aſcendētibus debeatur legitima? Reſpon. qđ ſic, & æc eſt communis opini. vt dicit Fernand.d.l. in quartam præfat.par.2.num.86. Quod tamen intelligitur de parentibus naturalibus & legitimis, ſecus vero eſt in naturalibus tantum, namque his non debetur legitima ex neceſſitate a liberis naturalibus.ita tenet Azo.in ſum. C.de legit. hæred. ſequitur Bar.l.fin.ff.de quibus,ut indig.& eſt cōis opin. vt teſtatur Fernan. Vaſq.de ſucceſ.creat.§.10.nu.488.

Quæſtio VI.

SVMMARIA.

Legitima debetur tranſuerſalibus.num.1.declaratur.num.2.

1 QVæro, numquid legitima debeatur tranſuerſalibus? Reſp. quòd debeē exceptis fratribus turpi perſona inſtituta.tex.l.fratris, C.de inoffi.teſta. & tenēt omnes, ut teſtatur Roder. Suarez repēt. l.quoniam in prioribus, in euident. n.12.

2 in fi.Quod tamen non procedit in fratribus conſanguineis natis tamen ex duabus concubinis, namque alter alteri non tenetur ex neceſſitate legitimam relinquere, etiā turpi perſona inſtituta.ita tenet gl.l.hac parte.ff.vnd.cognati.& ſequitur Bar.§.ſi quis igitur, authē.quib.mod. naturales efficiantur ſui.& eſt communis opinio, vt teſtatur Vaſq.d.§.10.nu. 490.licet ipſe de iure contrariam ſententiam veriorē exiſtimet per text.l.fratres. C.de inoff.teſtam.

Quæſt. VII.

SVMMARIA.

Quando ſit legitima liberorū, nu.1.in legitima cōputatione attēditur numerus filiorū tam maſculorum, quam fæminarum.n.2.
An liberorū incapacium habeatur ratio, diſtinguuntur tres caſus, nu.3.

Filia

Filia excluſa per ſtatutum, an computetur, nu. 4. 5. & 6.
Quando filii exhæredati ſunt, an computentur. nu. 7.
Quãdo excluſi pp del. filiũ, an cõputẽtur n. 8
Excluſi renunciatione an computentur. n. 9.

1 IVxta prædicta etiam quæro. quãta debeat eſſe legitima filiorum? Reſp. De iure Codicis legitima filiorum portio erat quarta pars eius, quòd ab inteſtato filii habituri erãt. tex. l. parẽtib. C. de inoff. teſt. Hodie uero de iure Authenticorum aucta eſt hęc portio, ita vt ſi ſint quatuor filii legitima filiorum ſit tertia pars, ſin vero liberorum ſint quinque vel plures, legitima ſit medietas bonorum, ſcilicet patris, uel eius quod habetur ab inteſtato ut ſupra dixi d. auth. nouiſsima, & iſta procedunt quando tractatur de legitima omnibus filiis debita, quando autem de legitima vni debita agitur, tunc legitima erit atiens uel ſenus nõ totius ſubſtantiæ, ſed illius partis, quam ab inteſtato habiturus fuiſſet. Pariſ. conſ. 25. vol. 2.

2 Et in computatione prædictæ legitimæ attendi debet numerus filiorum, tã maſculorum, quàm fœminarum. ita communiter concludunt Doct. d. auth. ut dicit Pariſ. conſ. 17. nu. 27. volum. 2. conſil. 25. num. 33. eod. vol.

3 Sed quæro, q̃d ſi ſint liberi a ſucceſſione excluſi vel incapaces, qui ad legitimã nõ admittunt, numquid iſti faciãt partẽ, i. ſint habendi in numero filiorum? vtilitas eſt, quia ſi dicamus in numero locandas, alia erit reliquorum legitima, alia ſi in numero non ſint? Reſpond. In hac quæſtione varie & obſcure Docto. locuti ſunt. eſtq; adeo difficilis, vt Fulg. ignorauerit. quid in ea de iure deberet conſulere, ut ipſe fateẽ d. auth. nouiſsima. & abſq; reprehenſione in alterutram partem iudicis liberum ſit arbitrium, ut exiſtimauit Dec. conſ. 607. Pro uera igitur reſolutione tres caſus ſunt conſiderandi.

4 Primus caſus eſt, ſi filia excluſa per ſtatutum occurrat caſus, in quo diſcutiendum, quanta ſit legitima maſculorum, ut quia cum eis inſtitutus extraneus hæres, vel aliquibus ex eis vniuerſaliter inſtitutis, aliquis in legitima eſſet inſtitutus, & tũc paſſus eſt ſatis nodoſus, & de apicibus iuris Doct. uarie reſpondent, & tres ſunt principales opiniones.

Prima eſt opinio, quod tanta ſit legitima, quãta ſi filiæ non eſſent excluſæ, ſed una in ſucceſsione currerent, portio tamen earum hæredi accreſcit. ita tenet Bal. l. plane. §. ſi duobus. ff. de leg. 1. auth. nouiſsima, vlt. q. C. quand. non pet. part. hanc dicit magis communem Dec. conſ. 607. col. fi. & ſecutum eſt conſilium Neapolitanum dec. 138. magis communem dicit Pariſ. conſ. 36. nu. 29. vol. 2. & quod ſit in puncto iuris uerior dicit Are. l. plane. §. duobus, de leg. 1. ita deciſum refert Capic. deciſ. 158.

Secunda opinio eſt eorum, qui volunt excluſas filias computari in numero filiorum, & facere partem, ſed id quod ultra dotem eſt, accreſcere filiis maſculis. hanc ſequitur Bal. d. auth. nouiſsima, & l. defunctis. C. de ſuis, & legit, & communẽ dicit Corn. conſ. 197. vol. 1.

Tertia opinio eſt, quòd imo filię excluſæ nõ conſiderentur, ſed pro mortuis habeantur & extraneis, & legitima cõputatur tantum reſpectu maſculorum, deductis tamen dotibus vt ære alieno: ita tenet Bal. l. Papinianus. §. unde ſi quis. ff. de inoff. teſtam. & ita fuiſſ. iudic. tum dicit Alber. Bru. de ſtatut. excluden. fœm. art. 13. q. 3. & quod hæc opi. uidetur communior dicit Aret. d. §. ſi duobus, hanc dicit magis communem Pariſ. conſ. 36. nume. 18. uolum. 2. conſ. 53. uolum. 3. Communem & ueriorem dicit Soc. iun. conſ. 25. num. 13. vol. 1. conſ. 66. uol. 2. Veriorem & æquiorem dicit Affl. ſuper conſtit. ſub rub. de ſucceſ. filio. nu. 55. Communem dicit Bru. d. ar. 13. 3. q.

Quid dicendum in hoc arduo puncto? Doc. licet ſint uarii, tamen in diuerſis terminis quãdoque loquuntur. Vnde caſus ſunt diſtinguendi, conſideratis verbis ſtatutorum, aut enim ſtatuta excludunt feminas ſimpliciter, nec conſiderãt an ſint dotatæ, vel nõ conſiderant an eis aliquid relinquendum pro dote, ſed ſolum diſponunt filiam excludi, & demum mandant eã dotari, & iſto caſu fœminæ excluſæ in conſiderationem non habentur quo ad computationem legitimę, ſed habentur pro mortuis. hanc dicit magis communẽ Pariſ. conſ. 36. & omnes alii in tertia opinione allegati. hanc communem dicit

tanquam magis communem eſſe tenendam dicit Anton. Gabriel. Roma. com. concluſ. lib. 4. concluſ. 2. tit. ad Trebell. Franciſ. Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 7. tit. 12. & ab hac non recedas, Quia expreſſe dicitur fieri, modo uoluntas diſponentis colligatur etiam ex verbis generalibus, vt tradit Bar. l. 1. ff. de uulgar. quem omnes ſequuntur, vt inquit Galiau. d. l. Centurio, nu. 401.

3 Hinc ſi teſtator iubeat reſtitui hæreditatem ſine omni diminutione, indubitanter cenſetur prohibita Trebellianica, ita tenet Bald. l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſti. & hanc dicit communem opinionem Galiau. d. l. Centurio, num. 399. Communem quoque dicit Pariſ. conſil. 21. volumi. 3. conſil. 9. nume. 9. & ſequen. uolum. eod. magis communem, & ab ea non eſſe recedendum dicit Alciat. conſil. 66. nume. 33. uol. 9. & neminem diſſentire ab iſta opinione dicit Aim. Crauet. conſil. 174. nume. 2. & indubitantur procedere aſſerit Gabriel. Roma. d. tit. ad Trebell. concl. 7. Mant. d. tit. nume. 16.

4 Similiter ſi teſtator dixerit: uolo totã hęreditatem meam peruenire ad Caium poſt mortem filij mei, Trebellianicam prohibuiſſe cenſetur, ita tenet gl. l. decem. ff. de fideicom. libert. & ſequuntur Doct. magis communiter, ut teſtatur Galiau. d. l. Centurio, nu. 399. ibi. Rip. num. 130. Cõmunem quoque dicit Alex. conſ. 201. nu. 15. uol. 6. & ab ea nõ eſſe recedẽdum iudicando Alciat. conſ. 97. nu. 3. lib. 9. Communẽ quoque dicit Tiraq. repe. l. ſi unquam, uerb. totum, n. 1. uerſ. ſimiliter. C. de reuoc. donat. Cõem dicit Anto. Gabriel. d. concluſ. 6. n. 6. quicquid dixerit de contraria cõmuni Crot. d. l. nemo poteſt, ff. de legat. 2. hanc cõem nouiſſimè profitetur Mant. d. tit. nu. 14. Quod procedit indiſtinctè, ſiue hoc uerbum, totam, adijciatur uerbo executiuo, ſiue diſpoſitiuo. hanc dicit magis commũnem opin. Ruin. conſ. 148. num. 6. uolum. 5. licet alias contrarium teneat, ſed hæc tenenda eſt, & ꝙ Doct. non conſtituant in hoc aliquã differentiam fatetur Mãt. d. loco. nu. 14. in fi.

5 Idem ſi teſtator iuſſerit integram hæreditatem reſtitui, uel integraliter, quoniam expreſſim prohibuiſſe uĩ, ita tenet Ale. d. l. Cẽturio, & ibi magis cõem, & ueriorem dicit ſniam Galiau. nu. 399. Pariſ. conſ. 39. uol. 2. Ruin. conſil. 47. uol. 2. Alciat. conſ. 66. nu. 13. lib. 9. Communẽ quoque dicit Io. Dilect. de arte teſtan. de ſubſtit. caut. 131. num. 3. Anto. Gabr. Roma. d. tit. ad Trebell. concl. 5. Quod procedit quidem ſine dubio, quando ſimul iuncta ſunt, totã & integram, uel ſi dixerit teſtator, reſtituas & integra bona liberè, ut teſtatur Socin. conſ. 113. nu. 57. uol. 1. Ant. Gabr. d. concl. 5. nu. 4.

6 Sed oritur maximum dubium, quid ſi teſtator iuſſit omnia bona reſtitui, nunquid Trebellianica prohibita cenſeatur? Reſp. In hac queſtione ab interpretibus in diuerſas ſententias itum eſt Bar. enim d. l. Centurio, exiſtimauit prohibitam eſſe Trebellianicam, & retineri non poſſe. & hanc ſentit communem eſſe opin. ibi Iaſ. Alciat. conſil. 48. nume. 1. & 5. lib. 9. Sed contrariam partem, quòd iſto caſu non cenſeatur prohibita Trebellianica tenet Ang. auth. ſed cum teſtator. C. ad l. falcid. & ſequuntur omnes qui in ſupradictis caſibus affirmatiuam, & communem probant, vt teſtatur Galiau. d. l. Centurio, & communem eſſe hanc ſententiam aſſerit Marc. Mantua. conſilio 291. & hodie magis communem dicit Anton. Gabriel. d. titul. ad Trebell. concluſ. 3. num. 2. Franciſ. Mant. d. titul. 17. Quia talia uerba neceſſariò non inferũt prohibitionem detractionis, cum poſſint aliud importare. ſ. quòd perueniant bona cuiuſcunque generis ſint, non tamen integraliter, ſed temen Rip. d. l. Centurio, n. 31. dicit, quòd hanc ſententiam in iudicando non auderet ſequi, quoniã huiuſmodi ſubtilitas, & exquiſita differentia non eſt nota teſtatoribus & Notarijs literarum ut plurimum præſertim ciuilium ignaris, quamobrem etiam maximè ſi ex alijs concurrentibus enixa teſtatoris uoluntas. apparere poſſet, contrariam omninò ſequentiam iudicarem.

7 Quæro præterea, quid ſi teſtator rogauit hæredem, ut pleno iure reſtituat hæreditatem, numquid cenſeatur Trebellianica eſſe prohibita? Reſp. Variarũ fuit quoque hoc caſu, affirmatiuã enim ſen-

ſententiam, quod nempe huiuſmodi uerba inducāt Trebellianicæ prohibitionē, amplexus eſt conſulendo Alexan. conſi. 201. vol. 2. num. 6. & dicit communē opi. Guid. Pap. conſil. 537. num. 2. Negatiuā uero ſententiam, quod talia uarba nō impediant detractionem Trebellianicæ tenet Pau. de Caſtr. d. Auth. ſed cum teſtator. & hanc dicit communem opin. Bened. Capr. conſi. 83. nu. 9. & ſeq. conſ. 36. nu. 9. Roma. conſi. 239. num. 3. & ſubdit ſe bis obtinuiſſe in ciuitate Florentiæ, cōmunem dicit Bertr. & ab ea in iudicando & conſulendo non eſſe recedendū aſſerit recedendum aſſerit Bertr. conſ. 37. nu. 1. & 2. uol. 1. Ruin. conſil. 163. nu. 21. Communem quoque dicit Ioan. Dilec. de art. teſtan. tit. de ſubſt. caut. 31. nu. 3. Communem dicit Ant. Gab. d. tit. concl. 4. num. 1. Manti. d. lib. 7. tit. 12. nu. 18. frequentiori calculo receptam profitetur. Poſſunt. n. iſta uerba altum habere intellectum, nimirum reſpectu dominii pleni, uel etiam proprietatis, uel uſusfructus. Intelligitur tamen hæc concluſio negatiua vt procedat, quando dictum eſt ſimpliciter bona deberi reſtitui pleno iure, ſecus ſi teſtator uelit pleno iure reſtitui, & omnia quidem bona. hanc diſtinctionem dicit communem Grat. conſi. 103. nu. 14. uol. 2. quem refert & ſequitur Ant. Gabrie. d. concl. 4. nu. 2. Manti. d. tit. nu. 18. ad fin. & ego facile amplector per dicta ſupra in præced. uerſi.

8 Quæro item, quid ſi facta eſt prohibitio alienationis, numquid Trebellianicam prohibuiſſe teſtator uidebitur? Reſpond. q̄ ſic, ita tenet Bald. auth. ſed in ea re. C. ad l. falcid. & hanc ſententiam dicit eſſe communem opin. Pariſ. conſ. 126. num. 34. & ſeq. uolum. 1. conſ. 17. nu. 30. conſ. 51. num. 12. uol. 3. & quod non habeat contradictorem dicit Ruin. conſil. 115. nu. 25. uol. 3. Communem dicit Anton. Gabriel. d. concl. 9. nu. 2. Franc. Burſat. conſ. 13. num. 42. uol. 1. ubi loquitur tantum in caſu alienationis. Communē quoque profitetur Mant. d. tit. 12. nume. 19. licet contrariam partem ueriorem exiſtimet, & uidetur ſatis æqua, a communi tamen non eſt recedendum, maximè ſi apparere poſſet, quod uelit teſtator bona in familia permanere.

9 Et prædicta non habent dubium in extraneis, ſed tamen non procedunt in liberis primi gradus ſecundum magis cōem, de qua infra. §. teſtamentum quoniam in eis non poteſt prohiberi Trebellianicæ detractio, ut teſtatur Burſ. d. conſ. 13. nu. 44. Ant. Gabr. d. concl. 9. nu. 3.

Quæſtio IX.

SVMMARIA.

Trebellianica, an de una uel qualibet re hæreditaria detrahi poſſit. nu. 1. declara nu. 2. & 3.

Quid in re data ut imputetur. nu. 4.

Quid in re data in uita patris in peculium nu. 5.

Quid in fructibus perceptis, nu. 6.

Quid in re alienata. nu. 7.

1 Dictum eſt deduci de relictis vniuerſalibus Trebellianicam, quero. An de vna uel qualibet re hæreditaria detrahatur? Reſp. glo. in l. filium quem. C. famil. hærciſc. dicit de vna re deduci poſſe, ſed verior eſt ſententia, quod debetur in ſingulis rebus pro indiuiſo, detrahique poteſt de qualibet re hæreditaria, & in hoc non eſt aliqua differentia inter falcidiam & Trebellianicam, licet iura adducta per Barto. loquantur in falcidia, ita tenet gloſſ. l. 2. C. ad Trebell. not. Bart. d. l. in quartam, & eſt communis opin. vt teſtatur Picus d. l. in quartam, numer. 106. Namque falcidia defalcat quartam ex relictis, quæ exhauriunt dodrantem, & cum diuerſæ res relinquantur ex diuerſis rebus deduci debet: Trebellianicæ ueró hæreditariæ quartæ uocātur, ut dixi ſupra q. 2. Vnde ex uniuerſo aſſumūtur. Quod declara, ut procedat de rigore iuris, ſecus de ęquitate, non enim debet de omnibꝰ rebus, ſed aſſignari in una uel duabus pro iudicis arbitrio, ut dixi ſupra §. Falcidia, quæ locum quoque habēt in Trebellianica.

3 Et hoc procedit, quando inter partes non conuenit, ſin autem actū eſt, in altera re Trebellianicā deſumi res plana eſt, & ꝓcedere pōt glo d. l. filiū quē, ita tenet Bar. d. l. in quartā, & cōiter tenetur, ut teſtatur Bereng. Fernand. ibi art. 32.

4 Idem eſt, quando teſtator dedit hæredi, quod in quartā imputaretur, ea enim

in re ſola deductio fieri poteſt & debet, vt ſeruetur teſtatoris voluntas. ita dicit communiter teneri Berenga. Fern. d. l. in quartam, ar. 2. nu. 32. & dixi §. præc. q. 13.

5 Sed quid ſi res aliqua eſſet hæredi grauato in peculiũ a uiuo teſtatore conceſſa? Nunquid in eo hæres fideicommiſſario, Trebel. deducere poteſt? Reſp. Bar. d. l. in quartam, tenere uidetur quod ſic, Vnde mititores, quos factores uocãt, quibus pater peculium profectitium concedere ſolet, poterint in iiſdem rebus quartas deducere, quas pater tradiderat, nec cogentur ex corporibus hæreditariis accipere, in quibus commodè artificium ſuũ exercere non poſſunt. Sed Bar. communiter Doct. reprehendunt, ut dicit Pic. d. l. in quartã, nu. 28. Socin. Iun. nu. 96. Fern. art. 2. nu. 37. qui tamẽ ſubdit, quod Bart. non mereatur reprehendi, quia non uult ipſo iure ex peculio deduci, ſed iudicem debere in illa re aſſignare, & Alc. ibi dicit quod iſta ſn̄ia magis auctoritate Doctõ. quam verbis Legatis defenditur. n. 21.

Tu aduerte ad duo quæ communiter ſũt recepta. Primũ, quod filius grauatus per fideicommiſſum non poteſt eueniente conditione quartam in re in peculium conceſſa inuitis fideicommiſſariis retinere. ita firmat Cy. & plerique alii, & hanc eſſe cõem opi. teſtatur Vincent. Sala d. l. ſi filium quem, nu. 14. Secundum eſt, quod iudex in hoc iudicio diuiſorio aſſumptus debet & poteſt in eadem re quartam aſſignare huic filio grauato. iſta eſt magis cõmunis opinio, quam firmat Bar. d. l. filiũ ubi reſpondet ad oppoſ. l. lineam, & huc uſque Bar. magis communiter approbari ibi, & d. l. in quartã, in eo uero ꝙ dicit, ſicut teſtator prædilexit in illa re in vita, ita præſumi ꝑdilexiſſe in morte, damnat. cõmuniter aſſerit Vincẽt. a Sala d. nu. 41.

6 Scias etiam, quod ubicunque hæres fructus ex hæreditate perceptos computare tenetur, de quo dixi ſupra, §. fideicommiſſum, q. 69. iſto caſu Trebellianica ex fructibus deducetur, & ſi non ſufficiũt ſupplebitur ex aliis rebus, ita communiter teneri dicit Fern. d. art. 2. nu. 32. quod nota, quia ſæpe falluntur hæredes uolentes ex corporibus hæreditariis deducere cum ex fructibus contentari debeant.

7 Sed quid ſi hæres grauatus alienauit rem aliquam fideicommiſſo ſubiectã, nũquid in illa Trebellianicam detrahere poterit? Reſpond. quòd ſic, & ſi talis res equalet quartæ, res plana eſt. Sin minus ſuppleri debet, ſin autem ualor eius excedat Trebellianicam, quod ſupereſt reuocatur, ita tenet Bar. in d. l. in quartam, ut teſtatur Alex. ibi col. 11. Pic. nu. 112. Socin. Iun. n. 88. & hanc receptiſſimam eſſe ſententiam profitetur ibi Alc. nu. 21. Quia hæres poteſt alienare uſque ad legitimã, ita communiter teneri dicit Picus. d. loco nu. 115. Et hæc concluſio indubitata eſt, quando partes conſentiunt, uel hæres ẽt legatariis uel fideicommiſſariis, contradicentibus velit in rebus alienatis deducere. Sed quid ſi hæres nolit, & rem alienatam redemit, volens de aliis rebus hæreditariis detrahere, numquid ſit admittendus? Reſpon. Articulus eſt ualde dubius, Ang. d. l. in quartã non poſſe exiſtimauit, quã plerique alii ſequuntur, & quod eſt communis opi. teſtatur Soc. Iun. ibi nu. 90. licet ipſe in contrariam partem procliuior ſit, quam tenet Imo. d. l. in quartam, ſibi contrarius, & receptiorem appellat Alc. ibi nu. 23. ex quo hæres ſoluit ſpeciẽ ad quam tenebatur, & hæc æquior uidetur & ſequenda.

Prædicta tamen intellige ut non procedant in rebus alii legatis, ſi hæres in cæteris bonis hæreditariis Trebellianicam conſequi poſſit, tunc enim nunquam res particulares legatas debet alienare, nec poteſt eas eligere & in quartam imputare, ita tenet Bald. l. 1 ff. de rer. diuiſ. Alex. d. l. in quartam, & hoc receptiſſimum eſſe aſſerit ibi Alciat. numero uigeſimoſecundo. Poteſt enim teſtator legare & fideicommittere ad libitum uſque ad dodrantem, vnde hæres dum habeat quartam, vel habere poſſit in rebus hæreditariis non legatis, non debet alienare legata.

Quæſtio X.

SVMMARIA.

Quod imputatur in falcidiam, id & in Trebellianicam, nu. 1.

Quod non imputatur in Trebellianicã, nec in falcidiã, et ualet cõſequẽtia negatiua de Tre-

Trebel. ad falcidiam, nu. 2.
De falcidia ad Trebellianicam non ualet cõſequentia negatiua, nu. 2.
In Trebellianicam imputantur. oĩa iudicio teſtatoris accepta, ſiue titulo hæreditario ſiue legati, uel alio, n. 4. dummodo uniformiter capiatur, nu. 5. & ſeq.
Quid ſi a cohærede capiatur corpus hæreditarium, & ita difformiter, nu. 8.
Quid ſi hæres grauetur reſtituere alteri cohæredi hæreditatẽ accepta pecunia, n. 9. ubi diſtinguitur, et declaratur nu. 10.
Quid ſi teſtator iuſſit reſtituere retenta quarta, nu. 11.

RESTAT vt videamus quæ nam hæredi imputáda ſint in Trebellianicam. Pro intelligentia huius materiæ & præcedentis, ſcilicet falcidiæ præmitto tres Regulas, ſiue concluſione.

1 Prima eſt affirmatiua, quod bona eſt conſequentia de falcidia ad Trebellianicam. Quod imputatur in falcidiã, id quoque imputatur in Trebel.

2 Secunda. Negatiua conſequentia de Trebellianica ad falcidiam bona eſt, Qđ non imputatur in Trebellianicã, id nec in falcidiam. ita concludit Bar. l. Marcellus. §. quod aũt, ff. ad Treb. & ſequunĩ cõiter Doc vt teſtatur Picus d. l. in quartam nu. 39.

3 Tertia, quod non licet argumẽtari de falcidia ad Trebellianicã negatiue, Secus nec ad Trebellianica ad falcidiam affirmatiue. has tres regulas cõiter probari in l. in quartam omnes fatentur, ut dicit Berẽg. Fern. ibi art. 2. nu. 44.

4 His præmiſſis, ſtatuẽda eſt vulgata cõcluſio, quod oĩa quæ ex iudicio teſtatoris capiuntur, in Trebellianicã imputantur, ſiue iure hæreditario. ſiue iure legati, uel fideicõmiſſi, ſiue etiam cauſa conditionis implendæ relictũ, ſit alioue quoque titulo, tex. d. l. in quartam, ff. ad l. falcid. & hęc eſt una differentia.

5 Quod quidem intelligendum eſt imprimis, dummodo capiatur aliquid per hæredem uniſformiter, id eſt uel totum iure hæreditario, uel totum alio iure, puta legati vel fideicommiſſi. Sin uero difformiter, id dũtaxat imputatur quod iuſſe hæreditario capiẽ, aliud non, & in hoc conueniunt falcidia & Trebellianica. ita tradit Bar. d. l. in quartam, & ſequuntur communiter Doctores, vt teſtatur ibi Picus nu. 9. Bereng. Fern Art. 2. num. 44. 6. concluſ.

6 Infertur, quod ſi teſtator legauerit hæredi grauato, vel a fideicommiſſario, uel alio extraneo, ſiue ſit de hæreditate, ſiue extra ſubſtantiam teſtatoris, ſiue ſit ſpẽs, ſiue pecunia, totum imputatur in Trebellianicam, qui iure uniformi capitur. hanc dicit communem opinionem Picus d. l. in quartam, num. 25. Bereng. Fernan. d. art. 2. num. 24. idem ſi a cohęrede aliquid qđ non eſt de hæreditate, ſiue ſit ſpecies, ſiue pecunia relinquitur, ut quia hæredis, totum imputatur. huic concluſioni omnes a ſtipulantur, ut teſtatur Fernand. dict. artic. 2. uumer. 25. quia iure uniformi capitur, non enim poteſt res quæ teſtatoris non eſt, iure hæreditario cap. Sin vero teſtator hęredi grauato aliquod cor-

8 pus hæreditariũ a cohærede præſtari iuſſit, tunc ſolam partem imputat, quam ipſe iure hæreditario habet. non quam iure cohæredis conſecutus eſt, & ita fidei commiſſi, ne in eadem re diuerſo iure quis quartam habeat, quia tunc difformiter capit. ita tradit Barto. d l. in quartam, & eſt communis opinio, ut teſtatur Picus numer. 14. Alciat. nume. 2. Berengar. Feruand. d. art. nu. 24. concluſ.

9 Sed quæro, quid ſi teſtator grauat alterum ex hæredibus reſtituere hæreditatẽ acceptam, retenta, vel deducta pecunia, nunquid illa ſit imputanda? Reſp. Diſtinguendi ſunt plures caſus.

Primus eſt, quando teſtator grauat alterum ex hæredibus reſtituere, accepta, ſiue deducta pecunia ex ſua portione, & tunc pecunia habetur iure uniformi, nẽpe hæreditario, ideo imputatur tota, & in hoc quoque non eſt differentia inter falcidiam & Trebellianicam, text. d. l. in quartam, & tenet Barto. & communiter Doctores, ut teſtatur Pic. d. l. in quartam, nu. 25.

Secundus caſus eſt, quando grauatur accepta pecunia ſimpliciter, & tunc capitur tit. uniformi, quia cenſetur dictum, quod de ſua portione accipiat, & imputatur, ut tradit Barto. & communiter Docto. ut idem Picus d. loco, & quod

omnes

omnes ita tenent dicit Vincen.a Sala d.l. filium quem, nu.25.

Tertius eſt, quando accipitur pecunia a fideicommiſſario uel legatario, & tunc titu.uniformi capitur iure legati uel fidei commiſſi, ex quo capitur ab alio quam coherede, tota imputatur in Trebellianicam, ut ſupra uerſ. dixi, licet ſecus in falcidia, ut ſupra §. præced. q. 13.

Quartus, vbi hæres grauatur reſtituere accepta pecunia a cohærede, quæ hæreditaria non ſit, ſed forte ipſius cohæredis vel ſimpliciter, quo caſu id intelligitur, & tunc quoque imputatur tota, quia tit. vniformi habetur legati ſcilicet vel fideicommiſſi, vt dixi ſupra uerſi. quod qui. é Alc. d.l. in quartam, nu.4. Soc. Iun. num. 53.

Quintus caſus eſt, quando grauatus reſtituere accepta pecunia hæreditaria a coherede, & tunc magna eſt controuerſia, & bella inter Doctores fuere, plus quã ciuilia: ſunt enim qui exiſtimarunt hoc caſu pecuniam capi titulo difformi, itaque pro parte tantũ imputari ſicut aliud corpus hæreditarium, hanc ſententiam tenet Ang. & plerique alii, & veriorem dicit Fern. d. art. 2. num. 39. Idem aſſerit Picus, nu. 19.

Contrarium vero, quod imò pecunia ſi ſit hæreditaria, dicatur uniformiter capi, & in totum imputetur, tenet gl. verb. a coherede, d.l. in quartam, & ſequitur Bar. & communiter Doctores, ut teſtać Imol. Picus ibi num. 26. Fernand. d. Art. 2. num. 330. licet ſecus in falcidia, vt dixi §. præcedenti, & hoc procedit, ſiue fideicommiſſum ipſi cohæredi, a quo accipiéda fuit pecunia, præſtandum, an cuilibet alteri: Semper enim omnis pecunia imputanda eſt, & ita receptior habet ſententia, ut teſtatur. Alciat. d.l. in quartam, nu.4.

10 Intellige tamen prædicta omnia vt locum habeant, quando hæres caperet pecuniam tãquam genus, ſecus uero ubi iuſſus eſſet capere pecuniam tanquam hæreditariam, puta uel clauſam in tali capſula vel ſacculo, aut quæ eſſet ſuper tali Bancho, namque tunc difformiter caperetur, & pro parte tantum imputareć ſicut in falcidia ita tenet Ang. l. in quartam, & ſequuntur Doc. communiter, vt teſtatur Picus ibi nu.25.

11 Aduerte etiam quod dicitur, illud qđ capitur iure hæreditario totum imputari, non procedere, qñ expreſſe iuſſit teſtator detrahere quartam: Pone enim quod tres inſtituat hæredes, & vni prælegauit predia, iuſſitq; hæreditatem reſtituere detracta quarta: Namque tunc partim capit iure hæreditario, & eius quod iure hæreditario capit quartam partem tantum imputat, non totum, ita eſt text. l. Titia, ff. ad l. falcid.

Quæro item: An prædicta, quod legata, fideicommiſſa, uel cauſa conditionis implendæ data imputantur in quartam habeant locum, ſi grauatus ſit hæres de liberis primi gradus: An uero iura antiqua ſint correcta per l. iubemus, C. ad Trebel.? Reſpon. quod ſic, exceptis, ſaltć fructibus, ut infra dicam. ita te et Bart. d. l. filium quem, C. famil. erciſ. & eſt communis opi. ut teſtatur Picus d.l. in quarta nu. 91. Soc. iun. nu. 65. dicens à communi opinione non eſſe recedendum, & quamuis contrarium uoluerit gloſſ. d.l. filium, quam ſequuntur magnę authoritatis Doctores, tamen ab ea non eſt recedendum.

Quæſtio XI.

SVMMARIA.

Fructus percepti poſt aditam hæreditatẽ & conſumpti non debentur fide commiſſario & an ſaltem imputentur in Trebell. nu.1.
Quid in filiis primi gradus, nu.2. & 5.
Quid ſi duæ quartæ detrahuntur, nu.3.
An teſtator poſſit diſponere quod fructus imputentur in Trebellianicam, nu.4.
Quid in aſcendentibus grauatis nu.6.

TV ſcis, quod fructus percepti poſt aditam hereditatem, & conſumpti per heredem, non debentur fideicommiſſario, nec directo ſubſtituto. Sed quæro,
1 An iſti fructus percepti per hæredem ſaltem ei imputentur in quartam? Reſpon. quod ſic. ita eſt text. l. in fideicommiſſariam, ff. ad Trebel. & ſi quid ſupereſt, manet hæredi. & hæc concluſio quidem procedit & locum habet quando hæres percepti fructus ex iudicio teſtatoris, vt puta ante conditionis euentum, qua grauatus fuit reſtituere: Secus uero poſt moram:

Namque

Namq; tunc fructus perceptos poſt moram ex hæreditate tenetur reſtituere.

2 Sed quid in filiis primi gradus: Nũqd fructus perceptos ante reſtitutionem faciendam eueniente conditione computabit in Trebellianicam? Reſp. q͞ non. text. eſt l. iubemus, ad Treb. Quod quidé plane procedit, qñ reſtitutio fit perſonis nominatis & expreſſis deſcendentib. ſcilicet. Sed quid ſi fieri debeat extraneis? Reſpon. Controuerſum fuit, quibuſdã exiſtimantibus hoc caſu fructus imputandos eſſe, quam ſententiam amplexus eſt Cyn. & alii pleriq; in d.l. iubemus. Alii uero contra cenſentibus, nimirum nec fructus perceptos a filiis primi gradus imputari in reſtitutione extraneis facienda, ita tenet Salicet. d. l. iubemus, & hanc dicit eſſe communem Didac. Couar. cap. Rainutius, §. 11. nume. 4. Bero. conſi. 78. num. 36. & ſeq. volum. 2. æquioré & cómuniorē refert Mandoſ. ad Rom. conſil. 206. num. 6. uerb. abſque imputatione, Picus dict. l. in quartam, uerſic. Quinto quæro, Franciſc. Burſat. conſil. 44. nu. 17 uolum. 1.

3 Sed quæro, utrum hoc procedat non tantum quando una tantum quarta, ſed etiam quando duæ detraherentur, ſcilicet legitima, & Trebellianica? Reſpond. Paſſus eſt dubius multum in practica, de quo diuerſæ ſunt ſententiæ: Namque quod imputentur uoluit Paul. de Caſtr. ſibi cõtrarius l. quod de bonis, §. fructus, ff. ad l. falcid. & hanc ſibi placere dicit Alexand. l. ſi mulier, §. cum proponetur, ff. ad l. falcid. & communem eſſe opinionem aſſerit Franciſc. Curt. ſenior conſil. 52.

Contrarium uerò, fructus perceptos a liberis primi gradus non eſſe computandos in quartam, etiam eo caſu quo portiones ſunt deducendę, ſed habebunt duas quartas ſine imputatione fructum tenet Bart. d. l. quod de bonis, §. quod auus, ff. ad Trebell. & ibi hanc dicit communem opinionem Alexan. Rip. d. l. in fideicommiſſariam, num. 3. Communem à qua durum eſſet in practica recedere teſtatus Picus d. l. in quartam. nu. 270. uerſic. quinto quæro, & nume. 284. Pariſ. conſil. 1. num. 98. conſ. 25. uolum. 1. num. 55. Socin. iunior conſi. 131. uolum. 1. Didac. couar. d. cap. Rainutius, §. 11. num. 8. magis communem dicit Loazes addit. ad Galiau. l. Centurio, lit. F. ff. de vulgar. & puppil. ſubſt. communem dicit nouiſſime Andre. Geill. obſer. 133. lib. 2. num. 4. & ſeq.

4 Quid autem ſi teſtator diſponeret quod fructus imputentur in quartam Numquid ualebit diſpoſitio? Reſpond. Quæſtio eſt utilis & quotidiana, Bal. d. l. iubemus, exiſtimat non poſſe teſtatoré diſponere quod fructus computentur, & hanc, ut ueriorem & æquiorem, & magis fauorabilem late defendens tenendam eſſe dicit Picus d. l. in quartam, numero 271. cum multis ſequent. vſque ad nu. 285. & hanc partem ſequuntur omnes qui filiis primi gradus non poſſe Trebellianicam prohiberi profitentur, & nõ eſſe recedendum à text. d. l. iubemus, dicit Alexandr. d. §. cum proponeretur, hãc ſententiam æquiorem, & magis communem, filiisque fauorabilem dicit Iaſ. l. Marcellus, numero 55. Dec. conſil. 81. 4. dubio, conſil. 218. numero 269. nu. 15. Rip. l. nemo poteſt, num. 52. de leg. 1. Soc. iun. conſi. 131. num. 58. conſi. 137. num. 7. uol. 1. conſi. 28. num. 2. uolum. 2. conſi. 70. num. 16. Pariſ. conſi. 43. nu. 26. lib. 3. Communem quoque dicit Gozad. conſi. 97. num. 14. Socin. iun. conſil. 131. num. 63. vol. 1. Rip. l. fideicom. num. 30. ff. ad Trebel. Pariſ. conſi. 1. num. 98. conſil. 43. lib. 3.

Contrarium uero, quod imò teſtator poſſit diſponere quod fructus in Trebellianicam imputentur, tenet Cyn. d. l. iubemus, & hanc dicit uideri communem Picus d. l. in quartam, numer. 273. & amplectuntur omnes qui tenent Trebelianicam directo prohiberi poſſe filiis primi gradus, ut aſſerit Couar. d. cap. Rainutius, §. 11. nu. 9. qui tamen priorem ſententiam probabiliorem opinatur, & quoniam ſupra diximus in quæſt. An teſtator poſſit Trebellianicam prohibere. Negatiuã magis cõem hãc quoq, amplectẽdã omnino cenſeo, & ita cõſuluiſſe dicit Soc. iun. & ſecundum illud iudicatũ fuiſſe d. l. in quartã, nu. 87. conſi. 131. uol. 1. & eam uti ęquiorem & magis communem approbauit Rota, ut teſtatur Caſſa d. deciſ. 2. tit. de teſt.

Scias

tributio legati particularis, & fideicommiſſi vniuerſalis, & de vtroque detrahitur quarta pro rata, ſcilicet de legatis particularibus pro falcidia, & de vniuerſali quarta pro Trebellica, quibus ſimul computatis ſit tota quarta, & Trebellianica, & falcidia concurrunt tex. l. Marcellus, §. idem, ff. ad Trebell. & ibi tradit Bart. cũ quo omnes communiter tranſeuut, vt teſtatur Ruin. d. l. in quartam, nu. 18. verſi. ſecundo quæritur.

Aut vero legata pure relicta ſunt, fideicõmiſſum conditionale ſub conditione, puta ſi ſine liberis deceſſerit, uel alia & tunc nõ fit contributio, ſed legata integra præſtantur, ſi vires hæreditatis patiũtur, & de eo quod ſupereſt Trebellianica detrahitur. ita docet Bart. d. l. Marcellus, §. idem, dicens, quod conſuetudo hoc obſeruat, quem communiter ſequuntur Doctores, vt teſtatur Rui. d. l. in quartam, n. 18. verſ. 2. quæritur.

Liber. §. Legitima.

HAEC materia legitimæ iucunda, utilis, & in foro frequentiſſima eſt.

Quæſtio Prima.

SVMMARIA.

Quid ſit legitima, nu. 1.
An ſit portio bonorũ uel hæreditatis, nu. 2.
Legitima cõputatẽ detracto ære alieno, nu. 3.
Filius nõ põt ppria auctoritate occupare poſſeſſionem alicuius rei pro legitima, nu. 4.
An filius poſſit legitimam acceptare, & reliquum repudiare, nu. 5. & 6.
Inſtitutio in legitima non cõpetit beneficium poſſeſſorium ex l. ſi. C. de ed. D. Adria.

1 QVæro, quid ſit legitima? Reſpond. q legitima dicitur quota, vel portio eius, quod quis ab inteſtato habiturus eſſet, tex. auth. nouiſſima. C. de inoff. teſta. a cauſa enim inteſtati initiũ ſumit, & ab ea regulatur. ita eſt gloſ. cõiter approbata l. Papinianus §. vñ quis. §. ſextans, ff. de inoff. teſta. vt teſtatur Soci. iun. conſ. 67. n. 67. uol. 2. Achil. Perſonal. tract. adipiſ. poſſe. Remedio 1. nu. 183. uerſi. & quoad remediũ. Quãuis contrariũ ſentiat Salic. d. auth. nouiſſima, nu. 11. q. 11. nimirum qđ legitima ſit portio totius ſubſtantiæ non eius qđ ab inteſtato quis habiturus eſt, quã ſiniam ab omnib. exploſam eẽ dicit Cucchus ibid. rubric. legitima quõ ſit quota eius &c. Sed nũquid portio ſit bonorũ, vel hæreditatis, valde controuerſum fuit: Sunt enim qui exiſtimarũt eſſe quotã hæreditatis, quam ſententiam communem aſſerit Corraſ. l. hæres inſtitutus, nu. 34. C. de impub.

Alij verò contrarium tenent, quod nõ ſit quota hæreditatis, ſed bonorum. hanc ſententiam probat Barto. l. ex facto, ff. de hæred. inſtitu. & dicit magis communem Alex. omnibus, §. ſi patronus nu. 2. ff. ad Treb. communem dicit Bereng. Fernand. l. in quartam, artic. 3. ff. ad Treb. Segur. l. cum patronus, nu. 49. ff. de lega. 2. Rol. a Vall. conſi. 39. in princ. vol. 3. magis communem dicit Bero. c. Rainutius, nu. 240. extra de teſtam. Fernand. Vaſqu. licet ipſe priorem ſequatur de ſucceſ. creat. §. 20. 4. requiſ. nu. 240. Boer. deciſ. 24. num. 12. Viu. com opi. lib. 1. opi. 199. Ema. Suar. recep. ſent. lib. verb. legitima crebriorem dicit Achil. Perſonal. tract. adipiſ. poſſeſ. n. 183. Anto. Cucchus repet. autho. nouiſſima, Rubr. legitima eſt quota bonorum. Communem dicit Cur. ſen. conſi. 13 nu. 25. nouiſſime Andr. Gail. obſer. pract. li. 2. obſer. 720. numer. 3. Franciſc. Mantic. de coniectu. uitima uolunt. libr. 7. tit. 8. nu. 5.

3 Ex quo infertur, qđ cum bona intelligantur deducto ære alieno, legitima quoque computãda ſit, deducto ære alieno, & funeris impenſa. ita tenet Bar. l. ex facto, ff. de hær. inſtit. & communiter teneri aſſerunt omnes prædicti.

Infertur ſecundo, quod propter incertitudinẽ æris alieni detrahendi filius nõ põt propria auctoritate occupare poſſeſſionem alicuius rei pro legitima, nec in ea acquiri, vel conſtitui aliqua poſſeſſio. ita tenet Bar. l. 2. C. quando & quib. quarta pars, lib. 10. & hanc ſentẽtiam ſequitur, & dicit communem Aret. conſ. 157. colu. ſi. quem refert Rip. d. l. in quartam, num. 113.

4 Infertur tertio, q cum legitima non ſit quota hæreditatis, ſed bonorum, filius poteſt ſolam legitimam acceptare, &

reli-

reliquam hæreditatem repudiare, quod videtur voluiſſe Bartil.l.1.ff.de vulg. ſed contraria ſententia, nõ poſſe ipſum filiũ à patre hæredẽ inſtitutũ acceptare legitimam, & repudiare reliqua hæreditatem, magis cõiter recepta eſt, vt teſt.⁊ Alexa. l.quia poterat, ff.ad Trebel.n. 12. uerſic. ſed non recedo l.3.C.de impub. & aliis ſubſti.ibidem Dec.nu.5.Cur.iun.num.8. Corraſ.nu.11.Cõem opi.affirmat Soc.d. l.1.nu.31.Rip.nu.159.verſ.non diſcedas Al.cmagis receptam dicens, verſ.ſed requentior, cõem eſſe teſtatur Oroſcius l.ſi arrogator, nu.122.ff.de adoptio. Fernan. Vaſqu.de ſucceſ.creat.§.20 num. 212.& hoc dictum veriſſimum & receptiſſimũ nuncupat Ant.Cucchus d.Auth. nouiſſima, d.Rub. nu. 30.& 41. hanc quoque communem & veram comprobat Ant.de Padil.l.ſi emancipata, nu 31.C de iur. & fact. ignor.Eman.Soarez.rec p.ſen. The ſau.verb.legitimam, n.96.licet enim legitima ſit quota bonorum non hæreditatis, tamen titulo hæreditario ſcilicet inſtitutionis relinquenda eſt.

6 Vnum tamẽ caſum nota, in quo poteſt filius legitimã ſeparare a reliqua hæreditate, nimirum ſi in ilia haberet ſubſtitutum uulgarem, atq; ipſius portio eſſet nal.de grauata legatis.ita uoluit Bar.l.gerit, nu.23.ff.de acquir.hæred.& ita loquitur d.l.j.vbi eum cæteri ſequũtur, & hãc eſſe communem opi.teſtatur Ant.de Padil.d.l.ſi emancipata, nu.36.

Infertur quarto, pro legitima non poſſe intentari petitionem hæreditatis de quo dixi infra.

Infertur quinto, quo cũ non ſit quota hæreditatis legitima, beneficium poſſeſſorium ex l.fi.c.de edict.D.Adria.pro conſequenda poſſeſſione legitimæ ſuæ nõ cõpetit inſtituto in ſola legitima, quia proditum eſt id remedium ſoli inſtituto in hæreditate.ita tenet Alex. d. l. fin. dicens hanc ſententiam cõem, Cagn. l.Papinianus §.meminiſſe, n.12.ff.de inoff. teſtam. Ant.Cucchus d.Auth.nouiſſima, d.Rubr.nu.34.hanc receptiſſimam eſſe, uerioremq; Doc.concluſionem aſſerit Achil. Perſonal.d.tract.adipiſ poſſeſ.num.183. uerſi.præterea.& hæc tenenda eſt, quicquid dixerit Bal.& ſequaces.

Quæſtio II.

SVMMARIVM.

Quo iure debeatur legitima, diſtinguitur.

QVæro, quo iure debeatur legitima? Reſp.In hac q̃ſtione diſtinguendũ eſt, aut enim loquimur de legitima in bonis aſcendentium debita liberis, & tunc quo ad materiã ſiue in genere debetur iure naturali. tex.l.cum rõ, ff.de bonis damna.& ita tenent omnes nemine diſcrepante in d.l.in quartam, vt teſtatur ibi Picus nu.172.Bereng.Fer.nu.169.Fern. Vaſq. d.§.20.nu.320.Quantitas vero ſiue meta, iuris ciuilis eſt.

Aut loquimur de legitima aſcendentium, & debetur non iure naturali, ſed ciuili tantũ, & potius ordine naturæ turbato.tex.l.ſcripto, C.und.li. & cõmuniter Doc probant, ut dicit Bereng.d.loco, nu.169.licet quidam contrariũ aſſerant, Sed a cõi non recedendũ, quoniam iuſ naturale potius aliquem inducere uidetur ad liberos q̃ parentes alendos: Quod & Pauli Apoſtoli auctoritate probatur, dũ inquit parentes filiis, non autem filios parentibus debere theſaurizare.

Aut loq̃mũr de legitima collateralib. debita, & oẽs cõueniunt iuris ciuilis diſpoſitione inuentã eſſe, ut teſtatur idem Bereng. Fern.d.l.in quartam, nu.178.

Quæſtio III.

SVMMARIA.

Filiis debetur legitima, nu.1.
Quid in filiis naturalibus, nu 2.
Quid in filio nato ex adulterio, ſi ſubſequatur matrimonium, nu.3.
Quid in filio clerici, nu.4.& 5.
Quid in filia excluſa per ſtatutum, nu.6. declaratur in ſupplemento legitimæ, nu. 7. & 8.
Quid ſi filia renunciauit nu. 9. declaratur, nu.10.& ſeq.
Quid ſi iuramentum interuenit, nu. 11.
Quid ſi ſimpliciter relictũ acceptauit, n. 12.

1 VIdeamus quibus perſonis legitima debeatur, & quidem concluſio eſt vulgata, ꝙ filiis debeatur legitima, & hoc procedit plane in filiis naturalibus, & legitimis. Sed quid in naturalibus tantum an eius quoque debebitur? Reſpond. ꝙ non, ita tenet gloſ.l.1.in princ. ff. de bonor.

nor.poſſeſſ.cõtra tab.quæ cõiter approbata eſt,ut per Bar.l.Gall.§.etiam ſi parẽte.ff.de lib.&poſth.hanc dicit eſſe communem concluſionem Bereng. Fernan. d.l.in quartam.part.3.num. 41. Fernan. Vaſq.de ſucceſ.creat.§ 20. num. 1 4. & §.10 num.488.Ratio, quia naturalis filius ab inteſtato non admittitur, nec pater filiam dotare cogitur, multò minus contra teſtamentum admitti debet ad legitimæ petitionem, quæ pars eſt ius quod ab inteſtato quis habiturus eſt. Quod intelligendum eſt in bonis patris, ſecus uero eſt in bonis matris, namque naturalis ſcilicet natus ex ſoluto, & ſoluta habent legitimã a matre,quia ei ſuccedunt ab inteſtato etiam cum legitimis & naturalibus, niſi fuerint nephario coitu nati,quoniam nec patri,nec matri ab inteſtato ſuccedunt tex.§.nouiſſime, inſtitu.de Orficia.ubi tenet glo. & communiter Doct.ut teſtatur Fernan.Vaſq. de ſucceſ.creat.§.10.nu.494.

3 Sed quid in filio nato ex adulterio, ſi ſubſequatur matrimonium?Reſp.ꝙ nõ debetur legitima,quia non ſit legitimus. ita tenet Abb.c. tanta, extra qui filii ſint legit. quamuis glo.ibi contrariũ ſentiat, quam communiter reprobari dicit Michael. Ciſor t.l. 12. Tauri, quem refert Vaſq.d.§.10.nu.506.

4 Quęro quid in filio clerici ſuſcepto poſt clericatum?Reſpon. ꝙ a patre non debetur legitima ita tenet Abb. cap. cum haberet, extra de eo qui duxit in matr. & ſequuntur communiter Doct. ut firmat Vaſq.d.§.10. num. 496. Et procedit non tantum,quando agitur de ſucceſſione patris,ſed etiam matris.Abb.d. c. cum haberet.& eſt communis opinio,ut idem Vaſq; teſtatur d.§.10.nu.497.

5 Sed quid ſi filius natus ſit ante preſbyteratum? Reſp. ꝙ tunc etiam non debeatur ei legitima ſi clericus habuerit eccleſiaſticum beneficium, licèt non eſſet in ſacris conſtitutus ita tenet gl.& ſequitur Bar.l.2.C.de epiſc.& cleric. & uidetur communis opinio, ut teſtatur Mich. Ciſ.l.9.Tauri.nu.6.Vaſq.nu.498.

6 Quæro ulterius, quid in filia excluſa per ſtatutum,numquid poſſit petere legitimam,uel ſaltem ſupplimentũ ſi fuerit dotata,uel aliquid ei relictum in teſtamento? Reſp. Quæſtio eſt ardua & difficilis,adeoque in ea uariant interpretes, ut utraque communis dici poſſit, namq; negatiuam ſententiam,quòd filii licèt lege municipali a parentum ſucceſſione excludantur,tamen a petitione legitimæ ſibi debitę excluſi non cenſeantur tenet Sal.l.2.num.27.uer.quarto ſucceſſiue.C. de noxal.& ita pronunciatum fuiſſe Bononiæ per auditores Cardinalis Albanenſis Alex.conſi.7.num.8.cum ſeq.uol. 2.& hanc opinionem dicit Docto. Peruſinos habuiſſe pro canonizata,Soc. conſil.207.nu.2.uol.1.ſubditque ita in magna cauſa Florentiæ fuiſſe obtentum, & Ferrariæ hoc obſeruari dicit Maria. Soc. ſen.conſil.30.Corn.conſil. 100. libro 3. Socin.in l.Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 16. dicit, quòd cum hæc quæſtio de facto eſſet pro hac parte conſuluerũt Aduocati Ferrarienſes, Bononienſes, Florentini, Senenſes, & omnes Peruſini numero quaſi triginta, & hanc opinionem ſequuti quinquaginta tres Docto.quos refert Socin.conſil. 150. libr. 1. hac opinionem tanquã ueriorem, ęquiorem, & humaniorem ſequitur Tobias Nonius conſil. 13.num.4. & ſeq.præſertim 18. ubi dicit, quòd non facile poſſit cognoſci quæ ſit communis opinio. hãc opinionem dicit communiter omnes tenere Bereng.Fernand.repet.l. in quartã, par.3.num.251.& hanc dicit communẽ Curt.ſen.conſi. 5. num. 3. dum concludit filiam excluſam a ſtatuto eſſe dotandam dote nõ minore legitima, quia eius loco ſuccedit, refert Ceph. conſil. 245. num.33.Pariſ.conſi.53.num.57. uolum. 3.Bru.tract.ꝙ ſtantibus maſculis, art.11. q.2. hanc magis ęquam ſibi uideri dicit Fernan.Vaſq.de ſucceſ.creat.§. 20. num. 238.& ſeq. Eamq. communem uideri dicit idem Vaſq. de ſucceſ.creat.§. 21.num. 136. & hoc uidetur de mente omnium qui legitimam ſtatuto tolli nõ poſſe exiſtimarunt,de quo infra.

Contrariam tamen partem ut per tale ſtatutum filius a legitima, uel eius ſupplemento ẽt repellatur,tenet Bart. l.Titio genero,ff.de cond. & demonſtrat.hãc dicit eſſe communem opi.Dec.conſil.86. num.4.conſil. 525.nu.4.conſi. 296. nu.2. conſil.299.nu. 5.conſi.304.num.9.Ioan.

Dilect.

Dilect.de arte teſtan.tit.3.caut. 12. num. 4.communem dicit Soc.d. conſ.50.num. 18. vol. 1.conſi.283.nu.12 24. 25.lib. 2. conſi.35.num.10.conſi.82.nu.24.conſil. 127.num.2.lib.4.& ita communiter ſeruari dicit Cuma.conſi. 181. & communẽ dicit Soc.conſi.288.lib.2.conſi.127.uol. 4. Ceph.conſi.278.num. 37. Tiraqu. de iure primog.q.55.num.9.Ruin.conſ. 41. num.8.uol.3.Alex.l. §. & quid ſi tantũ. Crauet.conſ.229.Mandel. Alba. conſ.7. num.3.conſi.23.num. 1. hanc dicit communẽ Cucchus d.auth. nouiſſima. rubr. legitima quo 1 et quota eius, ſubdit tamẽ contrariam Salyceti opinionem ſibi placere magis,& cupere,ut ea tanquam magis æqua,& benigna,& magis pia, & liberis fauens fuiſſet frequentioribus amplexa.Communem dicit nemine citato Iul. Clar.de teſtam.q.42. verſ. item quæro 5. Menoch.lib.2.cent.2.caſu 149. num. 13. Nouel.tract.de dote.6.par.priuil. 17.nume.3.verſi. & prædicta. hanc quoque dicit receptiorem, & ueriorem opinionem Tob.Non.conſi. 18.num.20. uerſ.& hoc confirmatur,& magis communiter receptam aſſerit Ioſep.Lud.deciſ. 21. nu.31. par.1.Rõ eſt ſecundum omnes, quia cũ ſit ſublata cauſa inteſtati cum ſuccedere ſtante dicto ſtatuto non poſſint, pariter etiam legitima ſubmoueatur.

7 Et prædicta quidem et quo ad ſupplementum legitimæ,vel congruæ dotis petitionem procedunt ſine dubio, quando in ſtatuto expreſsè dictũ fuit, filiã dotatã plus petere non poſſe,ſed eſſe contentam debere dicta dote, nãque tunc oĩno prohibetur ſupplementum petere. ita tenet Bal. l.Auth. res quæ.C.com.de leg. & cõem dicit Io.Dilect. de arte teſtand. d.caut.12.nu.4.& ita iudicatum Ioſeph. d.deciſ.21.Sed dubiũ eſt,ſi expreſsè prohibitum non ſit, & licet quidam in hoc caſu in eam ſniam inclinare uideãtur, vt debeatur ſupplementum, tamen magis cõiter indiſtincte ſuperiorẽ concluſionẽ negatiuã,ut non poſſit peti etiam hoc vltimo caſu intelligũt, vt teſtatur Ioſeph. Lud.d. deciſ.21.numero 46. Menoch. d.
8 caſu 149.Intellige tamẽ, vt nõ procedat ſi dos non ſufficeret ad alimenta, uel eſſet exceſſus maximus in legitima, ita ꝙ enormiſſime læſa,ut Doc.d.locis.

9 Quæro item, quid ſi filia renunciauit hæreditati paternæ,vel ſucceſſioni, num quid ei legitima nihilominus debeatur? Reſpon.ꝙ ſic.tex.l.ſi quando.§.& generaliter. C.de inoffi. teſtam. quem oẽs ita cõiter intelligunt,ut teſtatur Iaſ. d.l. de his.C.de tranſ.Ant. Rom. com. concluſ. lib.6.tit.de legitima.conclu.8.nu.1. Fernand.Vaſq.de ſucceſ.creat.§.21.num.27 hanc quoque dicit eſſe communẽ Gram.
10 deciſ.57.num.26. Quod procedit etiã, ampla forma facta fuiſſet renunciatio. ſ. ꝙ amplius quicquam petere non uellet, ita cõiter teneri teſtantur ſupra allegati oẽs,& ita iudicatũ fuiſſe refert Matth.de Afflict.dec.178.nu. 3. & ꝙ ita omnes tenens dicit Marant.diſput.10.nu.19. Alex. conſi.180.& ſeq.uol.5.

11 Item dic procedere hanc communem, ſiue patre uiuente,ſiue poſt eius mortem facta ſit renunciatio; licet enim tale pactum poſt mortem patris de hæreditate patris non petenda valet, legitimam tamen non comprehendit. ita tenet Bald. & alii Doct.communiter.d.§. & generaliter,vt firmant omnes ſupradicti in ſpecie Fernand.Vaſq.d.§.21.nu.127. Ideoque ſi femina acceptã certa ſumma, uel re dotata renunciauerit, & ſe contentam fore,nec amplius petituram promiſerit, non prohibetur nihilominus ſupplectionem petere, niſi expreſſa de legitima facta fuerit mentio.Marant.diſput. 10. nu. 19.& quod hanc ſententiam frequentiſſimis cohortibus ſequantur Doct. aſſerit Cucchus d.rubr. num. 60. Ex quibus
12 patet minus dubiam reddi concluſionẽ hoc caſu,ſi filius non fecerit quidem renunciationem, uel pactum, ſed relictum ſimpliciter acceptauerit. namque poterit nihilominus ſupplementum petere ſi enim neque pactum expreſſum, neque renunciatio expreſſa legitimam excludit,multo minus ſimplex acceptatio hodie impedire eius petitionem poterit,licet de iure ueteri ſecus fuerit per text. d. §.& generaliter, & ibi omnes Docto. tenent,ut firmat Ceph.conſi.148.num. 25. hanc dicit communem opin. Pariſ.conſil. 43.num.36.volum.3.& hunc caſum clarum & indubium appellat Cucchus dic. authen.nouiſſima. rub. legitima nullum grauamen admittit.numero.63.communem

nem

item Anton. Gabriel. Roman. dict. concluſ.8.num.2.

33 Sed quid ſi filia, viuente patre, renunciauit cum iuramento. Nunquid talis renunciatio extendetur ad legitimam? Reſpond. Hæc quæſtio controuerſa fuit, nãque affirmatiuam ſententiam, quodque legitima, non debeatur. tenet Rom.l.1.§. ſi quis, ita.nu.33. ff.de uerb.obl.hanc dicit eſſe communem opi. Franc. Rip.reſp. lib.1.c.6. And. Tiraq. Repet.l.ſi unquam, in princ.nu.129.quamuis ipſe de ea dubitet. nu.155. ac potius in contrariam erit ſententiam, Didac. Couar.c.quamuis de pact. in 6.par.3.§.3. nu.3.Bur. conſ.115. nu.18.li.1.rub. de uerb. obl.nu.4.l.1.nu. 60.ff.de vulg.Decius conſ.34.nu.15.

Contrariam uero patrem, nimirum ꝙ legitima debeatur non obſtante generali, uel indefinita renũciatione, tenet Bal. & alii d.§.& generaliter, & eam communem eſſe, & crebiori calculo probatam atteſtatur Thom. Grammat.deciſ.102.n. 88.& deciſ.101.n.5.& pluribus ſeq.verſ. item in quantum, Boer.deciſ.3.nu.101. quem refert Did. Couar. d.c.quamuis.§. 3.nu.3. licet ipſe contrariam ſententiam ueriorem exiſtimet, hanc quoque cõem ait contrariam tamen ſecutus Fernand. Vaſq.d.§.20.nu.127. magis communem dicit Ant. Gabr.d.concl.8.n.9.& ita iudicatum refert Matth.de Affl. deciſ.178.n. 3.qui licet loquatur in renũciatione ſimplici, tamen Doc.per eum allegati loquũtur in iurata. ita quoque deciſum refert Guid.Pap.deciſ.427.Fran. Hoton. conſ. 22. Iuramentũ enim licet actum, uel contractũ ſuper quo interponitur cõfirmet, tamen ad incogitata, non extẽdit, neque de legitima cogitatum dicemus, alias ſi conſenſum eius renunciandi legitimæ adfuiſſet credimus, etiam abſque iuramẽto tenebit renunciatio.

Quæſtio IIII.

SVMMARIA.

An nepotibus, & alterioris gradus liberis debeatur legitimum, nu.1.

Quid de nepotibus ex filia per renunciationem excluſa nu.2.& ſeq.

1 QVæro item, an liberis cuiuſcunque gradus quales ſunt nepotes, pro nepotes, legitima debeatur? Reſpond. ꝙ nepotes, pronepotes, & deinceps ex eodem cuius bonis agitur, quorũ pater aut mater, aut quæuis alia intermedia perſona ante auum uel proauum moritur, legitimam conſequi, ex bonis eius debet, quia licet in proprii parentis locum, & in partem admittantur, & eo ipſo parentem repreſentent, tamen iure proprio, & ab inteſtato, & contra teſtamentũ a lege ſunt uocati, tex.§.1.auth. de hæred. & omnes fatentur d.auth. nouiſſima. Sin uero parens eorum auo ſupernixit, tunc in bonis aui legitimã non habent, quia ſi quid ex his peti poſſit, iure patris aut matris uenire debet, quod ius parẽtibus in morte aui quæſitum eſt hanc ſententiam Doct. communiter probant d.auth. nouiſſima, ut firmat Bereng. Fernan.d.l.in quartam 3.par.nu.81.

2 Sed quid de nepotibus ex filia per renunciationem excluſa. quia. ſ.renunciauit hæreditati paternæ, & legitimæ cum iuramento iuxta formam cap. quamuis, de pact. 60. An legitima ipſis nepotibus ĩ bonis aui debebit? Reſp. Quæſtio eſt valde utilis, p cuius reſolutione ſunt diſtinguendi caſus. Primus eſt, quando excluſa filia moritur uiuo eius patre, & nihil ad liberos ex ſubſtantia paterna tranſmiſit, aut quia non habuit a patre, vel pater ſibi reddi ſtipulatus eſt, & hoc caſu omnes vnanimiter concludunt, quod nepotes ex filia legitimam habent, quia ab inteſtato ad bona aui admittuntur, uel etiam contra teſtamẽtum uenire poſſunt, ſi nulla ingratitudinis cauſa præteriti ſunt, vel exhæredati. ita tenet Bal.l.fi.C.de pact. & communem eſſe opinionem teſtatur Berengar. Fernand.dict.l.in quartam par.3. numer.62. Roder. Suarez repet. l.quoniam in prioribus, lim.4.numer.5. Natta d.c.quamuis. Bertrand.conſil.138.col.2. volum.1.

3 Secundus caſus, quando filia accepta dote ſupuixit patri, & hoc caſu nepotes nullam portionem petere poſſunt, quia ſicut dote, quam mater eſt conſecuta, eã excluſam fatemur, ita & ex ea liberos qui iure matri non proprio admitti poſſunt, hanc ſententiam Doct. communiter ſequuntur, ut Ber. Fern. aſſerit d.l.in quartam.n.64. Quod intellige quando ſuperſunt alii filii primi gradus ipſius patris

de cuius ſucceſſione agitur, vt fratres, vel filii fratrum filiæ renunciantis, quia tunc nocet renunciatio nepotib. & tota hæreditas accreſcet maſculis, & in hoc caſu, quando ſuper ſunt fratres iſtius filiæ renunciantis concordant quaſi omnes, vt teſtatur Roder. Suarez d.limit.4.num.9. & ſeq. Gabriel.d.conclu.1. nu.57. Secus vero ſi non extarent fratres, qui cum filia renunciante erant ſucceſſuri, ſed agnati in gradu inferiori, tunc enim dicta renunciatio non noceret nepotibus. ita tenet Pau.de Caſt.d.l.qui ſuperſtitis.col.1. & concordant omnes, vt teſtatur Roder. Suarez d.l.quoniam limit 4.nu.10.Gab. Roma.d.concl.5.nu.54.

4 Tertius caſus eſt, quando filia quæ dotem recepit moritur ante patrē, & iſto caſu varium eſt Doct. iudicium, namque nepotes non poſſe petere legitimam uoluit Rom.d.l.qui ſuperſtitis, & cōplures alii ſequuntur, & receptiorem dicit ſententiā Bellon.conſ.15.ſub nu.9.

Contrarium vero, quod imo etiam ſi filia recepit dotem, & renunciauit cum iuramento, quę deceſſit in vita patris, nō excludantur nepotes, tenet Bald.l.fin.& ſequuntur plures alii maioris auctoritatis, quam ſunt prioris ſententiæ ſectatores, & quod hæc ſeruaretur propter eorū auctoritatem dicit Fernand. dicto loco, quia proprio iure nepotes vocantur, & quod ita tenent communiter Doct. aſſerit Natta capit. quamuis pactum.colum. 22. de pactis in 6o.communem opinionem dicit Bert.conſ.138.colum.2.vol.1. conſil.63.volum.2. Goz.conſi.75.in fin. Alex.l.pactum quod dotali. col.2. C.de collat. Ioan.Ceph.conſ.334.nu.41. & n. 67.& ſeq.& nu.75.dicit hanc communiorem Crauet.conſ.84.ſub nu.5. verſ.contrarium tamen, ubi ait opinari hanc ſententiam in practica ſeruatam iri, quam etiam ſecutus fuit, & ueriorem exiſtimauit Didac.d.cap. quamuis.§.2.3. par.n.4. poſt princ.verſ.miſſam tamen, de pact.in 6.& æquam & communē eſſe inquit Roland.a valle conſ.11.num.7 lib.1. Communem dicit opi.Roder.Suarez.d.l.quoniam, limit.4.num.7 in fin. hanc quoque dicit communem Gabriel Roman. lib.3. tit.de iure dot.nu.47.

Et prædicta concluſio procedit, etiam ſi filii filiæ renunciantis concurrerent cū auunculis, non enim eis renunciatio matris pręiudicaret, ita tenet Bald.l.pactum quæſtio.2.C.de collat. hanc dicit communem opinio. Alexand.ibi.nu.7.Bertrand. conſ.47.

Quæſtio V.

SVMMARIVM

An parentibus legitima.

QVæro, nūquid aſcendētibus debeatur legitima? Reſpon. ꝙ ſic, & hæc eſt communis opin. vt dicit Fernand.d.l. in quartam præfat.par.2.num.86. Quod tamen intelligitur de parentibus naturalibus & legitimis, ſecus vero eſt in naturalibus tantum, namque his non debetur legitima ex neceſſitate a liberis naturalibus. ita tenet Azo.in ſum. C.de legit. hæred. ſequitur Bar.l.fin.ff.de quibus, ut indig.& eſt cōis opin. vt teſtatur Fernan. Vaſ q.de ſucceſ.creat.§.10.nu.488.

Quæſtio VI.

SVMMARIA.

Legitima debetur tranſuerſalibus.num.1.declaratur.num.2.

1 QVæro, numquid legitima debeatur tranſuerſalibus? Reſp. quòd debeē exceptis fratribus turpi perſona inſtituta.tex.l.fratris, C.de inoffi.teſta. & tenēt omnes, ut teſtatur Roder. Suarez repet. l.quoniam in prioribus, in euident. n.12. 2 in fi. Quod tamen non procedit in fratribus conſanguineis natis tamen ex duabus concubinis, namque alter alteri non tenetur ex neceſſitate legitimam relinquere, etiā turpi perſona inſtituta. ita tenet gl.l.hac parte.ff.vnd.cognati.& ſequitur Bar.§.ſi quis igitur, authē.quib.mod. naturales efficiantur ſui. & eſt communis opinio, vt teſtatur Vaſq.d.§.10.nu. 490.licet ipſe de iure contrariam ſententiam veriorē exiſtimet per text.l.fratres. C.de inoff.teſtam.

Quæſt. VII.

SVMMARIA.

Quando ſit legitima liberorū, nu.1. in legitima cōputatione attēditur numerus filiorū tam maſculorum, quam fæminarum.n.2. An liberorū incapacium habeatur ratio, diſtinguuntur tres caſus, nu.3.

Filia

Filia excluſa per ſtatutum, an computetur, nu.4.5.& 6.
Quando filii exhæredati ſunt, an computentur. nu.7.
Quãdo excluſi pp del. ſtũ, an cõputētur n.8
Excluſi renunciatione an computentur. n.9.

1 IVxta prædicta etiam quæro. quãta debeat eſſe legitima filiorum? Reſp. De iure Codicis legitima filiorum portio erat quarta pars eius, quòd ab inteſtato filii habituri erãt. tex. l. parētib. C. de inoſ. teſt. Hodie uero de iure Authenticorum aucta eſt hęc portio, ita vt ſi ſint quatuor filii legitima filiorum ſit tertia pars, ſin vero liberorum ſint quinque vel plures, legitima ſit medietas bonorum, ſcilicet patris, uel eius quod habetur ab inteſtato ut ſupra dixi d. auth. nouiſsima, & iſta procedunt quando tractatur de legitima omnibus filiis debita, quando autem de legitima vni debita agitur, tunc legitima erit atiens vel ſemis non totius ſubſtantiæ, ſed illius partis, quam ab inteſtato habiturus fuiſſet. Pariſ. conſ. 25. vol. 2.

2 Et in computatione prædictæ legitimæ attendi debet numerus filiorum, tã maſculorum, quam fœminarum. ita communiter concludunt Doct. d. auth. ut dicit Pariſ. conſ. 17. nu. 27. volum. 2. conſil. 25. num. 33. eod. vol.

3 Sed quæro, qđ ſi ſint liberi a ſucceſſione excluſi vel incapaces, qui ad legitimã nõ admittunt, numquid iſti faciãt partē, i. ſint habendi in numero filiorum? vtilitas eſt, quia ſi dicamus in numero locandas, alia erit reliquorum legitima, alia ſi in numero non ſint? Reſpond. In hac quæſtione varie & obſcure Docto. locuti ſunt. eſtq; adeo difficilis, vt Fulg. ignorauerit. quid in ea de iure deberet conſulere, ut ipſe fateť d. auth. nouiſsima. & abſq; reprehenſione in alterutram partem iudicis liberum ſit arbitrium, ut exiſtimauit Dec. conſ. 607. Pro uera igitur reſolutione tres caſus ſunt conſiderandi.

4 Primus caſus eſt, ſi filia excluſa per ſtatutum occurrat caſus, in quo diſcutiendum, quanta ſit legitima maſculorum, ut quia cum eis inſtitutus extraneus hæres, vel aliquibus ex eis vniuerſaliter inſtitutis, aliquis in legitima eſſet inſtitutus, & tũc paſſus eſt ſatis nodoſus, & de apicibus iuris Doct. uarie reſpondent, & tres ſunt principales opiniones.

Prima eſt opinio, quod tanta ſit legitima, quãta ſi filiæ non eſſent excluſæ, ſed una in ſucceſsione currerent, portio tamen earum hæredi accreſcit. ita tenet Bal. l. plane. §. ſi duobus. ff. de leg. 1. auth. nouiſsima, vlt. q. C. quand. non pet. part. hanc dicit magis communem Dec. conſ. 607. col. fi. & ſecutum eſt conſilium Neapolitanum dec. 138. magis communem dicit Pariſ. conſ. 36. nu. 29. vol. 2. & quod ſit in puncto iuris uerior dicit Are. l. plane. §. duobus, de leg. 1. ita deciſum refert Capic. deciſ. 158.

Secunda opinio eſt eorum, qui volunt excluſas filias computari in numero filiorum, & facere partem, ſed id quod ultra dotem eſt, accreſcere filiis maſculis. hanc ſequitur Bal. d. auth. nouiſsima, & l. defunctis. C. de ſuis, & legit, & communẽ dicit Corn. conſ. 197. vol. 1.

Tertia opinio eſt, quòd imo filię excluſæ nõ conſiderentur, ſed pro mortuis habeantur & extraneis, & legitima cõputatur tantum reſpectu maſculorum, deductis tamen dotibus vti ære alieno: ita tenet Bal. l. Papinianus. §. unde ſi quis. ff. de inoff. teſtam. & ita fuiſſ. iudic. tum dicit Alber. Bru. de ſtatut. excluden. fœm. art. 13. q. 3. & quod hæc opi. uidetur cõmunior dicit Are. d. §. ſi duobus, hanc dicit magis communem Pariſ. conſ. 36. nume. 18. uolum. 2. conſ. 53. uolum. 3. Communem & ueriorem dicit Soc. iun. conſ. 25. num. 13. vol. 1. conſ. 66. uol. 2. Veriorem & æquiorem dicit Affl. ſuper conſtit. ſub rub. de ſucceſ. filio. nu. 55. Communem dicit Bru. d. ar. 13. 3. q.

Quid dicendum in hoc arduo puncto? Doc. licet ſint uarii, tamen in diuerſis terminis quãdoque loquuntur. Vnde caſus ſunt diſtinguendi, conſideratis verbis ſtatutorum, aut enim ſtatuta excludunt fœminas ſimpliciter, nec conſiderãt an ſint dotatæ, vel nõ conſiderant an eis aliquid relinquendum pro dote, ſed ſolum diſponunt filiam excludi, & demum mandant eã dotari, & iſto caſu fœminæ excluſæ in conſiderationem non habentur quo ad computationem legitimę, ſed habentur pro mortuis. hanc dicit magis communẽ Pariſ. conſ. 36. & omnes alii in tertia opinione allegati. hanc communem dicit

Rum.conſ.24.vol.1.conſ 52.vol.2.conſ. 118.nu.23.conſ.152.vol.5.

Aut vero ſtatutum excludit dotatas, & tunc filiæ non ſolum ampliant numerum, ſed etiam ſupplementis ſuarum legitimatũ impinguantur portiones maſculorum. ita concludit Bald. l.ſi defunctus. C. de ſuis & legit. hanc dicit eſſe magis communiter receptam quidam Ioan. de monte Sperello, quem allegat Corn. conſi.197.num.2.volum.1. Veriorem & communiorem dicit Alciat. reſpond.479. nu. 12. hanc eſſe concluſionem probabiliorẽ & magis communem dicit Socin. conſil. 84.ſub num.9.volum.1.verum & communem aſſerit Alber. Bru.d.art.13.q.4.nu. 45. & ſeq. & ſubdit ita de facto obtinuiſſe communem aſſerit, & ſecundum illam vidiſſe iudicari teſtatur Boſſius in pract.tit. de bono.publicat.ſub numer.2.verſ.deciſum fuit Ioan. Ceph.conſil.245. numer. 12.& ſeq. & per totum Curt. ſent conſil. 5.num.3. Pariſ.conſ.53.nume 57. conſil. 25.nu.37.lib.2.& contrarium ſententiam quod feminæ faciunt partes, & non accreſcat maſculis, dicit magis communiter reprobatam Soc.iun. d. conſ.25. nume.4.lib.1. Alciat. d.reſpond.479. nume. 12. Apoſt. Bart.l.1.§.pen.lit.B.ff.de bon. poſſeſſ.contra tab. Mouentur Doct. quia dos loco legitimæ ſuccedit iſtó caſu, & filiæ dotatæ non deſinunt eſſe de liberis quo ad effectum ſaltem calculandi legitimam, quamuis ſecus ſit, quando ſimpliciter ſunt excluſæ, & ab inteſtato habent dotem, quia tunc non ſuccedit loco legitimæ.

5 Prædictam tamen concluſionem intellige, quando excluduntur feminæ contemplatione maſculorum, ſecus ſi non excluderentur contemplatione maſculorum, quia tunc maſculis non prodeſſet excluſio, ſed hæredibus. hanc dicit magis communem Pariſ. conſil.36. num. 29.volum.2.

6 Item intellige vt procedat, ſi proſit maſculis computari excluſas in numero liberorum, alias ſecus, vnde ſi filiæ excluſæ habet ẽt paruam dotem, tunc augent filiorum numerum, & legitima eſt ſemis, & reſidium quod ſupereſt vltra paruam dotem accreſcit maſculis, vbi vero ex computatione fœminarum legitima maſculorum non efficeretur pinguior, vt quia earum dotes eſſent amplæ, tunc inter filios non numerantur. hanc dicit probabiliorem, & magis communem Soc.conſil.84. ſub num.9. volum.1.veram & cõem aſſerit Brut.d.art.13.q.3.num.45. & ſeq.ſubdicque ita de facto obtinuiſſe Ceph. dict. conſ.245.num.37.

7 Secundus caſus principalis eſt, quādo filii priuantur legitima facto teſtatoris velut exhæredatione, & maxima eſt inter Docto.varietas. Bar.diſtinguit, quod aut filius inſtituitur in ſola legitima, vel re aliqua certa, alii hæredes vniuerſales, & exhæredatus habetur quidem in numero liberorum, ſed inſtituto in legitima ſola non accreſcit, ſed hæredi, qui repreſentat teſtatorem, cui facta eſt iniuria. Aut vero filii inſtituti ſunt hæredes uniuerſales, & grauati de reſtituendo fideicommiſſo, uel legatis ſupra uires hæreditarias, iſtique filii uolunt detrahere legitimam, in qua grauari non poſſunt, & tunc pars accreſcit filiis non fideicommiſſario, pone enim quod teſtator habet tres filios, vnũ exhæredat, alios inſtituit, & grauat per fideicommiſſum reſtituere extraneo, certè totius triens erit legitima, & filius exhæredatus faciet partem. ita quoque tenet Dyn.dict.§.ſi duobus, & quod hec opinio eſt communiter approbata dicit Crot.l.re coniuncti.num.127. quia filius exhæredatus habetur pro mortuo; ſed contra Bart. magis communiter obtinuit portionem incapacis aliis capacibus, accreſcere, qui legitimæ repletionem petunt non hæredi & fideicommiſſario, & non minus inſtituto in re certa, quam cæteris qui fuerint uniuerſaliter inſtituti hæredes. ita tenet Iaſ. dict.§. ſi duobus. numer. 22. ubi communem dicit. communem, quoque dicit contra Barto. Alexan. Loſæ addit. dict.le.pater filium, lit. G. & magis communiter receptam aſſerit Anto. Cucchus rep.auth. nouiſſima rubr.legitima, quomodo ſit quota eius, quod ab inteſtato debetur.num. 15. uerſ.contra receptum eſt tamẽ, & in legitima ius accreſcẽdi locum habere, ibi verſ. cõi quidem calculo, facit Bar. cõiter probatus l.quoties.ff.de hæred. inſtit. & licet ibi Bart. de coniunctione hominis interpretentur, tamen cõiter in coniunctione legali recipitur,

cipitur, vt ſupradicti probant p tex. l. ſi ue patronus. §. ex duobus, ff. de iure pa‑tro. aduerte tamen, quod fruſtra uidetur diſputari, an filius heres uniuerſalis inſti tutus de reſtituendo grauatus exhæreda ti portionem capiat in ſuo triente augen do, cum eam portionem non retenturus ſit, ſed omnino per fideicommiſſum. reſti tuere teneatur, iuxta communem opi. de qua ſupra, §. iub accreſcendi.

Prædicta tamen intellige, ſi rite, recte que filius fuerit exhæredatus, ſecus ſi in‑iuſte. ita docet Alex. d. §. ſi duobus, & ſe‑quuntur cæteri communiter, vt ſupradi‑cti omnes affirmant.

8 Tertius caſus eſt, quãdo facto proprio filii excluduntur, & inſucceſſibiles red‑duntur, vt puta delicto, vt quia eſt depor tatus, in exilium miſſus, vel religionem profeſſus, incapacem, vel et renunciatio‑ne excluſus, & tunc ſi delicto excluſus, ip ſe quoque facit partem, & non minuit trientem, ſed portio eius capacibus accre ſcit. hanc dicit indubitatam, & veram con cluſionem Crot. d. l. coniuncti. nu. 129. & communiter receptam enunciat Cuc‑chus d. repet. auth. noviſſima, rub. ſupra‑dict. nu. 15. verſ. ſed quamuis tamẽ, com muné dicit Franc. de Aretio. l. plane. § ſi duobus. ff. de lega. 1. & ibi Iaſ. quos refert Boer. deciſ. 104. nu. 7.

Secundo caſu, quando renunciatione filia a ſucceſſione excluditur, tunc facit partem, & admittitur ad partem ſiue eã moriatur uiuo patre, & hoc relictis ex ſe liberis ſiue poſt eius mortem, quoniam ſi aliquid habuerit, agitur ad ſupplemẽtũ ſin uero nihil habuerit, renunciatio non valebit ſecundũ magis communem Do‑cto. ſententiã, vt dixi ſupra q. 4. Sed ſecũ dum aliã communem de quo in d. q. qđ ſ. legitima, uel ſupplementum peti non poſſit. filia renuncians facit partem, ſed eius portio remanet, & accreſcit hæredis cui pater, pui diſſe uidetur. ita tenet Bal. d. l. plane, §. ſi duobus, ff. de leg. 1. & hanc dicit magis communem Guid. Pap. deci. 295. nu. 1. ſub ſi. quem refert Boer. deciſ. 104. nu. 3. Vnde ſi eſſent tres filii & una filia, quæ dote mediante renunciauerit, filii non admittuntur ad totam trientem, ſed portio filiæ remanet hæredi, uel ſi quatuor filii, una filia, ipſa facit partem fratribus, ſed eius portio aliis non accre‑ſcit. Quod tamen intelligo, niſi contem‑platione fratrum renunciauerit. per ea quæ dixi ſupra, nu. 5.

Quæſtio VIII.

SVMMARIVM.

Quarta ſit legitima matris, ex cluſis fratribus.

QVæro, ſi quis habens duos fratres & matrem, prætereat fratres, ſed ma‑trem in re certa inſtituat, alia perſona mi nime turpi inſtituta uniuerſaliter, ita ut ipſis fratribus nulla competat querela, mater uero legitimæ ſupplementum pe‑tat quanta ſit futura legitima matris, (non quidem de quota ambigitur, nam trien‑tem fore certum eſt) ſed de eo ambigitur tantum, quanti patrimonii ratione dimẽ tiri illũ trientem conueniat. i. quã in par‑tem mater fuiſſet ab inteſtato hæres filio extitura, an. ſ. in tertiam totius hæredita‑tis partẽ, cum illi duo fratres alias duas tertias ſint ab inteſtato percepturi, an vero in totã hæreditatẽ cũ excluſis fratri bus præteritione, uel exhæredatione ip‑ſa remaneat ſola? Reſp. Hec quæſtio ſimi lis videtur ſuperiori, ſed diſſimilis eſt, ac magis ambigua. In priore enim quæſt. fra tres ab inteſtato omnes in eandem partẽ, eodem que iure ſuccederent, & eadẽ quar ta omnibus iure legitimæ, debetur con‑iunctim, ita quòd poſtea cum omnibus ſimul aſſignata ſit apud ipſos remanere debeat cum lege coniuncti ſint, & vno de ficiente alii accreſcere. In præſenti q. alia eſt legitimã, quæ matri debetur, alia quæ fratribus, nec vlla inter eos quo ad ſuc‑ceſſionem eſt coniunctio cum diſpari iu re ſuccedant, & diuerſo in gradu ſint. Sed Doct. tamen concordibus ſententiis ſcri pſerunt portionẽ fratrum matri acquiri. ita uniuerſæ hæreditatis trientem habeat non illius tantum, quæ ab inteſtato ad eam ſpectaſſet. hęc eſt Butrig. ſententia, eamque frequentiſſimis calculis receptã Alex. d. Auth. nouiſſima, ibi Cucchus in bi. legitima quomodo ſit quota ab inte‑ſtato, nu. 15. verſ. hæc quæſtio Quo fra‑tres ad nullã portionem admittuntur, cũ ſint exhæredati, & licet ſtatutũ ſit vt fra ter cum matre ſuccedat, non tamen cor‑

tectum eſt, quod in hac Auth. diſponitur vt tertiam pro legitimam percipiat.

Contrarium tenet Bar. d. l. pater filiũ, nu. 14. ſolum deberi matri trientem eius quod perceptura fuiſſet, ſi filius teſtamẽ tum non condidiſſet, quia legitima eſt tertia eius quod ab inteſtato debetur, nec obſtat quod tertiã partẽ ſubſtantiæ Auth. noſtra tribuit. quę quidem per Auth. de-functo, non eſt correcta, nec tamen repugnant: Nam noſtra Auth. non tertiam hęreditatis, ſed ab inteſtato dat, & hæc uidetur uerior.

Quæſtio IX.

SVMMARIVM.

Aſcendentium legitima an ſit aucta.

QVæro item, An ſicut liberorum legitima ad trientem vſq; aucta eſt, ita quoq; aſcendentium legitima aucta hodie dici debeat? Reſ. quod ſic. ita tenet glo. l. omnium, ff. de uſufru. & ſequitur Bar. d. Authen. nouiſſima, & hanc eſſe communẽ opinionẽ firmat Iaſ. ibi nu. 35. Contra ſ. d. l. filium quem, Mar. Ant. Cucchus d. Auth. nouiſſima, Rubr. parentum legitima an aucta ſit, nu. 6. ita magis communiter concluſum eſſe teſtatur Fernand. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 20. nu. 283. Communem quoque refert Didac. Couar. lib. 4. Decre. par. 2. c. 8. §. 4. num. 12. hanc concluſionem clariſſimam, & ita vna omniũ uoce decíſum refert Bereng. Fernand. d. l. in quartam, 2. par. præfat. nu. 162. Cro. d. l. re coniuncti. n. 178. pro quo eſt text. auth. ut cum, de appella. cognoſ. dum ibi dicitur, Sola eſt noſtræ Serenitatis intentio iniuriam exhæredatorum & præteritorum a parentibus & liberis amouere ſicque parentibus non minus quam liberis ſuccursũ uoluit. Intellige tamen hanc actionem quoad trientem, Nam quoad dimidiam fruſtra quæritur cum contingere nõ poſſit, ut tot parentes quis hẽat.

Quæſtio X.

SVMMARIVM.

An legitima tranſuerſalium aucta ſit.

QVæro, nũquid etiam hodie in tranſuerſalib. ſit aucta legitima? Reſpon. Diſſentiunt interpretes, nam Cyn. in d. Auth. uoluit in eis quoque auctam eſſe, & hanc dicit eſſe communem opinionem Salic. ibi, communem & veriorem dicit Vaſq. d. loco nu. 214. mouentur quod augmentum detur in omnibus, quibus olim quærela concedebatur: Ergo & fratribus cum ijs quærela detur.

Contrarium uero, quod non ſit aucta, ſed remanſit in eo ſtatu, & ſit quarta, tenet glo. mag. ibid. d. Auth. nouiſſima, & Bar. d. l. pater filium, C. de inoff. teſtame. & hanc dicit eſſe communem Fern. d. l. in quartam, 2. part. præfat. n. 163. Iaſ. l. fratres, Cagn. l. Papinianus, §. quarta, C. de inoffi. teſt. dicit cõmunẽ & tenendã eſſe Ant. Natta conſi. 1. lib. 3. Ant. Cucchus d. Auth. nouiſſima, Rub. parentum legitima an ſit aucta, nu. 8. & ab hac non eſt recedendum, quia fratribus querela tãtum extraordinarie debetur, vt turpi perſona inſtituta.

Quæſtio XI.

SVMMARIVM.

Quando ſit computanda legitima.

IVxta prædicta nunc quæro: Quo tpę quantitas bonorũ patris inſpicienda ſit quorũ trientẽ aut ſemiſsem diximus? Reſp. Vulgata eſt cõcluſio, ut tẽpus mortis eius, ex cuius bonis legitima ſumi debet, circa æſtimationem eorũ in legitimæ deductione conſideretur. tex. d. Auth. nouiſſima, & firmat Fer. d. l. in quartam, nu. 119. communẽ dicit Polit. l. filium quẽ, nu. 160. C. famil. herciſ. Ex quo infertur quod quãtumcũq; bona patris poſt mortẽ ante adita hęreditatẽ augeantur, legitima tñ non augetur tex. eſt in l. ratione 2. in princ. ff. ad l. falcid. ita tenet Salicet. l. ſcimus §. repletionem, C. de inof. teſta. & vno omnium conſenſu receptũ probat Bereng. Fer. d. l. in quartam, nu. 122. licet ipſe contrariam æquiorem ſibi videri dicat, quam iudicando & conſulendo ſeruaret, Ant. Cucchus d. Auth. nouiſſima d. Rub. nu. 1. & hæc tenenda eſt, quoniã contra uoluntatem teſtatoris detrahitur.

Quæſtio XII.

SVMMARIA.

An in uita patris debeatur legitima, nu. 1.

An pro filij condemnatione teneatur pater legitimam ſoluere, nu. 2.

An lege uel ſtatuto induci poſſit ad ſoluendam

dam pœnam, nu. 3. & 4.

Quid ſi pater eſſet dilapidator nu. 5.

Quid ſi ingreſſus monaſterium, num. 6. & numero 7.

An pater poſſit in uita, ſi uelit filio aſſignare legitimam, nu. 8.

1 PRæterea quæro, An ĩ uita poſſit aut debeat pater filio aſſignare legitimã? Reſpond. Scire debes, quod filius nõ habet ius aliquod, uiuẽte patre in legitima. ſed eo demũ mortuo dicitur habere quaſi ius, & legitimam quaſi filio debitã. text. l. 1. §. ſi puberi, ff. de collat. bono. & ibi tenet Bar. Aret. §. ſi item quis fraudem, inſtit. de actio. hanc dicit communem opi. Aret. l. Titia. num. 3. ff. de uerb. obl. Soc. num. 31. Iaſ. num. 160. l. 1. ff. de vulg. Iaſ. l. ſi poſt diuiſionem, num. 3. ff. eod. tit. Segura, l. 3. §. ſi. num. 115. ff. de lib. & poſthum. & gloſ. opi. in Auth. de hæred. & falcid. uerb. auferri, magis communiter improbatam dicit Imol. l. cum filius, num. 5. ff. de verb. oblig. Anton. de Padil. l. ſi emancipata. n. 32. C. de iur. & fact. igno. & hoc communiter receptum aſſerit Frãciſ. Becius conſil. 34. nu. 18. & quod hec opinio ſeruatur iudicando in curia Delphinali Papa deciſ. 486. utrum filius, hãc quoque magis receptam dicit Cucchus d. Authen. nouiſſima Rub. legitima an augeatur. Vnde pater in uita ſua ei aſſignare legitimam non tenetur, nec filius patri; hanc quoque communem dicit Corraſ. l. filium quem, num. 81. C. famil. herciſ. Iaſ. d. Auth. nouiſſima, num. 7. & ibi Anton. Cucchus Rubr. legitima an augeatur aucto. patris patrimonio, num. 6. dicit quod hæc eſt frequentiſſimis ſententiis recepta opinio; Viuius comm. opi. libr. 1. opin. 199. Eman. Soarez. uerb. legitima, Recept. ſentent. Theſau. nu. 67. Communem dicit Thom. Gram. deciſ. 101. num. 66. nouiſſime Fernand. Vaſqu. de ſucceſ. cret. §. 20. nu. 285. & nu. 291.

2 Infertur etiam ex prædictis, quod filio condemnato ob maleficium, pater nõ cogitur pro condemnatione filii ſoluere pœnam pecuniariam etiam ex bonis, quæ pro legitima poſt mortem patris filiis deberentur, nec publicatis bonis cenſetur publicata legitima. ita tenet Bart. d. §. ſi impuberi hanc dicit eſſe receptiſſimã ſententiam Franciſ. Becius d. conſilio 34. num. 22. Fernand. Vaſq. d. §. 20. numero. 285. hanc quoque dicit communem ſententiam Maria. Socin. iunior. conſi. 51. nume. 5. li. 1. Ruin. conſi. 149. num. 13. uolu. 3. Barth. Romul. l. filiusfamil. §. diui, §. de leg. 1. Communem dicit Viuius d. lib. 1. commun. opin. opinione 199. & opi. 401. Eman. Soarez. de Theſau. recep. ſentent. uerb. legitima, num. 67. Cucchus d. Rubr. num. 6. Aldobrand. §. præterea, nume. 55. inſtitu. quibus mod. ius pat. pot. ſolut. Anton. Padil. d. l. ſi emancipata. nu. 33. & quod ita tenent communiter Docto. atteſtatur Pet. a Duen. trac. Reg. Reg. 356 num. 2.

3 Sed dubium eſt. An ſaltem lege uèl ſtatuto induci poſſit patrem teneri ad ſoluendam pęnam pecuniariam, qua filius fuerit condemnatus, ad quantitatẽ uſque debitam filio ratione legitimæ patris? Reſpond. uehemẽter controuerſum eſt. Nãque quod nõ ualeat tale ſtatutum tenet Cyn. & ſequũtur quidam alii, idque iniquiſſimum eſſe dicit Bal. l. ſi filius, C. de bo. præſcript. Sed contrarium, quod imo ualet, tenet gl. Rub. C. de decur. libr. 18. & hanc dicit eſſe communem opi. Iaſ. d. Auth. nouiſſima, num. 8. Cucchus dict. Rubr. dicit quod ita frequentiſſimi legũ interpretes opinantur, nu. 13. Communem dicit & in practica ſeruari Alexand. l. lex. Cornelia, numero 7. ff. de vulg. Aldobrand. d. §. præterea. num. 56. Caſſan. conſuet. Burg. tit. de ſucceſ. Rubr. 7. §. 2. num. 5. Barthol. Soc. d. l. filiusfamil. nume. 5. ff. de uerb. obligat. Cagnol. l. fin. n. 287. C. de pact. Didac. Couar. reſol. li. 2. cap. 8. nume. 7. uerſi. hinc apparet. Petr. a Duen. Reg. 356. nu. 2. Viuius lib. 1. com. opi. op. 29. in princip. Emanuel Soarez recept. ſentent. Theſau d. uerb. legitima, nu. 67. & Ant. de Padil. d. l. ſi emancipata, num. 34. dicit hoc uerius & receptus Fernand. Vaſqui. de ſucceſ. §. 20. nume. 286. Iul. Clar. libr. 5. ſentent. §. ſi, q. 86. uerſ. ſecundo infertur, & hanc eſſe magis communem opinionẽ, & in practica ſeruari, nouiſſime teſtatur Ioſeph. Lud. deciſ. 11. nu. 24.

4 Quam concluſionem tamen declara non procedere exiſtentibus nepotib. ex filio, tunc enim pater pro filio ſoluere nõ tenetur, ſed ipſis nepotibus reſeruatur,

ita tenet Bald.l. qua pena, ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, Ruin.conſ.8 nu. 6.lib.5.quam ſententiam veriſſimam, & quodammodo canonizatam in omnibus curijs ſtatus eccleſiaſtici dicit Ioſeph.Lu do.d.deciſ.num.28.

5 Infertur etiam, quod licet pater eſſet bonorum ſuorum dilapidator, tamen cogi nõ poſſit filio legitimam aſſignare. ita tenet Bald.l. non poteſt, 1.lectur.ff. de adopt. & hanc ſententiam de ſtricto iure veram eſſe dicit Iaſ.l nam poſtea, §.ſed & ſi quis, numero.4.ff.de iureiur. quamuis contrariam partem dicit tanquam æquiorem tenendam eſſe in l.ſi conſtante, nu. 199.ff.ſolut.matrimon. & hanc ex numero ſcribentium receptiorem videri ait Arius Pinel.l.1 part.3. nume.75. C.de bo. materni. ſubdit tamen, quod nunquam, vel difficillime in praxi obtinebit, quod etiam ſentit Salicet.l.2. C.ſi quid in fraud. patro. Quia tunc moderatum remedium à iure datur, vt patri diſſipatori interdicatur bonorum adminiſtratio, eique detur curator. Vnde non opus eſt remedio extraordinario, cum etiã pater poſſit emendari. itaque non ſtatim de legitima aſſignanda agendum, quæ ante patris mortem etiam incerta eſt.

Infertur item nõ valere donationem, ſi pater ſpõte ſua filio ſuo inter viuos donauit legitimam, itaque poſſe reuocari. ita tenet Bald.l.3.C.pro donat.& hãc eſſe communem opinionem firmat Caccialup. Repet l.fratre, quæſtio.25.ff.de con dict indeb.& veriorem ac forte receptiorem dicit Fernand. Vaſque.de ſucceſ. Reſolut.lib 2.§.12. nume.15. quamuis contrarium defendere nititur Suarez. Repet l. quoniam in prioribus in euident. nume.8.& 10.

6 quæro item, quid ſi pater ingreditur monaſterium, numquid filiis uiuo adhuc patre naturaliter, licet ciuiliter ſit mortuus, legitima debeatur. pone enim quod pater fecit teſtamentum ante ingreſſum & legitima filio reliquit. An ſtatim poſt ingreſſum ante mortem naturalem petet? Reſpond. Controuerſa fuit hæc quæſtio inter utriuſque ſcholæ interpretes: Namque interpretes iuris ciuilis exiſtimarunt mortem patris naturalem expectandam eſſe. quam ſententiam probat Cyn.& Bar.Aut.ſi quã mulier, C.de S.S. eccle.& communem eſſe dicit ibi Salic.& Fulgoſ.Iaſ.d.Aut.nouiſſima, Bal.c.ſi pater, de teſtam 6.Alex.l.ſi cum dotem, n. 13.ff.ſolut.mat.Dec.c.in præſentia, num. 67.ibi Fernan.nu.55.& ueriorem dicit Abb. a.cum tinus. de Regul. hanc quoque frequentiorem dicit Cucchus d. Auth. nouiſſima, Rub.legitima an aucta, & ueriorem receptiorem dicit Fernand. Vaſqui. de ſucceſ. Reſolu.§.12.nu.13. & quod ſit concluſio hæc in terminis iuris ciuilis indubitata. Mouẽtur Doc.per tex.d.Auth. ſi qua mulier, & per Reg.generalẽ, quod uiuo patre filio non debetur, a qua his caſus expreſſe non eſt exceptus, & mors ciuilis naturali non æquiparatur niſi in caſibus expreſſis, ut eſt gloſ.cõmuniter approbata cap.ſuſceptum, de reſcrip.in 6. ut dicit Emanu à Coſta l Gallus, §.& qd ſi tantum partu ff. de liber. & poſthum. in princip.

Contrariam uero partem, quod imo poſt patris monachiſmũ filiis legitima, uiuo adhuc patre, debeat & peti poſſit, tenet gloſ.c.tráſmiſſę, q.filij ſint legit. & ſequũtur iuris pontificij interpretes, & firmat frequentius receptam ſententiam Bal. Nouel. trac.de dote, par.1.num.11. Iaſ.d.Auth.ſi qua mulier, nu.50.ibi Pau. de Caſtr. & Salicet.ſaltem de iure Canonico, Dec.d.c.in præſentia, nu 34.& hãc tenere omnes Doct. pro indubitatio contra Bar.dicit Pirhus in trac.de ſuitate, in princ.num.8.hanc quoque dicit communem.& ſequitur Cou.c.2.nu.7.ext. de teſtam.dicens eam eſſe æquiorem, & vtroque foro ſeruari oportere, propter maximam æquitatem cui innititur quod & fatetur Abb.d.c.in præſentia, hanc quoq; communem dicit de iure Canonico Fer. Vaſqui.tract.de ſucceſ.creat.§.21.n.175. quamuis ipſe quoque de iure canonico non deberi in uita patris exiſtimet, ſubdit tamen quod in terminis iuris ciuilis utriuque partis fautores conueniunt, hanc quoque frequentiori calculo receptam probat Anton. Cucchus d. Repet. Auth.nouiſſima, Rubr.legitima an augeatur aucto patris patrimonio, n.17.Pet.à Duen.Reg.356.num.6. Eman.Soarez d. verb.legitima, in fi.num.71.& ab hac ſententia non eſt recedendum quia pater ingreſſus

greſſus monaſterium pro mortuo habetur. eademque ratio eſt hic in morte ciuili, quæ in morte naturali, ſiquidem ideo pater uiuens legitimam non debet, quia ipſe Dominus eſt, naturaliter vero moriens dominus non eſt, quod etiã in morte hac ciuili euenit, quia ad monaſterium tranſit. Vbi autem eſt ratio in morte ciuili quæ in naturali fit æquiparatio, vt dixi ſupra §.præc.q.41.

7 Et prædicta cõcluſio indiſtinctè procedit. ſiue monaſterium ſit capax bonorum vel ſucceſſionis, ſiue non. ita tenent omnes ſupradicti, vt teſtatur Cucchus d. loco, num.20. Nam & ipſi iuris ciuilis interpretes, ſi incapax eſt, ſtatim deberi cõcedunt, cum eo caſu mors ciuilis omnibus & per omnia equiparetur naturali: hanc atteſtatur communem opinionem Alex.conſil.13.uolum.3.

8 Portio, licet pater in uita filio legitimã aſſignare non teneatur. Si tamen ipſe uelit id facere ei permittitur, ita expreſſe firmat Bal. l.in ſucceſſione, nu.2. verſ.q̃ro quid de legitima.C.de reuocan. his q̃ in fraud.cred.& fatentur omnes, ut teſtatur Roder.Suarez d.repet.l. quoniam in prioribus limit.4.nu.3.verſic. nec obſtat ſecundum eum.

Quæſtio XIII.

SVMMARIVM.

An aſſignata legitima in uita ſi augeantur bona, augeatur legitima, diſtinguitur.

QVæro item, quid ſi filio aut filiæ pater aliquid dederit in vita pro legitima uel quia vult puenire vltimũ iudiciũ vel quia ſtante ſtatuto tenetur delinquẽti filio legitimã aſſignare, & facultates patris augeantur ante obitum eius, An augeatur etiam legitima? Reſpond. Variar. & multiplex inter interpretes fuit ſentẽtia. Tu diſtingue: Aut pater aſſignauit legitimam & filius uel filia ſimpliciter renunciauit ſucceſſioni paternæ, & nõ impeditur hic filius augmentum petere iuxta bona, quę pater in morte reliquit. hãc dicit communem opin. Iaſ.l.ſi quãdo, §. illud, d.auth.nouiſſime, nume. 10. & ibi magis receptam nuncupat Cucchus d.rubr.num.4. Bereng.Fernand.d.l. in quartam nume.124.præfat.2.par.Didac.Couar.c.Rainutius,§.1.num.8.extra de teſtam. Quia renunciatio intelligitur attento ſtatu preſenti, & rebus ut nunc exiſtẽtibus, ſicut & aſſignatio in tempus mortis collata videtur, cum eo tempore bonorum paternorum æſtimatio conſiderãtur, & legitima debeatur.

Contrariã uero partem, quod ſcilicet non poſſit peti ſuppletio ob augmentũ bonorum paternorũ voluit Iac.de Butr. d.c.pactum, & hanc dicit eſſe communẽ opin. Roman.l.ſtipulatio hoc modo, ff. de uerb.obligat. Natta d.cap.quamuis pactum, Boer.deciſ.26.colum.2. Rod. Suarez repet.d.l. quoniam in prioribus, Ampl.4.num.4. quem allegat Vaſqu. de ſucceſ.creat.§.20.num.29. Communem dicit Ia.l.cum quæritur, de inof. teſt. Guliel. Bened.d.c.Rainutius.verb. duas, nu. 242 licet ipſe reprobare videtur, ver. in eodem 1.n.220. Communem dicit Curt. ſen.conſil.vlt. veriorem & magis communem Moder.Pariſ.add.ad Alex. conſi. 180.uol.5.& hi. Doct. omnes validitatẽ pacti præſupponunt, idque non vigore pacti de non ſuccedendo, ſed vigore perceptionis, quia percepit & aſſignata eſt ſibi legitima ante tempus, quia in uita patris contingere poteſt, quod diminuerentur bona paterna, & conſequẽter d. filius commodum conſecutus fuit ex d. perceptione ante tempus. Ema. Suarez recept. ſent. Theſau. verſ. legitima, num. 74. Sed prima æquior & tenenda eſt, quam receptiorem, & ueriorem dicit Vaſq. de ſucceſ.progreſ.§.3.num.27.

Aut filius aut filia aliquo recepto q̃ pro legitima eo tempore ſufficiebat, cũ iuramento renunciauit, & tunc auct. poſtea patrimonio, numquam agere poterit. tex.cap.quãuis, de pact. in 6. & tenet Paul.de Caſtr.l.ſi in ratione, ff. ad l. falc. & in loco concordant magis cõiter Doc. vt ſupradicti teſtantur, & in ſpecie Iaſo. d.l.ſi quando. Auth.nouiſſima, ibi Cucchus d.rub.num. 4.uerſic. tertius caſus, Bern.Fernand.d.l.in quartam, num.124. licet ipſe contrariam opinionem ſaniorem exiſtimet propter fauorem legitimę, quæ a iure ciuili conſideratur, ut cauſa pia, poſt Bald. cum M. de conſtitu. qui probabiliorem dicit, Did. Couar. d. cap. Rainutius, §.1.num.8. Communiter receptam

ceptam dicit Vaſqui.d.§.20.nu.291.

Aut uero filius recepit legitimam non integram etiam reſpectu bonorum, quæ erant tempore aſſignationis, & iſto caſu ſine dubio poteſt agere ad ſupplementũ bonorum, quæ reperiuntur tẽpore mortis.tex.d.l.ſi quando,& communiter receptum dicit vaſq.d.§.20.nu.291.

Quæſtio XIIII.

SVMMARIVM.

An bona patris ſint filio obligata pro legitim.

Dixi poſt mortem deberi filiis legitimam, vnde etiã filius maxime poſt mortem patris creditor, uel quaſi creditor dicitur in legitima, ita ſentiunt omnes l.3.C.de iur.& facti ignor. vt dicit Franc.Becius d.conſ.34.nu.19.

Sed quæro. An ita debita ſit legitima ut filius in bonis patris pro ea habeat hypothecam?Reſpond. Sunt qui exiſtimarunt,quod bona aſcendẽtium tacita ſint hypothecata deſcendentibus pro dicta legitima eis debita,quam ſententiam amplectitur Bald.conſil.171.uol.1.& dicit picus l.in quartam,quod hæc ſit uerior, & Alexan. contrarium tenens errauit in terminis.

Cõtrariam uero partem,quod,ſcilicet bona patris filio non ſint obligata pro legitima,ſed filius ſolum habet condictionem ex lege contra hæredes patris tenet Salic.l.omni modo in princip.C.de inoff. teſt. & eam dicit eſſe communem opin. Alex.conſil.78.uolum.3.Dec. ueriorem dicit in conſi.235.communem & rectiorem appellat. Anto.de padil.d.l.ſi emancipata.num.37.Matthe. de Afflict deciſ. Neap.162.num.5.Eandem dicit eſſe communem Ant.Neguſan.in tract. de pigno. 2.par. in princ. 4. membr. nu. 64. uerſic. vigeſimus quartus caſus, Ant.Gab.Rom. com.conc.libro 6. titulo. de legitima, cõcluſio 5. ubi magis communem dicit Franc. Rip.d.l.in quartam. num. 114. & ſeq.hãc quoque receptam a Doct.opinionem nuncupat.Anton.Cucchus d.auth. nouiſſima,Rubr.bona an ſint pro legitima hypothecata, num.3. & hæc tenẽda eſt, neque enim iure cautum reperitur, hypothecam hac cauſa tacite induci, quod requiritur, ut inducatur.

Quæſtio XV.

SVMMARIA.

Legitima aſſignãda eſt in bonis hæreditarijs numero 1.
An in pecunia poſſit aſſignari,nu.2.etiam hæreditaria.nu.3.
An ſtatuto fieri poſſit,nu.4.
An in re aliena.num.5.
Quid in uſufructu.num.6.

SVcceſſiue uidendum,in quibus bonis legitima aſſignari, & deduci debeat. Et certum atque indubitatum eſt legiti-
1 mam capi debere ex ſubſtantia & patrimonio defuncti ſiue bonis hæreditariis. tex.§.1 Auth.de trien.& ſemiſ.

2 Sed quæro,numquid pater poſſit filio legitimam in pecunia, aſſignare? Reſp. quod non tex.l.ſcimus, C. de inoff. teſt. & ita tenet Bar.l.ſuus quoque, ff. de hæred.inſt. & eſt communis opin. ut teſta- 3
tur Picus d.l.in quartam.num. 61. & nu. 183.Roder.Suarez.d.l. quoniam in prioribus ampl.11.nume. 2. & ſeq. Franciſ. Rip.d.l.in quartam,num.126. Bertrand. conſi.301.uolum.2.conſ.81.uolum.3.Bolog.Rubr.ff.ad l.fal.num.260. Communem dicit Corraſ.d.l. filium quem, nu. 81.C.famil.herciſ. & nouiſſime Fernan. vaſq.de ſucceſ. progreſ. §. 4. num. 10. & duobus ſeq.licet ipſe contrarium partem defendat.Quod procedit etiam ſi pecunia ſit hæreditaria. ita tenent communiter Docto.ut patet ex prædictis licet Rip. & quidam alii diſſentiant.Ratio eſt, quia legitima debetur ex ſubſtantia paterna in rebus mediocribus non deterioribus, ut eſt, communis opinio ſecundum Cucchum d.auth. nouiſſima,Rubr.quibus in reb.conſtitui poſſit. At pecunia de facili conſumitur, & eſt de bonis quæ ſeruari non poſſunt.

4 Quid autem ſi conſuetudo ſit, uel ſtatutum diſponeret liberos debere legitimam accipere in pecunia? Reſpon. quod tunc ualet aſſignatio, & filius non poteſt recuſare. ita tenet Rip.d.l.in quartam, & ibi Fer. dicit,quod Moderni omnes probant nume.26.Si enim ſtatuto legitimam minui poſſe permittitur, id mirum eſſe non debet,ſi in pecunia deduci poſſe fateamur.

Quid autem ſi pater in vna aliqua re hæredi-

hæreditaria aſſignauit filio legitimã, nũquid filius acceptabit? Reſp. quod ſic & ſi non aſcendat ad legitimam poterit petere ſupplementum in aliis rebus hæreditarijs arbitrio iudicis. hanc dicit communem opin. Picus d.l. in quartam, ſtu. 1. Quod intellige ſi res aſſignata eſt eiuſdem qualitatis, & bonitatis, ſicut alia in hæreditate. Secus vero ſi res aſſignata per partem eſſet ſumptuoſa, vel ſit in loco periculoſo, puta circa uicinos rixoſos, potentes, uel in longinquis partibus, aut aliis communis, deterior aliis ita tenet Ange. l. ſi pater, C. de inſtit. & ſubſtit. & d. l. in quartam, & hanc dicit eſſe communem opinionem Roder. Suarez. d. l. quoniam in prioribus, Ampl. 11. num. 5. & ſubdit

5 Quæro item, numquid pater poterit relinquere filio legitimam in re aliena? Reſpon. quod non. ita tenet Bald. l. cum rem alienam, uerſic. extra quæritur, C. de legat. hanc dicit eſſe communem opinio. Fernand. Vaſqui. de ſucceſ. progreſ. §. 4. num. 18. limit. 1. licet ipſe contrarium teneat, quia non eſt ex ſubſtantia patris. Quod intellige, etiamſi res eſſet ipſius hæredis, quia nec tunc in ſubſtantia patris inſtitutus uidetur. ita tenet Rip. d. l. in quartam, num. 124. dicens hanc eſſe communem, quod item fatetur ipſe tamen contrarium defendens Vaſq. d. §. 4. nu. 18. limit. 2.

6 Sed nũquid i vſufructu legitima relinqui poterit? Reſpond. quod non, ſed integra proprietas cum vſufructu relinqui debet pro legitima. tex. Auth. nouiſſima, & ibi tenet glo. & l. vxori, ff. de uſufruct. legat. quaſ. gloſ. communiter approbatas dicit Roder. Suarez. d. l. quoniam in prioribus, ampl. 3. num. 1. vaſqui. d. §. 4. num. 27. Quod procedit etiam ſi uſusfructus omnium bonorum relictus tantum ualeret, quantum tertia pars proprietatis & uſusfructus bonorum hæreditariorum. ita tenet gl. d. auth. nouiſſima, & communiter Doc. ut teſtatur vaſq. d. §. 4. nu. 27.

Sed quid ſi ultra legitimam pater reliquiſſet tanta bona in proprietate, quę ſufficiunt, & ualent tantum, quantum uſusfructus legitimæ alteri relictus. Nũquid compenſabitur illud plus in proprietate relictum cum vſufructu. Reſpond. Ang. §. prohibemus. Auth. de trient. & ſemiſ. voluit valere legatum. Sed communiter reprobatur. & tenet contrarium d. gloſſæ & omnes ſcribẽtes, vt aſſerit Roder. Suarez. d. amp. 3. nu. 32.

Quæſtio XVI.

SVMMARIA.

An de omnibus & ſingulis corporibus hæreditarijs legitima ſit detrahenda, nu. 1. & quid in ſupplemento legitimæ, nu. 2.

Filius non poteſt propria auctoritate legitimam apprehendere, nu. 3.

An poſſit unam rem eligere filius ut ſibi aſſignetur, nu. 4.

An hæres poſſit dare rem quam ipſe uelit, nu. 5.

1 IVxta prædicta quæro, nũquid de omnibus & vnaquaque re, & de ſingulis corporibus hæreditarijs legitima détur & detrahenda ſit. Reſp. vulgata & cõmunis Docto. ſententia eſt, quod licet pro indiuiſo filius habeat partem in quãlibet re hæreditaria pro legitima, itaque de iuris rigore de ſingulis rebus detrahi debeat, tamen in diuiſione non poteſt petere legitimam in omnibus rebus & bonis teſtatoris uolens minutatim haberé partem in qualibet re, nec ad hoc compellere hæredem poteſt, nec ipſe cõpelli poteſt, ſed debet de æquitate iudicis arbitrio aſſignari in una, uel duabus rebus, & ita duo hæc ſunt ſeparata, qđ, ſcilicet debeatur de qualibet re ante deductionẽ & quod iudex tempore diuiſionis poſſit arbitrari, vt in certa re fiat deductio. ita tenet Bar. l. ſuus quoque. in fi. princip. ff. de hæredi. inſtitu. hanc dicit communem opin. Alexand. l. Marcellus, §. res quæ n. 10. ff. ad Treb. picus d. l. in quartam, 4. q. Bar. conclu. 8. num. 132. ibi Bereng. Fernand. & Rip. num. 112. Aret. conſil. 156. Curt. iun. conſil. 21. Dec. conſi. 81. verſ. & breuiter Bert. conſi. 173. num. 48. vol. 3. Communem quoque dicit Pariſ. conſil. 16. num. 69. volu. 2. Bald. l. filium quem num. 16. C. famil. herciſ. Rod. Suarez Repet. l. quoniam in prioribus, Ampliat. 11. num. 8. & addit. nu 7. Anton. Gabr. com. conclu. lib. 6. tit. de legit. concl. 3. Anton. Cucchus Auth. nouiſſima, rubr. vtrũ legitima ſit deducenda de ſingulis rebus. Rõ equitatis eſt, ut communio tollatur, quę ſolet interdum eſſe pernicioſa, & cũ magno

magno diſpendio, ſoletq; interdum pare re maximas diſcordias.

2 Et hoc procedit etiam in ſupplemento legitimæ, debet enim fieri iudicis arbitrio nō in ſingulis rebus, ſed in una uel pluribus. ita tenent Doct. d. l. ñ amplius, §. fi. & omnes, ut teſtatur vaſq. d. §. 4. nu. 28. item vaſqui. de ſucceſ. Reſolut. lib. 3. in l. ſcimus, nume. 2. hanc dicit eſſe communem opinionem.

3 Infertur ex ſupradicta conclusione, quod filius non poſſit legitimam apprehendere propria auctoritate, ſed debet illam petere ab hærede & ſibi aſsignari a iudice, ita tenet Bar. l. 2. c. quando & quibus quarta pars, lib. 10. hanc dicit communem opi. Picus. d. l. in quartam, nume. 159. Ant. Gabriel. d. concl. 4. nu. 4. dixi ſupra q. 1. nu. 2.

4 Quæro, quid ſi filius eligat unam aliquam rem, in qua vellet habere legitimā; Numquid audiendus ſit? Reſpon. Diſſentiunt interpretes, ſed magis obtinuit filiū non poſſe vnam aliquam rem eligere ſuo arbitrio, ſed hoc faciat arbitrio iudicis. ita tenet Bald. d. iubemus. c. ad Trebel. & hanc ſententiam communiter receptam dicit Deciſ. conſ. 236. nu. 9. Iaſ. d. l. filium quem, ſub num. 17. ibi Corraſ. nume. 88. Aret. conſ. 156. picus d. l. in quartam, nu. 132. ibi Berengar. Fernan. nu. Rip. nu. 112. communem dicit Ruin. conſil. 57. li. 2. Didac. Cou. d. c. Rainaldus. §. 2. verb. portiones, nu. 5. & hoc dicit æquiſsimū. & quod contraria opinio non eſt bona, & communiter non tenetur dicit Corn. conſ. 282. num. 2. ad fi. uolum. 1. & Barb. dic. Rainaldus loqui contra communem ait Roder. Suarez d. l. quoniam in prioribus d. Ampl. 1. ſub num. 7. & ibi Addi. lit. B. hanc dicit communem opi. Fernand. vaſq. d. §. 4. num. 38. & nume. 39. Menoc. d. cent. 2. cap. 63. nume. 16. Eandem dicit communem, licet ipſe contrariam partē uidetur probare Cucchus d. auth. nouiſſima, d. rubr. nume. 37. Anton. Gabri. d. concluſ. 4.

5 Idem dic in hærede: Nam neque hæres neque fideicommiſſarius habet poteſtatem dandi quam rem uoluerint ipſi filio pro legitima, eſtque opinio communis, vt teſtatur Roder. Suarez dict. l. quoniam in prioribus: Ampl. 12. quem ſequitur vaſqui. dict. §. 4. nume. 38. verſic. ſecunda concluſio.

Quæſtio XVII.

SVMMARIA.

Quale debeat eſſe arbitrium iudicis in aſsignatione legitimæ, nu. 1.

Si teſtator aliquid reliquit, quod imputaretur in eo aſsignari debet legitima, num. 2.

Idem in re aliena, nu. 4.

Idem in re data in peculium, nu. 3.

Quid ſi filius rem alienatam redimat, & ob retinere uelit hæredi, nu. 5.

Quid in re alienari prohibita, nu. 6.

Quid ſi nihil relictum ſit, nu. 7.

Iudicis arbitrio an ſtandum ſit, nu. 8.

Singularis practica arbitrij iudicis, nu. 9.

1 SIT igitur firma cōcluſio, in qua omnes conſentiunt, quod filius non habeat poteſtatem eligendi legitimā in omnibus rebus, nec datur ſibi electio in quibus rebus eam habere uelit, ſed deducenda ſit in vna re, vel pluribus, iudicis arbitrio, prout magis ſine eius, & hæredis incommodo fieri poteſt: ſed dubium eſt, qualiter iudex iſte debeat arbitrari, uel quæ eius ſit arbitrij poteſtas? Reſp. Quod ſi partes ſint concordes, in quibus rebus debeat fieri aſsignatio, res eſt ſine difficultate, vt dixi ſupra, §. falcidia. q. 9.

2 Sin autem diſcordia ſit inter partes, conſiderandi ſunt quidam caſus. primus eſt, quādo teſtator aliquid reliquit eo modo, ut in legitimam imputaretur, & tunc iudex teſtatoris uoluntatem ſequi debet & relictum filio pro legitima aſsignare. ita tenet Abb. c. Raynal. & ſequuntur cōmuniter Doctor. ut teſtatur Picus. d. l. in quartam q. 4. Bar. num. 156. Quod tamen intellige, dummodo id quod pater legauit, uel reliquit filio ſit res hæreditaria, ſecus ſi eſſet pecunia, uel res aliena, namq; tunc non debet, neque poteſt teſtatoris uoluntatem ſequi, ſed debet ei legitimā aſsignare in re aliqua hæreditaria. ita not. glo. d. l. non amplius. §. fin. & ibi Alexan. & hanc dicit communem opin. Cornel. conſ. 26. num. 8. uolum. 3. Anton. Gabr. d. conclu. 3. nu. 2.

3 Secundus caſus eſt quando teſtator nō reliquit aliquid pro legitima, ſed ſimpliciter in legitima inſtituit, uiuens tamen filio rem aliquam conceſsit in peculium.

namque

namque tunc licet de rigore filius aucto ritate propria non poſſit cohæredib. contradicentibus integram legitimam detrahere, ex d. fundo peculiari, tamẽ cum iudicis arbitrio deductio ſit commiſſa, attẽta æquitate iudex arbitrabitur, vt poſſit illam filius pro legitima retinere. ita tenet Bar. d. l. in quartam, nu. 9. qui ita debet intelligi, nec meretur reprehendi, & in hoc cęteri communiter ſequuntur, vt teſtatur Port. lib. 6. commu. opin. concl. 11. Cucchus d. authen. nouiſſima, d. rub. vtrũ legit. ſit deducend. ex ſingulis, n. 46. & firmat ita cõiter intelligi d. l. filiũ quẽ, Fern. d. l. in quartã, n. 37. dixi. §. pced. q. 9.

4 Tertius caſus eſt, quando filius vnam aliquam rem hæreditariam alienauit, & tunc iudex debet ſimiliter arbitrari, vt in legitimam retineat. ita tenet Bar. d. l. in quartam. nu. 9. & eſt communis opinio, vt teſtatur Aretin. cõſil. 18. Anton. Gabr. d. concluſ. 4. num. 9. Gramm. deciſ. 93. nume. 5. Anton. Cucchus. d. auth. nouiſſima d. rubr. num. 48. eſt enim æquiſſimum, vt res bona fide, & citra malitiã alienata ei imputetur, ne ab emp tore, ſi ei euincatur moleſtetur, vnde nec iudicem aliter arbitrari conuenit, quod procedit etiam inuito, ipſo alienãte. ita tenet Bartol. d. l. in quartam, num. 9. & Alexand. ibi verſi. quinta eſt concluſio, vbi dicit communẽ concluſionem, quod filius inſtitutus & grauatus de reſtituendo ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, debet in ſuam legitimam imputare omnia quæ pendente conditione alienauit, communem dicit quoque Pariſ. conſi. 17. nu. 33. vol. 2.

5 Sed quid ſi filius velit rem alienatam redimere, & legitimam ex integro patrimonio ſibi aſſignari? Reſpond. Ang. d. l. in quartam. nu. 3. exiſtimat filium nõ eſſe audiendum, ex quo alienando ſemel videtur legitimam in illa re elegiſſe.

Contrariam vero partem tenet Imol. d. l. in quartam, quod imo poſſit filius redimere, & ſuam portionem arbitrio boni viri conſequi, nec teneatur rem alienatam retinere. & hanc ſententiam multũ humanam, & æquitatem magnam continere dicit Ripa. d. l. in quartam, vid. quæ dixi. §. præced. q. 9.

6 Quæro item, quid ſi res ſit prohibita alienari, numquid res alienata nihilominus filio in legitimam erit aſſignãda? Reſpond. quod ſic, quia in dubio videtur eã eligere pro ſua legitima. ita tenet Aret. conſi. 19. num. 14. Ang. l. 4. C. ad l. falc. & communem dicit eſſe opin. Gramm. dec. 93. nu. 5. Soc. iun. §. diui. nu. 33.

7 Quartus caſus eſt, quãdo nihil datum vel aſſignatum filio, & tũc communis eſt concluſio, q iudex, ſiue res ſint diuiſibiles, ſiue indiuiſibiles, non poteſt neque debet in omnibus rebus hæreditariis filio legitimam aſſignare, ſed in una quibuſdam rebus, prout ſibi utilius uidebit. ita tradit Bar. d. l. in quartam, nume. 9. in fi. & eſt communis opin. ut teſtatur Picus ibi, & omnes ſupra allegati. Fernãd. Vaſqu. de ſucceſ. progreſ. §. 4. nu. 36. & ſubdit eam eſſe tenendam, & de hoc non poteſt dari certa doctrina, ſed conſiſtit in iudicis arbitrio, qui pro conditione & qualitate perſonarum & rerum id debet, q æquum eſt, diiudicare, neque tamen res deteriores nec meliores, ſed mediocres debet eligere. ita tradunt omnes d. locis, vt pluribus comprobat Burſat. cõſil. 92. nume. 15.

8 Et ſcias, quod in aſſignatione legitimę iudicis arbitrio ſtandum ſit, nec ab eo appellari poſſit, uel recedi per deductionẽ ad arbitrium boni uiri. hanc dicit communem opin. Picus d. l. in quartam. nu. 147. uerſi. ſed ponamus quod iudex. quem refert Vaſqu. d. loco num. 37. concluſ. 6 ipſe tamen Picus contrarium indubitanter verius exiſtimat, ſi magna uel non leuis lęſio, ſit. alias, ſecus. quæ ſententia vti humanior & æqua ſequenda mihi uidetur.

9 Nota quoque ſingularem practicam arbitrii iudicis, quam tradit Picus d. loco, quod ſcilicet iudex faciat partes per ipſũ hæredem uel filium, deinde det electionem filio uel econtra, & ſi in partibus faciẽdis alter alteri nolit cedere, ſorte res dirimatur, iuxta l. 2. Cod. quand. & quibus quarta pars, lib. 10. hanc dicit ſingularẽ Vaſq. d. §. 4. nu. 36. in fin.

Quæſtio XVIII.

SVMMARIA.

Legitima an poſſit aſſignari in rebus alteri legalis. nu. 1. diſtinguitur.

An legatæ ſint ſpecies, uel corpora hæreditaria, nu. 2. 3. 4. & 5.

An

An uero legata non ſint hæreditaria corpora ut quantitas, nu.6.

SVcceſſiue quęro, numquid legitima, vel ſupplementum aſsignari poſſit, uel debita in rebus alteri per teſtatorem legatis? Reſpon in hac quæſtione aliter ſentire uidentur Doctores in ipſius legitimæ deductione, aliter in ſupplemento, namque Bar. d.l.in quartam, ſub nu.13. vult ſupplementum deduci tam de rebus legatis ſpecialiter, quam alijs in hæreditate manentibus pro rata, cuius contrarium tenet Imo.d.l.in quartam, quā ſententiam communiter omnes ſequi dicit Corne.conſ.148.volum 4. At vero in legitima Bal.l.non amplius.§.ſi.ff.de legato.1. concludit a ſolo hærede præſtandam eſſe, quem uidentur Doct. communiter probare, ut patet ex allegatis auctoritatibus per Gabriel. Roma.d. tit.de legit. concluſ.6. Verumtamen vtramque concluſionem ſuis declarationibus reſtringunt, limitant, ut Bart. ſententia procedat, ſi hæreditas ſit exhauſta legatis, ita vt non poſſit ſatisfieri legitimæ Baldi vero opinio quando ex alijs reb. hæredi manentibus legitima ſolui poteſt, itaque apparet reuera quo ad hoc non eſſe inter iſta duo differentiam, ſed in hoc conueniri interpretes, vitam legitima, quam eius ſupplementum non poſſit deduci de rebus ſpecialiter legatis, quādo alias ex hæreditate ſolui poteſt.

Pro reſolutione tamen, quotidianæ quæſtionis, an ſcilicet legitima, vel ſupplementū deduci poſſit de rebus alteri legatis, deſtinguendi ſunt caſus.

2 Aut enim legatæ ſunt ſpecies, uel corpora hæreditaria, & tunc ſi hæres tātum non habet in hæreditate, quod poſſit legitimum ſoluere, & habere quartam ſuā falcidiam integram, & hoc caſu legitima detrahitur tam de legatis ſpecialiter, quā hæreditate pro rata, ita ſcilicet, ut ſi teſtator deceſſerit relicto filio & hærede vniuerſali & legatarijs, & creditoribus ac debitoribus, prius deducatur æs alienum, de inde legitima, deinde detracta falcidia de reſiduo ſoluantur pro rata legata, & hoc modo dicitur legitima detrahi ita de legatis ſicut de hęreditate, ut uoluit, Bar. d.l.in quartam, per tex.l.ſi liberis. §.libertus, ff.de bon.libert. hanc dicit magis cōmuné opinionem Dec. conſ.634. Alex. conſ.134. volum.4. Corn.conſ.106.nu. 22.volum.2. Anton. Natta conſ.200. volum.1. Cratet. conſ.109. verſ.eſt uerum quod Decius Rola d. à Valle conſ.12. conſ.65.& 78. uolum.1. hanc quoque dicit magis communem Corn. conſil.148. nume.4.uolum.4. & iuuatam maioribus auctoritatibus dummodo hæres inuentarium confecerit, alias legitimam filius ab eo petere poteſt, & legata integra ſoluere tenetur, hanc dicit commu é eſſe opi. Monticul. tract.de inuentario c.9.

3 Et nota, quod prædicto caſu contra legatarios ſi poſſi ... poſſit agi quoque conditione ex lege, vt dixi infra q.

4 Sin uero tantum ſupereſt ultra quartā in hæreditate, ut ſolui poſsit legitima uel eius ſupplementum, tunc de rebus ſpecialiter legatis non deducitur, nec cōtra legatarios poſt ſolutionem legatorū (nam ante ſolutionem conueniri nō poſſe conſtat) ſi poſsideant, petere permittitur, ita uoluit ... al.d.l.ſi.ff.de rer.diuiſ.quē communiter approbatam dicit Anton. Cucchus d. auth. nouiſsima rubr. utrum contra legatarios ad legitimam agi poſſit, num.26. ut ſic. ſed hoc caſu facit quia quandocunque hæreditas eſt ſoluendo præferuntur legatarii creditoribus, multo magis igitur filiis in legitima, quæ deducto ære alieno debetur.

5 Intellige tamen prædicta, ut non procedant quādo res legatæ eſſent meliores & deteriores eſſent in hæreditate, quia tunc poſſet filius petere ſupplementum etiam in bonis legatis ne maneat defraudatus per teſtatores, iniquum enim eſſet, quòd legitima in rebus deterioribus ei aſſignaretur, ita tenet Alexand. l. Marcellus. §.res quæ, ff.ad Trebell. & eſt hæc pene omnes Docto. indubitata concluſio vt fatetur Ant. Cucch. d. auth. nouiſsima d.rubr.num.39.verſ.tertius caſus, Gabr. Roman. commu. concluſ.lib.6.tit. de legitima, concl.6.nu.3.

6 Aut uero legatæ non ſunt res hæreditariæ, uel corpora hęreditaria, ſed ſolum quantitas, puta pecuniæ, & tunc ſi tantū ſupereſt, unde hæres ſoluere poſsit, uel ſupplere legitimam, res plana eſt ita loquitur text. §.cæterum, auth. ut cum de appel.cogi. Sin uero tantum non ſupereſt, & hæres

& hæres ſoluit legata, ipſe ſolus tenetur ſupplere, nec contra legatarios filius petere, vel agere poteſt, ita uoluit Bald. d. l. omnimodo, concordans opiniones Alex. d. l. in quartam, col. pen. & fi. & hanc concordiā ſequit, & dicit eſſe veriorē Paul. de Caſt. ibi col. vlt. in fin. & cōſ. 204. vol. 2. ita tenēdum eſſe in deciſiuis, & hāc eſſe magis cōem ſniam atteſtatur Corn. conſ. 190. nu. 5. vol. 2. & conſ. 148. n. 4. & ita tenere omnes dicit Fernand. Vaſq. de ſucceſ. cre. §. 10. n. 392. ver. in vno caſu. Quia legitima debetur de vniuerſa ſubſtātia teſtatoris, & de reb. ipſius hæreditariis, cū ſit tertia pars bonorum oium, ſed quantitas non eſt ex ſubſtantia teſtatoris, quā uis eſt ex venditione rerum hæreditariū percipi poſſit, itaq; ceſſat ratio prædicta.

Quæſtio. XIX

SVMMARIVM.

An in fructibus poſſit aſſignari legitima.

QVæro, an iudex filio, legitimam in fructibus poſſit aſſignare? Reſpon. quòd ſic. ita tenet Angel. l. Centurio, ff. de vulg. & pup. ſubſt. & communem hāc eſſe opi. teſtatur Alci. d. l. in quartam, nu. 29. quem refert Menoch. de arbitr. iud. q. lib. 2. cent. 2. caſu. 163.

Quæſt. XX.

SVMMARIA.

Quæcunq; filius capit ex patrimonio defuncti iudicio teſtatoris in ultima uoluntate imputantur, ſecus in eo quod capit extra ſubſtantiam defuncti, nu. 1. & 2.

An quod filius habet ex pupillari ſubſtitutione imputetur, nu. 3.

Quid in re aliena legata, nu. 4.

An id quod filius lucratur matre tranſeunte ad ſecundas nuptias, nu. 5.

Quid in eo quod extra patris patrimonium datur patris tamen contemplatione, n. 6.

Quid in dote data ab auo uel patruo, nu. 7. & ſeq.

Quid in fructibus, nu. 9. & ſeq.

Quid in parentibus granatis. nu. 11.

NVnc opportune vidēdum, quid in legitimam imputari debeat. Et vulgata eſt concluſio, quæcunque filius capit ex patrimonio defuncti iudicio teſtatoris in vltima voluntate, ibi imputantur in legitimam, ſiue accipiat iure hæreditario, ſiue legati, ſiue ex cauſa fideicōmiſſi. tex. l. omnimodo. l. ſcimus. Cod. de inoff. teſta. & hanc dicit eſſe communem opin. Pic. d. l. in quartam. 5. q. Bar. verſic. tertia concl. Bolog. nu. 295. Ferna. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 30. nu. 245. Quod quidem procedit dummodo filio aliquid iure inſtitutionis relictum ſit, quia alias teſtamentum eſſet nullum, & filius ſuccederet patri ab inteſtato. ita tenet Bar. d. l. in quartam, & cum eo tranſeunt cōiter oēs, vt dicit Pic. d. q. nu. 180. verſ. quarta eſt concl. Bolog. nu. 296. & hoc eſſe clarū & cōe dictū Soc. iun. nu. 121. de quo dixi infra, §. teſtm̄, Ferná. vaſq. d. §. 30. n. 262. Cæterum ꝙ filius capit extra ſubſtantiā ſeu patrimonium defuncti non imputatur. tex. d. l. ſcimus, §. repletionem, ita tenet Bart. d. l. in quartam. 5. q. ſequuntur omnes, vt Alexā. ibi, nu. 18. in fi. & ꝙ iſta cōcluſio ſit veriſſima, & communis Soc. iun. ibi nu. 111. & quòd oēs in hoc conueniunt dicit Bologne. nu. 277. picus ibi num. 173. Fernand. vaſq. d. § 30. nu. 241. Quia legitima debetur de bonis, & ſubſtantia patris.

3 Ex quo infertur, quòd ſi filius fuerit inſtitutus in portione minori legitima & alteri fratri ſuo ꝑ patrē pupillariter ſubſtitutus, quicquid ex ſubſtitutione illa conſequitur, in legitima imputare non tenetur. ita ꝓbat. text. ſcd̄m cōem intellectū. d. §. repletionem, vt teſtatur Picus d. l. in quartam, in vlt. q. Bar. n. 262. Rip. d. l. in quartam n. 134. hanc dicit eſſe cōem opi. Corraſ. l. filium quem, nu. 104. C. famil. herciſ. veram cōem aſſerit Fern. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. creat. §. 10. nu. 389. Quia legitima debet capi de ſubſtantia patris, non autem fratris.

4 Infertur ſecūdo, quod ſi pater legauit rem alienam filio, eam in legitimam imputare nō tenetur, quia licet ex patris teſtamento, & de voluntate eius cōlecutus ſit, non tn̄ ex ſubſtantia eius prouenit, cū nunquam in eius bonis fuerit, ita uidetur tenere Bal. l. rem alienam. C. de legat. & ſequuntur Doct. cōiter, ut fatetur Soc. iun. d. l. in quartam, nu. 112. & communem eſſe opin. dicit Fernand. Vaſqu. de ſucceſ. creat. §. 30. num. 242. in fi. licet ipſe contrarium ſentiat, quod uerius eſt, quia imo uirtualiter ex ſubſtantia patris habet

habet qui hoc voluit legando, ut heres redimere teneatur. Nec id ſentit Bal. ad qđ allegatur, ſed quod filius cum debeat de ſubſtantia partis habere legitimam, non teneatur illud legatum acceptare pro ſua legitima, etiamſi pater dixerit, verum ſi acceptauerit, uel eius æſtimationem, in legitimam imputare tenetur.

5 Infertur tertio, quod filius non tenetur in legitimam imputare id quod lucratur matre tranſeunte ad ſecũdas nuptias, iuxta diſpoſitionem l. hac edictali. C. de ſecun. nupt. ita tenet gl. §. optime, verſic. quippe, auth. de nupt. & ibi ſequitur Angel. & ab hac ſententia recedere in conſulendo temerarium eſſe dicit Paul. de Caſt. l. vni. C. de inoffi. dotibus. hanc dicit eſſe communem opin. Bertr. conſil. 869. viſo caſu. li. 1. Franciſ. Rip. d. l. in quartam colum. fin. ad fin. nume. 219. & quod iſta ſit veritas dicit Bal. d. l. hac edictali, verſ. modo ſuper iſto, & hanc eſſe magis communem ſententiã teſtatur Roland. a valle in tract. de lucro dotis. q. 27. num. 5. & hanc eſſe ſequendã in iudiciis dicit Fulg. conſ. 97. col. 2. & quod nõ eſſet tutum in conſulendo recedere ab hac opinione aſſerit Anch. conſil. 101. colum. 1. & quod ab iſta opinione in iudicando non eſſet tutum recedere, cum pro iſta parte ſit authoritas gloſ. Bar. & aliorum, qui fuerunt illuminatores iuris ciuilis dicit Socin. conſ. 35. uolum. 4. idem firmat Dec. conſil. 246. colum. 2. hanc quoque communem dicit Ant. Cucchus auth. nouiſſima. d. rub. quæ in legitimam imputanda uerb. ex ſubſtantia. nume. 2. vbi tamen eam limitent poſt Moder. Pariſ. ad Alex. conſ. 158. volum. 5. Tu ſententiam communẽ ſequere, & illi adhæreas quicquid dixerit Sal. & quidam alii. Ratio eſt, quia id nõ immediate a matre, ſed a lege proficiſcitur, vnde hic ſeruabitur, ut primo deducaẽ legitima, & reſiduũ inter filios primi matrimonii, & maritum ſecũdum æqualiter diuidatur.

6 Sed quæro, quid ſi filius caperet extra patrimonium, quod tamen ipſius patris cõtẽplatione daretur. Pone enim quod ſint duo fratres, & vnus habeat filiã alius non, & is qui non habet filiam dotes nepotem ex fratre contemplatione fratris, vel auus, aut alia perſona dat dotẽ nepti patris contemplatione, nunquid dicta neptis petens ſupplementũ legitimæ in bonis patris eo mortuo, teneatur ſibi cõputare dotem quam habuit patruo? Reſpõ. Ardua q6 eſt & difficilis. Paul. de Caſtr. conſ. 96. incip. ſi dicta Cornelia. nume. 2. volum. 2. tenet imputari dotem nepti in legitimam. & hãc dicit eſſe communiter receptam ſententiam Soc. iun. d. l. in quartam. nu. 112. verſi. ſi pro iſta uelis, in quo communiter receptam Cucchus d. rub. auth. nouiſſima. rub. utrum data cauſa cõditionis. nu. 24. Ratio eſt, quia ꝙ filius acquirit patris contemplatione, dicitur ꝓfectitium, & dos iſta profectitia, ideoque perinde eſt, ac ſi filia cepiſſet dotẽ de ſubſtantia patris ſaltem, interpretatiue quod ad hunc effectum, ut in legitimam ſit cõputanda. Quod quidem procedit de plano

7 quando conſtat expreſsè, uel ex coniecturis, quod patruus, vel auus dotauit cõtemplatione fratris, uel filii, & ita procedit l. dedit dotem, de colla. Sed quid in dubio ſi expreſsè non conſtet? Reſpõ. Quo ad patrem dotantem de communibus bonis, in dubio præſumitur dotare contemplatione fratris, tanquam proximioris & animo repetendi, non autem contemplatione neptis. hanc dicit eſſe communem Iaſ. d. l. quod locum nume. 6. C. de collat. Villal. commun. op. lib. lit. F. numer. 156. Quia potius ratione ordinatæ effectionis præſumitur illud facere contemplatione fratris ſibi propinquioris quam filiæ ſibi remotioris, quia de communi nõ tenetur dotare neptem. ita eſt magis communis opinio, ut teſtatur Socin. conſ. 46. volum. prima colum. penul. Crot. l. ſi conſtante. nume. 30. ff. ſol. matri. licet contrariam ſententiam, quod imo teneatur dotare, aſſerit communem Deciſ. conſil. 66. 2. dubio. hæc tamen prima magis communis eſt, ut firmat Anton. Gabriel. Roman. libr. tertio titul de iure dotis, concluſ. ſecunda. numer. 4. Ideoque ſiue patruus expreſsè dotet contemplatione fratris ſiue in dubio, tenetur neptis ſibi computare dotem, quia cenſetur profecta a patre.

Cęterum in dote data ab auo, an in dubio contemplatione, patris data præſumatur, & vt profectitia imputetur, non eſt expeditum, ſunt enim qui exiſtiment, quòd

quòd auus dans dotem nepti ex filio cẽſetur dare contemplatione filii, ita tenet gloſ.l.quæſitum,ff. de leg. 1. & ſequuntur communiter Doc. vt teſtatur Corn. con 1.34.nu.3.vol.4.

Cótrarium uerò, ꝙ auus propter filiũ in dubio dotare neptem præſumatur nó contemplatione ipſius neptis, ideoque quãdo patri imputatur, qm̃ ab ipſo patre cui imputatur proficiſcitur, ut dixi infra qó.24. nepoti quoq: imputari debet in legitimam debitam in bonis paternis, tenet Ang.conſi.78.& d.l.in quartam, cum qua deciſione tranſit ſimpliciter Imol. ibi, & hanc opi. eſſe communem teſtatur Alc.conſ.179.nu.4.in fi.vol.5. Picus nu. 241.& 244. Ant. Cucchus d. rubr. num. 35.& ſeq. ex communi refert Ant. Gabr. d.concl. 5. num. 12. Quod tamen intelliges, ut ꝓcedat ſi pater eſſet pauper, quo caſu tenetur neptem dotare pro filio, ita que eius contemplatione factum præſumitur, ſecus ſi eſſet diues, quia tunc nó tenetur auus, ſed ipſe filius, itaque non imputatur, ita tenet Bald.auth.res quæ, C. com.de leg.& hanc communem opin.dicit Soc.conſi 33.col.fi.uol.3.Ant. Gabr. d.concl.5.nume.15.Crauet. conſil. 219. Quia tunc dos illa non dicitur profectitia, ſed aduentitia, ſiquidem illo caſu nó eſt obligatus auus, ita procedit cómunis doctrina: ꝙ donatum ab auo nepoti dicitur aduentitium, non profectitium, ut tenet glo.l.qui in aliena.§.interdum, verb. facit hæredem.ff. de acquir. hæred. & ibi Bart. communem dicit ſententiam Rip. dict.l.in quartam, num. 204. Alex.conſi. 138.uolu.5.Cor.conſil.34.vol.4. magis communem Anton. Gabriel.d. concl. 5. num.18.

8 Porro ſi conſtet expreſsè, uel ex coniecturis, quòd auus dotauit contemplatione ſui, uel nepotis, non filii, tunc non tenetur imputare neptis in legitimá, qa dotẽ illã non habuit de patrimonio patris, nec eius cótemplatione.tex. l. auus. ff.de iur. dot. ita tenet Bart. in d. l. dedit dotem, & eſt cómunis opi. ut teſtatur Picus d.loco, & cęteri ſupra allegati.

9 Pone filius inſtitutus eſt in maiori portione, quàm legitima, & rogatus ſub conditione, uel ad tempus reſtituere hæreditatem, numquid fructus interea perceptos in legitimam imputabit? Reſp. Circa hanc quæſtionem conſiderandi ſunt tria tempora, & iura diuerſa, namq; iure Pandectarum imputatur fructus tam in legitimam, quàm Trebellianicam. text.l. Papinianus, §. vnde ſi quis, C. de inoffi. teſtamen. & in hoc ferè omnes conſentiunt, ut fatetur Ant. Cucchus d. auth. nouiſſima, rubr. inſtitutus in portione excedente legitimam, num. 43. Iure vero Codicis in liberis primi gradus ſpeciale erat, ut non imputarentur eis. tandem Iuſtinianus ad alios deſcendentes extendit tex.eſt d.l.ſcimus, §. repletionem. ita tenet gl.ibi uerb.patris, & hanc dicit eſſe communem opi.Fernan. Vaſq.nu. 20.li. 3.de ſucceſ. reſol. Quòd procedit etiamſi duæ quartæ ſimul eſſent detrahendæ, ut dixi ſupra §.Trebel.q.11.Ratio eſt, quia fructus illi nunquam fuerunt defuncti, ſicque ex eius ſubſtanti, ſiue bonis non percipiuntur, id quod neceſſum eſt, vt in quartam imputetur.

10 Sed quid ſi filius eſſet grauatus reſtituere intra diem adeò longam, ut fructus percepti interea poſſent legitimam æquare, numquid imputabuntur? Reſpond.gloſſ dict. §. ſi conditioni uidetur tenere, hoc caſu imputari, quam plerique etiam ſequuntur, ſed iſte intellectus gloſſæ communiter reprobatur, ut no. Rip. dict.l. in fideicommiſſariam, nu.38.Ant.Cucchus dict. auth. nouiſſima.d.rub.inſtitutus in portione excedente legitimam, quia ratio diuerſitatis nulla redd i poteſt.

11 Sed an idem quoque erit in patientibus, vt fructus nó imputentur? Reſpon. quod non, ſed manét in correcta iura antiqua, uolentia quod fructus indiſtincte imputentur, ita dicit eleganter Bald. c.ſi pater.de teſtamen. in 6.& exclamat Alc. l.filiusfam. ff. ad l. falcid. per illum text. dicés ſe non meminiſſe hoc tactum per alium, quæ nota, quia ſunt quotidiana. Rip.l.fideicommiſſariam, num.43.& lib. 1.reſpond.cap.8.

Quæſtio XX.

SVMMARIA.

Cauſa conditionis implendæ data an in legitimam imputandum ſit, nu. 1.

Quid ſi detur quid hæreditarium, nu. 2.

A a Iuxta

1 IVxta prædicta quæro, nunquid datũ cã condõnis implẽdę in legitimã ſit imputandum puta ſi teſtator legatum, uel hæreditatẽ reliquit Titio ſub conditione ſi filio decem daret? Reſp. Bar. d. l. in quartam, nu. 10. ſentit ꝙ debeat imputari, & hanc dicit magis cõem opin. Corraſ. d. l. filium quem. C. famil. hercis. & vti uerisſimam ſequitur nouiſſime Fernan. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 30. nu. 247. dicẽs, ꝙ ea ſibi ſemper vera & indubitata ſint uiſa in puncto iuris.

Contrariã uerò partẽ, ꝙ imo datum cã conditionis implendæ in legitimã nõ imputetur, tenet glo. d. l. filium quem, & ſequitur Ang. d. l. in quartã, & cõem eſſę opi. teſtatur Alex. nu. 19. Picus n. 203. Franciſc. Rip. nu. 136. & quòd ſit communis opinio omnino tenenda ibidẽ firmat Bolog. nu. 232. & magis cõiter receptam dicit Soc. iun. nu. 115. & quòd Corraſ. aſſerẽs contrariam magis communem nõ dicat uerum, fatetur Vaſq. d. loco, licèt ipſe repugnet, neque exiſtimes Bar. contrariã difendere, quia alio caſu loquitur, vnde ab hac opinione non recedas.

2 Et hæc quidem planè procedunt, quãdo implendæ conditionis cauſa daretur quid non hæreditarium, ſed ſi quid detur hæreditarium, res uidetur dubia, & Doc. contrariç ſunt ſententiæ; namque quod imputetur ſentit Bar. d. l. in quartam, dũ dicit imputari, quæ iudicio teſtatoris capiuntur uim modi uel alio. ſ. ex defuncti patrimonio, & expreſsè tenet Ang. ibi, quam ſententiam uerisſimam dicit. & ſequitur Picus d. l. in quartam, q. 5. Bart. in vlt. concluſ. numer. 203. & omnes ſupra pro affirmatiua allegati. Contrarium tamen tenet Imol. d. l. in quartam, & communem hanc dicit opinionem ibi Alex. Picus d. num. 203. Soc. iun. nume. 116. & ſequ. & tutiorem, & æquiorem tanquam filio in re ſibi de. ita fauẽtem dicit Cucchus d. auth. nouiſſima, rubr. utrum data cauſa conditionis implendæ ſi ex ſubſtantia paterna imputentur, numer. 18. Mouentur, quia licet ex ſubſtantia paterna proficiſcatur: tamen legitimæ deductio quæ ipſo iure fit, & etiam ab ipſo quidem die mortis, præuenit conditionis implementum, quoniam non admittit aliquam dilationis moram. propterea cum modo detracta eſt ſaltem quo ad iuris effectus, licèt poſtea detur, non eſt amplius de imputatione agendum, nec a poteſtate aliena pendere æquum eſt, & hæc ſententia mihi uerior uidetur, nec mouet quod contrariæ partis aſſertores obiiciũt filium eſſe ſatis certum cum vel percepturus hoc ſit, vel hæres futurus eo non implente, maximè ſi hæredi adiecta ſit illa conditio, quia poteſt eſſe quod plures non unus hæres ſit inſtitutus, itaque non implentis portio cohæredibus quoque accreſcet, nec ad filium ſolum peruentura eſt, & poſſet minor eſſe pars hæreditatis, quam portio pro legitima, itaque ratio non eſt generalis, nec vndecunque ſatisfacit.

Quæſtio XXI.

SVMMARIA.

An bona feudalia imputentur in legitimam diſtinguitur, an pecunia data ſit a patre, ut filio detur feudum, nu. 1.

Quid ſi feudum primo fuit acquiſitum a patre & poſtea ad filium peruenit, num. 2. & ſeq.

QVæro, utrum etiam bona feudalia imputentur filiis verſ. aliis deſcendẽtibus? Reſp. Doc. in hac quæſtione variè ad modum loquũtur, & intricatè, & hoc inde accidit, ꝙ circa conceptiones & formulas conſtituẽtes feudum hæreditariũ, & feudum ex pacto inter eos non conuenit. Pro clara igitur reſolutione diſtingui poſſunt ſequentes caſus. Primus eſt, quãdo pater dedit pecuniam, ut dominus filio daret feudum, & tunc imputabitur filio, quia contemplatione patris capiti, ſicut quando filio emit pater militiam, & hæc concluſio non habet dubium, ut teſtatur Bolog. d. l. in quartam, nu. 314.

2 Secundus caſus eſt, quando feudũ primo fuit a patre uel anteceſſoribus acquiſitũ, & poſtea perueniret ad filium, & tũc iterũ diſtinguẽdũ eſt: aut. n. feudum eſt

3 hæreditarium, ꝙ. ſ. ſimpliciter pro accipiente, & eius hæredibus conceſſum eſt, & hoc ſiue antiquum ſit, ſiue nouũ, indiſtincte filiis & aliis deſcendentibus in legitimam imputatur. ita eſt de mente Bar. l. 1. §. nec Caſtrenſe. ff. de collat. bonor. & ita tenent Doc. communiter l. ſi patro-

ni.

ni.ff.ad Treb. el. vt teſtatur Bologn. d.l.in quartam,nu.315 Rip.nu.178. Bertr. conſil.175.vol.3. Veriorem, & magis cõem Alex.conſ.19.nu.4.vol.5.& hoc indubitanter uerum eſſe dicit Fern.Vaſq. de ſucceſſ.creat.§.30.nu.234. Ratio eſt, quia capitur iure hæreditario, & cenſetur tanquam pars hæreditatis defuncti, & appellatione hæreditatis continetur, & venit in reſtitutione fideicommiſſi, vt ſupra dixi, & per hæredis inſtitutionem filii eſſe ẽti ſunt capaces feudi, ideoq; patri hoc beneficium acceptum ferre debent unde cum ex hæreditate, & ſubſtãtia patris habent imputare debent.

4 Et prædicta fortius procedunt, & ſint ſcrupulo, ſi feudũ eſſet ſimpliciter & abſolute hæreditarium pro ſe & quibuſcũque hæredibus acquiſitum, quia iudicatur, ut alia bona allodialia, vt dixi ſupra §.hæreditas,q.12.

5 Aut uero feudum eſt ex pacto, & prouidentia, ut puta pro accipiente & liberis vel filiis cõceſſum, & ſi quidẽ tale feudũ fuerit antiquum, acquiſitũ.ſ.non ab ipſo, de cuius ſucceſſione agitur, ſed ab eius patre, uel aliis aſcendentibus, tale feudum indiſtincte in legitimam non imputatur. ita tenet Paul.de Caſt.& Alex.d.l.ſi patroni, qui dicit hanc eſſe cõem opi. hanc quoque communiter receptam dicit Bolog. d.l.in quartam, nu.315. Rui.n.27.& hoc dicit indubitatum eſſe Ant.Cucchus repet.d.auth.nouiſſima.rub. Quæ ſint imputanda.nu.6.& q illa ſit uera & cõmunis opi.dicit Fern.Vaſq.d.§.30.nu.233. verſi.unde etiam colligitur. Alex.d.conſi.29.nu.4. Iul.Clar.§.teſtam.q.4. Quia tale feudum capitur extra ſubſtantiã patris, & ex ſola prouidentia, diciturque aduentitium non profectitium reſpectu patris, in cuius bonis legitima deducenda iuxt.gl. approbatam in l.quæſitum eſt ff. de leg.1. ideoque ſicut cætera bona aduẽtitia filiis in legitimam imputari non debet.

Sin uero tale feudum ex pacto, & prouidentia acquiſitum fuerit nouum ut qa a patre de cuius ſucceſſione agitur acquiſitũ eſt, licet alii aliter diſtinguant, tamẽ cõis eſt, opinio q indiſtincte deſcendentib. in legitima imputatur, ſiue pecunia ſua, ſiue gratuito acquiſiuit. ita tenet Paul. de Caſt.l.oĩmodo.d.§imputari, & eã dicit magis cõem Alex.d.conſi.29.n.4. Soc. in l.cum filio familias, nu.51.ff. de lega.1. Bolog.d.l.in quartam,n.316. Rui.nu.27. an ſniam dicunt ueriorem Mod.Pari.add. ad Ale.conſi.8.lib.3. Fern.Vaſq. d. §. 30. nu.235.& veriſſimã dicit Corraſ. d.l. ſiliũ quẽ, n.94. Quia in eo acquirendo magna eſt pr̃is poteſtas, cũ poſſit poſtea alienare cũ Domini conſenſu, ideoq; filii dicuntur habere a patre qui nõ auferẽdo uidetur cõcedere, vnde ẽt ſicut alia ex contractu patris, & occaſione patris eis acquiſita, in legitimam imputare debent.

Quæſtio XXII.

SVMMARIA.

Quæ ex diſpoſitione patris inter uiuos capiũtur, non imputantur, nu.1.
Quid ſi teſtator voluit imputari, nu.2. & 3.
Procedunt prædicta in donatione ualida, nume.4. etiamſi eſſet inæqualitas inter fratres, nu.5.
Quid in donatione inualida, nu.6.
Quid ſi pater donauit cũ emancipato nu.7.
Quid ſi propter merita, nu.8. 9 & 10.
Quid ſi donatio fuit inuſta, nu.11.
Donatio ualida non imputatur & quando, nu.12.13.& 14.

1 REgulare eſt, quod quæ ex diſpoſitione pr̃is, inter uiuos capiuntur, in legitimam non imputatur. tex. l. ſi quã & d.Auth.nouiſſima, C.de inof teſt. Qđ quidem procedit in dubio: Secus uero ſi 2 teſtator expreſſim voluit quod deberent imputari quia tunc data inter uiuos etiã vel donata imputantur indiſtincte.text.l. ſi quando.§.generaliter, C.de inof.teſta. & hanc ſniam tãquã indubitatam ſequũtur omnes Doct. ut teſtatur Picus d.l. in quartam.nu.187 Fern.Vaſqu. de ſucceſ. creat.§.30.nu.258.& firmam ac inconcuſſam propoſitionem appellat Ant.Cucchus dict.Auth.nouiſſima,rub. Data inter uiuos non imputari,nu.20.

3 Hoc tamen. ita demum locũ habet, ſi ipſo donationis tẽpore teſtator hoc expſſit, vt in legitimã imputaretur, vel ſi poſtea ẽt expreſſit, quũ donatio ab initio non ualebat, ſed morte confirmabatur, quia ta-

ſis donatio habet vim relicti, vnde vſque ad mortem poteſt reuocari & declarari, iſta eſt uera & communis opinio, ut teſtatur Rip. d. l. in quartam, n. 142. cum ſeq. Fern. Vaſq. d. §. 30. nu. 258.

4 Item ſcias prędictam concluſioné procedere in donatione a patre facta filio ſimpliciter, quæ tamen ab initio ualuit, nec indiget ut morte confirmetur, ea enim non imputatur in legitimam, niſi a patre dictum ſit. tex. d. §. & generaliter, & illa concluſio tenetur communiter, ut teſtatur Picus d. l. in quartam, nu. 187. uerſ. ſeptima concluſio eſt. Rip. nu. 143. cũ ſeq. & nu. 160. & ſeq. Ruin nu. 18. & nu. 23. Communem dicit quoq; Corraſ. d. l. filium quem, nu. 106. cum ſeq. Dida. Cou. c. Rainal. §. 2. nu. 6. Fern. Vaſq. d. §. 30. nu. 253.

5 Quinimo procedit, etiam ſi inter fratres emergeret inæqualitas, tñ non eſſet imputanda alis donatio ita tenet glo. l. & liberi, C. de collat. quam cõiter ſequuntur Doc. vt teſtatur ibi Iaſ. & Cor. Rip. d. l. in quartam, nu. 150.

6 Quod ſi donatio non valuit ab initio, ſed morte confirmetur, habet uim legati, & ideo in portionem legitimæ imputatur. ita tenet Barto. d. l. in quartam, eſtq; cõis & vera opinio, vt oẽs ſupradicti teſtantur, Dec. l. illud, n. 8, C. de colla. Soc. iun. d. l. in quartam, nu. 130. Rip. nu. 144. Fern. Vaſq. d. §. 30. nu. 261 licet ipſe contrariam magis cõiter teneri putet, tamen decipitur, ab hac igitur non recedat. Cõmunem Alex. l. illam, C. de collat. Ruin. d. l. in quartam, nu. 45.

Ex quo infertur, quod ſi pater donaret filio cauſa emancipationis, quoniam talis donatio ualida eſt, filius non imputabit in legitimam. ita tenet Barto. d. l. in quartam nu. 10 & ibi dicit hanc eſſe communé opi. Picus nu. 187 & ſeq. ver. ſeptima concluſio, Rip. nu. 183. Rain. nu. 23. Fern. Vaſq. d. §. 30. nu. 259. & quãuis ipſe dicat, quod Picus d. loco contrariã parté cõmuniter dicat, ego tñ id nõ reperio, quia eſt ſimplex donatio, nõ ob cauſam. Intellige tñ hoc niſi pater expreſſe dixerit in datione, quod pro ſua portione habeat, quia tunc imputabitur. ita docet Barto. d. l. in quartam, & ſequuntur cõmuniter Doct. vt fatetur Soc. iun. ibi nu. 337. Alexand. conſi. 142. vol. 2. nu. 22.

8 Infertur ſecundo, quod ſi donatio facta ſit filio in poteſtate propter merita præcedentia, ea donatio imputanda non eſt. ita tenet Bar. d. l. in quartam, & hanc dicit eſſe communem opin. Picus nu. 60. Ruin. nu. 23. & 18. Fern. Vaſq. d. §. 30. n. 256. Quia talis donatio ſtatim ualet, & lucrum dicitur aduentitium, ſi quidem ex propriis operis acquirere videtur. ita tenet gl. & omnes Auth. unde ſi parens. C. de inof. teſta. vt teſtatur Petr. a Duen. Reg. 222. limi. 1.

9 Quod tamen intelligitur dũmodo probentur benemerita, nec ſufficit patris confeſſio, ne fiat fraus reliquis liberis, ita tenet gl. l. ſi donatione, C. de colla. & communiter ſequuntur Doc. vt teſtantur oẽs ſupra allegati.

10 Item intellige, qñ benemerita rei donatæ reſponderent, ita eſt gl. not. & communiter approbata d. l. ſi donatiõe, verſ. poſtulas, ut teſtatur Petr. a Duen. d. reg.

11 Infertur tertio, quod ſi donatio fuit iurata filius non imputabit in legitimam niſi dictum ſit expreſſum a patre tempore donationis, quoniam iuramentum cõfirmat donationem inter patrem & filiũ hanc dicit communem eſſe Doct. ſententiam Picus d. l. in quartam, nu. 188. & ibi magis communem dicit Soc. iu. nu. 128. Alex. conſi. 8. nu. 2. uol. 2. Ant. Cucchus d. rubr. data. inter uiuos, nu. 41. Crauet. conſi. 136. nume. 12. lib. 1. & quod ab initio ualet ſecundum communem opin. teſtatur Dec. conſi. 216. nu. 2. Nonius conſ. 49. nu. 14.

12 Scias tamen, q ſi donatio quæ ab initio valuit, aſcendat ad legitimæ ſummam tũc in legitima imputabitur. ita tenet Bar. l. 1. §. ſi parens, ff. ſi a parent. quis fuer. manumiſ. & hanc dicit eſſe cõem opinioné Rip. d. l. in quartam, nu. 146. Imo. l. cum quo. §. h. ff. ad l. falcid. Betran. conſi. 81. & 82. uol. 1. Fern. Vaſq. d. §. 30. nu. 154. qui tamen contrarium tenet. Ratio eſt, quod pater quæ filio dedit, uideatur eo modo ideo temperaſſe quod de imputatione cogitaret.

13 Item ſcias quod præfata declaratio, ſimplicem donationem filio factam ab initio validam non imputari, procedit quando titulus donationis expreſſim

patet,

patet, ſecus ſi aliquorum bonorum traditio ſimpliciter ſit a patre abſque donationis titulo, quia bona ſit tradita imputantur in legitimã, ita tenet Bar.d.§.ſi parens, & eſt cõis opinio, ut teſtatur Corraſ.d.l.filiũ quem, nu.109.Fern.Vaſq.d.§.30.nu.255.Quam tñ quidam intelligẽdum dicunt, qñ dicta bona ſimpliciter data, legitimæ ſummã expleant; ſecus ſi vel excedunt, uel minoris æſtimationis eſſent, quaſi tunc donatio eſſet præſumenda, & hanc tutiorẽ dicit Cucchus Auth. nouiſſima, d.rub.data inter uiuos, nu.25. Sed Bar.quem cõiter ſequuntur hoc non dicit, ſed indiſtincte loquitur.

14 Declaratur ẽt præfata regula quæ aſſerit in uita donata non imputari, ut procedat in ſimplici donatione, ſecus eſt i donatione ob cãm, illa.n.in legitimã filio debet imputari, ita tenet Bar.d.l.in quartã, n.10.& eſt cõis opinio, ut teſtatur Picus ibi n.60.in fi.Corraſ.d.l.filiũ quem, n.115.Rip.d.l.in quartã, nu.148. Rui.n.13.Vaſq.d.§.30.n.250.& quod Bar.Doc.oẽs ſequuntur dicit Petr.a Duen.d.Reg.222.in prin.ex quibus ad pluriuin quæſtionum deciſionem perueniri poteſt, de quibus ordine & ſeriatim, ut eo commodius explicentur, dicemus.

Quæſtio XXIII.

SVMMARIA.

An dos data filiæ ſit imputanda, nu.1.
Quid de iocalibus, nu.2.
Quid in donatione propter nuptias, nu.3.
Quid in eo quod pater filiæ monaſterium ingredienti donat, nu.4.
Quid ſi pater poſtea in teſtamento integram reliquid legitimam, nu.5.
An nepotibus imputetur dos matris, n.6.diſtinguuntur caſus, nu.7.& ſeq.

1 QVæro, itaq; an dos data filiæ ueniat imputanda in legitimam? Reſpond. quod ſic. text.l. quoniam nouella, C.de inoff.teſt.ita tenet Barto.d.l.in quartam, & eſt vera & communis opin. ut teſtatur ibi Picus nu.382. ver. quinta concluſio. Bolongn.dicens eam non habere difficultatem nu.300.Corraſ.d.l.filium quẽ, nu.128.C.famil.herciſ.d.l.in quartam, num. 148.Ruin.nu.13.qui dicit quod cum ratione Bar.tranſeunt omnes Fer. Vaſq d.§.30.nu.265.Quia fit ob cauſam neceſſariam, qua tenetur pater filiã dotare; Quinimo uidetur data pp ſtimulũ naturalẽ ex obligatione ad alimenta præſtanda; preoccupãdo legitimã ipſam & propter cauſam matrimonii, & non ex mera liberalitate, & ideo uidetur dari animo compenſandi cum legitima.

2 Et hæc concluſio procedit non tantũ in dote, ſed etiam in iocalibus veſtibus, & omnibus filiæ datis occaſione matrimonii, dummodo ueſtes ſint precioſæ, & non ad vſũ quotidianũ neceſſariæ, & alia quæ pater alias daturus non fuiſſet veriſimiliter, Namq; filia petens ſupplementũ legitimæ, teneẽ oĩa quæ ex domo patris ſecum tulit imputare in legitimã. ita tenet Bar.l.1.§.nec Caſtrenſe, nu.9.ff. de colla.& quod hæc uidetur communis opinio dicit Vaſq.d.§.30.nu.266.quod not.quia quotidianum.

3 Idem dic in donatione propter nuptias filio facta: Namque iſta quoq ue in legitimam imputanda eſt.ita tenet Bart. d.l.in quartam, & eſt uera & communis ſententia, ut teſtatur ibi Picus num. 187. Rip.nu.148.Corraſ.d.l.filium quem nu. 115.Vaſq.d.§.30.nu.267.

4 Idem dic in eo quod pater filię monaſterium ingredienti donat ſiue ſuper altare ponit, namq; imputatur legitimæ ita tenet Bar.d.l.1.§.ſi parens, ff. ſi quis a parent.& ex communi opin.reſoluit Alex. d.l.in quartam, n.24.Rip.n.155.& teſtatur Vaſq.d.§.30.n.251. Quia illud loco dotis ſuccedere dicitur.

5 Sed quæro, quid ſi pater poſtea in teſtaméto reliquiſſet filiæ vel filio integrã legitimam: Nunquid imputetur dos vel donatio propter nuptias in uita data? Reſpon.Pau.de Caſt.in l. ſi cum dotem, §.ſi pater, ff. ſolut. matrimo. tenet quod dos non ſit imputanda, nec alia a patre data, ſed quod ultra dotem, & ea quæ habuit, poſſit peti integra legitima, quod computatio ſit inducta ad excludendam querelam quæ cum ceſſet, ceſſare debent & imputationes.

Contrarium tamen tenet Bald.l.quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen. quod imo dos imputetur ſiue

ſimpliciter legitimam, ſiue integram legitimam deinde pater relinquat, & hác opinionem ſequuntur Docto. communiter, vt teſtatur Bereng. Fern. dict. l. in quartā, Art. 3. 68. per text. l. 1. §. fin. C. de collat. dot. & quod hæc opinio Baldi. teneretur in practica dicit Picus ibi nu. 184. Anto. Cucchus d. Auth. nouiſſima. Rubr. data inter viuos, nu. 42. qui tamen in contrariam partem pronior eſt, Soci. iun. num. 124. verſ. ita concluſio ipſe tamen Fernand. diſtinguendo conciliat has opiniones vt prior vera ſit, quando hæres eſt extraneus, poſterior quando ageretur contra hæredem qui de liberis ſit, & ſubdit ſe ita iudicaturum. quæ ſententia ſapit ęquitatem.

6 Quæro item, pone pater dedit dotem filiæ, mortua eſt filia relictis filiis qui ſūt nepotes ipſius patris, deinde mortuus pater auus nepotum maternus, ipſis nepotibus in aliqua re inſtitutis, aliis forte ex filio nepotibus hæredibus vniuerſalibus inſtitutis, numquid teneantur cōputare dotem datam matri defunctæ per auum maternum, ſi agant ad ſupplementum? Reſpond. Quæſtio eſt ardua, in qua tanta extat Docto. contrarietas, vt moderni vix audeant pedem figere: Affirmatiuam partem tenet Bart. d. l. in quartam, quem ſequuntur Docto. communiter ut teſtatur Picus numer. 382. Veriorem & receptiorem dicit ibi Berengar. Fernand. art. 3. numer. 101. Alex. d. l. illam, C. de collat. & conſi. 24. viſis dubiis vol. 1. conſil. 103. volum. 4. Alciat. tract. præſump. reg. 1. præſumpt. 17. in fin. Barb. conſil. 40. illud afferam, magis communem aſſerit Socin. iun. conſi. 67. numer. 60. volum. 2. Tobias Nonius conſil. 49. numer. 1. & dicit Rapha. Cuma. conſil. 10. quod licet opinió Barto. ſit æqua: tamen maiores authoritates ſunt pro opinione Baldi. Ratio eſt quia quicquid conſequitur nepos ab auo ex ſubſtantia & bonis eius, in legitimam imputare debet quod hic eſt. Namque mortua filia dos profectitia reuertitur ad patrem etiam exiſtentibus liberis ſecundum commuuem, de qua dixi in §. dos, & ita habent ab auo: imo attenta conſuetudine quæ liberis dotem attribuit idem eſt, quia ea aufert auo, & dat nepotibus; igitur dicuntur habere non ex perſona matris, ſed ab auo.

Contrariam verò partem, quod nepotes non teneantur computare in legitimā tenet Bal. d. l. illam, nu. 7. C. de collat. qui refert Iacob. de Beluiſ. dicens nullam ſuper hoc eſſe dubitationem, & hanc dicit uideri veriorem Tobias Nonius d. conſi. 49. num. 11. ipſe tamen Bal. diſtinctionis fœdere conciliare opiniones nititur, ut prior opinio procedat quando nepos cum patruis, uel auunculis ſuccedit, poſterior quando paribus in gradu, aliis ſcilicet nepotibus. hanc diſtinctionem ſequitur Imol. d. l. in quartam, tanquam rationabilem. hanc dicit communem opin. Modernorū Bene. de Plumbino in quodam conſi. ut allegat eum Cor. conſi. 90. num. 2. vol. 2. & dicit idem Corn. in eam concurrere vtriuſque partis fautores, & ab ea in decidendo non eſſe recedendū Rip. d. l. in quartam, nu. 198. vbi dicit Doc. admittere hanc diſtinctionem, qū nepotes dotem conſequuntur virtute conſuetudinis, non autē vt hæredes matris, quia hoc caſu inter Doc. nulla eſt diſcordia, ſecundum Pau. de Caſt. d. l. illam. Quid dicendum in hoc arduo & difficili paſſu? Reperio quod Doc. non in omnibus caſibus ſint diſcordes, Vnde pro enuenda veritate in hoc quotidiano articulo plures caſus conſidero.

7 Primus caſus eſt, quando pater dedit dotem filiæ emancipatæ, nec vlla acceſſit ſtipulatio, & tūnc non fit imputatio, qa tunc ab auo, ſed matre eius ut hæredes habent, eó quod ius illud totum matri quæritur, & ad patrem non reuertitur vnde habent nepotes, & hæred es matris. ita tenet Bar. & omnes fatentur ut ait Picus d. l. in quartam, nu. 226. in 9. q. Bar. & nu. 234.

8 Secundus caſus eſt, quando pater dedit dotem filiæ in poteſtate, poſtea eam emancipauit abſque reſeruatione dotis, & tunc idem, quia totum ius in perſonam filiæ uidetur conſolidatum, & his duobus caſibus & ſeq. dicit communiter omnes Docto. concordare Socin. iun. d. l. nume. 140. & quod ita ſentiunt fere omnes teſtatur Picus dict. l. in quartam, n. 9. q. Bart. 3. limit. nu. 235. qui ſubdit quod in practica non recederetur ab iſtis limitationibus.

9 Tertius caſus eſt, quando pater dedit dotem ꝑ filia in poteſtate, & ſtipulatus eam in omnem caſum reddi filiæ, & ſimiliter non fiet imputatio, quia pater dicitur donaſſe filię, & omne ius filiæ quæritur ita tenet Bar. l. poſt dotem, q. 5. ff. ſol. mat. & hãc dicit eſſe communem opi. Alex. cõſ. 23. uol. 4. Dec. d. l. illam, col. fi. C. de colla. Tobias Non d. conſ. 49. nu. 4. Soc. iun. d. l. in quartam, numer. 140. qui ſubdit ab his nõ eſſe recedendum in practica, & Picus 9. q. Bar. nu. 226.

10 Idem eſt ſi pater ſtipulatus eſt reddi in vnum caſum, ſcilicet ſi ſine liberis deceſſerit filia. Namque eo caſu quo extãt liberi dicetur filiæ donaſſe. ita tenet Bar d. l. poſt dotem, q. 4. & ſequũtur communiter Doct. ut teſtatur. Socin. iun. d. l. in quartam, num. 140. Corne. conſ. 190. nume. 3. lib. 2. & quod ita cum Bart. magis communiter tranſeunt Doctores teſtatur Alex. d. l. illam, Ruin. d. l. in quartã, nu. 58. Communiorem & veriorem aſſerit Picus in 9. q. Bart. nu. 233. & hanc eſſe communem Doc. ſententiam in prædictis duobus caſibus aſſerunt Alex. conſi. 24. n. 4. Mod. Pariſ. add. ad Alex. conſ. 24. lit. A. & ſubdit in hac Bald. & utriuſque partis ſectatores conuenire, licet ipſe eã non probet.

11 Et nota quod prędicta procedũt, etſi pater dando dotem filiæ ſtipulatus fuit dotem illam reſtitui filię etiam abſente filia. Namque ei nihilominus ius in dote acquiritur, & poteſt pater filiæ abſenti ſtipulari. ita tenet Salic. d. l. ſi cum doté in princip. ff. ſol. matr. & ita communiter tenetur, ut ait Decius d. l. illam: Tobias Nonius d. conſ. 49. nu. 5. & ſeq. & ſubdũt dictum Bart. contrarium tenentis in l. ſi conſtante, q. 5. 2. q. princi. ff. ſol. matr. reprobatum.

12 Quartus caſus eſt, quando pater dando dotem filię ſuę, ſtipulatus eſt ſibiipſi in omnem caſum & euentum reddi dotem, & tunc non eſt dubium ſi nepotes dotem habeant, quin imputare teneantur. hunc caſum eſſe extra controuerſiã dicit Socin. iun. d. l. in quartam, nu. 141. Quod proprie de ſubſtantia aui ſit & ad eum redire debuiſſet.

13 Quintus caſus eſt, ſi pater dans dotem filiæ ſuę, eã ſoluto matrimonio ſtipulatus eſt liberis ſiue nepotib. ſuis reſtitui, & tunc idem eſt, quia habent ab auo, & ex eius prouiſione, & de plano hoc procedere firmat Soc. iun. d. l. in quartam, numer. 141. & pro indubitato hunc caſum ponit Corn. d. conſ. 90. nu. 4.

14 Sextus caſus eſt, quando pater filię in poteſtate dat dotem & nihil ſtipulatur, vel ſtipulatur ſimpliciter doté reddi, & tunc atteta iuris diſpoſitione quod dos reuertitur ad patrem, indubitanter uera eſt opinio Bar. de qua ſupra quod imputetur, & hæc eſt communis, nec aliquis ſentit cõtrarium ut fatetur Picus d. l. in quartam, nu. 222. in fi. in 9. q. Bar. idem oẽs ſupra allegati dicunt. Quia ex quo reuertitᷣ ad patrẽ ſecundum cõem dicitur in eius bonis: Quod not. Vtilitas uerſatᷣ in caſibus, quib. illa conſuetudo ceſſat.

15 Sin uero loquamur attenta conſuetudine, quod dos non reuertatur ad patré ſtantibus liberis iſto caſu procedit maxime diſputatio Doctorum, de qua ſupra. Sed magis communis eſt opinio Bart. quod imputetur in legitimam, & ab ea in iudicando & conſulendo recedendum non eſſe, quæ eſt ipſa ueritas dicit Picus d. l. in quartam, in 9. q. Bart. nu. 231. idem firmat Soc. iunior ibi nu. 242. ue. ſ. ad ſecũdum reſpondetur. Quia Nepotes non capiunt dotem maternam, ut hæredes matris, ſed ex ſubſtantia auita, conſuetudo enim aufert auo non matri, quia de iure ea moriente uenit conſolidanda in eum, ideo impoſſibile eſt, qđ & hæredes matris habeantur, & hæc nota, quia ſunt quotidiana.

Quæſtio XXIIII.

SVMMARIA.

An dos data nepti imputetur, n. 1. declaratur quando contemplatione filij data eſt, nu. 2.

1 QVæro de quęſtione multum practicabili: Pone, Auus dedit dotem pro nepte ex filio, moritur auus, filius petit ſupplementum legitimæ, nunquid teneatur filius imputare dotem datam filiæ ſuæ a patre, uel tantominus accipere de parte uenie s ad diuiſionem cum fratribus quantum fuit dos data filiæ? Reſ. Dubia eſt qó, Cyn. in l. ſcimus, q. 5. dicit ꝙ cõputetᷣ filio in legitimã, quia dos ꝓceſſit de bonis aui, & proſecuta eſt filiũ,

& hác dicit verioré opinioné Alc. in tra. pſump. Reg. 1. præſump. 17. n. 4. & cōem dicit Crau. cóſ. 219. Ant. Cucchus Auth. nouiſſi. nu. Rub. vtrũ data cã conditionis impléátę. nu. 35. & ex cōi refert Ant. Gabriel. cócl. li. 3. de iure dot. cócl. 5. Cōtrariũ tenet Bal. Aut. ex teſtō, C. de colla. ꝙ ſci licet dos data nepti nō imputeť patri in legitimã. idé tenet Aret. l. qui ſi aliena, §. interdũ, ff. de acq. hære. & dicit hác veriore Trottus addr. ad Rip. d. l. in quartã, ſub nu. 202. & neſcire q̃ ſit cōior: Sed prioré vti magis cóem ſequere, quã oẽs amplecti in d. l. in quartam dicunt Moder Pariſ. ad Alex. conſi. 31. lit. A. vol. 4.

2 Intellige tamen hanc cōcluſioné ꝓcedere qñ contéplatione filij dotaret auus nepté, vel in dubio, quo caſu id pſumit: Secus ſi neptis contéplatione dotaſſet, vt q uia filius fuiſſet diues tépore datæ dotis, quo caſu auus nō teneť dotare nepté, itaq; p ſumitur cōtéplatione neptis data dos nō filii: Secus ſi filius fuit pauꝑ qñ tũc auus ex quo teneť dotare nepté propter filiũ, eius contéplatione dediſſe intelligitur, & dicitur nō aduentitia, ſed dos ꝓfectitia. ita tenet Alex. d. l. in quartã, & ſequunť Doc. cōiter, vt firmat Rip. ibi n. 204. & prędicti omnes. Quia datũ ab auo nepotibus, quib. non erat obligatus aliquid dare, dicitur aduentitiũ, & nō profectitium, ut eſt glo. cōiter approbata ſecundum eoſdem. & hanc ſententiã dicunt veram Moder. Pariſ. ad Alexan. conſi. 138. verb. obligatur, vol. 5.

Queſt. XXV.

SVMMARIA.

An fil o in peculium data imputentur. n. 1. declaratur, nu. 2. & ſeq.

1 QVero, an illud quod pater filio uiuẽs conceſſit in peculiũ eo mortuo et in legitima ſit imputãdũ? Reſp. ꝙ ſic. ita tenet Bar. d. l. in quartã, & ſequunť cōiter Doc. ut teſtať Alex. ibi, Picus n. 202. Soc. iun. n. 134. per tex. l. ſi donatione ſcd̃m cōem intellectũ, C. de colla. Vaſq. da ſucceſ. creat. §. 30. nu. 62. 2 dixi ſupra q. 17. Quod procedit ſiue expreſsè ſiue tacitè pr̃ cōceſſit, quia ſimpliciter dediſſet nō facta mentione peculij Quia quando pr̃ ſimpliciter cōcedit, uidetur in peculium concedere. ita tenet Bart. l. 1. §. ſi parens, ff. ſi a parentib. quis fue. manumi. & eſt cōis opin. ut prædicti teſtantur. Id tamen reſtringit Imol. l. cũ 3 quo, §. ſi. ff. ad l. falc. ut prædicta procedant, quando pater dediſſet tm̃ quantũ valet legitima. ſecus ſi minus, quia non imputabitur, & dicit Picus d. l. in quartã, quod propter authoritaté tenẽtium, iſta limitatio ſeruaretur in practica ſed Bart. ſnia communis & uerior eſt indiſtincte.

Queſtio XXVI.

SVMMARIA.

An officium emptum ex pecunia patri imputetur, nu. 1. declaratur, nu. 2.

Quid in beneficio eccleſiaſtico, n. 3. itẽ ĩ expẽſis pro conſequendo doctoratu, num. 4.

Quid in ſalarii aduocandi empto, nu. 5.

1 QVæro, nũquid filius teneatur in legitimã imputare officiũ emptum ex pecunia pr̃is? Reſp. ꝙ ſic. ita tenet Bar. l. 1. §. nec Caſtrenſe, ff. de colla. bonor. & d. l. in quartã, & hanc dicit. verã & communem opi. Rip. ibid. Picus num. 201. Quæ concluſio tamẽ procedit, quãdo tale officium & vendi poterat & tranſmitti ad hæredes, uel ſaltẽ uendi aut trãſmitti. hæc eſt cōis opi. ut teſtatur. Vital. Nemau. trac. de collat. q. 28. Secus uero ſi nec vendi nec tranſmitti poteſt: Namque tunc non imputatur in legitimam. ita tenet Bar. d. l. in quartam, & communiter Doc. ut iidem teſtantur, & Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 30. nu. 203.

3 Ex quo infert, beneficiũ eccleſiaſticũ, vel præbendã non eſſe imputandam, qa beneficiũ neq; uendi, neq; tranſmitti poteſt, ita tenet Bart. d. §. nec Caſtrenſe, & hãc dicit eſſe cōem opinionem Corraſ. d. l. filiũ quem, C. fami. hercif. Rip. d. l in quartam n. 166. Alex. nu. 22. & ſeq. Fer. Vaſq. d. §. 30. n. 216. Quia tale ſacerdotiũ efficitur peculium Caſtrenſe uel quaſi. quod non imputatur.

4 Quid item in expẽſis factis a patre in conſequendo doctoratu, uel aliis honoribus filiorum, nunquid erunt imputandæ in eorum legitimã? Reſp. quod non ita tenet Bar. d. §. nec Caſtrenſe. hanc dicit eſſe cōem Corraſ. d. l. filium quẽ, nu. 310. C. famil. hercif. Rip. d. l. in quartam, num. 166. Fern. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 30. num. 214. Quia doctoratus eſt dignitas

gnitas quæ nec uendi nec tranſmitti poteſt,& loco Caſtrenſi peculii, quod non imputatur in legitimam.

5 Infertur quod ſi pater ſua pecunia filio ſalarium aduocandi quæſiuit, ceſſat imputatio, ita tenet Paul.de Caſt.d.§.nec Caſtrenſe, & eſt cōis opi.ut aſſerit Fern. Vaſq.de ſucceſ.creat.d.§.30.nu.217.

Quæſtio XXVII.

SVMMARIVM.

Sumptus ſtudiorum an imputentur.

QVæro, quid in expenſis, ſiue ſumptibus donatis per patrem cauſa ſtudiorum, numquid imputentur filio in legitimam? Reſp. Ang.d.l.in quartam, tenet talem donationem ualere abſq; confirmatione mortis, itaque non imputari. Sed magis commuuem uideri in contrarium dicit Alex.ibi num.21.in fin.

Quæſtio XXVIII.

SVMMARIA.

An libri quos pater emit, in legitimā imputentur, diſtinguitur an ſimpliciter traditi ſint, uel donati, nu.1.& tūc conſiderātur plures caſus, nu.2.3.4.& ſeq.

1 QVæro, an libri quos pater filio emit ut literis operam daret, in eius legitimam imputētur? Reſp. Pro reſolutione duo caſus sūt cōſiderandi. Primus ē, qñ pater donauit libros. Secūdus caſus, qñ non donauit, ſed ſimpliciter tradidit.

2 Primo caſu iterum conſidera plures caſus: Primus eſt, qñ donauit filio emācipato,& tunc non imputantur filio in legitimam, ita tenet Doct.cōiter, ut teſtaſ Vaſqui.d.§.30.nu.205.& cæteri infra allegati. Quia tūc ab initio ualuit donatio, nec eget mortis confirmatione, conſequenter non imputantur.

3 Secundus caſus eſt, quando pater donauit filio in poteſtate, qui filius modo eſt doctor, licentiatus vel aduocatus, & iſto caſu non imputat in legitimam, ita tenet Bar.d §.nec Caſtrenſe, & eſt communis opinio ut teſtatur Alex.d.l.ſi donatione, C.de collat.Iaſ.l.filiæ, C.famil. herciſ.Rip.d.l.in quartam, num.168.Nemau.trac.de colla.q.5.

4 Sed quid ſi pater filio ſcholari tradit libros, qui poſtea in uita ipſius factus eſt doctor aut licentiam, numquid imputabit? Reſp. quod non, ita dicit eſſe communem opi. Alex.conſ. 142. circa primum, vol.2.Rip.d.l.in quartam, nu.168.Fern. Vaſq.d.§.30.nu.211.quia iure Caſtrenſis peculii eos libros habere incipit.

5 Tertius caſus, eſt, quando pater donauit filio in ſacris conſtituto, & idem eſt ac ſi doctori donaſſet, ita tenet Barto.d.§. nec Caſtrenſe, cuius doctrinam communiter approbatam dicit Alex. l. in donatione, C.de collat.Iaſ.l.filiæ, C.eod.Rip. d.l.in quartam, nu.168.

6 Quartus caſus eſt, quando pater emit libros filio ſcholari & tradidit, qui nec in patris uita doctor factus eſt, & tunc imputantur in legitimam, quia donatio ab initio non ualuit, ſed morte tantum confirmatur in uim relicti, ita tenēt Bar. §.nec Caſtrenſe,& ſequuntur Doct.communiter, ut teſtantur oēs locis prædict.

7 Secundo caſu principali, quando ſcilicet pater libros non donauit expreſſe, ſed ſimpliciter tradidit, quod ſi domi habebat pater uel proprio nomine emit, tunc non præſumitur donatio, ſed libri in peculiū filio conceſſi, & in legitimam imputātur: Secus ſi nomine filii eſsēt empti, ita dicit cōem Vaſq.d.§.30.nu. 213.

8 Sin uero libri non ſint traditi filio in uita, tunc talis donatio nō confirmatur, nec poteſt filius tales libros tāquam præcipuos petere. ita tradit Bar.d.§. nec caſtrenſe, qui communiter approbatur, ut teſtantur Doct.ſupra allegati omnes.

Quæſtio XXIX.

SVMMARIVM.

An equi & arma filio data imputentur.

QVæro, an equi & arma à patre filio data in legitimā imputētur? Reſp. qđ non, ita tenet groſ.l.q̄ pater, ff. famil. herciſ.& eſt cōis opinio, ut teſtatur Rip. d.l.in quartam, Fernand.Vaſqui.d.§.30. nu.215. Quod indubitanter procedit, ſi filio eunti ad bellum data eſſent, aliàs. dicendum eſſet ut in præced.quæſt.

Quæſtio XXX.

SVMMARIA.

An quod pater dedit pro cōdemnatione filij, imputetur, nu.1.& ſeq.

Quod in eo quod filius pro patre uel frater pro fratre ſoluit, nu.3.

Quæ-

1 QVæro, ſi pater ſoluit emendam pro condemnatione filii, ut liberetur filius: An in legitimam ei imputetur? Reſpon. Bar.l.Stichus,nu.2.in fi. ff. de pec. leg. diſtinguit quod ſi pater voluntarie ſoluit ſoluta non ſunt imputanda, qm̃ patria poteſtate ductus ſoluiſſe uidetur. Sin autem ex neceſſitate forte quod pro filio fideiuſſit, vel per ſtatutũ aut cõſuetudinem, tunc imputantur. hanc diſtinctionem dicit communem Alex.d.l. in quartam, nu. 23. Quia in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit, vnde cum inuitus ſoluere coactus ſit, donaſſe uidetur.

Contrarium, quod indiſtincte imputari debeat. tenent plerique alii, & eam dicit communiter teneri Fabian.d.auth. nouiſſima, q.8 num.19.Fran.Rip.d.l.in quartam,nu.185.Petr.a Duen.tract.reg. reg.222.nu.4.Fern.Vaſq.d.§.30. n. 221. Quia in hoc caſu motus paterna pietate ne filius vexetur à fiſco ſoluiſſe creditur pater, & ſic coactus ob cauſam ſatis neceſſariam, eoque magis imputandum eſt vt omnes tenent.

2 Sed quid ſi pater in delicta a filio perpetrata conſenſit, nunquid imputabit? Reſp. quod non. ita tenent omnes communiter, ut teſtatur Vaſq.d.§.30.n.224.

3 Quæro item, quid in eo quod filius in poteſtate uel etiam emancipatus pro patris, uel frater pro fratris condemnatione ſoluit; Numquid patri, uel fratri in legitimam imputabitur? Reſp. quod ſic, hoc dicit eſſe de mẽte communis opinionis Fernan.Vaſq. d. §.30. nu. 224. & ſeq. quia in filio eſt debitum antidotale, & fratri non ſubuenire turpe eſt, itaque ob cauſam turpitudinis uitandæ factum videtur.

Quæſtio XXXI.

SVMMARIA.

An lucrum ex pecunia patris perceptum imputetur, nu.1. declaratur, nu.2.

Quanta portio filio aſcribi debeat, nu.3.

Quid ſi filius lucratur clam cum pecunia patris negotiatur, nu.4.

1 QVæro, ſi filius lucratur cum pecunia patris, nunquid illud lucrum imputetur filio in legitimam? Reſp. gloſ. in l.cum oportet, C.de bon.quæ liber. tenet imputari tale lucrum, quoniam profectitium eſt, & cum hoc Doc. communiter per tranſeunt, ut dicit Bar.l.1.§. nec

2 Caſtrenſe, nu.5. Quòd procedit, quando ſine aliqua filii induſtria lucrum quæſitum eſt, ut ſi penes Banchum depoſita eſt, ſecus uerò in lucro induſtria filii acquiſito, namque tunc pars lucri apud filium manere debet tanquam aduentitiũ, profectum ex opera filii, ita tenet Bar.d. l.1.§.nec Caſtrenſe, nu.5. & eſt communis opin. ut teſtatur Corraſ. d. l. filium quem, C.famil. herc. Rip.d.l. in quartã, nu.157. & quod Bar. ſequũtur Doct. aſſerit Corn.conſ.311.uol.3.nu. 2. ad fi. & conſil.58.num.7.Fernand. Vaſq. dict.§. 30.num.238.

3 Sed dubium eſt quanta portio filio aſcribi debeat, nãque Bar.d.§.nec Caſtrẽſe, docet ꝙ lucrum ſuſceptum ex negociatione, quam facit filius cum pecunia patris dimidia lucri aſcribitur pecuniæ, & dimidia aſcribitur operæ filii, & dicit quòd hæc eſt communis conſuetudo, idem firmat Paul.de Caſtr.l.illud. C. de collat.

Sed communis eſt opinio iudicis arbitrio remittendum eſſe qui conſiderata induſtria filii, & quantitate pecuniæ diiudicabit, an dimidia, uel tertia, uel quarta portio pecuniæ, uel filio adſcribi debeat, ita tenet Bal.d.l.cum oportet, & l. ſi quãdo, §.imputari, nu.6.C.de inoffi.teſta. & communem dicit Soc.conſ.92. uolum.1. Rip.d.l.in quartam, numer.158. Anton. Cucchus d.auth. nouiſſima, rubr. Data inter uiuos, nu.48. In dubio tamen quãdo non apparet, quòd lucrum magis ex induſtria filii prouenisset, quàm ex pecunia, iudex dimidiam partem pecuniæ attribuet patri, alteram filio præcipuam attento communi vſu, ita quoque voluit Bar.in loc.alleg.& communiter receptũ teſtantur ſupra alleg. in ſpecie, Fernan. Vaſq.d.§.30.num.238. & hoc de mente Bart.& Doc.teſtatur Corn.d.conſi.311. nu.2.uol.3.

4 Scias quoque, quòd procedunt prædicta etiam quando filius clam, cum pecunia patris negociatus eſt, ita tenet Dec.d. l.illud, numero 10. & ita receptum eſſe fir-

firmat Cucchus dict.rub.nu.49.

Quæſtio XXXII.

SVMMARIA.

An legitima tit.inſtitutionis ſit relinquẽda nu.1.
An tota legitima ſit relinquenda,nu.2.
An filius cui minus legitima relictũ,ſi pater prohibuit plus petere,poſſit ad ſupplementum agere, nu 3.
An in fauorem liberorũ introductum ſit remedium agendi ad ſupplementum, nu.4.
An exhæredato filio detur,nu.5.

1 QVæro,quo titulo relinquenda ſit legitima? Reſp. Quicquid fuerit olim de iure codicis, hodie requiritur de iure nouiſſimo, vt relinquatur filio legitima honorabili tit. inſtitutionis, ut dixi latè infra §.teſtamentum.

2 Sed nunquid requiritur,vt tota & integra legitima filio relinquatur titulo inſtitutionis? Reſp. Quòd olim quoq; de iure pandectarũ de neceſſitate id fieri oportebat,aliàs ſi filius fuerat inſtitutus in minori portione,q̃ legitima, poterat teſtũ expugnari querela ſecuudum cõem, de qua infra.§.teſtm̃.De iure verò Codicis, & nouiſſimo illa iura correcta ſunt, & ſi filius ſit inſtitutus ét in minima re, ualet teſtm̃, ita vt neque ius dicendi nullum, neque querela locum habeat,ſed filius habet ius petendi ſupplemẽtum condictione ex lege tex.l.omnimodo.C.de inof. teſtam.ibi tenet Bart. & eſt frequentiſſima omnium ſententia,ut teſtatur Vaſqu. de ſucceſ.creat.§.30.nu.79.& hodie ita ſeruari dicit Pau.de Caſt.l.omnimodo.

3 Iuxta hoc quæro,quid ſi pater reliquiſſet filio,aliquid non ſufficiens ad legitimam, & prohibuiſſet eum ne plus poſſet petere,uel habere in bonis ſuis,nunquid nihilominus ſupplementum petere poſſit? Reſp. Bar.in conſ.177.incip.Mathiolus.tenet teſtamentum irritum fieri, quẽ ſequuntur quidam alii. Sed contrarium ipſe ſibi contrarius decidit d.l. omnimodo,quod ſcilicet eiuſmodi prohibitionis clauſula nihil operetur,nec quo ad impediendum legitimę ſupplementum, nec quo ad teſtamenti impugnationem, & omnes ſequuntur,ut teſtatur Roder.Suarez repet.l.quoniam in prioribus, in euidenti.num.15. Veram atque communem appellat Fernand. Vaſq. de ſucceſ.creat. §.30.num.75.& §.10.num.252. hanc dicit communem Roder. Suarez repet.l. quoniam in prioribus, ampl.9. idem firmat Ant. Cucchus d.auth. nouiſſima, rub. legitima nullum grauamen admittit, verſic.quæri etiam poteſt,num 3.per tex.§.cæterum, auth. ut cum de appell. cog. vbi ſubijcit etiam magis frequentibus calculis receptum eſſe,vt etiam nulla facta prohibitione de non petendo plus, ſupplementum tamen contra teſtatoris voluntatem pati, uel ſaltem præter. Quòd facit ad deciſionem, an l.hac edictali. C.de ſecund.nupt. quæ prohibet uirum plus relinquere uxori, quàm uni ex filiis,intelligatur,quòd poſſit uſque ad legitimam relinqui, licet minus relictum ſit uni filiorum. namque ſi filiorum uni minus legitima reliquerit ſimpliciter,nec prohibuerit plus petere,poteſt tamen maritus nihilominus uxori uſque ad legitimã relinquere, quia legitima ex diſpoſitione d.l.ſunplet, itaque teſtator relicta uidetur, ita tenet Bal.d.l. hac edictali, num.8.uerſ.ita tamen, Dec. l.2.C.de inſt.& ſubſt.l.fin. numer. 24.de edict.D.Hadriani,& quod ita frequẽtiſſimi Doc.opinantur teſtatur Ant. Cucchus d.auth.nouiſſima,cita.loco num.4. Quando autem pater expreſſe prohibuit plus petere, minimè plus vxori relinqui poſſe, quam uni filiorum decidit Bertr. dict.l. hac edictali, quod contra expreſſam voluntatem ſupplementum petitur.

4 Quæro preterea, an remedium agendi ad ſupplementum ſit introductum in fauorem liberorum,uel teſtatoris? Reſp. quòd ſupplementum legitimæ principaliter fauore teſtatorum,ut ſeruentur ultimę uoluntates,ſecundariè uero in fauorem legitimę filiorum introductum fuit ita probatur per tex. d. l. omnimodo, & hæc concluſio non habet contradictorum,vt teſtatur Fernan.Vaſq.d.§.30. numer.74.

5 Quæro, numquid ſupplementum detur filio exhæredato, puta ſi pater fecit teſtamẽtum, & filio ingrato aliquid minus legitima portione reliquit? Reſpon. quod

quod filius qui aliquid accepit, ſiue fuerit inſtitutus, ſiue exhæredatus, ſiue præteritus, poteſt petere ſupplementum, niſi cā ingratitudinis à patre expreſſa, & ab hæredibus probata, tex. d. l. omnimodo. & eſt communis ac vera opinio, ut teſtatur Vaſq. d. §. 30. n. 180. & n. 184 & n. 102. faciunt quæ dixi infra §. teſtamentum.

Quæſtio XXXIII.

SVMMARIVM.

An filiæ quæ renunciauit competat ſupplementi petitio.

QVæro, numquid competat hoc remedium agendi ad ſupplementū filiæ recepto aliquo in uita patris renunciantis? Dic ut ſupra q. 3.

Quæſtio XXXIIII.

SVMMARIVM.

An parentibus datur ſupplementi petitio.

DIxi ſupplementum cōpetere filiis. Quero, numquid ēt ſupplemētum detur æquè parentibus, quibus legitima debetur? Reſp. quod ſic, ita tenet glo. d. l. oīmodo, verſic. aliis quoque perſonis, & eſt uera ac communis opinio, ut teſtatur Fer. Vaſq. dict. §. 30. de ſucceſ. creat. n. 85.

Quæſtio XXXV.

SVMMARIVM.

An fratribus detur petitio ſupplementi.

QVæro item, an etiam fratribus detur hoc remedium petendi ſupplementum, quib. legitima debetur turpi perſona inſtituta? Reſp. Pa. de Ca. d. l. omnimodo, tenet q̄ frater ētſi ei tota legitima relicta ſit turpi perſona inſtituta, in totū poſſit expugnare teſtamentum, per tex l. Pāthonius. ff. ſi quis à parente.

Sed contrariū, q̄ imo ſupplementum petere debeat, non querelam intentare, tenet gl. d. l. omnimodo, & ſequit̄ Ang. ibi, & eſt vera & communis opin. ut teſtatur Fern. Vaſq. d. §. 30. nu. 86. & verioré dicit Cucchus auth. nouiſſima d. loco. nu. 8.

Quæſtio XXXVI.

SVMMARIVM.

An filius cui portio relicta poſtea fuit in codicillis adempta, poſſit petere.

QVæro, ſi filius in minore portione inſtitutus fuit, quam legitima, eaq; portio poſtea in codicillis fuit adempta, nunquid ſupplementum petere poſſit? Reſp. q̄ ſic, quia inſtitutio etiam in re certa tantum facta, codicillis adimi non poteſt, ideoque ad ſupplementum agere licet, nō ſecus ac ſi adēptio facta non fuiſſet, ita tenet Bal. d. auth. oīmō, & eſt cōis opi. ut teſtatur Vaſq. d. §. 30. nu. 105.

Quæſt. XXXVII.

SVMMARIVM.

An ſupplementi remedium ad hæredes trāſmittitur.

QVæro, an ius petendi ſupplemētum legitimæ tranſmittatur ad hæredes ita ut ſi deceſſerit antequam peteret ſupplementum, eius hæredes petere poſſint? Reſp. q̄ ſic, ita tenet Bald. l. ſcimus C. de inoff. teſta. & eſt cōis opi. vt teſtat̄ Ruin. conſi. 26. nu. 2. & 12. & 16. vol. 3. conſil. 107. n. 12. eo. vol. Ema. à Coſta c. ſi pater, verb. Trebellinicæ, nu. 11. Fer. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 10. nu. 154. & nu. 522. & ſeq. Et hoc procedit adeo, ut tranſmittatur etiam ad hæredes extraneos, tametſi filius nunquam agnouerit, ita tenet Bal. auth. presbyteros, nu. 2. C. de epiſ. & cler. & communem dicit opi. Ruin. dict. conſi. 107. nu. 12. Franc. Mantic. de coniect. vlt. uolunt. lib. 7. c. 7. tit. 8. n. 10. Ema. à Coſta ubi ſupra. Quia ſupplementum à lege inducitur ipſo iure, nec requiritur, q̄ filius ipſe petat. ita tenet Bal. d. l. ſcimus, & dicit hanc eſſe cōmunem opi. Rode. Suarez repet. l. quoniam in prioribus, ampl. 10. & ueriorem ac communem aſſerit Vaſq. ubi ſupra, & quamuis gl. d. l. ſcimus, contrarium tenet, eamq; cōem ibi appellat Iaſ. tamen à prima opinione quæ uerior & magis communis eſt, non debes recedere.

Quaſt. XXXVIII.

SVMMARIA.

Legitima debetur pleno iure in proprietate & uſufructu, nu. 1.

Onus uel grauamen non poteſt legitimæ imponi. nu. 2.

An fideicommiſſo legitima grauari poſſit. n. 3. & nu. 4. 5. 6. & 7.

An ī legitima pupillariter ſubſtitui poſſit. n 8.

An u lgariter poſſit ſubſtitui. nu. 9.

Si minus legitima relictum et ſub grauamine, an ſuppletio fiat, & grauamen reiiciatur nu. 10.

Quid ſi filius inſtituatur ſub conditione caſuali uel mixta, et in defectum non ſit exhæredatus. nu. 11.

Quid in poteſtatiua, n. 12. & ſeq.

Quid ſi in grauamen, uel cōditio apponatur in fauorem filii. nu. 14. declaratu. nu. 15. 16. 17 18.

Quid ſi filius grauatus reſtituere piæ cauſæ nu. 19.

Quid ſi filius in teſtamento patris conſenſerit, in. 20.

Quia ſi inſtituatur in legitima, ut debitum in quo pater ei obligatus eſt, compenſet. nu. 21. & ſeq.

Quid ſi dubium ſit an prouiſio paterna inducato, onus, uel grauamen, nu. 23.

1 Vulgatum eſt legitimā poſt mortem patris pleno iure deberi. tex. authē. nouiſſima. C. de inoff. teſt. Ideoq; nec in proprietate ſola, nec ſolo uſufructu, ſed proprietate cum vſufructu ſimul relinqui habet, ut dixi ſupra q. 15. nu. 6.

2 Sed quæro, an onus v l grauamen aliquod in legitima per patrem apponi poſſit? Reſp. ꝙ non, alias ſi relicta ſit legitima cum grauamine, illud ipſo iure tollitur & reiic tur, & valet ac ſi appoſitum non eſſet. ita eſt tex. l. quoniam in prioribus, C. de inof. teſt. & eſt cōis opi. vt fatetur. add. ad Bart. conſi. 13. verb. legitima, Ant. Gom. c. 11. nu. 24. tom. 1.

3 Sed quid in fideicommiſſo, nūquid illud etiam poterit imponi legitimę filii? Reſp. quod non, ſed ſi quod illi pater imponat, illud pro non adiecto habebitur. ita tenet gl. d. l. qm̄ in prioribus, & ſequitur Bar. & oēs Doc. ibi, eſtq; cōis opi ut teſtatur Iaſ. auth. nouiſſima, num. 43. & non tantum communem, ſed indifferenter receptam laudat Roder. Suarez d. l. quoniam, limit. 1. ſub n. 13. Fern. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 10. nu. 418. Quia fideicommiſſum onus eſt, ex quo per illud nō ſucceditur pupillo, & legitima debetur ex prouidentia legis, non teſtatoris, ideoque grauari non poteſt.

4 Et hoc procedit etiam, ꝙ tota hæreditas ſit grauata, & hæres inſtitutus ſit hæres vniuerſalis ſupra legitimam, & grauatus, ut poſt mortem ſuam ſi ſine liberis deceſſerit, reſtituat alteri oīa bona, nāq; tūc quoq; reiicit illud grauamē reſpectu legitimæ, & legitima pertinet hæredibus ſuis, & ſucceſſoribus etiam extraneis. ita tenet Old. d. l. quoniam, & cum eo tranſeunt cæteri Doc. ut teſtatur Ant. Gom. uaria. reſol. tom. 1. c. 11. nu. 25. & eſt cōis opinio, vt teſtatur Soc. cōſ. 199. n. 3. vol. 1. Pariſ. conſ. 27. vol. 3. Mandoſ. ad Rom. conſ. 185. n. 2. verb. non ueniat, Pariſ. conſi. 43. n. 36. Fran. Burſ. conſi. 92. vol. 1. n. 11. faciunt quæ dixi infra n. 22.

5 Itē procedit hoc ipſū, licet onus ſiue grauamē fideicōmiſſi ſit reciprocū, vt qa alteri ſit ſubſtitutus, ut dixi infra nu. 19.

6 Declara tamen iſta ut locum habeant, quando fideicommiſſum, relictum eſt ab ipſo filio. ſecus ſi relictum ſit ab hæredib. filii defuncti ab inteſtato in pupillari ętate, vel a pupillariter ſubſtituto, quoniam tunc grauamen non reiicitur, ſed manet firmum fideicōmiſſum. ita tenet Bar. l. ſi fundum, §. ſicuti, per illum tex. ff. de leg. 1. & hāc cōem opi. nuncupat Pa. de Caſt. Iaſ. Fern. Beren. d. l. in quartam. ar. 3. nu. 290. Ema. a Coſta c. ſi pater. verb. legauit nu. 14. Roder. Suarez d. l. quoniam, limit. 1. Fern. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 10. n. 417. Namque illud onus nunquam incepit in vita filii, ſed demum poſtquam ipſe mortuus fuit, vnde ex perſona filii deducere non poteſt, nec ex ſua, quia ſibi non debetur legitime ex bonis teſtatoris, ꝙ aūt pater venientes ab inteſtato, uel ſubſtitutum pupillarem grauare poſſit, dixi ſupra §. fideicommiſſum. q. 6. In dubio aūt an fideicommiſſum uideatur relictum a filio, uel ab eius hærede, dixi ibid.

7 Nota tamen, quod illud fideicommiſſum appoſitum ſuccedentibus ab inte-

inteſtato expirat adueniente pubertate ipſius filij, licet alias regulariter fideicómiſſaria ſubſtitutio duret poſt pubertatem. tex. l. quod fideicommiſſum, ff. de legat. 1. & omnes te[illegible]ent, ubi ſupra, ut teſtatur Roder. Suarez d. limit. 1. nu. 1[illegible]. Ant. Cucchus auth. nouiſſima, rub. legitima nullum grauamen admittit, num. 13. Ratio eſt, quia quando pubes factus deceſſiſſet, eo caſu non potuiſſet pater inteſtati ſucceſſionem filij interuertere, cumque non uideatur legitimi heredes a patre aliquid accepiſſe, non potuerunt etiá ab eo onerari.

8 Quæro, quid in pupillari ſubſtitutione, numquid a legitima filij reijcietur, Reſp. quòd non, ita tenet d. l. quoniam, gl. & Bar. l. ex tribus, C. de inoffic. teſtá. eſtque communis opinio, ut teſtatur Roder. Suarez d. l. quoniam, Fernan Vaſq. de ſuccеſ. creat. §. 10. num. 409. Quia hęc ſubſtituto non onus ſeu grauamen, ſed potius commodum, & utilitatem filij inducere uidetur. Quòd támen non procedit in matre, licet enim illa ſub conditione, ſi ad decimum quartum annum peruenerit inſtituat, eique ſubſtitutum dederit, ſi ſibi heres non erit. Tamen hodie illa conditio reijcitur, ita tenet Bartol. l. ſi mater. ff. de vulg. & eſt communis opinio, ut teſtatur Vaſq. dict. §. 10. numero, 415. & ſeq. licet ipſe contrarium aſſerat. Ema. a Coſta d. §. & quid ſi tantum, pag. 20.

9 Quid autem in uulgari, numquid illa ad [illegible] legitimam, an ut onus reijcietur? Reſp. [illegible] preter, quibuſ iam exiſtimantibus legitimæ filiorú imponi eam non poſſe, quam ſententiam originaliter tenet Iac. de Butr. l. ſi arrogator. ff. de adopt. & eam eſſe communem dicit Soc. l. in conditionibus pupillus, verſ. ſecundo conſi. ult. ff. de condit. & demóſtr. Anto Gomez. uariar reſol. tom. 1 cap. 11. nume. 18. Quia in illa includitur conditio (ſi uoluerit) quę tollit ſuitaté cóſequenter tranſmiſſionem. Alius uerò contrarium ſentientibus, quò probat Paul. de Caſtr. l. ſi poſthum. §. quod, vulgo. ff. de lib. & poſt[illegible]um, hanc dicit uerá, & communem eſſe opin. Fernand. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 10. numer. 421. Neque enim iſte filius impeditur tranſmittere p talem ſubſtitutum, cum ius tranſmiſſionis ſit potentius ſubſtitutione, itaque filius nullum grauamen, uel læſionem patitur.

10 Quæro, quid ſi filio relictum ſit minus legitima, & ſub grauamine, & ita duplex onus legitimæ impoſitum ſit, numquid ualebit relictú ut & ſuppletio fiat, & onus reiiciatur? Reſp. Alber. d. l. quoniam, putat non admitti, quòd duo ſpecialia concurrant. Sed contrarium tenet ibi Paul. de Caſtr. & eſt communis opin. ut teſtatur Fernand. Vaſqu. dict. §. 10. [illegible]mer. 28[illegible] Geórg. Lup. l. 6. tit. 8. par. [illegible].

11 Quæro item, quid ſi filius inſtituatur ſub conditione caſuali uel mixta, & in defectum eius non ſit ex hæred[illegible]tus, quo caſu teſtamentum eſt nullum, ut dixi infrá, § teſtamentum, numquid ea conditio pro ratá legitimæ á lege ſubducatur, & reputetur filius puré inſtitutus ut ualeat teſtamentum dixi infra §. teſtamentum, q. An ſub conditione filius poſſit inſtitui.

12 Quid autem in conditione poteſtatiua, numquid de legitima reijcietur? Reſpon. Bart. l. ſuis quoque. ff. de hæred. inſtit. tenet quòd tunc reiicietur de legitima conditio poteſtatiua, quando per eam filius inſtitutus nimis grauatur.

Contrarium uerò, quòd licet facilis ſit conditio poteſtatiua, tamen de legitima reiicitur, tenet gloſſ. l. ſi pater. C. de inſt. & ſubſtit. ff. de hære[illegible] inſt. & l. ſuus, eod. titul. hanc dicit eſſe communem opinionem Imol. d. l. ſuus, in princ. & l. fin nu. 12. ff. de condit. inſt. Communem dicit Cor. d. l. ſi pater, & quòd d. gloſſam totus mundus ſequitur dicit Roder. Suarez. dict. l. quoniam in prioribus ampl 5. & dict. glo. communiter approbatas dicunt Alex. Dec. & Iaſ. d. l. ſi pater. Communem quoque laudat Ant. Gomez. uariar. reſol. tom 1. cap. 11. nume. 29. Fernand. Vaſqu. de ſucceſ. creat. §. 10. n. 224. & ſeq.

13 Et hoc quidem de plano procedit in conditione poteſtatiua, quæ conſiſtit in dando, uel ſimili, per quam in legitima lęderetur, uel ea minueretur. Sed quid ſi inſtituatur in legitima ſub conditione, ſi uo-

ſi voluerit, numquid ea reiicietur? Reſpond. quod ſic, ita tenet Bal. l. omnimodo, C. de inoff. teſtam. & hanc opinionem tanquam tutiorem ſequendā dicit Imol. l. iam dubitari. ff. de hæred. inſtit. Communem dicit Anton. Gomez. variar. reſolut. tom. 1. cap. 11. nu. 30. vbi latiſſimè examinat, dicit tamen in puncto iuris cōtrariam veriorem. Communem eſſe opi. teſtatur Alciat. l. ſi filius, numer. 48. ff. de vulgar. licet ipſe contrarium probet, Eman. à Coſta d. c. ſi pater, verb. Trebellianicè, nu. 4. Franc. Burſ. conſi. 92. num. 10. volum. 1. & ex communi r. ſoluit Roder. Suarez, d. l. quoniam, Ampl. 5. nu. 3. Communem dicit Fernan. Vaſq. d. §. 10. nu. 227. idque vt in ea non ſubmoueat exiſtentiam ſui hæredis, nec impediat tranſmiſſionem, quòd omnes probant. Quamuis contrarium teneat Guald. tit. de liber. inſt. dicens hanc eſſe cōem opin. caut. 1. ſed labitur errore.

14 Sed quid ſi grauamen, vel conditio eſſet appoſita in fauorem ipſius filii, & cōmodum, numquid reiicietur? Reſpond. quòd non, imò ualet & obſeruanda eſt. ita tenet gloſſ. d. l. quoniam, uerb. tollatur, & eam approbant Bald. & fere omnes, vt teſtatur Roder. Suarez ibi limit. j. num. 1. hanc dicit magis cōmunem Alexand. l. mulier. ff. ad Trebel. Anton. Gomez. variarum reſolut. Tom. 1. cap. 11. num. 27. magis communem dicit Alex. l. cum ex filio, ff. de vulg. dum dicit l. filius matrem. C. de inoff. teſtam. non eſſe correctam. Ant. Gabr. titul. de legit. concluſ. 1. num. 20. & ita communiter teneri dicit Fernan. Vaſq. in præfat. li. j. de ſucceſ. progreſ. nu. 12.

15 Ideoque licet exhęredatio filii facta ſine iuſta cauſa vitiet patris teſtamentum, vt dixi in ſ. ra. §. teſtamentum, tamen ſi fiebat ob utilitatem, & commodum exhæredati, non nocet teſtatōr, text. l. multi. ff. de liber. & poſth. & hoc procedit etiam hodie ut tenet Bart. & ſequuntur Doct. communiter d. l. cum filio, & receptam eſſe opinionem refert Roder. Suarez. d. l. quoniam, limit. 1. Iaſ. l. filiis matrē, Ema. a Coſta d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſthum. pag. 15. & 21. Fern. Vaſq. d. præfat. nu. 13.

16 Infertur ſecundo, quòd licet pater filium non poſſit prohibere legitimam alienare perpetuo, ut eſt communis opinio teſte Arelata. ad Alcia. trac. de præſump. reg. 1. præſump. 2. nu. 3. tamen permiſſa eſt talis alienationis prohibitio, facta in fauorem & commodum filii, ut quòd ad certum tempus ętatis daret, ſ. cum ad vigeſimumquintum annum peruenerit, non poſſit alienare legitimam ſuā, quia cognouit filium minus induſtrioſum, & male res ſuas adminiſtrantem, ita tenet Bar. l. cum ex filio, & hanc dicit eſſe communem opin. Dec. conſil. 442. nume. 29. Boer. deciſ. 87. nu. 5. Ioan. Dilect. de arte teſtand. tit. de variis teſtator, præcep. concluſ. 2. nu. 4. Anton. Gabriel. Rom. com. concluſ. li. 6. tit. de legit. nu. 21. hanc quoque dicit communem Alban. in lucubr. ſuis ad Bar. d. l. quoniam in prioribus, numero 4. & hanc magis communem uideri dicit Arelat. dict. præſumpt. 2. in addit.

17 Infertur tertio, quòd ſi pater timens mariti prodigalitatem, filium inſtituat ſub conditione, ſi pater eum emancipa-rit, talem conditionem non remoueri, ex quo ad commodum, & fauorem filii appoſita eſt, ita tenet gloſſ. l. filiis matrem C. de inoff. teſtam. & eſt communis & recepta Doct. ſententia, ut teſtatur Roder. Suarez dict. l. quoniam in prioribus, limit. 1. nu. 5. vbi dicit magis communem eſſe opin. hodie etiam per d. l. quoniam non eſſe correctam. l. filiis matrem. Anton. Gab. Rom. d. concl. 1. num. 20. Ant. Cucchus d. auth. nouiſſima, rubr. legitima nullum grauamen admittit, num. 23. Fernan. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 10. num. 236. & ab hac opinione non recedas quicquid alii dixerint, neque enim d. l. quoniam, conditionem uel dilationem tollit in ipſius fauorem appoſita, ſed tantum grauamen, & onus.

18 Infertur quartò, quod ſi mater inſtituat filium ſub hac conditione, uel modo, ne patri quæratur vſusfructus rerum hæreditariarum, quas filio reliquit, talis conditio ſiue prouiſio non tollitur etiam de legitima, ſed imò talis prohibitio valet in legitima etiam filio manente in poteſtate patris. ita tenet gl. auth. ut liceat mātri & auiæ, & hanc ſententiam ſequitur, & dicit communiter teneri Sa

lyc.

ſue dict.l.filiis, ſubditque ita tenuiſſe noſtros maiores. hāc quoque dicit communem opin. Fernan. Vaſq. de ſucceſ. creat. §.10.num.234.& ab nō eſt recedendum quicquid dixerit Bart.d.auth. excipitur, & Roder Suarez d. limit. 1. qui dicit ita fuiſſe pronunciatum, quoniam illa prohibitio non eſt onus, ſed emolumentum & commodum, ſicque prodeſt filio.

19 Infertur item, quòd cum ex fideicommiſſi euentu filius poſſit ſperare commodum, quando eſt reciprocum, tale fideicommiſſum non reiici de legitima, quòd uoluit Azo. in ſumma de inoffic. teſtamen. & plerique ſequuntur, ſed tamen communis opinio eſt in contrarium, quòd reijciatur: ita tenet gloſ.l.ſi pater puellæ. C.de inoff.teſtam. & ſequitur Bart. dicēs ita ſeruari de conſuetudine, & hanc eſſe puram ueritatem firmat ibi Bal. communem opin. aſſerit Roder. Suarez. d.l. quoniam in prioribus, ampliat. 6. num. 5. ibi addit. Ant. Gabr. Roma. comm. concl. li. 6. de legitima, num. 6. ex quo enim quomodum eſt incertum, non poteſt dici, niſi quod ſit onus reſpectu ſu futuri euentus.

20 Quæro, quid ſi filius grauatus ſit hæreditatem reſtituere piæ cauſæ, nunquid in legitima poſſit grauari? Reſp. quod non. ita conſuluit Alex. conſi. 45. num. 7. uol. 1. & hoc veriſſimum, & receptiſſimum dicit Eman. a Coſta d. c. ſi pater, verbor. Trebellianicæ, num. 7. Quia in legitima magis filio, quam piæ cauſæ fauendum eſt.

21 Quæro itē, quid ſi filius in teſtamēto patris conſenſerit, in quo legitima cum grauamine ei relicta eſt, numquid reiiciatur grauamen, & filius ſine eo legitimam conſequatur? Reſpon. quòd ſic. ita tenet Guliel. de Cun. l. ſi quando. §. & generaliter. Petr. de Anch. conſ. 152. & communem dicit eſſe opin. Pariſ. Gabr. d. concl. 1. nu. 7. ex magis communi refert Roland. a Valle conſ. 26. nu. 23. vol. 3. Fran. Burſ. conſil. 92. num. 10. Communem & veram dicit Fernan. Vaſq. de ſucc. creat. §. 10. num. 254. Anton. Cucchus d. auth. nouiſſima, rubr. Legitima nullum grauamen admittit, nu. 12. generalis enim approbatio filio non obeſt, quin ſine onere legitimā deducere poſſit. Quod procedit etiamſi iuramentum acceſſerit, ita dicit cōmunem opin. Roma. l. 5. §. ſi quis ita ff. de uer. obl. Sed contrarium in hoc uoluit Dec. conſ. 26. & hanc communem dicit Rip. conſi. 6. num. 13. lib. 1. Antoni. Gabr. d. concl. 1. num. 7. Ant. Cucchus d. rubr. nu. 12.

22 Quæro item, ſi pater inſtituat filium in ſua legitima, hac tamen lege & conditione, ut cum legitima, uel in eius partē, debitum quo pater ei obligatus eſt compenſetur, numquid illud onus reijciatur, ita ut filius integram legitimam conſequatur, & debitum præterea a cohæredibus petere poſſit? Reſpond. quòd ſic. ita tenet Bald. l. 2. C. de iur. dot. & hoc dicit apud ſe ſemper fuiſſe indubitatum, etiāſi filius agnouiſſet iudicium defuncti. Roder. Suarez d. l. quoniam, ampl. 6. nu. 2. & hanc eſſe communem opin aſſerit Fernand. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 10. nu. 249. neque contrarium voluit Bart. uti allegatur in l. quod de bonis. §. cum fideic. ff. ad l. falc. quia tantum dicit, quod ſi pater iuſſit compenſari, tunc uideatur uoluiſſe, ut compenſaretur non ſolum cū eo, quod ultra legitimam reliquit, ſed etiam cum ipſa legitima, an autem id potuerit pater non aperit.

23 Quid uero ſi filius ſit inſtitutus, non in ſola legitima, ſed etiam ultra, nūquid quoad legitimam reiicietur grauamen, an uero cum grauamine temporis, uel cōditionis compenſabitur id quod habet ultra legitimam? Reſp. quòd imo de legitima reiicitur grauamen, in reſiduo uero attenditur. ita eſt text. l. ſcimus, dict. §. cum autem. C. de inoff. teſtam. & per illū text. tenent ita omnes Doctor. ut dicit Vaſqu. d. §. 10. nu. 244. Vnde etiam ſi relictus ſit vſusfructus omnium bonorum, tamen pro rata legitimæ talis vſusfructus ceſſat. ita tenet Alex. conſil. 28. uol. 4. & eſt communis opin. ut teſtatur Socin. conſil. 107. num. 7. vbi ſubdit ita fuiſſe iudicatum uol. 1. Ant. Gabr. d. concl. 1. nu. 5. Quinimo etiam ſi pater inſtituat filiam in dote, poterit eā grauare, ut ſi decedat ſine liberis, reſtituat poſt mortem, quòd habet in dote ultra legitimam, text. l. fin. §. fideicommiſſum. ff. de leg. 2. quem text. ad hoc exclamant, ut aſſerit Roder. Suarez, d. l. quoniam in prioribus, ampl. 6. num.

n. 2. Quia dos imputatur filiæfa. in legitimam, unde perinde habetur ac ſi in ultima uoluntate, relinquetur, neque. n. dos ſola pro concurrenti quantitate, ſed quoque in eo q eſt ultra legitimam, profectu eſt ex neceſſitate, non autem animo donãdi, vnde datio dotis non eſt perfecta donatio cum ex neceſſitate proficiſcatur.

Sed quid ſi dubium ſit, an prouiſio paterna, vel diſpoſitio inducat onus, & grauamen filio in legitima, an uero commodũ & vtilitatẽ, an reiicietur de legitima? Reſp. quod ſic, ita tenet Bart. l. filius matrem. C. de inoffic. teſta. hanc dicit communem opinionem Pau. de Caſt. d. l. ſi pater puellæ. & dic. l. quoniam in prioribus, Roder. Suarez ibid. ampliat. 6. nu. 5. & 8. dum dicit omnes hanc opin. tenere, qui communem probant ſententiam, quod l. ſi pater. C. de inoff. teſta. hodie ſit correcta, & communiorem firmat eſſe opin. idem limit 14. magis communem Fern. Vaſq. de ſucc ſ. creat. §. 10. n. 250. faciunt quæ dixi infra.

Queſtio XXXIX.

SVMMARIA.

Filiis debetur legitima ſine onere, item filiab. & nepotibus, nu. 1.

Idem in parentibus, nu. 2.

Idem in fratribus, nu. 3.

1 HAbes concluſionem, q in legitima filii onus, uel grauamen nõ admittitur. Scire debes, q hæc concluſio procedit tamen in filiis, quam filiabus & nepotib. hanc dicit eſſe comm. opi. Fern. Vaſq. d. §. 10. nu. 221. 445. & ſeq.

2 Sed quæro, nũquid prædicta cõcluſio procedat etiam in legitima patris & matris. Reſp quod ſic gl. eſt ord. auth. de hæred. & falci. §. ſi vero, l. Panthonius. ff. ſi a parent. quis ſit manumiſ. & ita tenent cõiter Doc. ut teſtatur Ant. Gom. varia. reſo. tom. 1. c. 11. nu. 24. Vaſq. de ſucceſ. crea. §. 10. nu. 266.

3 Quid autem in fratribus turpi perſona inſtitutis? Reſp quod ſimuliter onus legitime impoſitum reiicitur. ita tenet dicta gl. §. ſi vero. & eſt communis opinio, ut fatetur Vaſq. dict. §. 10. nu. 268.

Quæſtio XL.

SVMMARIA.

An diſpoſitio l. quoniam, hodie habeat locũ in legitima aucta, nu. 1.

Quid ſtante ſtatuto augente legitimam, n. 2.

1 QVero, nunquid diſpoſitio l. qm̃ in prioribus, habeat hodie locũ i legitima aucta, ut oĩ onere carere debeat? Reſ. qđ ſic. ita tenet gl. Auth. nouiſſima. C. de inof. teſt. q̃ cõiter approbatã dicit I a. ibi nu. 45. Rod. Suarez d. l. qm̃, ampl. 3. Fern. Vaſq. đ ſucceſ. creat. §. 10. n. 288. 169; tam in proprietate q̃ uſufructu relinquenda eſt, adeo, ut licet ſola proprietate uel uſufructu ẽt omnium bonorũ relinquatur, illud qđ ſupereſt uel i proprietate uel vſufructu non compenſetur ſed filius habebit integrã oium bonorũ proprietatẽ & vſumfructũ uſq. ad legitimã, vt dixi ſup.

2 Idem dic ſtante ſtatuto per quod augetur uel minuitur legitima nãque intelligitur vt pure ſine conditione vel alio grauamine relinquatur, & onus impoſitũ reiicitur tanquã appoſitũ non fuiſſet, ita conſulẽdo tenet Io. Cal. cõſ. 32 ſub ti. đ teſt. & ex cõi refert Rod. Suarez d. l. qm̃ Ampliã 14. verã & cõem opi. eſſe dicit Fern. Vaſq. de ſucceſ. crea. §. 10. n. 263. vnde ſtãte ſtatuto quo cauetur, quod filia ſtet tacita cũ quãtitate ſibi per patrẽ relicta, ſi ſub cõdõne vel alio grauamine eſſet relicta illa quantitas, poſſet filia impugnare & reiicere illud onus conditionis vel [illegible] ita tenet Iacob. Butrig. d. l. qm̃, & ſequuntur cæteri preſertim Bal. dicens [illegible] & [illegible] tenendum, Aret. dicẽs eſſe ſingulare, Ant. Gom. variar. reſol. Tom. 1. c. 11. nu. 28. eſtque communis opinio ut teſtatur Fern. Vaſq. d. §. 10. nu. 209.

Queſtio XLI.

SVMMARIA.

An l. quoniam, habeat locũ in dote, n. 1. et 2.

Quid ſtante ſtatuto, quod filia dotata nõ ſuccedat, nu. 3.

Dummodo dos non ſit ultra menſuram legitimæ, nu. 4.

Quid ſi ſit [illegible], diſtinguitur, an ad hæredes [illegible] reuerſura eſt, an apud filiã manſura, nu. 5. 6. & 7.

1 QVæro, Nunquid deciſio d.l.quoniam habeat locum in dote, quę legitimæ loco debętur. Pone enim quod pater dedit dotem filiæ ſimpliciter, poſtea eam inſtituit in dote, & grauauit fideicommiſſo. Numquid ualebit illud onus, an reijcietur? Reſp. quod ēt in dote locum habet, cum imputetū in legitimā. ita tenet Bart.l. fi.§.filiæ, ff.de leg. 2. & eſt cōis omnium ſnia, vt teſtatur Rod.Suarez d.l.quoniā, Ampl.12.nu.1.Fern.Vaſq.de ſucceſſ.crea. §.10. nu.259. Idem eſt in dote nondum data, ſed quæ a patre relinquitur filiæ in teſtō; Namque onus dotis iniunctum reijcitur.ita tenet Cyn.l.ſancimus, C.de nupt.ſequuntur Doct.communiter, ut aſſerit idem Vaſq.d.§.10. nu.265.

2 Ideoque ſi pater inſtituat filium uniuerſalem hæredem, & filiæ relinquat certam quantitatē pro dote, licet tacite ineſt conditio, ſi nuptiæ ſequantur, tn̄ illa cōditio reijcitur de dote, & pōt filia ſtatim poſt mortem patris dotem petere, & interim decedens tranſmittit ad hæredes, quia legitimæ loco ſuccedit. ita tenet Bart.l. Titio centum, §.Titio. ff.de cond. & demonſt. & eſt communis opinio. vt teſtatur Rod. Suarez d.l.quoniam, Ampl.15.nu.1.

3 Idem procedit ſtante ſtatuto, quod filia dotata non ſuccedat. Namque ſi pater filiæ relinquat 100.pro dote, ſi nupſerit, poterit filia 100. petere, non expectata cōditione nuptiarum, quia hoc caſu dos loco legitimæ ſuccedit: ita tenet Alber.de Roſ.2.parte ſtatu. q.140. Communem dicit Pariſ.conſ.25.nu.58.uol.2.Ant.Gabriel. Roma. d.concl.1.tit. de legit. lib.6. com.opin.nu.26.

4 Prædicta tamen intellige, ut locum habeat quando dos non eſt ultra menſuram legitimæ, ita ut loco dotis ſuccedat & imputetū ut dixi ſupra. Sin uero dos excedat legitimam, tunc in eo quod eſt ultra legitim: pōt imponi grauamen filiæ dotatæ. ita tenet Bar.l.Lucius.§.marit⁹, ff.ad Trebel. & oēs ſequuntur ut teſtatur Roder. Suarez.d.l.quoniam, Ampl.12.nu.2.Cōmunem & receptiſſimam ſniam appellat Fern Vaſq.d.§.10.nu.259.Quod quidem admittitur plane, ſi dos erat reuerſura ad

5 hæredem grauantis, ut quia pater ſtipulatus eſt ſibi uel ſuis hæredibus dotem reddi ſoluto matrimonio, quoniam hoc facere pōt, & impedire conſolidationem ēt quod filia patri ſuperuixerit. ita eſt magis cōis & uerior ſnia, vt idē Roder.Suarez teſtatur d.l.quoniam, Ampl.15.nume.2.& Apoſt.ibi lit.A.quam tenet Bar.l.poſt dotem, ff.ſolut.matrim.cum filiæ maneat integrum ius legitimæ, & ita communiter teneri firmant ſupra citati, licet vaſq.ſubtiliter ſuo more cōtrarium ſcribat ubi ſupra num.261.Sin autem apud filiam per-

6 manſiua iure conſolidationis ſit dos. Articulus eſt dubius, & dicit Roder. Suarez d.Ampl.12.q' ſi qs in hanc uel illam partem iudicaſſet, nō eſſet increpandus poſt Alexand.l.a filia, ff.ad Treb. Et negatiuā ſententiam, quod ſcilicet dos grauari nō poſſit etiam in eo quod legitimam dos excedit tenet Bal.l.quoniā Nouella, C. de inoſ.teſt. quam ueriorem dicit Ferna. vaſq.d.§.10. num.260. quod talis donatio cauſa dotis a principio ualida eſt, & patris patrimoniū in uita exceſſit. ideoq; in eo grauari non potuit.

Cōtrariā affirmatiuā defendit Pau.de Caſt.l.fi.§.fideicom. ff.de leg.2. ſ.ut ēt eo caſu quo dos erat conſolidāda grauamen imponi poſſit in eo qđ dotē excedit, & hāc dicit eſſe cōem opi. Raph. Cuma. ibi Apoſt. ad Rod. Suarez d.Ampl.12. li. B. Quia oino non exiuit talis donatio patrimonium patris ex quo imputanda eſt.

7 Nota tn̄ ea quæ dicta ſunt in primo caſu, qn̄ dos ad patrē reuerſura eſt, q̄a ſtipulatus eſt, nō procedere ſtante ſtatuto uel conſuetudine, ut filia dotata ab inteſtato non ſuccedat. Nāq; tunc ſi pater in conſtitutione dotis pactū apponat, ut filia ſine liberis decedente, ad hr̄des ſuos dos reuertatur, tale pactū ei nō erit oneroſum, nec p̄iudicabit in legitima, ſed onus ſiue grauamen illud reijcitur. ita tenet Bal.l.fi.2. lect.C.de dot.promiſ. & hanc dicit magis cōem op.Ant. Gab.com.cōcl.concl.1.nu. 63. Quia per tale pactū ei præiudicatur nec manet ius legitimæ ſaluū, cū ab ea ſit, excluſa per ſtatutum, nec cenſetur congrue dotata, cum ex poſt facto dos per oneris impoſitionem minueretur, quæ omni a nota, quia ſunt quotidiana.

Quæſtio XLII.

SVMMARIA.

An legitima ſtatuto tolli poſſit, nu.1.2 & 3.

Statuto

Statuto tolli poteſt legitima in caſibus quib. filius habet unde viuere poſſit. nu.4.

Legitima ſtatuto minui poteſt, tam in quantitate quam ſpe,n.5.ſiue ſtatutũ ſint a nõ recognoſcente ſuperiorem, ſiue alio.nu.6.

1 IVxta pdicta qro. An legitima ſtatuto tolli poſſit? Reſ. Maxima qõ eſt, vna de difficiliorib. quæ ſit i iure p maiores nrõs mirũ in modũ controuerſa, ita qđ aſſeuerat Soc. circa veritaté huius qõnis Doct. pugnaſſe, aducẽtis annis citra, i qua quot capita, tot fuerunt fere ſniæ, quæ tñ in effectu in tres incidunt. prima eſt Negatiua, q non poſſit in totũ tolli, ſed tñ minui hanc ſniam tenet Iaco. de Belu. Auth. de hẽd.& falc.in prin. & eam probat fere oẽs vltramontani.ut dicit Alber.2. par.ſtatutor.q.103.& ſeq. qué refert Alc. cõſ.134. nu.33.vol.6.Soc.conſ.30.incip.vr.vol.1. conſil.40. & nos eo.vol. hanc dicit cõem Corſet.in Repert.ad Abb. verb.legitima, Socin.d. conſ.40. Iaſ.d.auth. nouiſſima, C.de inof.teſt.veriorẽ equiorẽ,& crebriorẽ Mod.Par.add. ad Alex.conſ.75.uol.1. cõem dicit Romul.l.filiusf.§.diui,n.47.ff. de leg.1.Fran.Curt.conſ.10.viſa,Cur.ſen. conſ.13.in fi.hanc eſſe cõem ſniam Canoniſtarũ atteſtatur Barb.vbi late hunc articulum examinat d.c. Rainutius, verſ.mõ ſunt vidẽda equiorẽ & magis cõem apud Canoniſtas dicit Aufre.dec.capel. Tholo. dec.437. & quod ita ſæpe uidit ſeruari & quod magis cõiter approbatur inquit maximus practicus Franc. de Curt. conſ.66. incip.clarus.vir.cõem dicit Fab. Accorõb. l.qui ſe patris,nu.28.C.vnd.lib.planiorẽ & æquiorẽ ac oĩno tenendã dicit Bolog. d.l.in quartam, nu.270. Tobias Nonius conſ.13.nu.7.cõem dicit Corn.conſ.123. licet,in fi.lib.3.conſ.86.Dñs Petrus lib.1. Alex.conſ.65.uiſis diligenter,vol.1.magis cõem & æquiorẽ conſ.211. nu.8.uol. 7. Cõem dicit & ſequitur Roder. Suarez. l.qm in prioribus,2.limi. ſuper l.regia,& quod ab omnibus tam affirmat, quam negat, tenentibus unanimiter receptum ſit, quod tam per legem eius qui non recognoſcit ſuperiorem,quam etiam per ſtatutum eorum, qui Roma. Imperio ſubiecti ſunt, poſſit minui legitima aſſeuerat vaſqu.d.§.20.num.302. & quod omnes ſunt in concordia, quod legitima poſſit minui licet diſcondent an in totum tolli. teſtat Imo.l.Titio,§.Titio genero,ff.de condit.

2 Secunda ſentẽtia affirmatiua eſt, ut nõ ſolum minui, ſed ẽt in totum per ſtatutũ tolli poſſit.hanc tenet Dyn. c.indultum, in 6.& cõem dicit Paul.de Caſtr. d.Auth. nouiſſima, Salic.num.20. Dec.l.iura ſanguinis,ff.de reg.iur.conſ.19.num.5.conſil.525.nu.5. Imol.l.quod de bonis, §.fi. ff.ad l.falcid.Cõem dicit.Abb.conſ.63. uidetur primo,vol.1.conſ.75.primo eſt uidendum, eod. uol. Barb. conſ.77. uol.3. Corn.conſ.150. hanc quæſtionem.vol.1. conſil.210. in hac conſuetudine, lib.3.cõſil.207. volum.2. conſil.1.vol.4. conſil. 105.conſil.123. licet bene, conſ.115.uol. 3. Communem dicit Soc. conſ.288. circa primam,uol.2. conſ.uol.1.ubi dicit iſtam magis communiter approbari, magis cõmuniter approbatã dicit Galiau.l.Centurio. ff.de vulg.Calcan.conſ.37. nume.2.& quod iſta eſt cõmunis, & diſputare de ea, eſt diſputare de lana caprina dicit Ray.de Forſin.conſ.68. inter conſ. Signorol. cõmunem Capel. Tholoſ.d.deciſ.437. licet contrariam magis communem teſtatur Rip.lib.1.Reſp.c.7.communem & ueriſsimã dicit Fernand.vaſq.d.§.20. num.303. Viu.com.opin 316. Communem dicit & ſequitur Ioſeph. Ludo.deciſ.21.num.51. volunt enim omnes iſti legitimam ſicut alias ſucceſsiones eſſe de iure ciuili, ſuadẽte naturali introductam.

3 Tertia ſententia media eſt, quod aut ſine cauſa aufertur per ſtatutum, legitima & uera ſit prima opinio. Aut cum cauſa, & tunc uerior ſit ultima, in qua media & concordia fuit Bal.& Paul.de Caſt.l.cum lege, C.de S.S.eccleſ.& hãc dicit communem opinionem Alex.l.quod de bonis, §.fin.ff.ad l.falcid. Dec.d.l.iura ſang.& ſecundum iſtam ſe uelle iudicare & conſulere dicit Fernand. Loaz.add. ad Galiau. d.l. Centurio, & hanc eſſe communem ſententiam, & ex mente quaſi omnium Doctor. qui tenent primam partem dicit Curt.iun.conſil.10.col.2.Panor.d.c.Rainut.hanc quoque dicit magis cõem, & ex mente Doct. fere omnium Io. Arelat. in add.ad Alciat.tract. de præſumpt. Reg.1, præſumpt.8. Quid dicendum in tanta difficultate? Certe omnes qui hanc tertiam opinionem amplectuntur, ita demum tolli poſſe ſentiunt legitimam, dummodo

do dos, vel alimenta prorſus non tollatur, & ita in primam ſententiam concurrunt, & in effectu volũt ſtatuto penitus a legitima nõ excludi, ſed vſque ad doté vel alimenta ſiue debitum bonorum ſubſidium tantum. ita etiam omnes iſtam ſẽtentiam ſecundum affirmatiuam probãtes ſi recte inſpiciantur, apparebit velle quod ſaltem alimenta non poſſint tolli, & ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo, ita demum eas excludi, ſi fuerint dotatæ, & alimenta eis præſtita. itaque prima ſententia æquiſſima & iunctis auctoritatib. ſine controuerſia magis communis eſt, q̃ etiam ſæpius iudicando ſecutam eſſe Cameram Imperialem teſtatur And. Geyl. obſer. 122. lib. 2. & communi calculo receptum eſſe, quod legitima diminui poſſit ſtatuto ex cã, ſed i totum tolli nõ poſſit, niſi de aliquo, quod loco legitimæ ſit, p̃uideatur, teſtatur Pet. Pecchius d. c. indultum, verſ. neque mouet octauum.

Sin autem omnino ſtatutum excluderet, nec dotem vel aliméta uel quid aliud tribueret, tale ſtatutum nõ valet, ſed tã, quam iuri naturali, diuino, Canonibus, & iure ciuili cõtrarium reijciendum eſt, ſiquidem alimenta iure naturali debita nullo iure ciuili tolli poſſunt. ita tenet Alber. l. 2. §. ius naturali. ff. de iuſt. & iure, & ab hoc nullus diſcrepat, vt dicit Rochus de Curt. c. fin. de cõſuet. fol. 45. niſi ſtatutum legitimã tolli permittat, ex cauſa, propter quam alimenta denegari poſſint, & ab hac ſententia iudicando, & conſulendo non eſt recedendum.

4 Ex prædictis inferi ſtatuto poſſe tolli legimam in caſibus, quibus filius habe ret vñ viuere, poſſet, q̃d aſſerit Io. Cyriac. tract. primog. c. 10. quem refert & ſequitur Cou. li. 4. decret. par. 2. c. 8. §. 6. Vaſq. d. §. 20. num. 304.

5 Prædicta magis cõis cõcluſio, quod legitima quidem minui, vel augeri poſſit, procedit primo tam in quãtitate vel tpe ſeparatim, quam vtroque ſimul. ita tenet Bald. l. Titio centum, §. fi. nu. 6. ff. de cond. & demonſtr. ideoque ſtatutum quo prohibetur filiis detrahere legitimã non de omnibus rebus, ſed de certis quibuſdam rebus indiſtincte valet. ita tenet Imo. c. Rainutius per illum tex. & eſt communis opinio, vt teſtatur Bened. Capra. tract. Reg. concl. 8. nume. 2.

6 Scd̃o p̃dicta cõcluſio p̃cedit, ſiue ſtatutũ minuẽs legitimã fiat ab eo q nõ recognoſcit ſuperiorẽ, ſiue ab ijs q ſubiecti ſũt Rom. Imper. ita unanimiter ab oibus receptã eſſe teſtatur Vaſq. d. §. 20. n. 302.

Quæſtio XLIII.

SVMMARIA.

An ſtatutũ ſimpliciter excludens a ſucceſſione, intelligatur excludere à legitima. n. 1

Stante ſtatuto excludente dotatã, ſupplemẽti petitio non datur, nu. 2.

1 Circa prædicta quæro. An ſtatutũ excludẽs a ſucceſſione intelligatur ẽt excludere a petitione legitimæ? Reſp. quod ſic, ut dixi ſupra q. 3.

Aduerte tñ, q̃ hæc cõis ſñia vr̃ admodũ dura. Vnde limitãda, & declarãda eſt, ſcd̃m ea q in p̃cedenti q̃ne late, ſecundũ receptas Doct. opiniones, dicta ſunt. Et primo, Quod tamen non procedit in illis caſibus, in quibus aliquem in ſpecie a legitima excludere nõ poteſt. Namque generaliter excluſus a ſucceſſione nõ intelligitur excluſus a legitima ita teſtatur cõmuniter teneri Socin. conſ. 150. uolum. 1. & dicit eſſe de mente omnium Doctor. cõiter Corn. conſ. 150. num. 11. uol. 2. & nu. 10. ſubdit, ita quotidie practicari & ſine dubio procedere dicit Anto. Cucchus d. Auth. nouiſſima, ubi propter delictum filius ſucceſſione excluderet Rub. ſi quatuor ſint uel pauciores, n. 9. Secus uero eſt in iis caſibus, quibus ſtatutum aliquẽ i ſpecie a legitima excludere poteſt, quia tunc ſimpliciter a ſucceſſione excluſus a petitione quoque legitimæ excluſus intelligitur, ut præced. q.

2 Ex quo illud ẽ, quod ſtãte ſtatuto quo prohibetur filiam dotatam non ſuccedere ſupplementum legitimæ peti non poſſit, quod & ſtatutũ valere, & rationabile affirmant Doct. ut dixi ſupra d. q. 3.

Quæſtio XLIIII.

SVMMARIA.

An per actũ inter uiuos pater poſſit filiũ legitima priuare diſtinguitur n. 1. 2. 3. & 4.

An ludendo poſſit præiudicare, nu. 5.

Quid per delictum. nu. 6.

1 Quæro item numquid pater poſſit per actum inter uiuos filium priuare

uare legitima? Reſpõ. Diſtinguendi ſunt
2 & conſiderandi caſus. Aut,n. loquimur q̃
do alienat per contractum inter viuos lu
cratiuum, utputa donationem, & tunc ſi
ue contractus lucratiuus fieret erga libe-
ros, ſiue erga extraneos, indiſtincte pater
non põt ſua bona diminueret, ut diminua
tur legitima. ita tenet Bar. l. Titia, §. impe
rator. ff. de leg. 2. & eſt communis opi. ut
teſtetur Paul. de monte Picol. l. poſt cõtra
ctum, nu. 3. & 6. ff. de donat. Bereng. Fer-
nand. d. l. in quartam, præfat. 3. par. num.
270. & ſeq. Iaſ. Anth. unde parens, circa fi
nem, C. de inoffi. teſtam. Pariſ. conſil. 72.
num. 28. cum ſeq. uolum. 2 conſil. 73. nu.
26. & ſeq. & eodem uolum. & crebriorem
hanc eſſe ſententiam quam generaliter
communis ſchola tam in lecturis quam
conſiliis ſequitur fatetur Gaſpar. Caballi.
tract. de inoffi. donat. num. 18. in fi. Com-
munem dicit Anto. Gomez. uaria. rel. To.
2. c. 4. num. 13. Eman. Suarez Recept. ſen
tent. Theſau. uerſic. donatio, num. 51. cũ
ſeq. vaſq. d. Auth. vnde ſi parens, num. 11.
Et procedit hæc concluſio ſiue re tãtum
ideſt, in damnum & leſionem, ſiue re &
conſilio, id eſt, ex propoſito & ad læſioné
filiorum donatio fuerit facta, ut ſentiunt
omnes ſupradicti. Quinimo ſi extraneo
fuerit facta donatio ex propoſito ad præ-
iudicium filii. & ita re & conſilio eſt inof
ficioſa, omnes conſentiãt donationem
reuocari non tantum quo ad legitimam,
ſed in totum, ut fatetur Picus & Pariſi.
4 d. locis. Aut uero loquimur, quando pa-
ter per cõtractum onerosum inter uiuos
alienauit, & tunc priuare eum poteſt legi
tima, nec habet locum reuocatio, etiam
uſque ad legitimam, etiamſi concurrente
fraude per tex. l. non uſque, ff. ſi quis a pa
rent. fuerit manumiſ. & ita tenet Bald.
l. 2. C. ſi quid in fraud. & quod iſta ſit ue-
ra opinio, & magis cõmunis dicit Picus
d. l. poſt contractum, nume. 24. Contra-
rium, quod reuocari poſſit uſque ad legi-
timam, teneat Hoſtien. & Panor. c. Ranu
tius, & Bart. d. l. non uſque, & dicit Cyn.
d. l. 2. quod iſte caſus indigeret deciſione
Cęſarea, quam communiter ſequũtur in
ſtitutiſtæ in §. itẽ ſi quis, inſtit. de inutil.
ſtipul. & teſtatur idem Picus dict. loco. &
ſubdit hanc æquiorem eſſe, quam iudi-
cãdo & cõſulẽdo teneret, licet prior opi-
nio in pũcto iuris ſit uerior, in hãc quoq;
uti æquiorem inclinat Iul. Clar. §. dona-
tio. q. 24. uerſ. & hæc quidẽ concluſio, &
dixi in materia contractuũ, § donatio.
5 Sed quęro, numquid pater ludendo
poſſit filiorum legitimæ nocere? Reſpon.
Bald. in l. 1. C. ſi quid in fraud. patro. do-
cet, quod ſi pater ludendo diſſiparet om-
nia bona, & poſſent filii poſt eius mortẽ
reuocare alienata uſque ad legitimam, ſi
ludus ſit illicitus taxillorum ſcilicet, & a
learum, & ſequuntur communiter Do-
cto. in practica obſeruandum exiſtimat
Bereng. Fernand. d. l. in quartam ſecus ſi
ludus eſſet licitus, & conſuetudine tole-
ratus, tunc enim ceſſat reuocatio. & hoc
dictum Bal. dicit uerum eſſe Pic. d. l. poſt
contractum, nu. 34.
6 Quęro item, nunquid pater filios poſ
ſit priuare legitima alienando per deli-
ctum? Reſpond. Ioa. de Ligna. & Card. in
clemen. paſtoralis uolunt ꝙ ubicunque
patris bona publicantur in publicatione
bonorum uenit legitima filii. Sed contra
rium, quod imo filiis reſeruatur legitima,
& reuocatio competat aduerſus fiſcum.
magis communẽ dicit Roland. a Val. con
ſil. 97. poſt num. 29. uol. 2. & dicit Pic. d. l.
poſt contractum, quod ita conſuleret &
millies iudicaret, ita obſeruari dicit Clar.
lib. 5. ſent. §. fi. q. 78. nu. 26. Ratio eſt, quia
alienatio facta per confiſcationem dici-
tur lucratiua quo ad fiſcum. quo caſu om
nes tenent, ꝙ filius poſſit ſemper, & quã
docunque reuocare uſque ad legitimam,
ut dicit idem Pic. d. loco, n. 31. Cæterum
quod ad matrem attinet, illa liberos, de-
linquendo, poteſt priuare legitima,
quando bona eius confiſcantur. text.
l. de bonis. C. de bon. proſcrip. & hoc ap
probant omnes Docto. ut teſtatur Aug.
Ariminen. add. ad Ang. tract. malefi. uerb
& eius bona, ſub nu. 29.

Quæſtio XLV.

S V M M A R I A.

An per non confectionẽ inuentarii perdatur legitima, nu. 1. tenetur tamen filius ultra uires hæreditarias, nu. 2.

IVxta prædicta quæro, an filius nõ cõ
ficiens inuentarium admittat legiti-
mam? Reſpond. Gloſ. in Auth. de hæred.
& falcid. § ſi uero non fecerit, tenet

filium a patre inſtitutum heredem adeũtem hæreditatem abſque beneficio inuẽtarii poſſe legitimam portionem deducere, & glo. Auth. ſed cum teſtator. ad l. falcid. & hęc eſt communis opi. vt teſtatur Alex. & Iaſ. l. ſi. §. ſin autem, C. de iur. deli ber. gl. Auth. hoc amplius, C. de fideicõ. & d. gl. communi omnium conſenſu receptas firmat idem Alex. conſ. 67. ibi Mod. Par. vol. 4. hanc communem eſſe opinionem dicit Fulgoſ. d. Auth. hoc amplius, nu. 5. Corn. col. pen. Alex. d. §. ſin aũt, n. 8. Corn. in fi. Iaſ. n. 2. Calcan. conſi. 37. n. 6. Guid. Pap. deciſ. 53. Porcell. trac. de inuent. c. 5. Aut. de padil. l. ſi emancipata, n. 3. C. de iur. & fact. ignor. Rod. Suarez. d. l. quoniã in prioribus. Ampl. 7. n. 18. Cornc. cõſi. 180. vol. 4. Communẽ dicit quoque Didac. a Segura, Repet. l. vnum ex familia, §. ſed ſi fundum, nu. 165. ff. de legat. 2. Didac. Couar. c. ſi hæredes, numero. 9. verſi. item illud adnotãdum eſt, ext. de teſtam. Fabian. Auth. nouiſſima, q. 14. ibi Anton. Cucchus Rubr. legitima nullum grauamen admittit, num. 43. & hanc opinionem in praxi præualere, & ab ea non eſſe facile recedendum dicit Imol. l. 1. §. hæc ſtipulatio, ff. de verb. obli. hanc quoque communem probat Cachera. Deciſ. Pedemont. 30. Rolan. a Valle trac. de inuentar. §. dubitatio oritur, Communem quoque dicit nouiſſime Fernand. Vaſqui. de ſucceſ. creat. §. 8. nume. 15. Neque enim ll. quod contrariæ partis fautores ſupponunt filium qui inuentarium nõ fecit, aliquid ſurripuiſſe probant, ſed poſſibile eſſe eũ aliquid ſurripere, & iura noua ea ſaltem commoda q̃ mera iuris ciuilis cõceſſione deſcendunt, utputa falcidiam Trebellianicam, non quæ iure quodammodo deferuntur. ita tenẽt omnes ut notat Roder. Suarez dict. ampl. 7. num. 18. in fin.

2 Cæterum licet filius legitima non priuetur ob inuentarii omiſſionem, Tñ hoc incõmodi habet, vt ultra uires hæreditarias teneatur etiam legatariis, ita tamen, ut ratione legitimæ legata diminuãtur. Sic uero diminuta ſoluantur ultra uires hæreditarias, ſcilicet ratione falcidię, id eſt, ut falcidiam deducere non poſſit, non etiam ut legitimam detrahere prohibeatur. ita tenet Bar. d. Auth. ſed cum teſtator, & cæteri frequentiſſime ſequuntur, ut Didac. fatetur d. c. ſi hæredes, n. 9. licet ipſe aliter Bart. declaret, cui tamen non facile ut accedam, me perſuaderi ſinam, cum ut ſupra dixi, lex illam occultationis ſuſpicionem non habeat, ideoq; non eſt a nobis facienda.

Quæſtio XLVI.

SVMMARIVM.

An non ſoluendo legata pia filius perdat legitimam.

QVero, An filius hæres negligens legata pia ſoluere priuetur legitima portione? Reſp. controuerſum fuit. Quidam exiſtimarunt hac contumacia illam quoq; partem amitti, quã ſñiam tutatus eſt Arch. c. Silueſter 11. q. 1. & eam cõem eſſe teſtatur Imol. d. c. ſi hæredes, per tex. c. licet de uoto. Cõtrariũ uero aſſerit Panor. d. c. ſi hæredes, contra gl. ibi, & hanc dicit eſſe communem Io. Cyrier. tract. de primogeni. lib. 3. q. 6. Did. Cou. d. c. ſi hæredes, nu. 9. & magis receptam hanc eſſe quicquid Imo. dixerit nũcupat, & ueluti iure ꝓbabiliorẽ tutiſſime defendi, poſſe putat Anto. Cucchus d. Auth. nouiſſima. Rubr. legitima nullum grauamen admitti, num. 42. Communem & ueram fatetur Fern. uaſq. de ſucceſ. creat. §. 8. nu. 17. a qua non recedas. Neque in ullo loco iure ſancitum eſt, ob dilationem exquendi legata pia, hanc portionem admitti, ſed tamen lucra hæreditaria hæredibus auferri, portio autem legitima filio iure naturæ debita eſt, non iure hęreditario vel ex teſtamento.

Quæſtio XLVII.

SVMMARIVM.

An legitima uel ſupplemẽtum perdatur præſcriptione.

IVxta prædicta alia quoq; occurrit q̃ſtio: An legitimæ petendæ uel ſupplemẽti ius præſcriptione amitti uel tolli poſſit? Reſp. Maxima eſt contentio, nã Bar. in l. ſi quis filium, C. de inoſ. teſta. docuit hoc ius quinquennio finiri.

Sed contra Bar. inſurgunt frequentiores ll. interpretes, quod quinquennio nõ tollitur, imo. 30. annis tãtum. hanc tenet Bal. d. l. ſi quis filium, & magis communẽ eſſe hanc ſententiam teſtatur Alex. cõſil. 108. uiſo

108.uiſo themate,& conſil.128.uol.1.& conſi.250.uol.4.Roder.Suarez.d.l.quoniam, Ampliat.10.nu.7.ibi Apoſt. lit. C. Ant.Gom.uar.reſ.Tom.1.c.11.n.32.ver. pulchrum tñ eſt dubium, Berenga. Fern. cõem dicit l.in quartam,art.3.n.272.Ceph.conſi.148.nu. 42. & hanc eſſe contra Bar.frequentiorem Doc.ſententiam aſſerit Ant.Cucch⁹ d.Auth.nouiſſima Rub. legitima nullum grauamẽ patitur, n.94. nouiſſime Fern.Vaſq.de ſucceſ.crea.§.10. n.255.Ratio eſt,quia patitur actione perſonali ſupplementum,ut infra.& conſtat cõdictiones oẽs perſonales eſſe, actiones que perſonales nõ niſi 30.annis pſcribi.

QuæſtioL XVIII.

S V M M A R I A

Quæ actiones competant pro legitima. n.1.
Forma proponendi in cõditione ex lege,n. 2.

1 QVæro quæ actio competat pro legitima? Reſp.conſiderandum eſt circa hanc quæſtionem; An integra legitima petatur,an uero pars aliqua, ut quia minor portio relicta eſt.Primo caſu competit ex teſtamento actio,uel ẽt familiæ herciſcundæ.ita tenet Bar.l.ſi a milite, §.patri,ff.de milit.teſt.cõem dicunt infra citandi.An autem hereditatis petitio competat.Dubitatũ fuit & quidam exiſtimarũt locum non eſſe, cum legitima ſit quota bonorum,quod uoluit Alex.d.l.fi. C. de edict.D.Adria.hanc dicit fore magis accẽptam in iure Ant.Cucchus d.Auth.nouiſſima,Rub.legitima eſt quota bonorum.

Contrarium tenent alii, quod ſcilicet competat petitio hæreditatis.Bal.e. li qs C.de inoffic.teſt.in. & hanc magis communem aſſerit opinionẽ Cucchus d.Rubr.numer.17.ſecundo caſu,quando ſupplementum petitur,& tunc competit cõdictio ex lege non petitio hereditatis.ita tenet gl.omnimodo,& d.l.ſcimus, ut teſtatur ibi Salicet.& Pa.de Caſt.Aret.Cõmunem quoque dicit Corraſ.l.filium quem,nume.104.C.famil.herciſ. Pau Picus d.l.in quartam,nu.93. ibi Alex.col. pen.Ruin.in fi.communem dicit Corne. conſi.116.nu.21.vol.2.Roder.Suarez d. l.quoniam in prioribus,Ampliat 10.hãc quoque dicit communem Andr.Geyl.li. 2.obſer.120.Fern.Vaſq.de ſucceſ.crea.§. 10.nu.517.& ſeq.licet ipſe ſuo more contrarium defendat.& de controuerſ. illuſtriſ.cap.106.nu.41.

2 Nota tamen quod forma proponendi in hac condicione eſt.I.Quod in bonis defuncti tot erant bona,& tanti ualoris.II. Quod ſibi fuit relicta tãta ſumma titulo inſtitutionis.III. Quod ſumma prædicta ſibi non ſufficiat pro ſua legitima portione.IIII.Quod tantum deficit pro ſua legitimã.Quare petit & cõcludit ſibi ſuppleri iuxta formam dict.l.omnimodo. ita tenet Bar.conſi.17.incip. forma petenti. & hanc formam petendi dicit eſſe communem Boer.deciſ.250.nu.7.& hæc in præſentia ſufficiunt.

§. Suitas.

HAEC materia ſuitatis difficilis quidem,& non ſolum ad percipiendas plurimas leges neceſſaria, ſed in palatiis quoque frequens eſt.

Quæſtio Prima.

S V M M A R I V M.

Quid ſi Suitas.

QVæro quid ſi ſuitas? Reſp. Docto. uaria in diuerſis locis tradunt definitiones. Ang.de Perigl.i tract. ſuit. ſuitatẽ definit.ut ſit ius quoddam intellectuale, directum,non flexibile, propter patriam poteſtatem,& quamdam domeſticitatem domini bonorum aſcendentium continuationem ad deſcendentes proximos poſt mortem immediate inducẽs, & hæc definitio colligitur ex tex.in l. in ſuis, ff. de lib.& poſthu.inſt..tit.de hæred. ab inteſt.§.ſui autem,& eam plerique communiter approbãt Doct.ut aſſerit Bellon. li 1.ſupput.iur c.3.Vacun.a Vacun.li.3. declar.114.Eam diuerſis uerbis & clarius tradit Alciat.li.5.Parerg.c.19.ut ſit hærendum qualitas, qui hæredes primum in

poteſtate paterna locũ tenent continuationem dñii, neceſſitatem que ſucceſſionis ipſe iure inducens, quæ ſatis ſuſtentalis eſt quamuis omnis in iure definitio periculoſa. Vnde ſuus hæres dicitur, quaſi naturalis, proprius, natiuus, & domeſticus, ad paternam hæreditatem, & natura & ipſo parentum uoto uocatus.

Queſtio II.

SVMMARIVM.

Qui iure ſuitas introducta.

QVæro, quo iure ſuitas introducta eſt? Reſp. quod l. 12. tab. introducta fuit tex. inſt. de hær. d. ab inteſt. §. 1.

Queſtio III.

SVMMARIVM.

Quotuplex ſit ſuitas.

QVæro quotuplex ſit ſuitas? Reſpon. Bart. circa effectus ſuitatis tres caſus conſiderat, unde tres ſpecies conſtituuntur. Primus caſus, quãdo filius immiſcuit ſe hæreditati paternæ, quo caſu non licet abſtinere, & dicitur pleniſſima ſuitas. Secundus caſus, quando nec immiſcuit ſe, nec abſtinuit, quo caſu omnes effectus ſuitatis procedunt, continuatio domini, trãſmiſſio, &c. & dicitur plena ſuitas. Tertius caſus, quando abſtinuit, quo caſu ceſſat effectus tranſmiſſionis, & dicitur ſemi plena ſuitas, ut inf. patebit circa effectus.

Queſtio IIII.

SVMMARIA.

Requiſita ad inducendam ſuitatem, n. 1. et 2.
Suitas abſque patris poteſtate habet locũ in certis caſibus, nu. 3.
Primus eſt in poſthumo, nu. 4.
Secundus in nepote non nato, ſed concepto, uiuo auo, nu. 5.
Tertius, ĩ filio qui fratri pupillariter eſt ſubſtitutus, nu. 6.
Quartus in epiſcopo uel monacho, nu. 7.
Quintus in adoptiuo extraneo, nu. 8.
Emãcipatus an hodie hẽat iura ſuitatis, n. 9.

1 VIdeamus quæ requirantur ad ſuitatem cauſandam, & inducendam, & in hoc ſcire debes, quod duo precipue requirãtur, ut quis ſuus ſit, nempe ꝙ in patria poteſtate ſit, & primum locũ obtineat in gradu. tex. cũ §. ſeq. inſt. de hæred. qualit.

2 Imprimis igitur baſis & fundamẽtum ſuitatis eſt patria poteſtas. tex. eſt apertus l. lege Cornelia, ff. de teſt. Vnde ſui hæredes proprie ſunt qui in poteſtate morientis fuerunt, de hac concluſione non eſſe dubitandum dicit Dec. d. l. qui ſe patris n. 3. & quidem legitimi & naturales, quia in eos ſaltem liberos habebant poteſtatem ciues Romani, qui ex iuſtis legitimiſque nuptiis procreati erant, in iſtis indubie procedũt effectus ſuitatis, ut ait Ang. de Peruſ. d. tract. q. 4. uerſicu. quarti, ut dixi alibi.

3 Sunt tamen quidam caſus, in quibus ſuitas abſque patris poteſtate locum hẽt, & ſui dicuntur, licet non ſint in poteſtate, legis diſpoſitione, non tamen propriè, & uerè, ſed fictè & interpretatiuè.

4 Primus eſt in poſthumo, is enim licet antequam naſcatur non poſſit dici in poteſtate morientis fuiſſe, tamẽ ſuus eſt hæres, & habet ſuitatem, & iura eius. text. eſt §. ita demum, uel ſcilicet poſthumi, inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. & hęc ſententia communiter recepta eſt, ut teſtatur Fab. Acoromb. d. l. qui ſe patris. nu. 30. Fingitur enim natus, & ſuus fuiſſe intelligitur, quo ad ipſius commodum, eo quod ſi uiuo patre naſceretur, eſſet in ipſius poteſtate. Antequam autem naſcatur poſthumus, non dicitur ſuus hęres, ſed poſtquã natus retrotrahitur tempus natiuitatis ad tempus mortis patris, & cenſetur natus cum pater moreretur, hãc dicit receptam ſententia Pinel. rub. de bonis mater. part. 2. num. 37.

5 Secundus eſt in nepote non nato quidem, ſed cõcepto, uiuo auo, licet enim filio decedente inter mortem aui, & nepotis natiuitatẽ, nepos nõ poſſit dici fuiſſe in poteſtate aui, nõ natus tñ, fingitur natus fuiſſe, & in poteſtate, quo ad commodum ſuũ. Iura enim reſeruarunt oĩa iura libero ventri, ideoque ſui dicunt, improprie tamẽ. ita tenet Bal. d. l. q ſe patris, & cõiter receptum dicit Acoromb. num. 30.

6 Tertius eſt, ſi filius pupillariter ſubſtitutus fratri ſuo impuberi, hæres ſuus, & neceſſarius erit. text. l. nec ſi plures, §. quos poſſum. ff. de vulga. & ita communiter receptum aſſerit Fab. Acoromb. dic. l. qui ſe patris, numer. 30. Quæ ſententia, quod pupillariter ſubſtituendo faciat ne-

ceſſarium

ceſſarium hæredem vera eſt, ſed quod ſuũ faciat, ualde dubia. Communem tamen probat Rip. le. 2. ff. de vulg. Alc. d. l. qui ſe patris. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 15. n. 29. dixi ſupra §. ſubſtitutio, q. 36.

7 Quartus eſt in adoptiuo extraneo, is enim proprie non dicitur ſuus, quia patris poteſtatem non exit, nec tranſit in poteſtatem adoptantis, improprie tamen iura ſuitatis habet, ſaltem in ſucceſſione ab inteſtato, & quo ad hoc fingitur in poteſtate, in cæteris pro extraneo habetur. ita dicit communiter teneri Fab. Accoromb. d. l. qui ſe patris. nu. 30.

8 Quintus eſt in Epiſcopo, uel Monacho monaſterium ingreſſo, qui eximuntur patria poteſtate, ut eſt communis opinio, Villal. lit. P. num. 52. Viu. lib. 1. verb. filium a patria, Villal. lit. M. numer. 114. Didac. Couar. cap. quia nos. num. 5. extr. de teſta. Non tamen amittunt ſuitatem, ſed finguntur eſſe in poteſtate, quo ad cõmodum illorum. & retinent omnia priuilegia ſuitatis. tex. eſt l. Deo nobis, C. de epiſcop. & cler. ibi notat Cyn. & ſequuntur Doc. communiter, ut teſtatur Anto. Gom. variar. reſol. tom. 1. c. 9. nu. 11. in fi. Fab. Accoromb. d. l. qui ſe patris. num. 30. viui commu. opin. lib. 1. uerb. filium a patria, ibi. & hæc omnia, Villal. lit. M. num. 113. facit ꝙ licet patria poteſtas ſit cauſa acquiſitionis uſusfructus in bonis filii, tamen uſusfructus ſemel patri quæſitus retinetur, & conſeruatur etiam ceſſante patria poteſtate, ut per mortem filii, ingreſſum religionis, uel alias, ut tenet Bal. l. 3. C. de uſufr. & eſt communis opinio, ut teſtatur Ant. Gom. d. c. 9. nu. 13. in fi.

9 Sextus eſt in filio emancipato, is enim non habet ſuitatem, nec eius priuilegia, quia per eam ius patriæ poteſtatis, & ſuitas ipſa tollitur. tex. §. emancipati, inſt. de hæred. quæ ab inteſta. & hoc olim de iure ueteri. Sed quid hodie de nouo? Reſpond. Paſſus eſt dubius, egens deciſione principis, ut dicit Matheſilanus tracta. de ſucceſ. ab inteſtat. in princip. numero 5. Bartol. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, nu. 8. videtur tenere, quod emancipatus habeat hodie etiam ſuitatem, & ſuccedat patri ab inteſtato, ut ſuus, & plerique alii ſequuntur, Quia hodie ſublata eſt differentia ſuitatis & emancipationis, ut uoluit glo. dict. l. Gallus, verb. agnationis, Communiter approbata, vt teſtatur Alexand. d. l. qui ſe patris num. 18. l. ſi emancipati, num. 11. ibi. Iaſ. num. 36. C. de collat. l. 3. C. de iur. delib. Iaſ. d. §. & quid ſi tantum, in 1. lectur. num. 53. dixi infra §. ſucceſſio ab inteſtato. Contrariam vero partem, quod hodie duret differentia inter filium in poteſtate & emancipatum, quo ad qualitatem hæredum, itaque licet emancipatus ſuccedat de iure ciuili, non tamen ut ſuus, tenet glo. ord. Auth. ex cauſa, in parte irritum, C. de liber. præter. & in d. §. & quid ſi tantum, uerb. emancipatus, quas Doc. omnes in ſuis locis ſequuntur, & cõmunem opin. eſſe teſtatur Corn. l. fratris, num. 4. C. de iur. deliber. Iaſ. l. poſthumo nato, num. 12. C. de bonor. poſſeſ. contra tab. Fernand. Vaſqu. de ſucceſ. creat. §. 19. num. 7. Anton. Padil. l. ſi emancipata. nu. 11. C. de iur. & fact. igno. quibus locis apparet reſtringi magis communem opin. quæ habet hodie ſublatam differentiam ſuitatis & emancipationis, ut procedat quo ad ius ſuccedendi, non quo ad mediũ & alias qualitates, quæ hodie filiis ſuis adſunt, & deſiderantur adhuc in emancipatis, & hec veritas eſt, ita omnes generaliter loqui dicit Corn. d. l. fin. Effectus huius deciſionis eſt ualde magnus, quia nec hodie tranſmittet emancipatus hæreditatẽ non aditam ex potentia ſuitatis, ut dixi infra, §. fi. quod nota, quia cum hodie de conſuetudine Germaniæ filius per contractum matrimonii ipſo iure ſit emancipatus, ut dixi ſupra §. bonor. poſſeſſio, quæſt. filius uxoratus numquam tranſmittet hæreditatem non aditam ex potẽtia ſuitatis, quod notauit etiam Ant. Gomez. ad ll. Tauri, quib. filius etiã per matrimonium ſit emancipatus. variar. Reſo. Tom. 1. c. 9. nu. 24. in fin. quem refert Anto. Padil. d. l. ſi emancipata, nu. 13. tu tamẽ de hac conſuetudine Germaniæ cogita. Item non poteſt excluſus a patris ſucceſſione abſtenſionem renocare, iuxta l. fin. C. de repudiand. hæred. vt eſt communis opinio, de qua infra d. §. fi.

Prædicta procedunt in ſucceſſione ab inteſtato, & extra teſtamen. In ſucceſſione contra teſtamentum cõis eſt opinio, quod emancipatus non habeat ſuitatem, ſed præteritus habet contra tabulas tan-

tum

tum, non ēt ius dicendi nullum. ita tenet gl. mag. l. ſi emancipati. C. de collat. & l. ſi filius, ff. de minor. quæ communiter, approbata eſt, ut teſtatur Cor. d. auth. ex cā nu. 29. & d. l. ſi emancipati, nu. 1 . l. ſicut certi, num. 3. C. de milit. teſt. quem refert Vaſq. d. §. 19. nu. 8.

Quæſt. V.

SVMMARIA.

Ad ſuitatem requiritur quod filius ſit in primo gradu. Declaratur, nu. 2. & nu. 3. quando nullum teſtamentum conditū eſt, alias ſufficit tempus deſtituti teſtamenti.

Nepos non fit auo ſuus, niſi in uita eius conceptus ſit, nu. 4.

1 SEcundo ut filius uel deſcendens ſit ſuus. & ius ſuitatis conſequatur, requiritur, quod ſit in primo gradu per ſe uel repreſentatiue tempore mortis, hoc eſt, vt nemo eum in gradu pręcedat, & ita ſuitas uirtus, & effectus eius reſidet in prima perſona, & gradu lineæ deſcendentium, non uero in ulterioribus, text. d. §. ſui. Ideoque ſi extet filius, & nepotes ex eo licet in poteſtate ſint, iſti nepotes tñ non ſunt ſui, nec habent iura ſuitatis, ſed ſolus filius tanquam proximior in gradu. Eo tamen deficiente & ſublato de medio morte uel emancipatione, tunc quia nepos in poteſtate proximior eſt, ſubintrat locum patris ſui, & iura ſuitatis conſequitur. Quod tamen intellige, quantum ad ſuccedendum ab inteſtato, uel contra teſtamentum, ſi eſſent præteriti uel exhæredati, & hoc eſt indubitatum. ſed ex teſtamento bene poſſunt eſſe ſui hæredes auo, quia auus exhæredaſſet filium, ſi inſtituiſſet nepotem in teſtamento, namque tales nepotes ſunt ſui hęredes auo in teſtamento abſque aliqua in mixtione & faciunt patrem neceſſariam hæredem. tex. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acq. hær. ibi tenet Bar. & ſequuntur omnes cōmuniter, ut teſtatur Goza. l. qui ſe patris num. 34. C. vnd. liber. Ant. Gomez. uaria. reſolut. tom. 1. cap. 9. num. 22. Ratio eſt, quia exhæredatus pro mortuo habetur, ſed mortuo patre filius ſubintrat locum eius, & iura ſuitatis conſequitur, atque ita exhæredatio tollit ſuitatem ita magis communiter receptum eſſe teſtatur Goz. licet contra ſentiat d. l. q ſe patris, Gribald. verſic. ſed cum ab hoc articulo, quamuis plerique in hoc contrarium teneant, quod etiam verius videtur.

3 Hoc quoque, quod dictum eſt in ſucceſſione ab iteſtato, ut nepos auo ſuo fiat hæres, requiri, ut primum locum habeat tempore mortis, intelligi debet, quando omnino nullum teſtamentum conditum eſt. Secus condicto teſtamento, quia tunc ſufficit tpe deſtituti teſtamenti proximiorem eſſe, vt ſi pater habens filium, & ex eo nepotem in ptāte, filium exhæredaſſet præterito nepote, extraneo hærede inſtituto, eoque deliberante filius moriatur poſtea hæres repudiet, itaque deſtituitur teſtamentum, & ad cauſam inteſtati reducitur, namque tunc nepos fit ſuus auo hæres, quia tēpore deſtituti teſtamenti, quo conſtabat auum inteſtatum deceſſiſſe nemo eum præcedebat. tex. l. ſi qui filio exhæredato, in princip. ff. de iniuſto rub. & tenent omnes.

4 Ad hoc tamen, vt nepos auo ſuus hæres fiat; neceſſe eſt, quod ſaltem viuo auo conceptus ſit licet poſt mortem eius natus, qui tunc in utero fuiſſe fingitur, ut dixi ſupra de poſth. Secus vero ſi poſt mortem aui conceptus ſit tunc. n. mortuo patre, & deſtituto teſtō hæres ſuus auo fieri nequit, licet ex perſona patris ſui, cui delata eſt hæreditas, ſuccedere auo nihilominus poſſit iure tranſmiſſionis ex l. vni. C. de his q ante apert. tab. ut dixi inf. §. fi.

5 Sed quo, ſi pater decedat ſuperſtite filio & nepote in eius ptāte conſtituto, & poſtea abſtineat ſe filius, nunquid nepos ille ſuccedat ut ſuus, & neceſſarius auo paterno? Reſp. ꝙ non, ſed ſuccedit tñ ut his voluntarius de iure ciuili. ita dicit. cō munē. eſſe opin. & clariſſimum apud oēs Goz. d. l. qui ſe patris, n. 14. Sapia. nu. 53.

Quæſtio VI.

SVMMARIA.

Beneficium abſtinendi ſuis conceditur. n. 1.

An iure ciuili, uel prætorio tantum introductum ſit nu. 2.

An beneficium abſtinendi ſit annale, nu. 3.

Quid introductū erit hoc beneficium, nu. 4.

Filius non præſumitur hæres, nu. 5.

Filius poſt repudiationē pōt penitere. nu. 6.

IVxta prædicta quoque ſciendum eſt. q licet olim ſui erant quoque neceſ-

ſarii,

ſarij, & tenebatur precisè patri ſuccedere
1 tñ hodie beneficium abſtinendi introductum eſt, quo ſuis hæredib. permittitur liberum arbitrium adeundi, uel potius immiſcendi, vel non, ſicut emancipato, vel extraneo. ita tradit Bar. l. nec emacipatus ff. de leg. 1. & ſequunt̃ cõiter Doct. vt teſtatur Ant. Gomez. uariar. reſolu. tom. 1. c. 9. nu. 23. verſ. ſecundo pro iſta parte.

2 Sed quæro, an iure prætorio tantum, an etiam iure ciuili introductum ſit abſtinẽdi beneficium? Reſpond. variatum eſt ſententiis quibuſdam exiſtimantibus hodie etiam de iure ciuili, cum ius prætorium ab eo confirmatum ſit, ſuos hæredes abſtinere poſſe. Sed obtinuit etiam hodie, eſſe de iure prætorio tantum. ita tenet gl. d. l. qui ſe patris, in gl. mag. prope finem, & hanc dicit magis communem opin. Alexã. nu. 5. gl. 1. C. qui admitti, & ibi dicit communem Iaſo. & Sapia. & quod omnes glo. ita intellexerũt: aſſerit Ang. de Peruſ. tract. ſuitat. q. 7. Communem quoque dicit Gozad. d. l. qui ſe patris. nume. 148. Communem & veriſſimam ibi num. 89. verſi. 6. & magis communem dicit ibi Riminald. num. 6. Anton. Gomez. variar. reſol. tom. 1. c. 9. num. 20. uerſ. ſed his non obſtantibus. licet enim ius ciuile referat, & approbet ius pretorium, & beneficium abſtinendi ab eo introductum, tamen illud refert cum ſua qualitate pretoria, non ut uires capiat nouas a iure ciuili. ita tenent cõiter oẽs Doct. d. l. qui ſe patris, ut idem Gomez. d. loco teſtatur.

3 Sed dubium vtrum illud beneficium abſtinendi ſit annale, vel perpetuum, ita ut filius, ſi putet damnoſam hæreditatẽ patris, teneatur intra annum abſtinere, uel perpetuo poſſit abſtinere ſi ſe immiſceat? Reſp. Quicquid plerique dixerint, communis eſt reſolutio, ꝙ ſit perpetuũ, & ſi filius ſe tacite, uel expreſsè non immiſcuit hæreditati, poſſit qñcunque abſtinere. ita tenet Ioan. de Imol. l. ventre præterito, ff. de acq. hær. & teſtatur communem eſſe Sapia. d. l. 1. nu. 28. & ſeq. Mouentur quod prætoria remedia ſunt annalia ad agendum, & perpetua ad excipiẽdum, licet. n. in facultate filii ſit abſtinere, tamen poſtquam abſtinuit, nõ eſt in eius facultate opponere beneficium abſtinendi, niſi conueniatur.

4 Quæro quid circa ſuos introduxit beneficium abſtinendi? Reſpon. Communis eſt reſolutio, ꝙ hæres per beneficium abſtinendi hodie conſeruat ſuitatem, & effectus eius in his, quæ ei fauorabilia ſunt ſed amittit eam, quo ad ea, quæ eius incõmodum reſpiciunt, ita tenet Bart. & omnes in l. ſi filius, ff. de vulg. ut teſtat̃ Alex. l. neceſſariis, nu. 5. ff. de acq. hær.

5 Et hoc procedit non tantum quando hæres expreſſe abſtinuit, ſed etiam quando ſe non immiſcuit, quia non præſumitur hæres ante immixtionem. quo ad ipſius præiudicium. ita tenet Roma. d. l. neceſſariis nu. 1. Abb. cap. nu. 3. ext. de ſolut. magis communem teſtatur Iaſ. l. ei qui nu. 1. ff. de acq. hær. Soc. conſi. 60. num. 7. uol. 1. Ideoque ut poſſit a paternis creditoribus conueniri, talis filius. de cuius abſtenſione, uel immixtione non conſtat, neceſſe eſt, ut probetur eum non ſolũ filiũ eſſe, ſed cum hæreditati patris ſe immiſcuiſſe. ut dixi ſupra §. hæreditas, q. 2. n. 8.

6 Hoc quoque notãdũ eſt, ꝙ filius ſuus poſt repudiationem, ſi ſequens in gradu non adiuit, poſſit pœnitere, & infra tres annos, non uero ulterius hæreditatẽ quã repudiauit adire. tex. l. fi. C. de repud. hæred. & ibi not. gl. & cõiter Doc. ut teſtatur Ant. Gom. variar. reſol. tom 1. c. 9. nu. 31. Secus vero eſt in emãcipato, uel filio reſpectu matris. ita tenet Ang. & communiter Doct. d. l. fi. ut idem Gom. teſtatur.

Queſtio VII.

SVMMARIA.

Filius & pater una eademque perſona cenſetur & ſtimum patris, & filii ſunt idem nu. 1.

Donatio inter patrem & filium ualet quo ad legitimæ aſſignationem, nu. 2.

Filius non poteſt inſtitui ſub conditione caſuali nu. 3. Quid in nepotibus, nu. 4.

Teſtamentum, in quo filius ſuus præteritus, ipſo iure nullum eſt, nu. 5.

Metus in perſona filij, etiam in perſona patris cenſetur. nu. 6.

In filium continuatur dominium. nu. 7.

An poſſeſſio continuetur. nu. 8.

Filius ſuus non poteſt uſucapere pro hærede nu. 9. declaratur. nu. 10.

Filius

Filius trãſmittit hæreditatẽ nõ aditã.n.11.
Filius īſtitutus ſua cõditiõe caſuali mortuus ante euentũ cõditionis facit deſtitui teſtamentum,n.12.declaratur,nu.13.
Quid in poteſtatiua conditione, n.14.

DIximus de his, quæ ad eſſentiã ſuitatis pertinent, nũc paucis de effectibus ſuitatis deſpiciemus. Primus itaque eſt effectus, ꝙ filius, & pater vna eademque perſona cenſeatur, & itimum patris & filii ſunt vnum, & idem tex. l.fi.C.de impub.& no.glo.l.2.C.qui ætate ſe excuſ.lib.10. quam communiter approbatam affirmat Iaſ.l.ſciendum, num. 25.ff.qui ſatiſd.cog. Vaſq.de ſucceſſ.creat. §.19.num.15. Vnde filius quaſi dominus rerum paternarum viuo patre quodammodo exiſtimatur.

2 Ex quibus infertur,quod ratione ſuitatis valet donatio inter patrem, & filium quo ad legitimę aſſignationem. hanc dicit eſſe communem opi. Iaſ.l. frater a fratre,verſic.ſeptimo limita,ff.de condit. indeb. Segur.l.imperator, nu.84.ff.ad Trebel.Fernan.Vaſq.d.§.19.nu.20.

3 Infertur ſecundo, quod filius non poteſt inſtitui ſub conditione caſuali, niſi in eius defectum exheredetur, vt infra.§.teſtamentum.

4 Infertur eodem modo, quod etiam nepotes primum locum obtinẽtes.ſub eiuſmodi cõditione inſtitui nequeant.ita eſt cõis opinio,vt dixi §.teſtamentum.

5 Infertur,ꝙ teſtamentum.in quo filius ſuus, & in poteſtate eſt præteritus, ipſo iure nullum eſt, ex quo enim eſt quaſi dominus,& dominium continuatur in filiũ, nõ poteſt alium inſtituere, niſi filium priuet ſuo dominio. hanc rationem tradit Bar.d.l. in ſuis num.7. ff.de lib. & poſth. & eſt communis opi. vt teſtatur Gomez. varia.reſol.tom.c.9. nume.19. vide infra §.teſtamentum.

6 Infertur etiam,quod ex ſuitate, identitateq; ferę perſonarum, metus adhibitus in perſona filii cenſetur adhibitus in perſona patris, & redditur actus meticuloſus,& nullus tex.l.iſti quidem,ff.q̃d met. cauſ.ib. docet Bar. ſequuntur communiter Docto.vt teſtatur Ant. Gomez.d.c. 9.nu.19.verſic.7.

Infertur, quod filius ſuus acquirit patri,& dixi §.q.

7 Secundus effectus eſt,quod poſt mortem patris ipſo iure dominium bonorũ continuatur in ipſum filiũ. tex.§.ſui inſt. de hęred. ab inteſt. ideoque poſt mortem patris ante aditionem, vel immixtionem filii ſui,vel in poteſtate, nõ dicitur nec datur hæreditas iacens, quæ repreſentet ipſum defunctum ſicut in extraneis.ita tenet glo.l.cum hæreditas. C.depoſit. quã glo. dicit ſingularem Philip.Corn.l.3.C. de iur.delib.& valde notabilem. Iaſo.l.in ſuis,ff.de liber.& poſthu.hanc dicit communem Doc. ſententiã Ant. Gomez.var. reſol.com.1.c.9.nu.17.Eman. Suarez.recep.ſent.theſau.ver.hæres nu.9.

8 Sed dubium oritur, an etiam poſſeſſio rerum paternarum ipſo iure in ſuos continetur. Et quidem Accurſ.in l. cum miles,ff. ex quibus cauſis maior. exiſtimauit tranſire poſſeſſionem ipſo iure, tamen in ea non periſtat, dum poſtea ſubiungit d.l. cum miles, intelligi apprehenſa poſſeſſione. Sed magis communiter obtinuit,poſſeſſionem ipſo iure non tranſire. quam ſententiam amplectuntur Bartol. & ceteri omnes d.l.cum miles, vt teſtatur, & adductis auctoritatibus comprobat Andr. Tiraquel.tract.lemort ſaiſit par.1.declarat.3, nume.6. hanc dicit communem opinionem Alexand.d.l.in ſuis,Pariſ.conſil.1. nume.160. volum.1. vbi dicit hanc concluſionem eſſe ueriſſimam & communem,& quod omnes ita tenet antiqui & recentiores,aſſerit Valent.Forſter.tracta. ſucceſ.ab inteſta.rub.hæreditas quamdiu dicatur,verſi.cæterum ab hac diſtinctione.licet enim hæres ſuus proprietatẽ cõſequatur, tamen poſſeſſorem ſuitas non facit,nec plus operatur in ſuo quam aditio in extraneo.unde ſicut in extraneum, ita in ſuum poſſeſſio transfertur corporali apprehenſione,& ꝙ prædicta poſſeſſio in filium non tranſeat,adeo uerum eſt, vt filius etiam non poſſit propria auctoritate accipere poſſeſſionẽ ſuæ legitimæ alio hærede inſtituto,nec ei competat interdictum poſſeſſorium ut dixi ſupra §.legitima.q.1.

9 Inferẽ etiã ex prædictis,ꝙ filius ſuus & in poteſtate, cum ad illũ a defuncto cõtinuatur dominiũ dicatur,nõ põt uſucapere,uel præſcribere aliquam rem in hæreditate patris repertam,quã ſine titulo poſſide-

poſſidebat, pro herede, quia nullum titulum de nouo conſequitur, ſecus in extraneo, is. n. ſi defunctus poſſidebat rem alienam bona fide, legitimo tempore, quia titulus deficiebat poſt aditam hæreditatē poteſt uſucapere, uel præſcribere ex nouo titulo ꝓ hærede. ita tenet gl. l. i nihil, C. pro hæred. & ſequitur Bar. d. l. in ſui, eſtque receptiſſima ſuita ut profitetur Alcia. num. 117. Iac. S. Georg. l. pater filium, n. 26. ff. de inoffi. teſta. Couar. c. poſſeſſor 2. par. 5. Ant. Gomez. d. c. 9. nu. 19. uerſi. 4. Arius Pinel. rubr. 2. par. num. 38. uerſi. ſed omiſſis, C. de bon. mater. licet ille cōtrariam ſententiam amplectatur, quæ in puncto iuris forte uerior eſt: hanc quoq; frequentiori calculo approbatam aſſerit Ema. Suarez addit. ad Gomez. uaria. reſo. tom. 1. c. 3. nu. 30. qui tamen contrariam uti ueriorem ſequitur.

10 Intellige tū hoc, ut procedat, quando filius ſe immiſcet tāquam filius, ſecus ſi uelit ſuccedere tāquam agnatus, uel cognatus per bono. poſſeſ. ita tenet Bal. rub. de præſcr. n. 15. & cōem opi. profitetur Fer. Vaſq. d. §. 19. n. 33. tū cōtrariū probat, ꝙ

11 uerius eſt. Infertur etiā, ꝙ filius hæreditatem etiam non aditam tranſmittit ad hæredes, ut dixi infra. §. ſi.

12 Infertur, quod ſi filius inſtitutus ſub conditione caſuali uel mixta, & in defectum eius exhæredatus deceſſerit antequam conditio exiſteret, uel deficeret, teſtamentum deſtituitur, & filius ſuus hæres ab inteſtato efficitur. ita tenet Bar. l. ſi filius a patre, ff. de libe. & poſth. & eſt communis opin. ut teſtatur, ibi Alex. nume. 1. Iaſ. nu. 11. qui tamen contrarium tenet, Fernand. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 19. nu. 50. licet ipſe quoq; ſuo more impugnet, dixi infra §. teſtā. Inſtitutio enim conditionalis nō tollit omnino ſuitatis exiſtētiam, & dū vixit, neque inſtitutus, neque exhæredat⁹ fuit, unde. ſuus hæres efficit,

13 Intellige tamē. ut procedat, niſi datus fuerit cohæres, uel ſubſtitutus, per cuius aditionem exhæredatio confirmetur. ita tenet Bar. d. l. filius a patre, & commu nē opinionem fatetur. Iaſ. ibi. licet cōtrariū probet Vaſqui. dict. loco nume. 55. ubi dicit eam eſſe tenendam, dixi infra §. teſtamentum.

14 Idem dic in cōditione poteſtatiua, ita tenet gl. Bart. & ſequuntur omnes d. l. filius a patre, eſtque communis opinio. ut teſtatur Iaſ. ibi, Vaſqu. d. §. 19. nu. 50. qui tamen reſtringit, ut procedat in conditione, quæ conſiſtebat in faciendo, ſecus in ea quæ in dando.

Quæſtio VIII.

SVMMARIA.

An hodie in filio habeat locum ſuitas. nu. 1.
Diſtinguitur, nu. 2.
Quid ſi pupillus habet cohæredem. nu. 3. declara. nu. 4.
In filio abſtinente, ſuitas confirmat fideicommiſſum. nu. 5.
Item confirmat dationem tutoris, nu. 6.

QVæro iuxta prædicta, an hodie ſtāte iure prætorio a iure ciuili confirmato, i filio ſuo habeat locum ſuitas, & omnes effectus eius? Reſpōd. Quod ſi filius ſe immiſcuit, in quo ē pleniſſima ſuitas, ut dixi ſupra. abſque omni dubio locum habet ſuitas, & omnes effectus. Sin autē loquimur in filio expreſsè abſtinente ab hæreditate paterna, adhuc quędam ſupra ſunt reliquiæ ſuitatis, quæ ſemiplena ſuitas appellatur.

2 Primo namque hunc habet effectum, ꝙ exiſtentia ſuitatis cōfirmat tabulas pupillares, tex. l. filius, ff. de acq. hær. pater. & ibi tenet Bar. & oēs, eſtq; cōis opin. ut dixi, ſupra, §. ſubſtitutio, q. 26. & cōem dicit Fernan. vaſqu. de ſucceſ. crea. § 21. nu. 264. Quod procedit quidem, quando ipſe pupillus ſolus fuit inſtitutus, & eidē datus pupillaris ſubſtitutus, uel duo pupilli iſtituti, & pupill riter ſubſtituti, ut dixi ſupra §. ſubſtitutio, q. 26.

3 Sed quæro, quid ſi pupillus inſtitutus habuit cohæredem ſuū, & extraneū ſubſtitutū, numquid cohærede ſuo abſtinēte, exiſtentia ſaltem ipſius impuberis cōfirmat tabulas teſtamentarias? Reſpond. ꝙ ſic. hanc dicit communem Doct. ſentētiam. Ang. de Peruſ. d. trac. ſuita. 2. q. quartus, & ultimo caſu.

4 Sed numquid prędicta, vt exiſtētia ſui hæredis abſtinentis, cōſeruet tabulas pupillares, procedūt matre exiſtente in medio? Reſpond. quod ſic. ita tenet gl. l. pater filio, ſecundum communem lecturā, quam oēs ſequuntur, ut teſtatur Ang. d. tract. ſuitatis, quarto & ultimo caſu.

Alius

5 Alius effectus eſt ſuitatis in filio abſtinente, q̃ confirmat fideicommiſſum uniuerſale, etia extraneo relictum à filio abſtinente. tex. l. ita tamen, §. ſui autem, ff. ad Treb. & ibi tenet gl. & Doct. communiter ſequuntur, vt teſtatur Ang. d. tract. ſuitat. q. 9. uerſ. ſecũdus effectus. Ratio eſt, quia dictus filius cogi poterat reſtituere, ſicut alius extraneus, itaque coactione confirmatur per ſuitatem.

6 Tertius effectus in ſuo abſtinente eſt, q̃ confirmat dationem tutoris in teſtõ, licet talis datio tutoris alias ſine aditione non ualeat. ita tenet Bart. d. l. ſi filius qui patri, ff. de vulg. & pup. & eſt communis opi. ut teſtatur Ang. d. tract. q. 9. uerſ. tertius effectus, & hoc quando inſtitutus eſt ſuus, cui datus eſt tutor, ſecus ſi filio impuberi exhæredato datus eſt tutor, alio filio inſtõ, namque eius exiſtentia non conſeruat tutoris dationem. ita tenent cõiter Doct. ut idem Ang. teſtatur d. loco.

Quæſtio IX.

SVMMARIVM.

Status quid operetur in ſuo, qui nec abſtinuit nec ſe immiſcuit.

QVæro, q̃d operetur ſuitas in filio ſuo qui ſe nec abſtinuit, nec ſe immiſcuit, in quo plena eſt ſuitas? Reſp. Communis eſt reſolutio, quod licet per beneficium prætoris neceſſitas ſublata eſt, & omnes effectus ſuitatis, quo ad incõmodum filii, tamen quo ad fauorem filii ſuitas non eſt ſublata, nec eius effectus, vt dixi ſupra. Suitas itaq; in tali filio operatur, non tantum omnes effectus, quos ſemiplena in filio abſtinente, ſed & alios in fauoré eius, de quibus ſupra. ideoq; hæreditatem non aditam tranſmittit, ut dixi infra. §. fi.

Quæſtio X.

SVMMARIA.

An per dationem ſubſtituti vulgaris tollatur nu. 1. declaratur, nu. 2. & 3.

Quid in vulgari tacita, nu. 4.

Quid in vulgari comprehenſa in compendioſa. num. 5.

Quid ſi uulgaris fiat in ſuitate. nu. 6.

An ſuitas tollatur in legitima per dationem ſubſtituti, nu. 7.

Quid ſi uulgaris iuncta cum fideicommiſſaria. num. 8.

Quid in ſubſtitutione caduca, nu. 9.

Quid ſi legata ſint relicta nominatim ab inſtituto, nu. 10.

1 REſtat ut dicamus, quibus modis tollatur ſuitas. Quæro itaque an per dationé, pone ſubſtituti vulgaris tollatur, pone enim, pater inſtituit filiũ ſuũ, & in poteſtate hæredé, eique ſi hæres nõ erit, ſubſtituit vulgariter? Reſp. Art. eſt valde dubius, in quo cõtrariæ ſũt interpretũ ſniæ. Sunt. n. qui exiſtimarũt ſuitaté non tolli datione ſubſtituti vulgaris, quod docuit Ang. l. ſi pater, C. de inſti. & ſubſt. & hanc cõem firmat modernorum ſententiã Are. l. ſi filius hæres, ff. de lib. & poſthum.

4 Concluſio memorata quæ uult in teſtamento inter liberos non requiri ſolẽnitatum obſeruationem, declaratur, ut licet in teſtamento regulariter requirantur 7. teſtes, tamen in teſtamento inter liberos ſufficiant duos teſtes. ita tenet, gl. auth. quod ſine, eod. ti. de teſtam. & hanc dicit eſſe communem opinionem Alex. conſi. 76. nu. 2. conſi. 12. uol. 3. conſi. 146. uol. 2. Apoſtil. ad Alex. l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, lit. C. Iaſ. d. §. ex imperfecto, num. 6. Didac. Couar. c. relatũ, num. 4. & 5. extra de teſta. Fernan. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 21. nu. 58. Franciſ. Viu. communem opin. lib. 1. opin. 343. uerſi. interpretatur quoq;, Iul. Clarus d. §. teſtamentum, q. 8. uer. hinc infertur, Lud. Zun. d. conſil. pro uxore, nume. 63. And. Geyl. d. obſer. 112. nu. 1.

5 Secundo declaratur, quod licet mulieres utroque iure teſtes in teſtamento eſſe nequeant, ut infra qõ. dixi, tamen hoc non obtinet in teſtamento inter liberos, quod ualet, ſi teſtes fœminæ ſint equè, ac ſi maſculi adhibeantur. ita tenet d. gloſ. auth. quod ſine, quam ibi omnes ſequuntur, ut prædicti fatẽtur, & præterea Frã. Niconitius rub. de teſtam. ante num. 25. qui hanc ſententiam dicit communem, & inter omnes hoc conuenire, nec controuerſum eſſe atteſtatur Tiraq. de ll. cõnub. l. nume. 59. gloſſ. communiter approbata, ut teſtatur Vaſq. & Couar. prædicti l. fi. §. in omni, uerb. excepto, C. de codic. quicquid dixerit Cur. iun. d. §. ex imperfecto, plus enim priuilegii hac in re tribuitur patri teſtanti inter liberos, q

militi

militi inter extraneos, ut eſt communis opin. quam firmat Iaſ. ibi nu. 7. Vaſq. vbi ſupra.

6 Tertiò declaratur, vt procedat, ſiue teſtes adhibiti ſint rogati, ſiue non gl. d. l. ſi. communiter probata, vt dicit Dec. conſi. 160. nu. 2. & prędicti omnes teſtantur, & fatentur tres iſtas declarationes communiter receptas eſſe.

7 Sed quæro, numquid etiam teſtamentum cæci minus ſolenne valeat inter liberos? Reſp. quod ſic, & eſt communis opinio quam tenet Bart. d. l. hac conſultiſſima, & communem probat Doc. ibi n. 37. Fern. Vaſq. d. loco, cõmunem dicit Natt. d. §. ex imperfecto. nu. 39. & non recedendum. idem Vaſqui. magis communem dicit de controuerſ. illuſtr. cap. 103. nume. 11.

8 Quæro, an diſpoſitio d. §. ex imperfecto habeat locum inter liberos inæqualiter inſtituto? Reſp. Controuerſum eſt, & qđ in triplicem opinionem deducta eſt: Prima eſt eorum qui exiſtimant non ualere. Secunda eſt, quod ſi magna ſit inæqualitas, non ualet teſtamentum imperfectum inter liberos, ita ſenſit Iaſ. d. §. ex imperfecto, nu. 2. & hanc ſententiam dicit iuridicam, & a Doct. pro maiori parte approbatam Soc. iun. conſi. 147. num. 39. volum. 2. & nu. 4. dicit iſtam iudicando ſe quendam, cum ſit ualde æqua, & naturali ratione fundata, & uideatur magis communis.

Tertia ſenten. eſt exiſtimantium ualere minus ſolenne teſtamentum inter liberos etiamſi inæqualiter ſint inſtituti, & magna ſit inæqualitas, ita tenet Areti. d. §. ex imperfecto, & ibi Pau. de Caſt. dicit hanc eſſe communem opi. Iaſ. d. l. hac. conſultiſſima, nu. 4. Dec. nu. 37. Fernand. Vaſq. d. §. 21. num. 67. hanc quoque tenet Sal. l. filii, num. 4. C. famil. herciſc. & magis communem dicit Alciat. conſ. 151. num. 4. vol. 9. & Rom. ſententiam non eſſe communem fatetur Soc. iun. Imo hanc poſteriorem magis communem dicit Dida. Couar. c. Rainutius, §. 1. num 3. Quia parentibus liberum eſt in uita bona inter filios diuidere etiam inæqualiter, dũmodo per talem inæqualitatem nullius legitima lędatur. tex. l. parentibus. C. de inoff. teſt. gl. & Doct. communiter l. quoties, C. fami. herciſ. ut teſtatur And. Gey. d. obſer. 113. num. 20. & in tali diuiſione facta inter liberos, non dubium eſt ualere probationem & ſolemnitatem iuris gentium. ergo ſimiliter talis ſolennitas ſufficit, quando id pater fecit in ultima voluntate, & ſi legitimas habent integras filii, acquieſcere tenentur, ſin minus ſupplementi competit petitio, ut dixi ſupra §. legitima.

9 Sed quæro, an teſtamentum imperfectum inter liberos ratione præteritionis ualeat, ut ſi pater plures habens filios, in tali teſtamento unum prætereat? Reſp. q non, ſed tale teſtamentum eſt nullius momenti ex uitio præteritionis. ita tenent omnes d. §. ex imperfecto, & quod illa ſit cõis opinio teſtatur ibi Cor. Alex. nu. 9. Ant. Natt. nu. 109. Clarus d. §. teſtamentum, q. 8. verſi. ſed quæro tu ſcis, Fernan. Vaſq. d. §. 21. nu. 63. & quòd omnes ita tenent, dicit Franc. Mant. lib. 6. tit. 2. uerſic. neque etiam obſtat, quia l. ex imperfecto non diſpenſat, niſi in defectu ſolennitatis probatoriæ.

10 Sed dubitatio magna eſt, ſi alio titulo quam inſtitutionis filio in teſtamento imperfecto ſit relictum, nunquid valeat, namque glo. in auth. nouiſſima, tenet qđ pater in teſtamento inter liberos non tenetur filios titulo inſtitutionis honorare, quam ibi late defendit Iaſ. nu. 16. vſq; ad nu. 23. ubi dicit, quod ſi caſus contingeret, ita conſuleret & iudicaret, quia concluſio illa eſt uera ſicut euangelium, & veriorem dicit nouiſſime Lud. Zunt. conſi. pro vxore, num. 546. Sed contrarium, teſtamentum etiam imperfectum inter filios ratione ſolennitatis non ſuſtineri, ſi pater alio titulo, quam inſtitutionis alicui ex liberis reliquerit, communem tenetur, & probat tex. auth. ut cum de appel. cog. §. aliud quoque, & quod iſta ſit cõmunis opinio teſtatur Sal. d. l. ſi. C. fam. herciſ. & uor. gloſſ. communiter recepta c. ſi pater, uerb. inſtit. de teſtament. in 6. ut teſtatur Didac. Couar. cap. Raynu. §. 1. num. 2. Communem aſſerit Anto. Rube. conſi. 72. Phil. Probus d. c. ſi pater, crebriorem dicunt Moder. Pariſ. addit. ad Alex. cõſi. 158. lit. A. vol. 5. Clarus d. §. 8. verſ. ſed pone, Ludo. Zunt. d. conſi. pro vxore, num. 544. Fernand. Vaſq. d §. 21. nu. 69.

nu. 69. & hæc ueriſſima eſt, quia ut ſupra dictum eſt, præteritione alterius uitiatur teſtamentum minus ſolenne inter liberos inſtitutos. præteritus autem dicitur qui inſtitutus non eſt, licet alio titulo acceperit, unde ſiue nulli ex filiis, ſiue aliquantum, non ualet teſtamẽtum, & ab inteſtato ſuccedit.

1 Hoc tamen omittendum non eſt, quod in teſtȏ imperfecto inter liberos clauſula, ſi nõ ualet quod ago iure iuſto, ualeat eo meliori modo quo ualere poteſt, & in eo ſemper ineſt codicillaris clauſula, etiamſi expreſſe a patre appoſita non fuerit, ita tenet glo. d. l. cohæredi §. cum filiis, ff. de uulg. & hanc dicit communem eſſe opin. Boer. deciſ. 240. ſub nu. 6. uer. etſi non ualeat. & hanc quoque eſſe communem teſtatur Alex. conſ. 81. num. 9. lib. 9. Soc. iu. conſ. 147. nu. 3. uolum. 2. Didac. Couar. d. c. Raynutius. §. 1. nu. 4. Clar. §. teſtamentum. q. 8. uerſ. unum tamen. Ferd. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 21. nu. 65. & de ſucceſ. progreſ. §. 30. num. 43. ubi dicit quoque hanc eſſe æquiorem, & menti iuris proximiorem. & nu. 45. Gabr. Sarai in add. ad Matheſil. not. 41. Nota mirabilem, nu. 2. ubi complures huius communis opinionis conſeſſores cumulat. Lud. Zant. d. reſponſ. pro uxore, nu. 568. Franc. Mantic. de coniect. ult. uolun. lib. 7. tit. 2. de nu. 25. & hoc propter ardorem liciti amoris inter patrem & filios exiſtentis, qui clauſulam hanc tacite inducit. Vnde fit, ut tale teſtamentum ualeat ſaltem iure codicillorum, uel fideicõmiſſi, ac ſi talis clauſula expreſſe appoſita eſſet, iuxta magis communem ſententiam, de qua infra q. 1 Quæro item, an ualeat teſtamẽtum inter liberos nutu conditum? Reſp. Dixi ſupra §. inſtitutio, q. 17.

Quæſtio XII.

S. V. M. N. A. R. A.

An teſtamentum ratione uoluntatis imperfectæ inter liberos ualeat, diſtinguitur nu. 1. 2. et ſeq.

1 QVæro itẽ, an diſpoſitio ſit ex imperfecto, procedens in uoluntate imperfecta, ſiue teſtȏ imperfecto ratione uolũtatis? Reſp. quod non, ita tenet glo. ... ſ. de teſtam. ... & eam dicit opinionem Aret. ibi hanc dicit quoque communem Docto. opinionem Alex. conſi. 76. num. 13. uolum. 3. Rui. conſi. 157. num. 1. uolu. 5. Ioan. Dilect. de art. teſtam. tit. 1. caut. 11. Boer. deciſ. 93. num. 20. Communem dicit et Curt. iun. d. §. ex imperfecto, numer. 4. Iul. Clarus. § teſtamentum. q. 8. Gabr. Roma. com. concl. lib. 4. de teſtam. concl. 9. Andr. Gayl. pract. obſer. lib. 2. obſeru. 115. num. 10. hanc quoque receptiorem affirmat Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ priuileg. ... ſed tot ſunt auctores cõtrarium tenentes, ut ibi refert, quod uix intelligitur, quæ harum partium receptior ſit. Tu pro 2 clariori reſolutione conſidera quatuor caſus. Primus eſt, quando conſtat perfectȏ de imperfectione uoluntatis, ut quia 3 teſtator cœpit diſponere de reb. ſuis quibuſdam, & cum uolũtas eſſet de reliquis diſponere in medio teſtamenti, ſuperuenit furor, uel mors, uel etiam de omnibus bonis iam diſpoſuiſſet, tamen tutelas, uel ſimilia ordinare uellet ordinare facto abreptus non potuit, & clarum eſt, quod illa diſpoſitio non ualet, ita communiter teneri firmant omnes ſupra allegati, & præterea ... ſpecie Natta d. §. ex imperfecto, num. 19. Curt. iun. num. 12. Corne. ibid. Ferran. Vaſq. de ſucceſ. crea. §. 21. nume. 67. & de ſucceſ. progreſ. §. 30. numr. 44. uerſic. quid ſi teſtamentum, Boer. deciſ. 240. Franciſ. Viuius commu. opin. lib. 1. opin. 339. ubi teſtatur hanc eſſe communem canonicam, & uerißimam Doc. ſententiam.

3 Secundus caſus eſt, quando teſtator perfecte ſuam uoluntatem expreſſit, uel declarauit, & principium habuit, quia uoluntatem totam ſcripſit in ſchedula, & depoſuit ut tanta ... eſſet, & moritur, & tunc ſcriptura ... exiſtimarũt ſcripturam nihil ualere, ... conſtet quod teſtator pro ... uoluntatem, quoniam ... ſed contrarium tenet Boe. d. deciſ. ... & per Curt. iun. d. §. ex imperfecto, quod ſi ualeat inter liberos, nec requiritur, quod ſcriptura ſit legi uel publicari corã notario & teſtibus, quia hoc ... ſolemnitatem eſſe non attinentur inter liberos ... patris ... & quo modo ſchedula intelligatur, ut infra dicemus. hanc dicit eſſe communem opi. Aret.

Aret d.l.ſi is qui, Alex.conſi.114.nume. 7.vol.7.magis cõem dicit cõſ.105.e.vol. idem Cepha.conſi.99. nu.3. Fern. Vaſq. de ſucceſ.crea.§.22. ſub. nu.6. uerſ. quid dicendum, Viu com opi.lib.1.opin.339. verſ. ſed hoc non procederet. Lud.Zun. d.Reſp.pro vxore, nu 289. hanc dicit uetiorem Boer.d.deciſ.240. ſub nu.4. & cõmunem dicit deciſ.93. magis communẽ Io.Dilect.d.trac.de arte teſtan.caut.2.ri. 3.Natta d.§.ex imperfecto, Gab.Rom.d. concl.9.nu.12.dixi in ſra q.

4 Tertius caſus, quando in ipſo actu teſtandi aliquid amplius nõ erat dicturus: ſed dixit oia q̃ tunc uoluit, habens tunc pro abſoluto, tñ reſeruauit aliquid dicẽdum in aliud tempus, vt ſi dixit ſe uelle poſtea conditiones adiicere, vel deliberare, an conſanguineis aliquid relinquere vellet, & tunc quoque talis reſeruatio non arguit voluntatis imperfectionem, nec facit, quin teſtm̃ valeat. ita tenet Are. l.ſi teſtm̃,C.de inſt. & ſubſt. hanc dicit receptam Doct ſententiam Lud.Zun.Reſpon.pro vxore, nu.302.

5 Quartus caſus, qñ reperitur ſchedula teſtamenti ſcripta in libro notarii, nec reperitur ſcriptum in ſchedula, quod fuerit lecta ſchedula coram teſtibus, & tunc non valet ita tenet Bal. Auth.quod ſine. & ibi dicit hanc eſſe com. opi. Nat.n.3.

6 Quintus caſus eſt, qñ teſtator fecit ſcribi ſuam uoluntatem, & eam ordinaſſet coram duobus teſtibus, & iuſſit vocari Notarium & plures teſtes vt de ea eſſent rogati, & antequam venirent deceſſit, & tunc inter Doct. non conuenit. Sũt enim qui exiſtimarunt tale teſtm̃ rõne uoluntatis imperfectum inualidum eſſe. quam ſnĩam amplexus eſt Old. conſi. 119. & eam dicit eſſe cõem Aret.d.l.ſi is qui, col.2.in fi.Iaſ.conſ.155.uol.4.Ruin. conſi.11.col.4. & ſeq.uol.3. quia dum teſtator voluit, ut de eius uoluntate teſtamentum conficeretur, non cenſetur pro perfecta habuiſſe ſuam diſpoſitionem.

Contrariũ uero, quod hoc caſu teſtm̃ non dicatur imperfectum ratione uolũtatis, ſed ſolennitatis, & talis ordinatio habeat uim teſtamenti inter liberos, tenet Alex.d.§.ex imperfecto, nume.4. & hanc eſſe cõem opin.teſtatur. Boer. d.deciſ.240.Fer. Vaſqu. de ſucceſ.prog.§.30. num.44.uer. quid ſi teſtm̃ & hæc ſnĩa uerior eſt; & tenẽda, quãdo uoluit ſine ſcriptis teſtari, licet intentionis eius fuit, ut de eius uoluntate publicum teſtamentũ cõficeretur, adhibitis teſtibus, & notario ad faciliorem probationem, quod in dubio præſumitur, quia non eſt credẽdum teſtatorem uoluiſſe ſe reſtringere ad unã uiam teſtandi in ſcriptis, niſi de hoc aperte conſtet, quo caſu non poteſt dici actus perfectus.

Quæſt. XIII.

SVMMARIVM.

Edictum prætoris, quo datur bonorum poſſeſſio, an extendatur ad teſtamentum inter liberos.

QVæro: Tu ſcis, quod ẽt edictum ꝑtoribus bonorum poſſeſſionẽ dabat ſecundum tab.teſtamentis ſignatis ſeptem teſtiũ ſignis, nũquid illud edictum extendatur ẽt ad illa teſtamenta imperfecta inter liberos condita? Reſpon.quod ſic. ita tenet Alexan.l.2.C.de bon.poſ.ſecund. tab. & ſequuntur Doct. communiter ut teſtatur Natta d.§.ex imperfecto, nu.224. Quia continentur ſententia edicti, licet non uerbis.

Quæſtio XIIII.

SVMMARIA.

An diſpoſitio §.ex imperfecto, habeat locum quo ad extraneos, nu.1.

Pupillaris ſubſtitutio in teſtamento inter liberos facta, an ualeat, nu.2.

1 QVæro, ꝑterea: An diſpoſitio §.ex imperfecto, hẽat locũ ẽt quoad extraneos? Rñ.ꝙ non, ſed tale teſtm̃ quo ad extraneos imꝑfectũ eſt, imo ex eo quoad extraneos, nec ciuilis nec naturalis obligatio orit, ideoq; illis relictũ liberis accreſcit. ita approbat tex.d.§. ex imꝑfecto, facit gl.cõiter approbata l.ſi duo patroni, ff.de iureiu. q̃ uult illud accreſcere tñ, quod ullo iure debeẽ, ut teſtatur ibi Iaſ. & cõem dicit opinionem Vaſq. de ſucceſ. progreſ.§.14. num.118.

2 Sed quæro, quid ſi pater in teſtõ minus ſolenni inter liberos facto, fecit pupillarem ſubſtõnem, numquid hæc ſubſtitutio ualeat? Reſpon. Valde controuerſum fuit, & ſunt quatuor diſſidentes ſententiæ: Quidã enim exiſtimant indiſtincte

ſte valere,quod merum fauorem filij pu
pillaris ſubſtitutio contineat, vt eſt gl.l.
ex tribus,C.de inoffi.teſt.hoc ſentit Sal.
l.ſi teſtamento, C.de impuber. Alij opi-
nantur priorem ſententiam, ita demum
procedere, ſi præter filium cui ſubſtitu-
tio facta eſt, alii filii non exiſtant, quo-
niam alias cæteris filiis damnoſa foret,
non deſunt qui priorem admittunt adie
cta reſtrictione, vt vulgaris tacita, quæ
regulariter ſub pupillari continetur, nõ
contineatur, verum his reiectis obtinuit
ſententia illorum, qui concludunt, quod
ſi pupillariter ſubſtitutus ſit de ipſis libe
ris teſtatoris, valeat ſubſtitutio: Secus ſi
ſit extraneus. ita tenet Bar.l.2.§.requiſi-
to, ff.de vulg.ſubſti.& hanc dicit eſſe cõ-
munem Doc.ſniam ibi Iaſ.Soc.& Rip.in
d.§.requiſito, communẽ quoq; Alci.ibi
nu.4.Polit.trac.pup.ſubſti. Corraſ.d.l.ſi
teſtamento, nu. 19.licet ipſe aliter ſen-
tiat, Fern.Vaſq.de ſuc.pg.d.§.14.n.115.

Quæſtio XV.

SVMMARIA.

An teſtamentum imperfectum valeat inter liberos naturales tantum, num.1. declaratur, nu.2.

Quid in ſpurijs, nu.3.

An §.ex imperfecto, habeat locum inter liberos ab inteſtato inſucceſſibiles, nu.4.

An inter alios deſcendentes. nu.5.

An in teſtamento filij inter parentes, nu.6.

STat concluſio teſtamentum inter li-
beros validum eſſe: ſed quæro, an
hoc priuilegio gaudeant etiam filii natu
rales tantum vt inter eos quoque teſta-
mentum imperfectum a patre factum va
leat; An vero inter naturales & legiti-
mos ſolos obtineat? Reſpon.controuer-
ſum eſt, ſunt.n. qui exiſtimant diſpoſitio
nem d.§.ex imperfecto, procedere etiam
in naturalibus tantum. hanc ſententiam
tenet Bar.& plerique alii.l.ſi.C.fami.her
ciſ. ſed contraria ſententia communiter
approbata eſt, vt teſtatur Dec.conſi.619.
Viſo themate, nu.3. Cur.iun.d.§.ex im-
perfecto, nu.16. Guliel.Bened.c.Raynu
tius verb. teſtamentum. nu.83. & ita iu-
dicatum refert Ang.l.filio præterito, ff.
de iniuſt.teſt.Clar.§.teſtamentum.q.12.
communem dicit Fern. Vaſq. de ſucceſ.
creat.§.21.nu.53.& verior eſt. Ratio eſt,
vt inquit Alexand. quia vbi in l.fit men-
tio de filio, intelligitur de naturali & le-
gitimo. Quod intellige vt procedat in te
ſtamento patris, ſecus vero in teſtamen-
to matris, namque illa poteſt diſponere
in minus ſolenni teſtamento inter natu-
rales, ex quo omnino ſucceſſuri ſunt ab
inteſtato. hãc dicit eſſe cõẽ op. Nat. d.§.
ex imperfecto, n.74. q tñ tenet cõtrariũ,
quod non præſumendum ſit, quod Impe
rator voluerit extendere d.diſpoſitionem
l.ſi.mat. C.fam.herciſ.per d.§.ex imper-
fecto, ad matrem odioſam, vt voluntas
eius ſeruari debeat ex imperfecto teſta-
mento. Quid autem in ſpuriis? Reſpon.
3 communis eſt opi. quod ſimiliter valeat
imperfectum teſtamentum, vt teſtatur
Natta d.§.ex imperfecto, num.78. Quia
omnino habituri eſſent eius bona ab in-
teſtato: Si tamen mater eſſet illuſtris p-
ſona, quo caſu non ſuccedunt eiuſmodi
naturales & ſpurii, ſecus eſſet. ita dicit cõ
muniter teneri Natta d.§.ex imperfecto,
num.78. Sed quæro: An diſpoſitio d.§.
4 ex imperfecto, habeat locum in teſtamen
to imperfecto inter liberos ab inteſtato
non ſucceſſibiles, puta quia ex forma ſta
tuti fœminę exiſtentibus maſculis non
ſuccedunt, vel quia fecerunt pactum de
ſuccedendo? Reſpon. quod ſic. ita tenet
Ale.d.§.ex imperfecto, & eſt communis
opin. vt teſtatur Gulie.Bened.d.c.Raynu
tius, verb.teſtamentum, nu.81. receptiſſi
mum Doct. ſententiam profitetur Curt.
iun.d.§.ex imperfecto, nu.23. Iul.Clar.
§.teſtamentum, q.12.Fer.Vaſq.de ſucce.
creat.§.21.num.52. Ceph.conſi.99.in fi.
Hier.Zanch.l.hæredes mei.§.cum ita.nu
me.1196.ff.ad Treb.Lud.Zun.conſi.pro
vxore, num.952 Quia licet ab inteſtato
ſuccedere non poſſint, poſſint tamen ex
teſtamento ſuccedere. Quæro item, an
5 hodie imperfectum teſtamentum valeat
etiam inter alios deſcendentes, licet ſui
non ſint, vt puta ex filia qui extranei ſunt
a ſuitate: An etiam extranei reputentur
quoad hoc vt teſtamentum minus ſolen
ne non valeat? Reſpon. quod ſic. ita no.
Soc.l.2.de vulg.ſubſt. & ſentiunt com-
muniter Doct. vt teſtatur Clarus d.§.te-
ſtamentum.q.12.Fer. Vaſq.de ſuc.creat.
§.21.num.224. quia per d.§.ex imperfe-
cto,

cto, ampliata eſt d.l.fin. C.famil.hercíſ.& quod diſpoſitio.§.ex imperfecto, habeat locum in deſcendentib.ex filia, non alitor atque in aliis ex filio deſcendentibus, dicit communem opinionem Boer. deciſ. 241.nu.3. Vaſq. de ſucceſ.reſol.§.1.n. 39.

6 Præterea quæro econtra, an diſpoſitio §.ex imperfecto. habeat locum in filio inter parentes teſtante? Reſp. quod nõ, ita tenet Salic.& plerique alii d.l.fin.C.fam. herci.& eſt communis opi.ſecundum eoſdem, & fatentur Alc.& Natta d.§.ex imperfecto, nu. 227.Cur. iun.licet ipſe contrarium ſentiat, nu.4.quem ſequitur Boer.deciſ.240.& quod cum Salic. tranſeũt communiter Doc.aſſerit Gozad.l. qui ſe patris, nu. 196. C. vnd. lib. Communem quoque dicit Fern. Vaſq.de ſucceſ. creat. §.21.nu.61.& de ſucceſ.reſo.§.1. nu. 45. & vtrobique ſubdit hanc quoque veriorem eſſe per generalitatem d.l.fin. & d.§. ex imperfecto, Iul.Clar.d.q.12.licet ipſe in puncto iuris contrariam ueriorem exiſtimet, cui minime accedo.

Quæſtio XVI.

SVMMARIA.

Scriptura patris reperta in ciſta, in qua pater inter liberos diſpoſuit, an valeat numero.1.

Declaratur numer. 2. quando manu patris ſcripta dummodo extenſe ſcripta ſint omnia, nu.3.

Quid ſi alterius manu ſcripta ſit, & a patre uel liberis ſubſcripta, nu.4.& ſeq.

Qualis requiratur ſubſcriptio, numer.6. & an hoc caſu teſtes neceſſarii ſint, nume.7. & 8.

Quid ſi nec ſcripta, nec ſubſcripta patris manu. nu.9.

Quid ſi pater dixit ſe dixiſſe ſcripturã apud alium, nu.10.

HAbes ex præcedentibus, teſtm̃ informe, & imperfectum inter liberos valere, ſi modo corã duobus teſtibus conditur, fœminis etiam, & non rogatis, ſiue in ſcriptis, ſiue nuncupatiue fiat.

1 Scias ꝑterea hodie in ſcriptis alio modo validum eſſe teſtamentum patris inter liberos, nimirum ſi mortuo patre, in ciſta reperiatur ſcriptura, in qua pater ultimam declarauit voluntatem, & bona ſimul inter liberos diuiſit, etiamſi non interuenerint aliqui teſtes; huic enim priuatæ ſcripturæ ſtandum eſt. de hoc eſt materia auth.quod ſine, C.de teſtamẽ. & auth.ſi modo, C. famil.herciſc. quæ duæ Auth.ſimul coniungi debent, & quidem illæ ſaltem in teſtamento in ſcriptis locum habent.ita dicit eſſe communẽ Doc. ſententiam Corn.conſi.118.in fi.& conſi.307.nu.17.vol.3.& in d. auth. quod ſine, nu.1.Pro intellectu autem huius quæſtionis, utrũ ſcilicet talis priuata ſcriptura patris reperta habeat uires, conſiderandi ſunt tres caſus.

2 Primus eſt, ſi parens literas edoctus, manu propria & tempus & liberorũ nomina, & vnciarum numerum, id eſt partium hæreditariarum declaret, & huic ſcripturæ ſtandum eſt tanquã teſtamento in ſcriptis de iure ſpeciali.tex.d.Auth. quod ſine, quæ requirit tempus, & adeo verum, ut dici appoſitio in ſpecie requiratur, ita tenet Bal.ibi, & cum Bal. tranſeunt cæteri, ut teſtatur hanc eſſe communem Docto. ſententium Natta d. §. ex imperfecto, nu.32.

3 Requiritur item, vt omnia extẽſe ſcribantur per patrem, ſine ullis abbreuiaturis.ita probat tex.in d.auth.quod ſine, & ibi tenet Bar.eſtque communis opin. ut idem Natta teſtatur d.§.ex imperfecto, n. 38.Lud.Zunt.conſ.pro vxore nu. 52. & ſeq.Clar.d.q.14.ver.ſed quia tex.

4 Secundus caſus eſt, ſi ſcriptura nõ quidem patris, ſed alterius fuerit, manu propria patris, vel ſaltem liberorum ſubſcripta, & hæc quoque valet, ut teſtamentũ inter liberos de iure ſpeciali. text. eſt d. Auth.ſi modo, C. famil. herciſ.ita tenet Bar.& cæteri omnes d.Auth.quod ſine, vt teſtatur Natta nu.44.& num.51.vbi dicit ſolum liberorum ſubſcriptionem ſufficere, propter conſenſum præſtitum ſimul in ſubſcribendo Clar.d.q.14 uerſic. quæro quid ſi, & verſ.ſed pone, & communem dicit Ludo.Zun. conſ. pro uxore, nu.53.& 54.

5 Quod procedit etiam, ſi non fuerit talis ſchedula per teſtatorem aut Notariũ lecta & publicata, ut dixi ſupra q.12.

6 Sed dubium eſt, an ſufficiat generalis ſubſcri-

ſubſcriptio, ſ. Ego talis approbo omnia ſuperius ſcripta, ideo ſubſcripſi, an uero ſpecialis requiratur, ut ſcribat: hoc teſtm̄ meum conditum inter filios approbo? & quidem Bar. in l. diuus, §. item ſenatus de iaſtis, tenet ſuſſicit generalem ſubſcriptionem, ſed eius opinio communiter dānatur, ut teſtatur Alex. l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, ff. de verbo. oblig. Natta d. §. ex imperfecto, nu. 48. Quæro item, an in prædictis duobus caſibus teſtator teneatur teſtes adhibere, & ſcripturæ in ſerere? Reſp. quod non, ita tenet Bal. conſi. 179. quod ſchedula, li. 2. & hanc dicit eſſe cōem opi. Natta d. §. ex imperfecto, nu. 37. Lud. Zun. d. conſi. pro uxore, nu. 52. & ſeq. Quia patris uoluntas eſt clara & filiis manifeſta quando patris ſcripturam agnoſcunt Et hæc quidē procedunt quo ad ipſos liberos tantum. Secus quoad extraneos, ut ſi teſtator in tali ſcriptura legaret extraneo, nam tūc debet ſaltē duos teſtes adhibere extra ſcripturam, & corā eis uoluntatem ſuam exponere, quo caſu ex dicta ſcriptura, & iuncta diſpoſitione teſtiū extranei legata pcipiēt. tex. Auth. de teſt. imperf. Inſtitutio tñ extranei hæredes una cum filiis facta cū hac ſolennitate minori, nō valet, ita tenet Bar. & omnes d. Auth. quod ſine, ut teſtatur ibi Natta nu. 37. Tertius caſus eſt, qñ ſchedula continens volūtatē patris, nec patris manu ſcripta, aut ſubſcripta fuit, & tunc talis ſcriptura nullas uires habet, ut dixi ſupra q.

8

9

10 Iuxta prædicta quoq; notabis eſſe quoque ſpeciem paterni teſtamēti mixtam, quæ de teſtō in ſcriptis, & de teſtō nūcupatiuo participare uidetur, ut puta ſi pater coram duobus teſtib. ſaltē dixit ſe dimiſiſſe ſcripturam ſeu ſchedulam apud Guardianū S. Franciſci, Notariū, uel aliā perſonā non ſuſpectam, in qua teſtm̄ ſuū continetur, uel illā eſſe ſuum teſtm̄, & ſe ita teſtari uelle, talis uoluntas ſuſtinetur in uim teſtamenti nuncupatiui, nuncupatione implicita, tam quoad legata, q̄ inſtitutiones, dummodo conſtet ſchedulam manu teſtatoris ſcriptam eſſe, ut dixi ſupra §. Inſtitutio, q. 16.

Sin autem dubitetur vel ignoretur, an patris ſcriptura ſit, probatione duorum teſtium, nec non literarum comparatione dirimi debet, ut dixi eā. q. §. inſtitutiō. Et notā, quod hoc caſu comparatio procedit abſq; eo, quod in d. ſchedula teſtes inſcripti uel præſentes fuerunt. ita tenet Bar. l. nuda ratio, nu. 9. & ſeq. ff. de donat. & ita obſeruare conſuetudinē dicit Bal. auth. quod nouo iure, ſub nu. 4. C. ſi cer. pet. & hanc eſſe cōem opinionem atteſtatur Alex. conſi. 114. nu. 5. vol. 7. Fel. c. 2. nu. 19. de fid. inſtr. & Dec. ibi nu. 16. & expreſſe fatentur oēs allegati ſupra, §. inſtō d. qō dum firmant ſecundū cōem, ꝙ ſchedula dimiſſa per teſtōrē apud aliā perſonam, a teſtibus non ſubſcripta uel probata, per comparationem literarum iuſtificetur, ut clarè de communi cum pluribus adductis atteſtans comprobat Lud. Zun. d. conſi. pro uxore, numer. 172. & alus & ſeq.

Quæſtio XVII.

SVMMARIA.

Quando dicatur relictum ad pias cauſas, nume. 1.

An teſtamentum ad pias cauſas dicatur priuilegiatum quoad perſonæ alias inhabiles, nu. 2.

Furioſus ad pias cauſas non poteſt teſtari, n. 3. declaratur, nu. 4.

Impubes an ad pias cauſas teſtari poſſit, nu. 5. & 6.

Quid in prodigo, nu. 7.

Quid in damnato ad mortem naturalem, nume. 8.

Quid in ciuiliter mortuo. nu. 9.

Mulier prohibita an poſſit ad pias cauſas teſtari, nu. 10.

Quid in uſurario, nu. 11.

Quid in filiofamilias, nu. 12. & ſeq.

Quid in eo, qui dubius eſt de ſtatu ſuo, nume. 14.

Dictum ſupra, aliud eſſe teſtamentum priuilegiatum ad pias cauſas. Dicitur autem ad pias cauſas relinqui quòd pro anima defuncti relinquitur collegiis & locis piis, ita tenet glo. l. ſi quis, ibi Bar. ff. de leg. 2. & hanc dicit cōem opi. Bereng. Fer. l. in quartam, num. 212. ff. ad l. falcid. Item ad pias cauſas dicitur, relictum dotis factum pauperi filiæ, factum

ctum vero mulieri diuiti, licet ſit valde honeſtum & fauorabile, non dicitur piũ: ex qualitate.n.perſonę, cui relictum eſt, colligitur coniectura, quod intuitu pietatis diſpoſuerit. hanc dicit veram & com. concluſ. And. de Beſſet l.3.nu.42 ſub ſ. C. de ſacroſanct. eccle. hanc quoque dicit com. Boer. deciſ. 94. nu. 2.

2 Imprimis aũt ſcire dẽs, hoc teſtm̃ ad pias cauſas quoad perſonas inhabiles & incapaces non eſſe priuilegiatum. itaque manere ſub diſpoſitione iuris cõis. Quia lex generalis comprehendit etiam caſus priuilegiatos, ſi in illa materia non reperiuntur habere ſpeciale priuilegiũ, itaq; teſtantẽ ad pias cauſas habilẽ eſſe oportet. ita tenet gloſ. l. 1. C. de ſacroſanct. eccle. & hanc dicit eſſe commu. concluſionem And. de Beſſet. ibi nume. 35. Clar. d. §. teſtamentum, q. 5. Villal. com. opin. lit. I. opin. 27. & ſ. q. & quòd ita tenent omnes recentiores, & eſt communis opinio, vt teſtatur Tiraq. de priuil. pię cauſæ. priuileg. 79. Fernand. Vaſq. de ſucceſ. prog. §. 1. num. 159.

3 Infertur ex prædicta concluſione, furioſum ad pias cauſas teſtari nõ poſſe. ita tenet Dec. l. 4. furioſum, & cõis opi. vt teſtatur Bened. Cap. trac. reg. concluſ. 192. Fernan. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 22. nu. 5. Cla. §. teſtamentum, q. 6. Viui. commu. opi. lib. 1. verb. teſtis, §. notarius.

4 Quod procedit etiam, ſi furioſo, qui habet dilucida inter valla poſt inceptum teſtm̃ ante pfectionem ſuperuenilſet furor. Namque tunc etiam tanquam imperfectum non valet etiam ad pias cauſas. hanc dicit com. Imol. c. relatum. el 1. de teſta. capr. d. conclu. 102. num. 16. faciunt quæ dixi infra q. 21.

5 Infertur ſecundo, impuberem quoq; teſtari non poſſe, etiamſi doli capax ad pias cauſas propter mentis defectum quam ſtabilem nondum nactus eſt. tex. c. ſi pater, de teſta. l. 6. Communem dicit Cap. d. concluſ. 202. num. 30. Viui. com. opin. li. 1. verb. pupillus, nu. 7. verſ. illudq; procedit, Clarus d. q. 5. verſ. 3. infertur. neq; enim d. l. quãtumuis generalis loquens, ĩhabiles de iure naturali cẽſet habilitare.

6 Quod tamen declarat, vt non pcedat, ſi pupillus permiſſu principis ad pias cauſas teſtamentum fecerit. ita dicit communem opi. Viui. d. verb. pupillus, nu. 8. & quod talis defectus tolli poſſit per ſtatutum dicit Bar. l. ſi quæramus, C. de teſtamen. & cum eo tranſeunt communiter Doct. vt firmat Bened. Capr. d. concl. 102. num 30.

7 Sed quid in prodigo cui bonis interdictum eſt, an is quoque ad pias cauſas teſtari poterit: quia in aliis cauſis non eſt dubium? Reſpon. quod is quoq; ad pias cauſas teſtari non poſſit, licet defectus ille proueniat ex iuris præſumptione ſiue diſpoſitione. ita tenet Bald. d. l. 1. ff. de ver. oblig. & hãc dicit communem Doct. opinionem And. de Beſſet. l. 1. nu. 50.

8 Quæro item, quid in damnato ad mortem naturalem, nunquid ad pias cauſas poterit teſtari? Reſp. quod non, ita tenet Bar. d. l. 1. n. 25. & 26 & ex Abbate cõem probat Clar. d. q. 5. ver. Quæro quid, Didac. Couar. Rub. de teſtam. par. 3. nu. 27. verſ. præmiſſa tandem. Quod procedit etiamſi teſtari vellet quoad bona quę hodie reſeruãtur liberis & perſonis, de quibus in Authen. bona damnatorum C. de bonis damna. hanc dicit eſſe communem Imol. Auth. ingreſſi de teſta. Bene Cap. com. concl. concl. 102. nu. 199. Did. Cou. dict. ver. præmiſſa.

9 Sed quid in ciuiliter mortuo, vtputa deportato, nunquid teſtari ei pmittetur ad pias cauſas? Reſp. quod ſic. ita voluit Bar. d. l. 1. C. de S. S. eccl. eſtq; communis op. vt teſtatur Bened. Cap. d. concl. 102. nu. 122. Quia in relictis ad pias cauſas ceſſat omnis ſolemnitas iuris poſitiui. & ſufficiunt ſolemnitates iuris gentium, ut infra.

10 Quæro, quid ſtante ſtatuto, quod vxor ſine conſenſu viri teſtamentum facere non poſſit, an valeat ſaltem ad pias cauſas? Reſp. quod ſic. hanc dicit communẽ Doc. opinionem Iaſ. l. 1. quem refert Bello. conſi. 19.

11. Quid item in vſurario manifeſto, nũquid poterit teſtari ad pias cauſas? Reſponſ. quod non, niſi cautione præſtita de vſuris reſtituendis. ita tenet Bar. d. l. 1. eſtq; communis opi. vt teſtatur Fernan. V. ſqui. de ſucceſ. progr. ſ. § 1 nume. 178. Quod intellige, niſi in ipſo vſurario appareant ſigna contritionis. cum tunc valeat eius vltima voluntas quoad relicta ad pias cauſas. ita tenet Anton. de

Butr. vt refert Gemi. cap. quanquam de vſu. in 60. & ita communiter teneri dicit Capr. d. concluſ. 102. nu. 163. & hanc ſententiam eſſe æquiorem & fauorabiliorem, licet prior dicatur verior, aſſerit And. de Belſet. d. l. 1. nu. 71. in fi.

12 Sed quæro præterea, nunquid filiusfamilias poſſit teſtari ad pias cauſas ſine patris conſenſu? Reſpond. Valde controuerſa eſt hæc quæſtio, & in quadruplicem opinionem deducta eſt, vt ſeriatim refert Iaſ. l. Senium, C. qui teſtamen. fac. poſ. Sed obtinuit ſententia exiſtimantiũ filiumfamilias ſine patris cõſenſu teſtari ad piam cauſam non poſſe, etiam ſi circa bona aduentitia velit teſtari, patre vero conſentiente teſtari ad pias cauſas non prohibetur. ita tenet Cyn. d. l. Senium, & ſequuntur Doc. communiter, vt teſtatur ibi Iaſ. Alex. l. 1. §. hoc autem Senatuſcõ, ff. ad Treb. & veriorem teſtatur Calcone conſil. 12. Communem quoq; dicit Dida. Coua. Rub. de teſtam. par. 3. num. 23. ſubditq; eam iudicando & conſulendo exacte ſeruandam eſſe, hanc dicit communiorem & æquiorem Tiraq. de priui. piæ cauſæ, priuil. 78. in fi. Fernand. Vaſq. de ſucceſ. creat §. 22. nu. 8. licet ipſe inclinet in contrariam partem.

13 Et hoc procedit indiſtincte, ſiue teſtetur in bonis aduentitijs, quorum vſusfructus patri non acquiritur, ſiue in alii ita cõem intelligi aſſerit Didac. d. loco: Quicquid dixerit Bart. l. in poteſtate, ff. de teſtam. quem hactenus non fuiſſe receptam ibid. teſtatur, & quod Bar. opinio & ſequacium fere ab omnibus reprobatur viſerit Tiraq. d. loco.

14 Sed quid in eo, q dubius eſt de ſuo ſtatu, nunquid ad pias cauſas teſtari ei licebit? Reſpon. Bal. d. l. 1. exiſtimauit talem ad pias cauſas teſtari non poſſe. Sed contrarium voluit Bar. cum quo cœteri trãſeunt communiter, vt teſtatur Bened. Capra d. conclu. 102. nu. 206. vbi ſubdit hoc verius eſſe cum tale impedimentum inductum ſit a iure ciuili quod non nocet ad pias cauſas.

Quæſtio XVIII.

SVMMARIA.

An in teſtamento ad pias cauſas requirantur ſolennitates, nu. 1. & quid de iure canonico, n. 2. declaratur & extẽditur, n. 3.
An fœmina teſtis eſſe poſſit, nu. 4.
An rogitus requiratur, nu. 5.
An inſtituto non priuilegiato ſi legata piæ cauſæ relicta ſunt, valeant, nu. 6.
An in teſtamento ad pias cauſas ſuſtineantur legata extraneis relicta, nu. 7.
An teſtamentum ad pias cauſas vitietur preteritionem, nu. 8.

1 SEcundo conſiderandum eſt, quatenus priuilegiatum ſit hoc teſtm̃ ad pias cauſas circa obſeruationem ſolennitatum: Qua in re diſtinguendum eſt inter ius ciuile & pontificium, namq; iure ciuili teſtm̃ ad pias cauſas abſq; ſolennitatib. requiſitis non valet. ita tenet gloſ. d. l. j. C de S. S. Eccle. & ſequuntur plerique, & hanc dicit communem opi. nouiſſime Alcia. conſi. 79. nu. 13. lib. 9. & quod de iure ciuili ſolennitates in teſtõ per d. l. 1. non ſint ſublatæ, dicit communiter teneri Boer. deciſ. 93. nu. 1. Iul. Clar. d. §. teſtm̃, q. 6. Fran. Mant. de conicc. vlt. volũ. li. 6. ti. 3. n. 4. qcquid dixerit Bar. d. l. j.

2 De iure vero pontificio in teſtamento ad pias cauſas ſolennis teſtamentorum obſeruatio ſublata eſt, & ſufficit ſolennitas iuris gentium & naturalis. ita intelligitur c. Relatum, el 1. de teſtam. hanc dicit cõem Doc. opi. Alex. conſi. 4. n. 6. vol. 7. lib. 27. nu. 5. C. de pac. Barb. c. ad hęc, el 2. de teſtam. Io. Dilect. de arte teſt. titu. 2. caut. 2. Viui. verb. ſeptẽ teſtes. Corn. cõſi. 261. num. 2. vol. 1 Alcia. l. generali, num. 3. C. de S. S. Eccleſ. & hanc eſſe communem ſententiam teſtatur Boer. d. deciſ. 93. num. 3. & per totum Fernand. Vaſqu. de ſucceſ. creat. §. 22. num. 1. Mant. d. ti. 3.

3 Et hoc procedit non tantum in terris Eccleſię, ſed etiam in terris Imperii. ita tenet Pet. de Ancha. d. c. cum eſſes, de teſtam. & ibi dicit hanc cõem & veriſſimã concluſionem Ioan. de Imol. & Barbat. quos refert Nicol. Boer. d. deciſ. 93. nu. 3. communem dicit Alex. conſil. 105. nu. 16. vol. 4. & vbique ſeruari teſtatur Alc. d. l. 1. num. 15.

4 Ex his etiam conſequitur, quod in teſtõ ad pias cauſas ẽt fœmina teſtis eſſe poſſit ita tenet glo. loquens de teſtõ inter liberos Auth. quod ſine, C. de S. S. Eccle. & eam ad pias cauſas Doct. communiter

accom-

accommodant, ut teſtatur Barbat. d. c. relatum, nu. 6. Roma. d. Auth. ſimiliter 16. ſpali, C. ad l. falc. & ſubdit φ hæc in practica forte ſeruaretur, licet contrarium verius dicat, Crot. trac. de teſtib. par. 1. nu. 8. Did. Coua. d. c. Relatum, nu. 5. hãc veriorem & communem reſoluit Fern. Vaſq. d. §. 22. nu. 4. Mant. d. ti. 3. num. 5. Alex. conſi. 137. nu. 5. vol. 2. Communẽ quoq; refert Tiraq. d. trac. de priuil. piæ cauſæ, priuil. 5.

5 Quinimo hæc prædicta procedũt etſi teſtes rogati non ſint, licet, in aliis teſtamentis ſecus ſit. ita tenet Abb. d. c. relatum, Bar. d. l. 1, & eſt communis opin. vt teſtatur Mar. Ant. §. ſed hæc quidem, n. 35. inſti. de teſta. Pari ſ. conſ. 24. volu. 3. Didac. Couar. d. c. Relatum, nu. 4. cum pluribus aliis, qui ſubdit non eſſe ab ea recedendum Clar. d. q. 6. Fern. Vaſqu. §. 24. nu. 18. de ſucceſ. crea. Communẽ Legiſtarum & Canoniſtarum aſſerit Roma. d. auth. ſimiliter, num. 6. quãuis ipſe falſam dicet, ſed cõem veriorem eſſe, & õino amplectendã dicit Ema. à Coſta, c. ſi pater, verb. in ſuo teſtõ, nu. 9 de teſt.

6 Sed quæro, quid ſi inſtitutus ſit non priuilegiatus, & pia legata eccleſiæ, uel pauperibus relicta ſint coram duob. vel tribus teſtibus? Numquid valebunt legata, an verò irritabitur in totũ teſtm̃ minus ſolenniter factum? Reſp. Receptior eſt ſnia, vt legata euaneſcãt etiãſi pia ſit ſicut euaneſcit inſtõ hæredis non priuilegiati, quam tenet Iaſ. d. §. ex imperfecto, n. 10. & receptiorem atteſtatur Fer. Vaſq. de ſucceſ. crea. §. 22. nu. 12.

7 Quid autẽ ecõtra, ſi inſtituta ſit principaliter pia cauſa in teſtamento minus ſolenniter, Nunquid tale teſtamentum ſuſtinebitur etiam quo ad extraneos in eo honoratos, ſiue quoad legata in eo extraneis relicta? Reſp. Cõtrouerſum eſt, ſed magis obtinuit ſententia, exiſtimantium teſtamentum valere, non tantum quoad cauſam piam, ſed etiam quoad legata ibi extraneis relicta ita tenet Anto. de Butr. cap. quod clericis, ext. de for. cõpe. Salic. auth. caſſa, C. de ſacro. ſanc. Eccle. q. 9. & hanc eſſe cõiter approbatam dicit Crot. l. re coniuncti, nu. 160. licet ipſe veram non exiſtimet, ſubdit tamen opinionem Salic. in iudicando, & conſulendo tenendam, cum nemo ab ea diſſẽtiat, & φ diſſentientem ab ea non legerit dicit Iaſ. d. §. ex imperfecto, n. 10. licet ipſe quoque reprobet, magis communẽ profitetur Albert. Bru. tract. de poten. & effec. formæ fallen. 31. Dida. Couar. d. c. relatum, num. 2. Iul. Clar. d. §. teſtamentum, q. 6. verſ. ſed quero, licet ſibi nunquam placuiſſe dicat Feruand. Vaſqu. de ſucceſ. creat. §. 22. num. 11. qui tamen repugnat etiam; ſicut enim principalis inſtitutio ad pias cauſas ſuſtinetur, ita etiã accidẽtia, vt legata aliis relicta, & ab hac ſententia non recedas in practica, licet contraria in terminis iuris ciuilis forte uerior ſit.

8 Sed quæro, ſcis in teſtamento neceſſariam eſſe hæredis inſtitutionem, uel exhæredationem, ut dixi infra q. Numqd teſtamentum ad pias cauſas uitietur ex cauſa præteritionis, uel exhæredationis? Reſp. Quod ſi relicta ſunt Eccleſiæ, uel piæ cauſæ per uiam legati, uel fideicommiſſi, & inſtitutus ſit alius nõ priuilegiatus, filio, præterito legata ad pias cauſas conſeruantur, iuxta Authẽ. ex cauſa, C. de libe. præteri.

Sin uero inſtituta ſit pia cauſa filio p̃terito, cui tamen relicta eſt legitima titulo ſaltem legati, licet non inſtitutionis, prout requiritur, tunc in diuerſas itum eſt ſententias, quibuſdam exiſtimantib. non irritari teſtm̃, ſed ſuſtineri fauore piæ cauſæ. ita tenet Bart. d. l. 1. & hanc dicit communem Docto. ſententiam Cla. q. 6. uerſ. 6. quia quod iure inſtitutionis debeat filiis relinqui eſt quædam iuris ciuilis obſeruatio quæ non eſt neceſſaria in relictis ad pias cauſas: alii uero contrariũ ſentientibus, quod uoluit Bal. d. l. 1. Sed priorem tenendam eſſe dicit Tiraqu. de priuileg. piæ cauſæ, priuileg. 14. & frequentiſſimis calculis receptam dicit Cucchus d. Auth. nouiſſima, fol. 83. nu. 28.

Quæro, item, quid ſi reperiatur ſcriptura, in qua deſcripſit teſtator ſuam uoluntatem manu propria, ſine teſtibus tamẽ & Notario, uumquid ualeat ad pias cauſas teſtm̃? Reſp. uariæ fuerunt interpretum ſniæ, quidam exiſtimarunt, tale teſtamentum ſeruandum eſſe, ita voluit Dyn. l. Lucius 2. de milit. teſtam. & hanc

opi.communem aſſerit Aret.l.ſi quis,Didac.Cou.d.c.relatum,nu.12.Fern.Vaſq. de ſucceſ.progreſ.quod idem in teſtō inter liberos ſtatutum ſit per Auth. quod ſine,vt ſupra, eamq; conſtitutionem ét locum habere in legatis piis,§.3.nu. 17.

Cōtrariam vero partem amplectitur Alex.conſi.67.vol.3.nu.16.& hoc dicit indubitatum eſſe Aret.conſ.64.& magis communem Doc.opi.profitetur Soc.iu. conſi.189.nu.74.uol.2.Did.Cou.d.cap. relatum,nu.12.Fern.Vaſq.d. §.3.num. 17.Franc.Mantic.de coniect. ultim. uoluntat.lib.6.titu.3.num.9. & hæc ſententia quidem in pūcto iuris uidetur verior quia iura requirunt ſolennitatem iuris gentiū,quod,ſ.corā duobus ſaltē teſtib. fiat, & iura pro contraria opinione non ita ſunt aperta, ſicut in teſtō inter liberos, & licet in teſtamento inter aliter ſeruetur,tñ pro teſtō ad pias cās iura ita non ſunt aperta,nec facile extendi dēnt, exiſtimant tamen prædicti Doct. tutius eſſe in foro cōſcientiæ ſeruare eiuſmodi voluntaté,ſi modo conſtiterit ſchedulam eſſe teſtatoris,quod facile admittere,ſi aduerſarius cōfiteretur,teſtamentū ſine teſtib. à defuncto factū eſſe alias in iudicando a cōi non eſt recedendum.

Quæſtio XIX.

SVMMARIA.

An teſtamentum ad pias cauſas ualeat imperfectum ratione uoluntatis, n.1. & diſtinguuntur tres caſus, n.2.3.& 4.

1 QVæro,numquid teſtm̄ ad pias cauſas imperfectum ratione uoluntatis valeat?Reſp.in hac quæſtione confuſe Doc. loquuntur, & in diuerſas iuere ſententias, ut patet ex relatis per Tiraq. tract.de priuil.piæ cauſę,priuil.7. namque tale teſtm̄ imperfectum ratione uoluntatis non valere etiā quoad pias cauſas uoluit Bal.d.l.1.C.de S.S.eccle.& ſequuntur plerique alij,hanc ſniam cōem aſſerit Aret.l.is,ff.de inoff.teſt. Contrarium uero, ut ualeat teſtamentum imperfectum ratione uoluntatis fauore pię cauſæ,tenet Bar.l.in teſtamēto,de fideic. libert.hanc dicit communiorem Tiraq. de priu.piæ cauſæ,priuileg. 7. Fernand. Vaſqui.de ſucceſ. creat. §. 22. numero 6. Sed in hac uarietate plures caſus pro reſolutione huius articuli conſiderandi ſunt.

2 Primus caſus eſt, qñ teſtamentum ratione uoluntatis eſt perfectum quoad cauſam,licet ſit imperfectū quoad alia, ut ſi teſtator cœpit teſtamentum,& inſtituit piā cām,uel reliquit ei legata, & uoluit alia legata relinquere,vel tutelas,& alia deſignare, & morte præuentus non fecit,& hoc caſu uoluit Bar.l.in teſtō,ff. de fideicommiſ.liber.valere teſtamentū ratione uoluntatis quoad piam cauſam, & eam dicit cōem Dec.conſi.159.& ca. 1.de fid.inſtru.Did.Cou.d.c.Relatum, num.10.quaſi hoc ipſum fauore pietatis ſit inductum. Sed magis communis eſt in contrarium,quod imo tale teſtamentum ratione uoluntatis imperfectum, nec ad piam cauſam ualeat, ut teſtatur Boer.deciſ.240.quem allegat Clar. q. 7. uerſi.aliquando & quarto, & indubitanter uerum eſſe,& frequentiſſimum ſententiam profitetur Fern.Vaſq.de ſucceſ. crea.§.22.num.6.& ſeq. ideoq; ſi teſtator iuſſit fieri capellā,uel eccleſiam certo modo,& cum ultra uellet procedere, & deceſſit antequam teſtamentum perficeret,id teſtamentum non ualet ét quoad illam capellam,quidquid de communi dixerit Dec.d.loco.

3 Secundus caſus eſt, quando teſtator pfectē ſuam uoluntatē expreſſit, & pro pfecta habuit,q̃a non cōſtat q̄ plus uoluit diſponere, quod in dubio præſumitur,vt quia ſcripſit in ſchedula ſuam uoluntatem,ſed eam coram teſtibus, & notario non publicauit, & tunc receptum eſt, tale teſtm̄ & quod piam cauſam & inter liberos ualere.hāc dicit communē Doc.opinionē Ale.conſ.114.n.7.uol.7. Boer.d.deciſ.140.n.4.Ceph.conſ.99.n. 3.Fer.Vaſq.in trac.de ſucceſ.creat. §.22. ſub n.6.verſ.quid dicendum,Clar.d.q.7. & omnes alleg.ſupra q.de teſtamento inter liberos.

4 Tertius caſus, quando teſtator feciſſet ſcribi ſuam voluntatem ab aliquo,& eam ordinaſſet coram duobus teſtibus, & poſtea iuſſit acceſſiri notarium & teſtes alios,ut dedicta uoluntate ſua publicum fieret inſtrumentum, ſed morte p̄uentus

mentus fuit antequam accederent, & tūc ſi apparet ex verbis teſtatoris, eum non habuiſſe mentem deliberatam ad teſtū perficiendum & abſoluendum, ſed tm̄ præparandum, teſtm̄ non valet nec ad pias cauſas. in his terminis Old.d.conſi. 119.loquitur, & hanc ſententiam dicit communem Aret.d.l ſi is, Iaſ.conſi.159. vol.4.Dec.conſi.159.Ruin.conſil.11.vol. 3.& ab ea in practica non eſſe recedendum idem Ruin.conſi.7.nu.8.vol.3.Did. ac.Couar.d.c.relatum,nu.9.Ludo.Zūn. d.conſil.pro vxore, nu.29.ita intelligi debet. Clar.d.q.7.verſ.aliquando & tertio, Ant.Gabr.com.concl.li.4.conclu.9. & omnes alleg.ſupra q.12.

Sin autem appareat ex verbis teſtatoris eum habuiſſe mentem deliberatam ad abſoluendum voluntatem, & eam habebat pro perfecta, & abſoluta, & tunc omnes Doc. admittunt conuocationem notarii non efficere quo minus ſubſiſtat teſtamentum. hanc dicit communiorem contra Old. Aret.d. l. ſi quis cum teſtamentum, ff.de teſtam.& dicit frequentiſſimo conſenſu approbatam Fer. Vaſq.d. §.22.nume.6.verſ.quid dicendum. Lud. Zun.d.loco, vide ſupra d.q.12.

Quæſtio XX.

SVMMARIA.

Edictum de teſtamentis prohibitorium eſt, num.1.

An pupillus teſtari poſſit, numero. 2. & 3. & ſeq.

An ad pias cauſas teſtari poſſit, nu.5.

1 DIximus de ſpeciebus teſtamentorū, nunc de perſonis tam teſtantium, quam eorum qui ex teſtō capere poſſunt, deſpiciendum eſt. Et notādum edictum de teſtamentis eſſe prohibitorium, & omnes poſſe facere teſtamenta præter nominatim prohibitos. tex. l. ſi quæramus, in prin. ff. de teſtam. circa quod plures quæſtiones examinandæ ſunt.

2 Imprimis itaq; quæro, an pupillus teſtamentum facere poſſit? Reſpond. quod non. tex. l. quia ætate, ff. de teſta. & tenēt communiter Doct. ibi, vt teſtatur Ferná. Vaſq. de ſuc. progr. §.1. nu.104. Secus vero in pubere ſiue adulto: is. n. poteſt teſtari, ſiue habeat curatorem, ſiue non. tex. l. Aurelio, §. Gaius, ff. de lib. leg. & ibi tenet Bar. & omnes, vt idem Vaſq. teſtatur d. loco, n.105. Et procedunt prædicta in pupillo tam pagano quam milite impubere hanc dicit eſſe cōem Doct. ſententiā Viu. com. opi. lib.1. verb. pupil. nu.5.

3 Sed quæro quid ſi doli capax ſit, & malitia ætatem ſuppleat? Reſpon. quod nec tunc quidem teſtari ei permittitur cum naturalis tamen adſit defectus. ita tenet Bar. d. l. ſi quæramus, & eſt cōmunis opi. vt teſtatur Viu. d. verb. pupillus, n.7. Bened. Capra tract. Regul. conclu. 192 nu. 28. & ſeq. Quod tamen intellige niſi ſtatuto contrarium cautum ſit, per quod ille naturalis defectus tolli poteſt, ita voluit Bar. d. l. ſi quæramus, & cum eo tranſeunt communiter Doct. vt teſtatur Bened. Cap. d. concl. 192. num. 30. Sed contrarium, quod imo ſtatuto permitti non poſſit impuberi teſtamenti factio, tenet Pet. de Anch. c. quia ingreſſa, ext. de teſt. & hanc dicit eſſe communem opin. Viu. d. verb pupillus, nu.7.

4 Nota tamen caſum quo valet diſpoſitio pupilli, nimirum ſi pupillus doli capax de bonis ſuis in euentum mortis donando diſponat ſub cōditione, ſi ipſe deceſſerit in pupillari ætate, & confirmet iuramento, namque tunc propter iuramentum tenet ita tenet Dec. l. ſi pupillus, ff. de reg. iur. & communem opi. dicit ipſe l. pupillum. eod. tit. Viu. d. verb. pupillus, nu. & ſeq. Villal. com. opi. verb. impubes, n.15. Communem dicit Ioan. Dilec. de arte teſtam. ti.1. caut.6.

5 Sed quæro, nunquid ſaltem ad pias cauſas pupillo teſtari permiſſum? Reſpon. dixi ſupra q.

Quæſtio XXII.

SVMMARIA.

Furioſus teſtari non poteſt, dummodo non habeat dilucida interualla, nu.1.

Teſtamentum conditum vite ab eo qui habet interualla valet, etiam ſi nō probetur tempore actus teſti habuiſſe dilucida interualla, num.2. licet præſumitur in eodem furore perſeuerare, nu.3.

Quid ſi non habens interualla omnia ſapienter diſponat, nu.4.

An valeat teſtamentum, ſi teſtes deponentes

tes de furore non reddant rationem, numero 5.
Quid ſi verba ſint mixta furiæ & ſanæ mē ti, nume.6.
Quid in fatuo, num.7.
Si notarius ſcripſit; Titius ſanæ mentis, licet æger corpore, an talis aſſertio probet defunctum fuiſſe ſanæ mentis, num.8.
An ad pias cās furioſus poſſit teſtari, nu.9.

1 QVæro an furioſus teſtari poſſit? Reſpond. quòd non. tex. l. furioſum, C. qui teſtam. fac. poſ. Ratio potiſſima eſt, q̃a furioſus q̃cquid agit ignorat. Quod tñ declara, non procedere q̃n furioſus hēt dilucida interualla, namq; tunc tempore ceſſantis furioris teſtm̃ cōdere pōt. hanc dicit eſſe cōem Doctorum opi. Viui. lib. 1. verb. teſtis, §. notarius, Fern. Vaſq.
2 de ſuc. progre. §. 1. nu. 87. Eſtq; hoc adeo verum, vt teſtm̃ rite conditum ab eo qui hēt dilucida interualla valeat, ac ſi à ſapiente conditum extitiſſet, licet non fuerit probatum tp̃e confecti actus habuiſſet dilucida interualla, præſumptio. n. furoris tollitur ex alia fortiori præſumptione actus, ſ. geſti. ita voluit Ang. §. præterea, inſti. quib. non erat permiſſum facere teſtam. & eſt verior & magis communis opi. quicquid alij dixerint, vt teſtatur Ioſeph Ludo. deciſ. 1. par. 3. num. 13.

3 Cæterum alias qui fuit furioſus, præſumitur in eodem furore perſeuerare, ita tenet glo. c. ſi. de ſucceſ. ab inteſta. & hanc eſſe communem opinionem dicit Præpo. c. dilect. de ſponſa.

4 Sed quæro, quid ſi furioſus non habens dilucida interualla omnia ſapienter diſpoſuit, & rite teſtatus eſt, nunquid eius teſtamentum valeat? Reſpond. ſunt qui exiſtimant non valere niſi in ſpecie probetur, quòd tempore conditi teſtamenti fuerit ſanæ mentis, quod voluit Abb. in cap. ſicut tenor, num. 3. diſt. Regul. & tranſ. ad Relig. ſed magis obtinuit teſtamentum rite factum a furioſo valere etiamſi non probetur in ſpecie ſanæ mentis fuiſſe, ita pluribus adductis docet Boer. deciſ. 23. nume. 88. & communem dicit opinionem Viuius commun. opin. lib. 1. verb. Notarius, verſic. fallit dicta. Veriorem & magis communem dicit Ioſeph. Lud. d. deciſ. 1. num. 13. & dictum Abbat. non omnino recipiendum dicit Mant. lib. 2. cap. 5. num. 7. & contrariam æquitati conuenire dicit Roma. d. l. furioſum, & ſequitur Corne. conſi. 216. numero 15. volum. 3. dicens tenentium hanc partem maximam eſſe authoritatem. Ratio eſt, quia cum rite, & recte quis fuerit teſtatus, præſumitur ſanæ mentis tempore facti teſtamenti fuiſſe, & ideo valet teſtamentum tanquam teſtamentum hominis ſapientis, & ab hac non recedas.

5 Scias etiam, quod ſi teſtes de furore deponentes non reddũt rationem de cauſa furoris, quam reddere tenentur etiam non interrogati, valeat teſtamentum. ita tenet Dec. d. l. furioſum, nu. 28. & hanc eſſe communem opi. dicit Vaſq. de ſucceſ. prog. §. 1. nu. 89.

6 Nota tamen, quod ſi verba teſtamenti eſſent mixta furiæ & ſanæ menti, tunc præſumeretur furioſus. ita tenet Angel. d. l. furioſum, & ſequuntur Docto. communiter vt teſtatur Boer. deciſ. 23. numero 85.

7 Quæro, quid in fatuo, vtrum teſtari poſſit? Reſpond. quod non. ita tenet Iaſ. l. ex facto, numero 40. ff. de vulg. Quod tamen intellige, vt procedat, quando taliter eſt fatuus, quod omnino caret ſenſu & intellectu, & fatuitas animi iudicium peruertat: quoniam tunc nihil differt a mente capto: ſin vero leuior ſit fatuitas & habeat ſenſum & intellectum, licet non perfectum, & integrum ſenſum & iudicium, eo caſu teſtari ei permittitur. ita tenet glo. l. 2. ff. de poſtuland. & ſequuntur Docto. communiter, vt teſtatur Anton. Gomez. varia. reſolut. Tom. 1. cap. 6. numero 2. & hanc diſtinctionem veram eſſe, & ex mente omnium dicit Fernand. Vaſqu. de ſucceſ. progreſ. §. 17. num. 110.

8 Quæro item, quid ſi Notarius ſcripſerit in teſtamento, ſicut communiter fieri ſolet, Titius ſanus mente, licet æger corpore, nunquid per hanc Notarii aſſertionem probetur quem fuiſſe ſanæ mentis? Reſpond. quòd non. ita tenet Bal. l. 2. C. de teſtam. & hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Alexand. conſi 13. & conſi. 141. volum. 1. Iaſ. l. ſi nũm, num. 2. C de tranſact. Communem quo-

quoq; Ioan. Dilect. de arte teſt. tit. 1. cau. 6. n. 3. Boer. deciſ. 23. nu. 73. Franc. Man. de coniect. vlt. volun. lib. 2. tit. 5. nu. 17.

9 Sed quæro, numquid ſaltem ad pias cauſas teſtari poſſit furioſus? Reſp. Dixi ſupra q. 17. & eſt communis quod non, ut teſtatur Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ, priuil. 79. Fern. Vaſq. d. §. 1. nu. 9 1.

Quæſtio XXII.

SVMMARIVM.

An prodigus teſtari poſſit.

QVæro, an prodigus teſtari poſſit? Reſp. communis & recepta eſt ſententia, quod antequam interdicatur adminiſtratio poteſt teſtm̃ facere & pupillariter et ſubſtituere tex. l. ſi is cui, ff. de teſt. hãc dicit eſſe cõem Are. ibi Alex. Iaſ. nu. 9. Segur. l. Imperator, nu. 110. ff ad Treb. Iul. Clar. §. teſtm̃. q. 33. Fern. Vaſq. de contr. illuſtr. c. 37. nu. 9. ver. denique & num. 8. verſ. huic proxima. prodigus enim furioſus quoq; iuris diſpoſitione præſumitur ideoq; nec alienare nec teſtari poteſt, et ad pias cauſas, ut dixi ſupra q. niſi talis prodigus per ſtatutum habilitatus ſit: hanc dicit communem opi. Bencd. Capr. concl. 101. nu. 12.

Quæſtio XXIII.

SVMMARIA.

Filiusfamilias in poteſtate an poſſit teaſtri, nu. 1.
An de aduentitijs bonis, nu. 2.
Filia in poteſtate an de dote teſtari poſſit, nume. 3.
An ſaltem donare poſſit, nu. 4. & ſeq.
An teſtamentum filijfamil valeat ſaltẽ in uim donationis cauſa mortis, nu. 6.
An filius cuius pater captus eſt ab hoſtibus poſſit teſtari, nu. 7.

1 QVæro, numquid filiusfamilias in patris p̃tãte exiſtens, teſtari poſſit? Reſp. quod teſtari & codicillare regulariter non poteſt. tex. l. qui in poteſtate, ff. de teſta. & ibi tenet Bar. & omnes, ut teſtatur Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 1. nu. 1. Et hoc procedit etiam cum patris conſenſu, quia ultima voluntas cum ſit publici iuris, nõ debet pendere ab alieno arbitrio. ita tenet Ioan. And. c. ſi pater, de teſt. in 6. per prædicta iura quæ indiſtincte loquuntur, & quod ita tenẽt cõiter Doct. dicit Viu. verb. filiusfa. Bened. Capr. d. conclu. 101. nu. 62. Clar. §. teſtamentum, q. 18.

2 Item procedit, vt filiusfam teſtari nõ poſſit tam de bonis profectitiis, quam aduentitiis, conſentiente patre, etiamſi in hiſce bonis aduentitiis uſũmfructum pater non habeat. ita tenet Bar. l. pen. C. qui teſtam. fac. poſſ. ibi dicit hanc magis communem eſſe upin. Alex. l. ſicut, num. 5. in fi. C. de teſt. mili. Riminal. num. 3. & quod hæc ſit concors omnium ibi ſententia & communis atteſtatur ultra allegatos per Clar. §. teſtamentum, q. 18. Did. Cou. rub. de teſt. par. 3. nu. 9. & 28. Fern. Vaſq. de ſucceſ. crea. §. 22. n. 9 & ſeq. vbi dicit opinionem Philip. Decii qui tenet contra communem eſſe veram Viu. com. opi. lib. 1. verb. filiusfam. nu. 1.

3 Hinc etiam filia in poteſtate, quæ eſt capax dotis profectitiæ, & aduentitiæ, licèt habeat hęredem ab inteſtato, nõ poteſt teſtari de dote. ita tenet Bar. d. l. Senium, C. qui teſt. facere poſ. & ſequuntur Doct. communiter, ut teſtatur Alex. ibi nu. 3. Ratio prædictorum eſt, quia filiusfamilias ideo teſtari non poteſt, quia non eſt integra perſona ad teſtandum, licet habeat ad comparendum in iudicio, & hanc eſſe communem magis opinionem dicit Riminal. d. l. pen. nu. 3. & l. Senium. in fi. Clar. ubi ſupra Communem dicit Io. Dilect. de arte teſt. tit. 1. cau. 1. Viu. com. opi. lib. 1. verb. filiusfam. nu. 4.

4 Ceterum tamẽ filiusfamilias hæc bona aduentitia, in quibus pater non habet vſumfructum, donare poteſt inter uiuos ſine patris conſenſu. tex. auth. liceat matri, in princip. & ibi tenet Bar. & hanc communem eſſe opinionem aſſerit Crauet. conſi. 92. quem refert Did. Couar. d. rub de teſt. 3. par. nu. 9.

5 Similiter filiusfamilias, vel filiafamilias cum patris conſenſu poteſt donare cã mortis, ut dixi ſupra §. donatio, q. 3.

6 Sed quæro, an teſtamentum filiifamilias de conſenſu patris valeat in vim donationis cauſa mortis ſaltem eo caſu,

quo id teſtamentum habet clauſulam codicillarem, dixi ſupra, §. donatio, d.q.3.

7 Quæro item, an filius eius qui ab hoſtibus captus eſt, pendente patris captiuitate, poſſit teſtamentum facere? Reſpon. quòd non, cum interim incertus ſit de ſtatu ſuo, ideoque ſi fecerit ab initio, nullum eſt, & patre ab hoſtibus redeūte, nō rumpitur. ita tenet Alex. l. ita Cornelia, nu. 10. ff. de vulg. & quod ſit communis opinio ex Coto refert Cla. d.q.18. Cōmunem dicit Fern. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. § 1. nu. 3. Ema. a Coſta l. Gallus, §. & quid ſi tantum, 2. par. nu. 92. ff. de lib. & poſthum.

Item vbi filiusfamilias habet peculiū caſtrenſe vel quaſi, tūc de eo etiam abſq; patris conſenſu teſtari poteſt. tex. l. fi. C. de inoff. teſta. hanc dicit eſſe communem opi. Viu. d. uerb. filiusfamilias nu. 9. Alex. conſi. 11. vol. 6.

Sed quid de bonis a principe filiofamilias donatis? Reſp. q de eis teſtari poteſt. ita dicit communem opinionem Viu. d. verb. filiusfamilias, nu. 8.

Quæro, nūquid filiusfamilias ad pias cauſas ſaltem teſtari poſſit? Reſp. Dixi ſupra q. 17.

Quæro, an filiusfamilias clericus poſſit teſtari ſine patris conſenſu? Reſp. q́d ſic, etiamſi ſit clericus in minorib. conſtitutus. ita tenet Ab. c. quia nos, & eſt cōmunis opinio, ut teſtatur Did. Cou. ibi n. 3. Quia peculium etiam aduentitium clerico eſt quaſi caſtrenſe, vt prædicti fatentur, uid. infra.

Quæro, quid ſtante ſtatuto, quod filiusfamilias teſtari poſſit? Reſp. Quod tunc ei permittitur, quia poſſunt filiusfamilias per ſtatutum habilitari cum iure poſitiuo introductū ſit, quod teſtari non poſſint. ita tenet Bar. l. ſi quæramus, & hanc eſſe communem opi. teſtatur Viui. uerb. ſtatutum, lib. 1.

Quæſtio XXIIII.

SVMMARIA.

Excommunicatus an poſſit teſtari, nu. 1. declaratur, nu. 2. & 3.

1 QVæro excommunicatus an poſſit teſtari? Reſp. Controuerſa fuit hæc quæſtio: Sunt enim qui exiſtimarunt, excommunicatū teſtamentum facere non poſſe. quam ſententiam tenet gl. c. decernimus, de ſen. excom. in 6. & ſequit Hoſtien. ca. pia de excep. in 60. & dicit Fred. de Sen. quod licet altera pars ſit plurium & grauiorum authoritate ſuffulta, tamē iſta pars verior eſt. Contrariam vero partem, ut excommunicatus habeat utramque teſtamenti factionem, tenet Archid. c. pia, & hanc dicit eſſe communem opi. Feli. c. cum voluntate, de ſenten. excom. And. Barba. cap. quia ingredientibus. de teſt. Fel. ca. ad probandum, de re iud. Philip. Rub. de teſt. Communem quoq; dicit Bertr. conſi. 41. vol. 2. magis communem firmat Bened. Capr. concl. 102. nu. 188. Io. Dilect. de arte teſtan. tit. 1. ca. ut 10. n. 1. Viu. com. op. li. 2. uerb. excommunicatus, nu. 5. Ant. Gabr. com. concl. lib. 4. tit. de teſt. concl. 1. Did. Cou. Rubr. de teſt. par. 2. nu. 18. Fern. Vaſq. de controu. illuſtr. cap. 101. nu. 5. & de ſucceſ. progre. §. 1. n. 120. hanc quoque receptiorem dicit Nicaſ. §. fin. inſt. quibus non eſt permiſ. fac. teſtam. Quoniam omnes teſtari poſſunt, qui expreſſe non prohibentur. Et hoc procedit etiam in manifeſte & pu
2 blico excommunicato, ita tenet Bart. l. ſi quæramus, ff. de teſt. & quod ita communiter tenetur affirmat Bened. Cap. d. concl. 102. nu. 189. Did. Cou. d. rub. par. 2. n. 18. & hoc tenendum puto, quamuis dubitet Clarus.

3 Prædicta tamen non habent locum in excommunicato propter hereſim: is. n. teſtari nequit. ita tenet Bar. auth. credētes, C. de hæret. & hoc ſpeciale dicit Cou. d. loco, nu. 1. & quod omnes fere pro cōmuni allegat. ita tenet dicit Ant. Gabr. d. concl. 1. nu 7.

Quæſtio XXV.

SVMMARIA.

Captiuus non poſſit teſtari, nu. 1.
Quid in obſide, nu 2. declaratur nu. 3.
Quid in legatis & captiuis a latronib. n. 4.

1 QVæro, an captiuus teſtari poſſit? Reſpond. quod non. text. l. eius qui apud hoſtes, in princ. ff. de captiu. teſta. quia ſeruus hoſtium eſt. Quod tamen intellige, ſi teſtamentum facit dum eſt apud

apud hoſtes & deceſſerit in captiuitate, ſecus ſi ante captiuitatem fecit teſtamentum. Namque tunc ſi redierit, habet iure poſtliminii, quo omnia priſtina iura recuperat; ſin moriatur per legem fingitur tẽpore captiuitatis ſtatim mortuus eſſe, tex. in l. retro, ff. de capti. & ita communiter receptum eſſe teſtatur Fern. Vaſqu. controu. illuſtr. cap. 103. num. 1. Sed quid in
2 obſide, nunquid poterit teſtari? Reſp. ꝙ non, ita eſt tex. l. obſides, ff. de teſt. quia
3 æquiparantur captiuis. Quod ſane intelligas de obſide, capiendo pro captiuo populi Romani, uel econtra, puta ſi apud infideles Chriſtianus fit obſes uel econtra, ſecus ſi detur ab una ciuitate alii. ita tenet Bar. d. l. obſides, & ſequuntur Doc. communiter, ut teſtatur Bened. Cap. d.
4 concl. 102. nu. 103. Scias ẽt, quod legati licet ab hoſtibus detineantur, & capti à latronibus teſtamentum facere poſſunt, quia non fiunt ſerui, hæc omnia communiter recepta dicit Fer. Vaſq. de controu. illuſtr. d. c. 103. nu. 1.

Quæſtio XXVI.

SVMMARIA.

Damnatus ad mortem teſtari non poteſt. numer. 1.
Quod procedit de iure. ff. et quid hodie, n. 2.
& ſi poſt conditum teſtamentum condemnatur, illud infirmatur. nu. 3.
Quid ſi poſt ſententiam aufugiat, nu. 4.
An ad pias cauſas poſſit teſtari, nu. 5.
Quid ſi pœna ſit prohibita, nu. 6.
Quid ſi a ſententia ſit appellatum, nu. 7.
Quid in abſente damnando, nu. 8.
An donatio valeat poſt commiſſum crimen ante ſententiam, nu. 9.

1 QVæro, an damnatus ad mortem naturalẽ poſſit teſtari? Reſp. ꝙ nõ. text. l. ſi quis filio, §. irritant. ff. de iniuſto teſt. & tenet glo. l. ſi quæramus, ibi ſequitur Bar. nu. 8. ff. de teſt. & hanc eſſe communẽ opi. dicit Bal. l. fi. C. ſi a non cõpe. iud. & alii infra allegandi. Quod procedit, quidem de iure ff.orũ, quia damnatus fiebat ſeruus pœnæ, ſed hodie cum nemo ingenuus efficiatur pœnæ ſeruus, dubium eſt. Sed receptior eſt ſententia, ẽt hodie damnatũ ad naturalem mortem teſtari non poſſe, quod tenet Barto. l. qui ultimo, ff. de pœnis, & in l. eius, §. ſi eod. tit. & ibi dicit
2 hanc eſſe cõem opi. Aret, communẽ quoque fatetur Io. Igne. l. 1. §. qui ſibi, num. 108. ff. ad Sylla. licet ipſe contrarium defendere conatur, Did. Cou. rub. de teſta. pat. 3. nu. 26. verſ. iure autem antiquo; & & quod indiſtinctè etiam hodie non poſſit teſtamentum facere, dicit receptiorẽ eſſe ſententiam Fern. Vaſq. de controu. illuſtr. cap. 96. num. 2. verſi. denique, & de ſucceſ. reſol. §. 3. n. 34. Mouentur omnes, quia etiam hodie damnati ad mortem naturalem fiunt ſerui pœnæ. ita dicit communem eſſe opi. Vaſq. d. cap. 66. nu. 2.
3 Et ſi teſtator poſt teſtamentum conditum fuerit condemnatus ad mortem naturalem, teſtamentum infirmatur tex. d. § ſi cui, & ibi tradunt omnes ut teſtatur Pariſ. conſ. 46. nu. 10. vol. 3. Vaſq. d. §. 3. nu. 34.
4 Et hæc concluſio procedit etiam, ſi dãnatus ad mortem naturalem poſt ſententiam condemnationis latam aufugiat, vel ex manibus iudicis eripiatur. ita tenet Bar. d. l. qui vltimo, & ita cõmuniter teneri dicit Abb. rub. nu. 4. extra de teſt. Clar. d. q. 21.
5 Quinimò adeo vera eſt hæc communis ſententia, vt damnatus ad mortẽ naturalem ne quidem ad pias cauſas teſtari poſſit, ut dixi ſupra q. 17.
6 Declara tñ prædicta, ut non procedãt ſi pœna per ſententiam impoſita ſit de iure prohibita, quoniam tunc cõdẽnatus non efficit inteſtabilis. ita cõiter tenere refert Aug. Arun. add. ad Aug. Malef. verb. ibi caput ſpaculis, nu. 23. Ang. l. ſi qs mihi bona, §. 1. ff. de acq. hære. Clar. d. q. 21.
7 Item declara vt non procedat, ſi a ſententia cõdemnatoria fuerit appellatum. Namq; tunc non ſtatim fit ſeruus pœnæ & teſtari poteſt ita tenet Bal. l. 1. C. de ex delic. defu. & ꝙ ita cõiter tenent Doctor. an Pie. l. poſt contractu, 8. n. 6. ff. de don.
8 Scias etiam, quòd prædicta procedũt, quando præſens fuit condemnatus: Secus eſt in damnato in abſentia ex forma ſtatuti, cum taliter damnatus teſtari poſſit ſecundũ ius cõe, & non ſecundum formam ſtatuti, dummodo tamen teſtetur de bonis, extra territorium illud in quo

fuit condemnatus, ſitis. Sententia enim condemnationis uigore ſtatuti municipalis lata, extra locum effectum ſuũ porrigere non poteſt tex. d. l. eius qui. §. 1. & & ibi Bal. ff. de teſt. & hanc dicit communem opi. Bened. Capra. communem opi. lib. concl. 111. nu. 120. Clar. d. q. 21.

9 Item ſcias, quòd tamen donatio facta per criminoſum poſt crimen contractũ, ante ſententiam condemnatoriam ualere poteſt. tex. l. poſt contractum. ff. de donat. & ibi gl. communiter approbata, ut teſtaẽ ibi Pic. n. 7. in fi. Si tñ donatio ante ſñiam fiat metu pœnæ, puta quòd ſit deprehenſus in crimine tanquam in fraudẽ facta, in effectu non valet, & poſſit reuocari. ita tenet Bar. d. l. poſt contractum, & hanc ſñiam in conſulendo & iudicando communiorem eſſe dicit Pic. ibid. nu. 11.

Quæſtio XXVII.

SVMMARIA.

Deportatus an poſſit teſtari, nu. 1.
An etiam ex teſtamento capere poſſit, nu. 2.
An ad pias cauſas teſtari poſſit, nu. 3.
Quid in bannitis noſtri temporis, nu. 4.

1 QVæro, an deportatus teſtari poſſit? Reſp. quod non tex. d. l. eius qui, §. ſi cui, ff. de teſt. & tenet Bart. l. ſi quæramus, nu. 8. ff. e. tit. & hoc quidẽ de iure antiquo oẽs admittunt. Sed quid de iure nouo, cũ nemo ſeruus pœnæ hodie efficiatur, nec bona publicentur; nũquid ei permittetur teſtari? Reſp. Variatũ eſt, alijs exiſtimãtibus deportatum teſtm̃ facere poſſe, qua ſi correcta ratione legis, ipſa lex & deciſio correcta quoq; intelligatur, q̃ ſententiam tenet Igne. vbi ſupra Cou. d. rub. 3. part. aliis vero contra ſentientibus, quod nec hodie permiſſũ ſit teſtari, & hæc eſt vera & cõis Doct. ſententia, quam tenet Bar. d. l. ſi quæramus, & quod cõis ſit teſtatur Abb. Rubr. nu. 4. de teſt. Imol. d. c. quia ingreſſi, & receptiorẽ dicit Fer. Vaſq. de controuer. illuſt. c. 97. nu. 2. uerſ. denique, Igne. vbi ſupra. Fern. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 1. & de ſucceſ. reſolut. §. 3. Bened. Capr. d. concluſ. 111. nu. 120. Quia expreſſe non corriguntur ll. adimentes teſtamenti faciendi facultatem, unde remanet ſub utrarum ll. diſpoſitione.

2 Et hoc procedit non tantum quo ad teſtamenti factionem actiuam, ſed etiam paſſiuam, quia deportatus non poteſt inſtitui, neq; ex teſtamento aliquid capere, nec ab inteſtato ſuccedere, ut dixi ſupra, §. inſtitutio, q. 2.

3 Quæro, nunquid teſtari poſſit ad pias cauſas? Dixi ſupra q. 17.

4 Sed quid in bannitis noſtri tẽpis, an poterit teſtari? Reſp. q; ſic, dummodo teſtetur ſecundum ius cõe, ſecus ſi teſtetur ſecundũ ius municipale ciuitatis a qua bãnitus eſt. ita tenet Bar. l. eius, §. 1. ff. de teſtam. & in q. incip. Lucanæ ciuitatis, & in trac. bannito. & opi. Bar. eſt cõis, vt teſtaẽ Cur. ſen. conſi. 160. incip. ux, col. 10. Petra Placa in epith. delict. li. 1. c. 44. nu. 2. & quod cum Bar. diſtinctione Doc. cõiter tranſeunt dicit Alex. l. 1. C. de contr. illuſtr. c. 96. nu. 6. Clar. §. teſtamentum, q. 20. vbi declarat, vt procedat quando ſimpliciter relegatus eſt ob contumaciã; q2 tunc non efficitur ſeruus pœnæ. hæc eſt cõis opinio, vt dicit Corn. conſi. 55. lib. 2. Boer. deciſ. 278. nu. 11. Viu. com. opin. verb. reus pro crimine. Secus quando bãnitus ſimul condemnatus eſt ad mortem naturalem, quia tunc ſi damnatur ex forma ſtatuti & conſuetudinis ad penã mortis, ſi venerit in fortiam vel ptãtẽ iudicis, tunc demum fit ſeruus pœnæ, quando uenit in fortiam, non aliter, vt pulchrè Boer. ibid. nu. 12. & ſeq. Sin autem purè ſit lata ſententia ſecus eſt, vt d. locis.

Quæſtio XXVIII.

SVMMARIA.

An damnatus in metallum poſſit teſtari, nume. 1.
Quid in eo, qui ad beſtias damnatus eſt, nume. 2.
Quid in damnato ad perpetuos carceres, nume. 3.

1 QVæro, numquid damnatus in metallum, vel opus metalli poſſit facere teſtamentum? Reſp. quòd non. per tex. d. l. eius qui, §. 1. & ibi no. gl. & eſt vera & communis opinio, vt teſtatur Fernand

nand. Vaſq. de controue. illuſtr. capit. 96. num. 1. licet quidam ex nouiſſimis aliter ſentiant.

2 Idem dic in eo, qui ad beſtias damnatus, vel aqua & igne intardictus eſt, non enim poſſunt etiam hodie teſtamentum facere. Hanc dicit eſſe communem Doct. ſententiam Igne. d. l. 1 ff. ad Sylla. licet ipſe repugnet, receptiorem appellat Fern. Vaſq. de controue. illuſtr. d. c. 96. num. 2. verſ. denique.

3 Sed quid in dánato ad perpetuos carceros, vel perpetua vincula, quales ſunt damnati ad remiges, nunquid poterit teſtari? Reſpon. quòd non. ita tenet Bar. l. 2. num. 3. de his qui pro non ſcript. hanc ſententiam in laicis communem, ſed cõtrariam mitiorem & in clericis veriorem dicit Abb. rub. nu. 4. ext. de teſtam. addit. ad flores Roland. rub. 2. nu. 39. licet alii contrarium teneant, quod probat Clarus dict. §. teſtamentum, q. 23. Soarez recep. ſentent. theſau. lit. C. nu. 21

Quæſtio XXIX.

SVMMARIA.

An damnatus de hæreſi poſſit teſtari, nu. 1.
An procedat in liberis, num. 2.

1 QVæro, an damnatus de crimine hæreſis poſſit teſtari? Reſp. quòd nec teſtamentum, nec codicillos facere poteſt, text. qui probat, auth. Gazaros, C. de hæret. & ibi no. gl. & quod ita tenẽt communiter Doct. teſtatur Fernan. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 1. num. 166. & de controuerſ. illuſtrib. cap. 102. num. 5. Quia hoc caſu pœna amiſſionis bonorum irrogatur ipſo iure.

2 Sed quæro, nunquid hoc procedat ẽt quoad liberos, quos habuit hæreticus tẽpore admiſſi criminis? Reſpó. gl. l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſt. ver. exhęredato. tenet non procedere, ſed contrarium tenet Imo. l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebel. & hanc dicit eſſe communem Doct. ſententiam dicit Cyſuentes in Taurina. l. 4. quem allegat Fernand. Vaſq. d. §. 1. num. 168.

Quæſtio XXX.

SVMMARIA.

An ſurdus & mutus teſtari poſſint, num. 1.
declaratur numero 3.
An exemplariter ſubſtitui, nu. 2.
Quid in ſurdo & muto milite, nu. 4.
Quid in muto & ſurdo ex accidenti, nu. 5.

1 QVæro, an ſurdus & mutus, ideſt qui vtroque morbo laborat, teſtamentum facere poſſit? Reſpó. q olim ſurdus & mutus teſtamentum facere non poterat, tex. l. q in poteſtate, § 1. l. ſi mutus, ff. de teſtam. & ita tenet Alex. l. diſcretis, C. qui teſta. facere poſ. eſtque receptiſſima Doc. ſententia, vt teſtatur Fernan. Vaſq.

2 de cont. illuſtr. cap. 103. nu. 2. Ideoque tali muto & ſurdo exemplaris ſubſtitutio fieri non poteſt. ita tenet & dicit communem opinionem Pau. de Caſt. l. humanitatis, Corraſ. nu 1. Couar. de teſtam. ca. Ray. §. 6. Communem Alex. l. ex facto, nu. 40. ibi Iaſ. nu. 39. Vaſq. de contr. illuſtr. cap. 37. num. 9. licet ipſe contrarium. Dixi ſupra, §. ſubſtitutio, q. 44. & hoc hodie procedit, dummodo ſit mutus & ſur-

3 dus ſimul, & a natura. Secus vero ſi ſurdus eſſet & non mutus, namque tunc bene teſtari & codicillari poſſet. text. dict. l. diſcretis, cum etiam mutus codicillari poſſet, & ita communiter teneri aſſerit Benedict. Cap. tract. reg. conclu. 103. numero 22.

4 Idem dic in ſurdo & muto milite: is enim iure veteri, & hodie poteſt facere teſtamentum. ita tenet gl. §. item ſurdus, verb. certis teſt. qui teſtam. fac poſ. & ſequitur Cyn. & communiter Doct. vt teſtatur Fernand. Vaſq. de contr. illuſtr. c. 103. nu. 302. & ſeq. receptiorem & veriorem dicit idem Vaſq. de ſucc. progr. §. 1. nu. 169. vbi dicit iura vetera per l. diſcretis, non eſſe correcta, quicquid nonnulli contra ſentient.

5 Item ſurdus & mutus teſtari poſſunt, ſi non à natura, ſed ex accidenti hæc vitia ſuperuenerunt, dummodo ſcribere ſciat, & manu ſua voluntatem declarauerit. ita tenent Doc. d. l. diſcretis, & ſequitur Doct. vt teſtatur ibi Dec. nu. 14.

Quæſtio XXXI.

SVMMARIA.

An cæcus poſſit teſtari, nu. 1.
An codicillos facere, nu. 2.
An ad pias cauſas, nu. 3.
An inter liberos, nu. 4.

Quæro

1 QVæro, an etiam cœcus vtroque lumine carens, teſtamētum facere poſſit? Reſp. q̀ non poteſt ſine ſolennitate, de qua in l. hac conſultiſſima, C. qui teſtam. fac. poſ.

2 Quod procedit etiam in codicillis, q̀a eadē ſolennitas quæ in teſtamento requiritur. ita tenet gl. ibi l. hac conſultiſſima, verb. codicillis. & ſequitur Bal. & cōmuniter Doct. vt teſtatur Fernan. Vaſq. de contr. illuſt. c. 103. nu. 13. diciq; eam eſſe veriorem, & expreſſam approbatam l. Taurina.

3 Quinimò procedit adeò, vt etiam ad pias cauſas teſtari non poſſit, hanc dicit communem Vaſq. d. c. 103. nu. 15.

4 Sed quero, nunquid inter liberos poſſit abſque illa ſolennitate teſtari? Reſpō. Valde controuerſum eſt. quibuſdam exiſtimantibus tale teſtamentum deſiderare omnes ſolennitates, de qua in d. l. hac conſultiſſima, aliis contra opinantibus, & hæc eſt magis communis opi. vt teſtatē Fernā. Vaſq. de cōtr. illuſtr. c. 103. nu. 11.

Quæſt. XXXII.

SVMMARIVM.

An infamis teſtari poſſit.

QVæro, an infamis teſtari poſſit? Reſpond. quòd ſic. tex. l. eius qui, in ſi. ff. de teſta. & tenet Bal. l. is cui. §. ob crimen, ff. de teſta. & ſequuntur Doc. communiter, vt teſtatur Dida. Couar. variar. reſol. lib. 3. capitulo 3. num. 9.

Quæſtio XXXIII.

SVMMARIA.

An vſurarius teſtari poſſit, nu. 1.

Quid ſi tempore teſtamenti dimiſit artem fœneraticiam, nu. 2.

Quid ſi præſtitit cautionem, & poſtea continuauit, nu. 3.

An teſtamentum reconualeſcat ſi cautio poſtea præſtetur, nu. 4. & ſeq.

An diſpoſitio c. quanquam, habeat locum in Iudæis, nu. 6.

An vſurarius poſſit donare cā mortis, n. 7.

An ſimplex cautio ſufficiat, nu. 8.

1 QVæro, an vſurarius manifeſtus poſſit teſtari? Reſpon. q̀ non, niſi præſtita cautione de ſoluendis & reſtituendis vſuris tex. quanquam. de vſur. in 6. & ita ſentiunt Doct. communiter.

2 Et hoc procedit non tātum in eo, qui tempore teſtamenti eſt vſurarius manifeſtus, ſed etiam in eo, qui eo tempore dimiſit fœneraticiam artem, ita tenet Ang. in diſput. incip. Aſtenſis miles, quæſtio. 12. & hanc opin. ex Soc. dicit eſſe communem Did. Couar. variar. reſol. li. 3. capit. 3. nu. 9. verſ. 9. Clar. q. 26. Ant. Gabr. com. conclu. lib. 4. tit. de teſtam. concl. 3. nu. 9. Quoniam is dicitur vſurarius, qui aliquando exercuit vſuras, licèt poſtea deſijt fœnerari, ita no. Dec. c. 1. nu. 22. extra de probat. 5

3 Sed quid ſi vſurarius manifeſtus præſtita prius cautione, fecit teſtamentum, taliter quòd valeat, & tamen poſt teſtamentum ſecretè continuauit vitium vſurarum, nunquid valebit teſtamentum? Reſp. quòd non, ſed irritatur tale teſtamentum, ita tenet Ang. in d. diſputatione, quæſt. 13. & hāc ſententiam dicit eſſe communem Bened. Capra tract. regul. conclu. 192. num. 159. Non enim videtur dimiſiſſe, ex quo redijt ad vomitum, & reiterauit crimen: ſubſequens enim ſicut præcedens declarat præteritum.

4 Quæro item, nunquid teſtamentum vſurarii manifeſti ſine cautione præſtita conditum reconualeſcat, ſi poſtea ex interuallo præſtetur? Reſp. Valde controuerſum eſt. ſunt qui exiſtimarūt, hoc caſu teſtamentum non reconualeſcere; quam ſententiam ampl. Pau. de Lea. cle. 1. de ſepultur. & dicit de iure veriorem Imb. l. filio præterito, ff. de inoffi. & ſto, rupto & irri. facto teſtam. Veriorem quoque dicit Bald. l. 2. C. de bono. poſſeſſ. contra tab. idem fatetur Alex l. Gallus. § is caſus. hanc dicit communem Bened. Capra tract. regul. concl. 192. nu. 141. tam legiſtarum quàm canoniſtarum; quia d. c. requirit cautionem ante teſtamentum, vt præambulum ad aperiendam viam facultati teſtandi, quę ob præcedēs delictum ſibi precludebatur, vnde ſi ſubſequatur, quòd ab initio nullum fuit, non reconualeſcit. 8

Contrarium verò, teſtamentum hoc validum eſſe, tenet gloſ. d. c. quanquam, in ſi. & ſequitur Bart. d. l. filio præterito, & hanç

& hanc ſentẽtiam aſſerit magis communem Alex.l. Gallus,§.ille caſus, nu.8.ff. de liber. & poſth. Fel.cap. cum dilectus, num.4.extra de accuſ. Communem dicit Dec.l. quod ab initio, num.12.ff. de reg. iur.magis communem dicit, ab eaque in iudicando non eſſe recedendum Bened. Capra tract.reg. concluſ.102. num.154. Didac. Couar. uaria. reſolut.lib 3.cap.8. numer.9.verſicu.12.Anto.Gabr.Roma. comm.concluſ.lib.4.titul. de teſtam.numer.2. Quia non eſt de ſolennitatibus, quæ inſunt teſtamento, cum in teſtamenti confectione neceſſariò non ſit adhibenda cautio, imò quandocunque prius præſtari poteſt. Satis. igitur eſt, ſi ſatisfiat canonis diſpoſitioni & eius prohibitioni.

5 Et hoc adeò verum eſt, ut ſufficiat ẽt, ſi teſtator dimittat procuratorem ad pręſtandam prædictam cautionem. ita tenet Angel.in d.diſput. Aſtenſis miles,& communem hanc eſſe opin. dicit Anch. conſi.40.inter conſi. Card. quem refert Ant.Gab.d.concl.3.nu.2. Viu.com.opi. lib.1.ver.uſurarius,& ita iudicatum fuiſſe Ferrariæ dicit Fel.c.adhæc,col.1.de reſcrip.& refert Io.Dilec.de arte teſt.tit.1. caut.7.nu.2.

6 Præterea quæro, numquid diſpoſitio d.c.quanquam, habeat locum in Iudæis manifeſtis uſurariis,an & eorũ teſtamenta irrita ſint non præſtita idonea cautione de uſuris reſtituendis? Reſpond. Receptum eſt d.c.quanquam, non ligare Iudæos.quam ſentẽtiã amplectitur Alex. conſ.6.uol.6. & ita communiter obſeruari teſtatur Aret.conſ.158. Ant. Gabr. d.conclu.3.nu.8.communem dicit Viu. com.opi.lib.1.d.uerb.uſurarius Contrarium tamen defendunt Moder. Pariſ. ad dit.ad Alex.d.conſi.quem ſequitur Did. Couar.d.cap.2.uum.9.verſicul. 7. Quicquid ſit, quia hodie in locis ubi viuunt Iudæi, plerumque habent priuilegium exercendi vſuras, & defraudandi miſeros Chriſtianos,fruſtra de hoc diſputamus.

7 Quæro, numquid uſurarius manifeſtus poſſit donare cauſa mortis? Reſp. Dixi ſupra,§.donatio,q.5.

8 Quæro,de qua cautione loquaẽ d.c. quãquam,an ſimplex ſufficiat, & nuda? Reſp.q non,ſed requiritur fideiuſſoria, vel pignoratitia.ita dicit gl.d.cap.quanquam, verſ.idoneo,quæ communiter recepta eſt,ut teſtatur Did. d.cap. 3. nu.6. Ant.Gabr.d.concl.3.nu.10.Clar.d.q.

Quæſtio XXXIIII.

SVMMARIA.

An clericus uel prælatus teſtari poſſit,n.1. & procedit tam in bonis ante clericatũ, uel poſt acquiſitis,nu.2.

Quãdo dicatur acquiſitum intuitu perſonæ uel eccleſiæ,nu.3 & 4.

Quid in bonis acquiſitis ex fructibus,n. 5.

Quid de ipſis fructibus,nu.6.& ſeq.

Quid in diſtributionibus quotidianis,n.8.

An Papa poſſit permittere teſtandi facultatem,nu.9.

1 QVæro,an clericus uel prælatus teſtari poſſit? Reſp.Diſtinguendæ ſunt ſpecies bonorũ, prout Petr.de Vbal. de ſucc.cler. Aut enim loquimur de bonis patrimonialib. uel hereditariis, vt ſunt hæreditates,legata, donationes & ſimilia,& põt prælatus,epiſcopus, uel clericus de his teſtari, & hæredẽ quẽ velit inſtituere, ẽtſi filios uel propinquos non habeat,nec eccleſiã hæredẽ tenetur relinquere.ita no.gl.cap.Epiſcopus qui filios duodecim.q.2.& ſequiẽ Imo.in cap.quinos,& hanc dicit eſſe cõem Doct.ſniam And.Barbat.ibi ext.de teſt.& c.1.eo.tit. & ibi idem fatetur Did.Cou.nu.3. Dec. cap.ſi quis epiſcopus.de hæret. Nec obſtat.tex.d.cap.ſi quis epiſcopus,dum dicit epiſcopũ qui inſtituit hæreticos aut extraneos a ſanguine,eſſe excõmunicandũ poſt mortẽ,quia intelligi dẽt de eo, qui hæreticos conſanguineos aut extraneos hæreticos inſtituit ita dicit gl. ibi, quam cõiter approbatã dicit Did. Cou. d.c.1.nu. 3. & tex. d.c. epiſcopus conſilium non neceſſitatem inducit,ut gl. ibidem quoque notat,& eſt communis opinio,ut Didac.d.loco teſtatur.Ratio prædictorum eſt, quia clericus in his bonis patrimonialibus non gaudet priuilegijs quibus gaudent bona eccleſiæ, ſecundũ communem opi. ut teſtatur Dec. d.cap. epiſcopus,nu.10.de præbend.Abb. c. fi. de vi-

de vita & honeſt.cleric.Couar.d.ca. cum in officiis, Fernand. Vaſqu.dict.§.22.Vnde cum non reperiantur habere peculiare priuilegium, utuntur iure communi.

2 Et hæc concluſio procedit non tantum in bonis quæ habuit ante clericatum, ſed etiam poſtea acquiſitis, ex ſuo tamen labore & induſtria ſine reſpectu & intuitu eius perſonæ, namque de his quoque prælati, & clerici teſtari poſſunt etiamſi talia quæſita penderent a dignitate clericali, & presbyter ea conſecutus fuiſſet ratione ordinis ſacri, nullo tamen prætextu beneficij, vel bonorum eccleſiæ, vt puta pro celebrãdis miſſis, vel ſtipendio. ita tenet Cyn.& Doctõ. auth.licentiam, C.de epiſc.& cleric. & hanc ſententiam dicit eſſe communem Soc.conſ. 9.volum.3.Barbat.cap.quia nos, ext.de teſt.Corn.conſi.314.vol.3. Did. Couar. d.c.1.nu.11.de teſtam.Clar.q.27. & quãuis in epiſcopo diuerſum ſtatuat Iac.Butr.l.S.Sanctæ,C.de epiſc.& cler. ſ.teſtari eum non poſſe de bonis poſt epiſcopatũ acquiſitis etiam ex propria induſtria perſonæ, tamen eius opi.communiter reprobari dicit Soc.& Corn.d.conſil. Couar.d.cap.1.num.11.Sin autem occaſione ſiue contemplatione eccleſiæ acquiſierit, non poterit de iis teſtari, ſed eccleſiæ erit reſtituendum, ita tenet Abb.cap. relatum 2. & ſequuntur communiter Doct.ut teſtatur ibi Didac. Couar.in fi. Viu.com.opi.lib.1.uerb.clericus Clar.d. q.27.verſi.ſed quid dicendum, & uerſi. tertio dixi.

Sed dubium eſt quando prælati vel clerici de bonis eccleſiæ quæſiſſe uideantur, vel non, quia in re Ioan.And. cap.3. de pecul.cleric.diſtinguit, quòd aut conſtat prælatum habuiſſe tempore ſuæ promotionis, aut conſtat quod nihil habebat, aut dubitatur. Primò caſu præſumitur pro poſſeſſore, & eccleſiæ incumbit onus probandi, de rebus eccleſiæ eſſe quæſita, vel hæredi contrarium. Secundo caſu, cum nihil habebat præſumendum pro eccleſia. Tertiò caſu, in dubio bona ab epiſcopo, uel prælato dimiſſa ex præſumptione iuris canonici cenſẽtur poſt ipſam dignitatẽ acquiſita, & ex bonis eccleſiæ, ſiue poſſideat eccleſia ea bona, ſiue prælati hæres. hãc profitetur in d.cap.3. communem ſententiam Abb. communem fatetur Cor.conſ.314.vol. 3.Soc.conſ.91.vol.3. Alber.d.auth. licẽtiam, C.de epiſ.Did.Couar.c.1. nu.6. & ſeq.de teſtamen. Fernan. Vaſqu.de contr.illuſtr.cap.105.nu. 35. Poteſt tamen hoc & præcedenti caſu hæres prælati ꝓbare, quòd prælatus habuerit artificiũ, vel patrimonium, & tunc iudex conſideratis circumſtantijs, arbitrabitur, an ex bonis eccleſiæ vel aliunde acquiſierit, ſecundum quod veriſimile eſt. ita fatẽtur omnes prædicti.

3 Porrò ſi relictum ſit prælato, an intuitu eccleſiæ uel ſui ipſius perſonæ diſtinguendum eſt, aut aliquid relictum ꝓlato vel clerico ab extraneo, & tunc cõtemplatione eccleſiæ relictum cenſetur. aut uerò a coniuncta & perſona illius cui relinquitur, tũc contemplatione ac intuitu ipſius perſonæ & non dignitatis relictum dicitur. ita tenet gl.c.requiſiſti de teſtam.& ibi Imol.dicit hanc eſſe cõmunem Doct.opin.nu.38.Dida.Couar. cap.requiſiſti, nu. 7. & ſeq. ext. de teſta. Franc.Mant.de coniect.vlt.volum.li.8. cap.6.num.17. Quòd etiam procedit in extraneo magna amicitia cõiuncto. hãc dicit eſſe communem Doct. ſententiam Soc.& Roma.l.ciuibus, nu.14.ff.de reb. dub. & ab omnibus receptam aſſerit Didac.dict.cap.requiſiſti, nume. 7. dummodo tamen ex qualitate rei legatæ, eccleſiæ legatum argui poſſit, ut ſi calix, patena, vel tintinabulum ſit. ita Doc.magis communiter tenere dicit Mantic. d. loco.

4 Cæterum relictum ei qui non habet adminiſtrationem, vt puta canonico alicuius eccleſiæ ſpecialiter, ſiue a propinquo ſiue extraneo, intelligitur relictum intuitu non eccleſiæ, ſed perſonæ. ita tenet gl.d.c.requiſiſti, ver.nec eſt. & hanc dicit eſſe communem opin.Soc.d.l. ciuibus, Didac.Couar.d.c.requiſiſti, nu.20. Mant.d.tit.6.nu.22.

5 Aut verò agitur de bonis prouenientibus ex fructibus, vel reditibus beneficiorũ, & tunc iterum diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus eſt, quando clericus vult teſtari de bonis acquiſitis occaſione fructuũ, vel ex ipſis fructibus aut pecunia,

nia, quæ ex ipſis reditibus fuit collecta emptis,& non poteſt:ſiue enim ſunt bona mobilia, ſiue immobilia per clericum ex reditibus acquiſita, non tantum eccleſiæ competunt, ſed & nomina & actiones tex. cap. relatum 2.de teſta. & ibi tenet Abb.& communiter Docto.vt teſtatur ibi Dida. Couar.num.1. & quòd hec opinio omnium conſenſu recepta ſit, aſſerit idem cap.in officiis,n.5.ver.7.eo.ti.

6 Secundus caſus eſt, quando clericus vult teſtari de fructibus beneficii ſui,perceptis,& extantibus,& tunc diſtinguendum eſt inter clericos habentes adminiſtrationem eccleſiæ,& ſimpliciter beneficiatos. Primo caſu, communis eſt conclusio,quòd rectores vel prælati habentes adminiſtrationem,reditus beneficiorum ſuos non faciunt, itaque de eis teſtari non poſſunt.hanc dicit eſſe communé Doc.ſententiam Franc. Rip.l.obligatio, num.46.ff.de verb.obl. In vita tamen ex eorum reditibus ad vſus profanos tantũ expendere poſſunt,quantum ad honeſtũ victum & veſtitum,cæterosque vſus neceſſario,ad pios vſus ſine certa præfinita quantitate, alias crimen mortale incurrunt vltra neceſſaria in profanos vſus expendentes.ita tenet Abb.cap.cum ſecundum,de prębend.hanc dicit communem opi.Did.Coua.cap.cum in officiis,nu.3. Vaſq. §.22.nu.57.& quamuis plerique exiſtiment eos teneri ad reſtõnem, tamé frequentius in contrariam partem,vt nõ ſit reſtitutio neceſſario facienda inclinát, eaque benignior eſt, & noſtris temporibus admittenda ex generali totius orbis cõſuetudine, vt teſtatur Didac.d.cap.in officiis, nu.3. Videmus enim vbique pręlatos reditus ex beneficiis deputatos per luxuriam conſumere, in aduerſa vero valetudine in pios vſus erogare poteſt, cũ moderamine tamen. Ratio prædictorum eſt,quia tales clerici in vita ſunt vſufructuarii, in ægritudine vero tantum vſuarii.ita tenet gl.c.fi.de off.ord.in 6.quę cõmuniter approbata eſt, ut teſtatur Rip. d.l.obligatio.

7 Secundo caſu, quando clericus habet ſimplex beneficium,controuerſum fuit, aliis exiſtimantibus poſſe eum libere teſtari de fructib.ex ſimplici beneficio perceptis.ita tenet Hoſt.c.fi.de pecul.cleric. & hanc ſententiam in praxi receptam eſſe dicit ibi Imo.& dicit idem Clarus d.q. 27.refert Vaſq.§.22.num.39. Alii verò contra opinantibus, & voluit Abb.c.cũ eſſes, & communem dicit Iaſ.conſil.75. vol.3.Albert.Triorius de vero & perfect. cler.lib.2.cap.51.num.7.Viu.lib.1.verb. clericus,Dida.Couar.d.c.cum in offi.nu. 6.ſubdit contrariam eſſe falſam Fernan. Vaſq. de ſucc.creat.§.22. nu.39. Barbat. cap.inquirendum, nu.7.de pecul.cleric.

8 Tertius caſus eſt, quãdo clericus vult teſtari de diſtributionibus quotidianis q̃ dantur canonico ratione intereſſentię diuinorum, & tunc quoniam earum dominium ipſis canonicis acquiritur, teſtari eis permittitur ita tenet gl.c.licet,ext.de prabend.& ſequitur Barb.cap.fin.de pecul.cler. eſtque communis opin.vt teſtatur Pariſ.conſi.33.num.11.vol.3. Dida. Couar.d.c.cum in officiis,num.4.Rip.d. l.obligatio, nu.46.quicquid dixerit Nicol.de Vba.de ſucceſ.cler.ult.par.nu.19. qui tamen hanc vſũ,& in practica ſeruari fatetur, & communem obſeruantiam eſſe ſecundum hanc opi. & hoc ſuadetur ratione,nam ex labore & ſeruitio perſonali propter reſidentiam, & inter eſſentiam eas quęrunt,& ſic ex induſtria & intuitu perſonæ,& laboris, & ſeruitii.

9 Quæro iuxta prædicta, nunquid Papa epiſcopis & clericis poſſit permittere teſtandi facultatem de bonis ex reditibus beneficiorum acquiſitis? Reſp.ꝙ ſic. hanc dicit eſſe commuuem opinio. Dec. conſil.512.Dida.Couar.d.c.cum in officiis, num.7. Subdit tamen vſu receptum eſſe,vt ſolis epiſcopis iſta licentia neceſſaria ſit, quoniam clerici omnes libere teſtantur, & in vltima volũtate diſtribuũt ex beneficiis acquiſita,& ab inteſtato habent hæredes,licet hæc generalis conſuetudo magis cõiter reprobetur, vt non valeat,niſi ſaltem ad pios vſus,vt ibidem fatetur nu.9.Sed quicquid ſit,frequentiſſimo vſu ſeruatur.

Quæſtio XXXIIII.

SVMMARIA.

An monachus teſtari poſſit,nu.1.

Quid ante monachiſmum ſusceptum, numero

mero ſecundo declaratur, numero tertio.

An ex interuallo temporis præſumatur cogitaſſe de ingreſſu religionis, nu.4.

Quid ſi ſit ingreſſus ſed nondum profeſſus, nume.5.

Quid ſi ingreſſus proteſtatus ſit, vt poſſit bona retinere, nu.6.

An bona poſt ingreſſum ſtatim ad inſtitutũ pertineant. nu.7.

An monachus teſtamentum poſſit reuocare, numero 8.

An monachus poſſit ex teſtamento capere, numero 9.

1 QVæro, an monachus teſtari poſſit? Reſp. quòd non. tex. auth. ingreſſi, C. de S.S. eccl. & ibi omnes antiqui & noui, vt teſtatur Fernan. Vaſq. de controuerſ. illuſtr. cap. 1?2. num. 1. Ficher. add. ad Villal. L. M. nume. 114. ſiue monaſterium ſit capax, ſiue non, quia monachus æquiparatũ ſeruo, & habetur ꝑ mortuo.

2 Et hoc quidem procedit plane poſt profeſſionem, ſed quid ſi ante monachiſmum ſuſceptum, & profeſſionem ſecutã teſtamẽtum fecerit, nunquid rumpetur? Reſp. Diuerſæ ſunt Doct. ſententiæ, quidam enim exiſtimant teſtamentum ante monachiſmum confectum non rumpi, neque hoc caſu monaſterio legitimam deberi. ita tenet Bar. auth. ſi qua mulier, C. de S.S. eccl. & hanc dicit eſſe communem Doct. ſententiam Dec. conſi. 31. nu. 12. Are. nu. 5. ff. de teſt. Rip. l. ſi vnquam. q. 35. C. de reuoc. donat. Didac. Couar. c. 2. nu. 5. de teſtam.

Contrariam vero ſententiam tenent alii, nimirum quòd rumpatur niſi aliquid monaſterio titulo inſtitutionis relinquatur, Cyn. d. auth. ſi qua mulier, eã dicit eſſe communem Iaſ. ibi nu. 15. & n. 17. Imol. l. 1. nu. 11. ff. de teſt. unẽ. Iaſ. rub. de liber. & poſthu. nume. 19. & rub. C. de poſthu. hæred. inſtit. Intellige tamen vt
3 procedat, quando teſtator tempore teſtamenti non cogitauit de monaſterio, quia tunc reuocatur quaſi ex noua volũtate, ſecus ſi cogitauit. ita tenet Bar. d. auth. ſi qua mulier, hanc dicit communem Doc. opin. Iaſ. ibi num. 17. Dec. c. in præſentia, nu. 61. Cõem probat Did. Couar. c. 2. nũ. 5. ext. de teſta. veriorem dicit Imo. d. c. in præſentia, & ab ea non eſſe recedendum in iudicando & conſulendo dicit Fulg. & Iaſ. d. auth. ſi qua mulier, num. 21. Sed & hoc caſu contrarium, vt non rumpatur, etiamſi tempore teſtamenti non cogitauit de futuro monaſterio. Communẽ dicit Alciat. d. rub. ff. de lib. & poſthum. nume. 30. & ſeq. & probat Couar. d. cap. 2. Sed frequentius recepta eſt ſententia, qua fere omnes vtriuſque ſententię fautores conſentiunt, vt ſi teſtator cogitauit tempore teſtamenti de monachiſmo futuro, tunc per monachiſmum non rumpatur teſtamentum, ſin non cogitauit, tunc rumpatur non ſecus quam poſthumi agnatione, vt teſtatur Didac. d. loco; & dicit contrariam ſententiam iure nouo probari. eam quoq; vti ęquiorem ſequitur Clar. dict. q. 28. quia text. d. §. illud, permittit ingreſſuro teſtamentum condere, conſequenter vult rumpi non poſſe, Fernan. Vaſq. de ſucc. creat. §. 120. numero 29.

4 Et nota quòd ex interuallo temporis a teſtamento ad religionis profeſſionem iudicis arbitrio præſumitur, an cogitauerit de futuro ingreſſu, vel non. ita tenent omnes vt teſtatur Did. Couar. d. c. 2. nu. 5. ver. his vero addendum.

5 Sed quæro, quid ſi teſtamentum factũ eſt ab ingreſſo, ſed ante profeſſionẽ, nunquid valebit? Reſp. ꝙ ſic, etſi factum ſit ſine prælati conſenſu, nec ꝑ profeſſionem ſubſecutam reuocatur. tex. c. 4. de regul. in 6o. Dida. Couar. d. c. 2. num. 5. Clar. d. q. 28. verſ. dixi, licet contrarium teneat Roder. Suarez. alleg. 20. nu. 5. in fi.

6 Quęro item, quid ſi ingreſſus proteſtatus ſit, vt poſſit bona retinere, vel profeſſus ſit ſub hac conditione, vt bona retineat, nunquid poſſit teſtari? Reſpon. cõtrouerſum eſt, quibuſdam exiſtimãtibus teſtari eum poſſe. ita tenet Abb. c. fi. de cõdi. app. & hanc eſſe communem dicit Barbat. conſil. 3. vol. j. Couar. 4. decre. epit. 2. par. c. 3. § 1. nu. 18.

Cõtrarium vero tenet gl. auth. ingreſſi, & hanc ſentẽtiam cõem profitetũ Imo. & Fel. c. cum M. nu. 75. de conſtit. Iaſ. & Dec. auth. ingreſſi, nu. 21. hanc dicit magis cõem Villal. com. opin. lit. P. nu. 170.

7 Quæro, quid ſi teſtamentum nõ rumpatur per ſubſequentem profeſſionem, nunquid ſtatim poſt ingreſſum bona pertinebunt ad inſtitutum? Reſp. quod ſi mo-

naſterium

naſterium ſit incapax bonorum, ſtatim ad inſtitutum pertinent: ſi verò ſit bonorum capax, tunc demum morte naturali ipſius monachi, in uita uerò ipſius ad monaſterium. ita tenet Abb.d.c.in præſentia, & hanc eſſe cóem. opi.dicit Aret. l.1.nu.6.de teſtam. Alex.conſ.13.volum. 3.Roder. Suarez alleg.20. nu.19. & ſeq. Did.Couar.d.c.2.nu.6.

8 Quæro præterea, nũquid monachus teſtamentum factum ante profeſſionem poſt ea poſſit reuocare, & mutare? Reſp. Variant Doct. Namque reuocari non poſſe tenet Abb.d.c.in præſentia, num. 61.& ibi Bero. dicit contrariam ſententiam eſſe falſam, Dida. Couar.d c.2.dicés ſe ne quidem tranſuerſum digitum ab ea diſcedere, quia contraria aduerſatur Cæſarei & Pontificii iuris conſtitutionibus, ratio qua mouentur eſt, quia profeſſus non poteſt teſtari etiam, quod ingreſſus eſſet religionem, quæ habet bona in communi.

Contrarium verò, quando ingreſſus eſt religionem q́ habet bona in communi, tenet Bar.d.aut.ſi qua mulier, ſiue fiat de liberis, in liberos, ſiue de liberis in monaſterium, ſiue de monaſterio in monaſterium, uel de extraneo in monaſterium illo enim caſu indiſtinctè reuocationem permittit. & hanc ſententiam plerique non infimæ ſortis ſequuntur, & quaſi communem profitentur, Roder. Suarez d. alleg.20. nu.27. & ſubdit eam eſſe veriorem, & contrarium tenentes parum vrgentibus fundamentis niti, ſed eam admittit tantum inter liberos non extraneos Dida.Couar.d.c.2.nu.9.in fi. Clar. d.q.28.verſ. quoad ſecundum, quo ciuis non habet dubium, ſiquidem ei permittitur teſtari, d.auth.

9 An autem monachus poſſit ex teſtó capere? Dixi ſupra §. Legatum, q.7.

Quæſtio XXXV.

SVMMARIA.

Hæredis inſtitutio eſt caput teſtamenti, n.1.
Filius neceſſario inſtituendus, vel exhæredandus eſt, nu.2.
Legitima filio relinquenda eſt titulo inſtitutionis, nu.3.& ſeq. & an hoc requiratur de iure canonico. nu 6.
Quid in legitima aucta per ſtatutum, nu.7.
Quid ſi relicta ſit tit. legati & adiecta clauſula, valeat omni meliori modo. nu.8.
Quid ſi ſaltem bona pater dimiſit, nu.9.
Quid ſi legitima relicta ſit tit. ſubſtitutionis, nu.10 & ſeq.
Quid ſi reliquit, 10. pro ſua legitima, n.14.
Quid ſi reliquit pro falcidia. nu.15.
Quid ſi pro ſua parte dixit, nu. 16.
Quid ſi filio fuit aſſignatum peculium, n.17
Quid ſi filio relictum pro dote, nu.18.
Quid ſi teſtator iuſſit ad conſilium ſapientis teſtamentum extendi, an ſufficiat, nu.19.
An tota legitima ſit relinquenda, nu.20.

POſtquam de perſonis dictum eſt, cõſequens vt de iis, quæ ad ſolennitatem teſtamentorum requiruntur deſpi-
1 ciamus. Inter cætera autem principale ius eſt de hæredibus inſtituendis. Hæredis itaque inſtitutio eſt caput, & fundamentum totius teſti: text.§ ante hæredis inſtit. de legat. & ſine hæredis inſtitutione, nihil quód ſcriptum eſt in teſtamẽto, valet. tex.d.l.1.ff.de vulg. & ibi traduunt communiter Doct. Quæ autem requirũtur ad hoc, ut iſtitutio valeat, dixi ſupra §. inſtitutio.

2 Scias aũt quaſdam perſonas eſſe, quæ neceſſariò & omninò hæredes inſtituendæ ſunt. Et imprimis filiũ à parentib. inſtitui uel exhæredari debent, alias ſi fuerint præteriti, teſtamẽtum nullũ eſt. tex. l.inter cætera, ff.de li.& poſth.& eſt gloſ. mag.auth.ex cauſa, C.de libe præt. quam cõiter approbatam dicit Iaſ.ibi, Alexan. reſoluit poſt communẽ dict. l.inter cætera, Claud. Vincent. Hercula. latè, l.ita tñ. §.ſi qui rogatus, ff. ad Treb. hanc dicit receptiſſimam ſñiam Fernan. Vaſq. de ſucc.progr.§.18.num.9. & ſeq. & eſt cõis opin. ut dixi infra. Ratio eſt, quia ratione ſuitatis dominium bonorum in uita patris quodámodo impropriè ſaltem eſt apud filios, & poſt mortẽ immediatè in eis continuaretur, ideoque pater nõn poteſt alium inſtituere, niſi prius filium priuet dominio mediante exhæredatione, alias diceretur teſtari de rebus alienis. ita tenet Bar.l. in ſuis.ff. de liber. & poſth. eſtque communis opinio, ut dixi §. præced.

3 Et hæc concluſio adeò uera eſt, ut nõ ſufficiat etiã relinquere filio legitimam portionem titulo legati, fideicommiſſi

 uel

vel alio, ſed honorabili tit. inſtitutionis relinquenda ſit, tex. eſt §. aliud quoque capitulum, auth. vt cum de appell.cog. & tenet gl.auth. nouiſſima, C.de inoff. teſta. indifferenter receptam dicit Iaſ.nu. 13. hanc dicit communem opin. Bolog. l.in quartam, nume.270.ff.ad l.falc. ibi Picus,nu.130.communem dicit Gomez. tom.1.c.11.num.24. in fi. Iaſ.l.multi,ff. de lib.præt. Fernan.d.l.in quartam, nu. 174. hanc indubitatam appellat Guliel. Bened.c.Rayn. verb. in eodem teſtamen to relinquens 1.nu.19. Commnnem dicit Corraſ.l.filium quem,num.82. C.famil. herciſ. Alber.d.auth. nouiſſima, dicens ita teneri per Legiſtas, Canoniſtas, & Gloſſatores, Ema.a Coſta.§. & quid ſi tantum,pag.131.Dec.c.105.Ale.& quicquid ſuo more contradixerit.Vaſq.§.20. nu.233.Suarez.l.quoniam,limit.15.Menoch.de arbitr.iud.quæſt.lib.2.cent.2.caſu.142.nu.29. Hyppol.Riminald.§.1.n. 79.inſt.de donat. Ratio eſt, quia titulus inſtitutionis é magis honorabilis, & plenior, & vtilior, quia habet annexam poteſtatem capiendi propria auctoritate, & conſtituit filium dominum conſeruādo eum prout erat in uita patris.

Deinde præcipua utilitas eſt, quòd inſtituto filio in re certa tantum poteſt accreſcere tota hæreditas, quod non poteſt contingere ei, cui legitima titulo ſingulari relicta eſt. ita tenet Bart. l.ex facto, ff. de hæred. inſt.& hæc eſt communis opin. ut teſtatur Iaſ.l.quoties, C.de hæred.inſt. Corraſ.l. teſtamento, C.de impub. & alijs ſubſtit.numer.17.& d.l.quoties,num.5.

4 Prædicta procedunt iure auth. nouiſſimo, ſed quid iure veteri? Reſp. Diuerſæ ſunt ſententiæ, quidam exiſtimarunt quòd iure digeſtorum ét legitima relinquenda fuit titulò inſtitutionis.ita tenet Bald.d.l. inter cætera, & hanc dicit eſſe communem Doct.opin. ibi Aret.Imol.l. ſuus quoque,ff. de hæred.inſtit. Roder. Suarez l.quoniam in prioribus, limit.15. Guliel.Bened.c. Rayn.uerb. in eo teſtamento relinquens 1.nu.15. Iaſ.d.Auth. nouiſſima,nu.14.& d.l.inter cętera,com munem dicit Fernā. Vaſq. de ſucc. creat. §.20.nu.189.

Contrarium, quòd imò iure ffſorum non fuit neceſſe relinqui legitimam tit. inſtitutionis, tenet gl.l.ſcimus,§.cum autem, de inoff.teſtam. & ſequitur Alex.d. l.inter cætera,& eam dicit eſſe magis cōmunem Suarez d.limit.15. & uerіorem dicit Vaſqu.§. 10. de ſucceſ.creat. num. 189.& §.20.nu.231.

5 Iure verò codicis Docto. omnes conſentiunt non requiri, ut tit.inſtit.relinquatur,ſed ſufficere quoquo titulo relinqui,ut tenent omnes d.l.omnimodo, C. de inoffi.teſtam.& teſtatur Vaſq.d.locis, quicquid uoluerit Curt.iun. hoc indubitatum dicit Suarez d.l.quoniam limit. 15.num.1.

6 Sed quid de iure canonica, numquid filiis legitima relinquenda erit titulo inſtitutionis? Reſp. Variatum fuit, quibuſdam exiſtimantibus de iure canonico non requiri titulum inſtitutionis.ita uoluit Hoſt.d.c.Rayn. & hanc opi.dicit eſſe communem Alex.d.l.inter cętera, & veriſſimam putat, maximè in filiabus Vaſq.d.§.20.nu.234.

Aliis uerò contra opinantibus, nimirum etiam iure canonico requiri inſtitutionis titulum, q̄ voluit glo.d.c.Rayn. uerb.relinquens, quam ibi magis cōmuniter approbatam dicit Imol.nu.31. Iaſ. d.auth.nouiſſima,num.31.idem Iaſ.rub. ff.de ſolut. matr. num.32. ibi Fern. Rip. nu.44. Imol.l.ſuus quoque,ff.de hæred. inſt.Did.Couar.d.c.Rayn.§.1.nu.1. Corraſ.d.l.filiū quem, nu.82. Fernan. Vaſq. de ſucc.creat.§.20.numer.234.Clarus q. 38.hanc. frequētioribus calculis receptā dicit Ant. Cucchus d.auth. nouiſſima, rubr.quo.tit.legit. relinquenda, nu.46. & ſubdit propter auctoritatem Doc.non eſſe ab ea iudicando & conſulendo recedendum, idque ideò quod iure canonico id nullibi cautum reperiatur, vnde hac in re inter vtrunque ius non eſt conſtituenda differentia.

7 Quero, numquid legitima per ſtatutum acta ſit relinquenda titulo inſtitutionis? Reſpond. Bald.l. meximum uitium, tenet quoquo titulo relinqui poſſe, & refert Roma.l.ſi quis priore, ff.ad Treb. neminem inueniſſe Bald. contradicentem. Sed contrarium tenet Imol. l. ſi uiro,§. de viro, ff. ſolut. matr. & eſt communis opi.& Bal.ſententiam eſſe falſam

ſam dicit Roder. Suarez repet. d. l. quoniam in prioribus declaratione, l. Regni, in prin. uerſ. ad principalem, nu. 3. & hãc dicit veriorem Fern. Vaſq. de ſucceſ. crea. §. 20. nu. 240.

8 Quæro, quid ſi filio pater reliquit titulo legati, & adiecit clauſulam generalẽ ut teſtamentum ualeret omni meliori modo quo poteſt, numquid tunc cenſebitur relictum iure inſtitutionis? Reſpõ. quod ſit. ita tenet Bal. l. quoties, C. de hæred. inſt. & eſt communis opin. ut teſtatur Fern. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 20. nu. 247.

9 Quid ſi pater diuiſit bona ſua omnia in teſtõ inter filios, nec apparet alia hæredis inſtitutio, an ualebit teſtamentum? Reſp. gl. l. quoties, de hæred. inſt. tenet quod ſic, & ſequitur eam Bal. & oẽs, vt teſtatur Fern. Vaſq. d. §. 20. nu. 249. & ſubdit veriſſimum eſſe ualere teſtamentum in uim ultimæ uoluntatis, ſed non uideri filios inſtitutos.

10 Quæro, quid ſi legitima filio relicta ſit titulo ſubſtitutionis uulgaris, numquid ualebit teſtamentũ? Reſp. quod ſic. ita tenet Bal. l. ſi filiusfam. ſubſtituatur, ff. de hæred. inſt. & eſt communis opi. ut teſtatur Fern. Vaſq. de ſucceſ. crea. §. 20. n. 252. dixi ſupra, §. ſubſtitutio, q. 10. Quia etiam de iure digeſtorum ſecundum magis cõem, de qua ſupra neceſſario filio legitima tit. inſtitutionis erat relinquenda, & tamen iure ſubſtitutionis etiam relinqui potuit, unde hodie quoq; id licere debet.

11 Et prædicta procedunt non tantum in ſubſtitutione vulgari expreſſa, ſed etiam tacita, ut dixi ſupra d. §. ſubſtitutio, q. 10. Nota tamen quòd hoc caſu filius ſubſtitutus poſt primum gradum per contratab. dicere nullum, & nihilominus ex ſubſtitutione capere, ut nota. Doc. d. locis.

13 Quæro, quid ſi relinquatur filio legitima tit. fideicommiſſi uniuerſalis: Reſp. gl. l. ſcimus, §. cum autem, C. de inoffic. teſt. tenet quòd ſufficit non ſecus. quam ſi titulo inſtitutionis relinqueretur Sed contrarium tenet Bal. ibi, & d. glo. communiter reprobari dicit Rod. Suarez repet. d. l. quoniam, limi. 15. n. 1. & hãc eſſe cõem opi. dicit Fer. Vaſq. d. §. 20. n. 253.

14 Quæro, quid ſi pater reliquid filio decem pro ſua legitima, nec adiecit titulo inſtitutionis, numquid valeat teſtamentũ? Reſp. quod ſic, ut dixi ſupra. adde quod idem de communi probans tenet Vaſqu. de ſucc. crea. d. §. 20. nu. 254. Soc. rub. ff. ſolut. matr. nu. 35. Fran. Mant. de cõiect. ult. uol. lib. 4. tit. 3. nu. 22. Clar. d. q. 38. uerſ. ſed quid.

15 Idẽ die ſi pater reliquid filio pro ſua falcidia. ita tenet Bar. d. auth. unde ſi parens, C. de inoff. teſt. & tenent omnes in præced. art. allegati.

16 Idem, ſi dixit, relinquo pro ſua parte ita tenet Bald. l. humanitatis, C. de impub. & ſequuntur communiter Doct. ut teſtatur Fernand. Vaſqu. auth. unde ſi parens, C. de inoffi. teſt. numero 4. Siue igitur dicat pater, relinquo pro legitima ſiue pro ſua falcidia, ſiue pro ſua parte, ſemper uidetur titulo inſtitutionis relinquere: magis communem dicit Vaſq. ibid.

17 Sed quid ſi filio fuit aſſignatum peculium, numquid uidebitur hæres inſtitutus? Reſp. quod ſic. ita tenet Barto. l. ult. nu. 3. de pecul. leg. & hanc ſententiam dicit veriorẽ, & magis communem Ruin. conſi. 14. nu. 7. vol. 2. Fran. Mant. d. tit. 3. nu. 24.

18 Quid item ſi filiæ relictum ſit pro dote? Reſp. quod tunc quoque iure inſtitutionis relictum eſſe cenſetur, ut dixi ſupra §. Inſtitutio, q. 14. nu. 9. & hanc quoque cõem dicit Soc. iun. d. rub. ſolu. matr. nu. 35. Veriorem & magis communem opi. dicit Ruin. d. conſ. 14. nu. 6. & 7. Mant. d. tit. 3. nu. 25.

19 Quæro, item, quid ſi pater filiæ reliquit ſimpliciter centum, & iuſſit, quod teſtamentum ſuum extendatur ad conſilium ſapiẽtis, nũquid poterit ille ſapiẽs aut debebit, ſi uideat filiæ relictum fuiſſe ſimpliciter, addere iure inſtitutionis? Reſpond. Bart. l. illa inſtitutio tenet quod non poſſit, ſed contrarium dixit ibi Iacob. de Aret. & plerique ibi ſequuntur, & hæc eſt communis Docto. opin. quæ de conſuetudine etiam ſeruatur, ut teſtatur Ioan. Andr. add. ad Specul. tit. de inſtru. edi. §. inſtrumentum. verſ. quid ſi a contrahentibus, in uerb. inſtitutio, ſub nu. 13. Soc. iun. conſi. 124. num. 49.

conſi.143.nu.14.15.lib.1.Caſſan.in conſuet. Burgund.tit.de ſucceſſionib.rub.7. §.3.ver.par.droict.ver.item pone, nu.5. & hanc veriorem dicit Fernand.Vaſq.de ſucceſ.creat.§.20.nu.258. Communem dicit Lud.Zun.conſ.pro vxore,nu.549. Clarus d.q.38. Quia ſubueniendum eſt teſtatori qui turbatus præſumitur mortis cogitatione.

20 Quæro, an neceſſe ſit, vt tota legitima relinquatur titulo inſtitutionis? Reſpó. quòd non, ſed ſufficit eſſe filium inſtitutum in minori portione, quàm legitima, vel in re minima, ita tenet glo.d.authen.nouiſſima; & eſt communis opinio, vt teſtatur ibi Fernan.Vaſq. de ſucceſ.creat.§.20.nu.7.8.& 281. Debet namque filius in minori quantitate inſtitutus agere ad ſupplementum, vt ex bonis patris ſuppleatur ſibi integra legitima, non vero poteſt dicere nullum vel contra tabu. nec agere querela ad rumpendum teſtamentum, etiam ſi pater adijciat in teſtamento, quòd nullo modo filius poſſit plus petere, vel filius ſimpliciter relictum acceptet, vel fecit aliis fratribus, vel hæredibus quietationem, vt dixi §.legitima, q.13.& q.32.

Quæſtio XXXVI.

SVMMARIA.

Filius debet inſtitui vel exhæredari tam matre, & eius linea, quam a patre nu.1.
Quid de iure antiquo, nu.2.
Quid de filio emancipato, nu.3.
Quid in filiisfamil. nu.5.
An ſufficiat filiam in dote inſtituere, nu.6.
Quid ſtante ſtatuto, quod exiſtentib. maſculis fœminæ non ſuccedant, nu.7.& ſeq.
Quid in filiis naturalibus, nu.9.
Quid in legitimato, nu.10.
Quid in adoptiuis, nu.11.
Quid in monacho, nu.12.
An valeat ſtatutum excludens monachos à ſucceſſione, nu.13.
An neptis ab auo inſtitui debeat; numero 14.& 15.
Quid in poſthumo, nu.16.17.18.19.20.
Quid operetur clauſula codicillaris in poſthumo præterito, nu.21.
Si plures poſthumi naſcantur, an ſimpliciter inſtituto poſthumo omnes inſtitui cēſeantur, nu.22.
Quid ſi ventrem vxoris inſtituat, num.23.
An monaſterium quod habetur loco poſthumi rumpat teſtamentum ante ingreſſum factum, nu.24.
Pater inſtituens poſthumū naſciturum poſt mortem ſuam, an cenſeatur inſtituiſſe natum in vita, nu.25.
Inſtitutio poſthumi an valeat ſine conditionibus, de quibus in l. Gallus, nu.26.

1 STat igitur concluſio, quòd filius de neceſſitate debeat hæres inſtitui, vel exhæredari, & non tūt in patre hoc, ſed ēt procedit in matre, & aſcendentibus lineæ maternæ, namq; mater non ſecus, q̃ pater filios inſtituere tenetur. ita tenet glo.§.exhæredatos, verb.voluit.auth.de hęr.& falc.glo.mag.auth.ex cauſa, C.de lib.præter.quæ cōiter approbatur, vt teſtatur ibi Iaſ. idem in auth.non licet, eo. tit. hanc dicit eſſe cōem op. Vigli.rub.C. de inoff.teſt. Picus l.in quartam, nu.10.ff ad l.falc.ibi Rip.nu.143.& hoc in matre procedit quando filii ſimpliciter, & ſine cauſæ adiectione fuerint præteriti, ſecus vero ſi inſerta fuerit cā, quia tunc pro exhæredatione ſit glo.d.verb.voluit. quæ communiter approbatur, vt dicit Iaſ.in.18.C.de contratab. Alex.d.l.in ſuis, nu.12.& ibi Iaſ.Fernan.Vaſq.d.§.20.n.163.

2 Et hoc de iure nouiſſimo, de iure verò antiquo ſiue pteritus erat ſine cā, ſiue cū cā, habebatur pro exhæredato, & competebat querela inoſ.teſt.ita no.gl.l.filium, C.de inoſ.teſt. q̃ cōiter approbatam dicit Gomez.d.c.11.nu.35. Communem, & verā dicit Fernā. Vaſq.d.§.20.n.146.

3 Sed quæro, nunquid prædicta concluſio procedat ēt in filio emancipato, vt is ēt inſtituendus ſit, vel exhæredandus? Reſp. quòd ſic, alias ſi ſimpliciter fuerit præteritus, perinde non valet teſtū, ac ſi filius in ptāte præteritus eſſet: ſecus ſi cū cā, qā tūc valet mero iure ſed filius hēt bonor. poſ.cont.tab.ita tenet glo.d. §.exhæredatos, verb.voluit, & ſequitur Bart.auth.ex cā, nu.12.C.de lib.præt.& d.gloſ.cōiter approbatam dicit Iaſ.d.l.ſi. nu.18.& d.auth.ex cā, hanc dicit communem opi.Pau.de Caſt.l.ſi mater, ff.de vulgar.& prædictam gl. eſſe ſingularem, & cōiter teneri dicit Gomez. variar. reſol. tom.1.c.11.numer.34. Cōem dicit Minſinger.

Anger. §. emancipatos, num. 4. inſt. de exhered. liber. Fernan. Vaſq. de ſucceſ. crea. §. 20. num. 2. & nu. 22. licet. n. differentia emancipationis, & patriæ ptãtis hodie ſublata eſt tantum ab inteſtato, non ex teſtamento, ſecundum communem, de qua alibi, §. emancipatus: tamen procedit tantum quando filius emancipatus eſt præteritus cum cauſa: ſecus ſi ſine cauſa, quia tunc etiam facto teſtamento, nulla eſt inter eos differẽtia ita docet Bar. d. auth. ex cauſa, & ibi ſequuntur Doct. communiter, vt teſtatur Gomez. d. c. 11. n. 34.

5 Quæro, quid in filiafamil. nunquid æquè ac filii ſit inſtituenda ad hoc, vt præterita non reddat teſtamentum nullum? Reſp. ꝙ ſic, tam de iure digeſtorum, & CC. quam nouiſſimo iure authentico ſum. text. l. maximum vitium, C. de liber. præter. hanc dicit communem opi. Aret. Liter cætera, & d. auth. nouiſſima, ibi idẽ firmat Paul. de Caſt. cõem quoque dicit Roder. Suarez d. l. qm̃, limit. 15. magis cõmunem & receptiſſimam dicit Fer. Vaſq. licet ſuo more contrarium teneat de iure

6 digeſtorum. § 20. nu. 5. Quod procedit non tantum in filia ſoluta, ſed etiam maritata, dotata & vidua, namque illa inſtituenda eſt ſaltem in dote data. ita tenet Spec. ti. de inſtr. edit. §. compen. num. 38. poſt gl. l. ſed virum, verb. patrimonium, ff. de minor. hanc dicit eſſe communem opin. Imo. d. capit. Rayn. extr. de teſtam. Alex. conſ. 179. nu. 12. vol. 5. dicens d. gl. eſſe communiter approbatam, & loquitur in fortioribus terminis, licet pater non dederit dotem, ſed aliud eius contemplatione, Ioan. Delect. de arte teſt. id. titu. 3. caut. 5. numero 2. Clar. q. 14. Tutius tamen exiſtimat gloſ. ſi vltra dotem ſaltem inſtituatur in quinq; ſolidis. hanc dicit communem opin. Io. de Imol. d. ca. Raynut.

7 Sed quæro, quid ſtante ſtatuto, quòd exiſtentibus maſculis fœminæ non ſuccedant ab inteſtato, ſi pater inſtituat filios & filiabus titu. inſti. relinquat nihil, ſed tantum quid vnde doẽtur iuxta formam ſtatuti, an valeat teſtamentum, vt filiæ tanquam præteritæ impugnare non poſſint? Reſp. ꝙ non, ita tenet Angl. l. Papinianus, §. ſi quis mortis, ff. de inoff. teſtam. & hanc dicit eſſe communem opin. Alex. l. Gallus, §. & quid ſi tãtum, ff. de li. & poſth. l. filiæ dotem, C. de collat. Aret. conſ. 170. Bero. c. Raynu. magis communem dicit num. 230. & ab ea in iudicando & conſulendo non eſſe recedendum dicit Soc. d. §. & quid ſi tãtum, & ſecundum hanc opinionem dicit deciſum Ant. Gomez. varia. reſol. tom. 1. c. 11. nu. 2. Matth. de Afflic. deciſ. Neap. 258. nu. 6. Tiraq. de iure primog. q. 53. Fernan. Vaſq. de ſucc. crea. §. 20. nu. 237.

Sed aduerte, quia Doc. confuſè loquũtur, vnde vt rectius intelligas diſtingue plures caſus. Primus eſt, quando ſtatutũ filiam excludit non ſimpliciter, ſed reſpectiuè ad aliud, puta ad dotem, & tunc Doc. magis cõiter tenent, ꝙ filia fœmina præterita non poteſt impugnare, vt teſt. Ale. d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, Bero. d. cap. Raynu.

8 Secundus caſus eſt, quãdo ſimpliciter & non reſpectiuè excludit fœminas propter maſculos, quos poſtea hæredes inſtituit pater, & tunc ſimiliter præterita non poteſt impugnare. ita tenent magis communiter Doct. vt teſtat. Alex. d. §. & quid ſi tantum, Rui. nu. 237. & d. l. ſi filiæ. Dec. conſ. 105. nu. 1. magis verãm & cõem dicit Alex. conſ. 47. nu. 9. vol. 2. Fran. Maria. plot. add. ad Mart. Garrat. conſ. 35. nu. 3. Phanut. de Phanut. tract. de lucro dotis, gl. 5. nu. 20. Soc. conſil. 150. nu. 26. quem allegat Phanut. d. loco. Ratio eſt ſecundum oẽs, quia ad impugnandũ teſtamentum non admittitur is, qui ab inteſtato ſucceſſurus non eſt, vnde filia excluſa admitti non debet, quoniam hæreditatem ab inteſtato capere non poſſet.

Tertius caſus eſt, quando filia ſimpliciter eſt excluſa, & pater inſtituit extraneos, filios verò rectè præterit, vel exhæredauit, nulla de filia facta mentione, & tunc vtrum filia præterita teſtũ rumpere poſſit, diuerſæ ſunt Doct. ſnie. quidam. n. diſtinguunt, an agnati vel extranei ſint inſtituti, Imo. d. §. & quid ſi tm̃. Contrarium verò, quòd filia hoc caſu teſtamentum rumpere poſſit, tenent pleriq; alii, & hac veriorem & communem magiſque æquam dicit Alex. d. §. & quid ſi tantum, num. 14. Soc. in d. l. nu. 12. magis æquam & non abſurdum iura eam iudicare tanquam æquiorem Bero. d. ca.

Ray.num.237. vbi ſubdit, quod ſecundum eam fere omnes Doctores Italiæ conſuluerunt, Phanut.de Phanut.d.tract.de lucro dotis,nu.20.& ita eſſe cõem Doct. ſententiam dicit Soc.d.conſi.150.nu.26. Alc.lib.4.parad.c.12.Mariap lot d.conſi. 35.in add. Quia in fauorem maſculorum vel agnatorum pro conſeruatione familiæ illud ſtatutum editum intelligitur, vnde ceſſante fauore, ſ. inſtitutis extraneis,diſpoſitio ceſſare debet.

Nota tamen,quòd caſu quo filia præterita impugnare non poteſt, nihilominus tamen maſculo quandocunque deficiente ſine filiis maſculis etiam poſt hæreditatem agnitam,ipſa rumpit teſtamentum,& rupto teſtamento,aufert hæreditatem hæredibus maſculorum, ita tenet Bald.l.ſi quis poſthumus,§.1.ff.de lib.& poſthum.& hanc opin.veriorem & communiorem nuncupat ibi Iaſ.nu.5. quem refert Dilect. de art.teſtand.tit.3.caut.5. hanc quoque late probat,& atteſtatur cõmunem eſſe Doc.ſententiam Alber.Brũ. tract.de ſtatut.excluſ. fœmi.art.10.quæſtio.5.nu.66. vſque ad nu.29.magis communem dicit Gabr.lib.6.com.concl.conclus.4.nu.16.Ceph.conſil.251.num.39. Lud.Zunt.reſp.pro vxore,n.949.Quod tamen intellige ſi ſtatutum dicat, quòd filia excludatur quouſque maſculus ſupereſt,vt dixi infra,§.ſucceſſio ab inteſtato. An autẽ talis filia ſtatuto excluſa poſſit petere legitimæ ſupplementum, dixi §.legitima,q.3.

9 Quæro,quid in filiis naturalibus,nũquid inſtitui debeant neceſſario quo ad hoc, vt teſtamentum præteriri non poſſit impugnare? Reſp.ꝙ non.ita tenet gl. l.1.in prin.verb.naturales, ff.de contra-tab.& ibi ſequitur Bar.n.1.eſtq; cõis opi. vt teſtatur Natt.§.ex imperfecto,nu.72. Dixi ſupra §.inſtit.q.6.Minus vero prædicta habent locum in ſpuriis, nec inter viuos,nec in vltima volũtate quicquam poſsũt capere de bonis patris,dixi d.q.6.

10 Sed quid ſi filius naturalis ſit legitimatus, nunquid eius præteritio vitiabit teſtamentum?Reſp.quòd ſic,ſiue ante ſiue poſt teſt.amentum ſit legitimatus, etiam per reſcriptum principis, quia legitimatus à cæteris legitimis, & naturalibus ſimul nihil differt,vt dixi d.§.inſtitutio,q. 6.ita tenet Alexã.num.3. rub.ff.de lib.& poſthum. vbi dicit hanc communem eſſe opin.idem aſſerit ibi d.Soc.Iaſ.& Alciat. Vbertin. Zucchard. l.poſthumo,nu.17. C.de bono.poſ.contra tab. Communem quoque atteſtatur Fernan. Vaſq. de ſucceſ.creat.§.20.nu.18.

11 Quid in filiis adoptiuis? Reſp.ꝙ illos etiam pater cogitur hæredes inſtituere. tex.l.1.ff. de contra tabu. bonor. poſſ.ff. Sed hodie id procedit tantum in adoptiuis per aſcendentes, ſecus in adoptatis ꝑ extraneos.tex.§.ſed hodie,inſt.de adopt. hanc eſſe communem opin. dicit Vaſq.d. §.20.nu.19.

12 Quæro quid in filio monacho, nunquid ſit neceſſe hæredem inſtituere? Reſpond. ꝙ ſic.ita tenet Alex.l. ſub conditione,num.2.ff.de lib.& poſth. Tiraq.de nobilit.c.27.num.8.& 9.& trac.Lemort. 2.par. declarat.14.nume.25.& hoc non habet dubium, quia filius monachus retinet iura ſuitatis, ac perinde ſuccedit ab inteſtato,& ex teſtamento,ac ſi ingreſſus monaſterium non eſſet. Dixi §. ſuitas, quæſt.4.

13 Prædicta adeo vera ſunt, vt ſtatutum expreſsè excludens monachos à ſucceſſione parentum indiſtinctè non valeat, ita tenet Ang. l.ſi.c.de pact. & hanc dicit eſſe communem opin.Rip.l.ex facto.§.ſi quis rogatus,nu.39.ff.ad Treb.Cagn.d.l. ſi.nume.178. & cõem quoq; dicit Alex. conſi.139.nu.13 vol.2.Gabriel Sarai ad dit. ad Mattheſ.nu.144. Zaſ.l. ſtipulatio hoc modo concepta, num.38.ff.de verb. obl.licet ipſe contrarium teneat, & Pau. de Caſt.contrariam partem Doct. videri cõmuniter tenere, in qua fallitur. Vnde etiam rectè diſpoſitio iuris Saxonici artic.25. Landtrecht,qua filius monachus excluditur à paterna hæreditate reprobata eſt,vt fatetur glo.d.art.25.

Intellige tamen hanc communem concluſionem, vt locum habeat in monacho ingreſſo religionem ordinis capacis bonorum, ſecus ſi ordo eſt incapax bonorum, vt dixi ſupra §. Legatim,q.7.

14 Quero,an nepos ex filio premortuo, ab auo ſit neceſſario hæres inſtituendus? Reſp.ꝙ ſic.tex.l.Gallus,§.etſi, ff.de lib. & poſthu.& ita tenent oẽs cõiter, vt teſtantur

ſtantur ſuprà da filio allegati, & Vaſq.d.
§.20.nu.112.licèt ibi de iure digeſtorum
aliud ſentiat, de quo non anxiè contendi
mus, cum nouiſſimo iure ſit certum,
quia ſuccedendo in locum patris nepo-
tes fiunt ſui, & ius ſuccedendi habent.
idem Vaſq.ibi num 5.& 6.& quamuis ne
potem ex filio ſuperſtite neceſſario auus
inſtituere non teneatur:tamen quia mor
tuo filio in uita aui agnatione: ſua rūpe-
ret teſtamentum lex Velleia, conſulit ut
filiuin & nepotem ſimul auus inſtituat.
tex.d.l. Gallus,§.etiamſi.& ibi gl.& om-
nes hoc notant, nec habet dubium, com-
munem dicit Alex.l.2. C. de lib. præter.
in prin.& dicuntur hi nepotes quaſi poſt
humi impropriè, itaque non comprehen
dentur in ſtatuto loquente de poſthu-
mo, ut ſentit gloſſ.d.l. Gallus, in prin.&
eſt communis opin. ut teſtatur ibi Iaſ.n.
49.Galiau.nu.29.Grat.n.39. Hoc tñ ca-
ſu teſtator eos ſimul inſtituendo, non ſi-
mul, ſed ordine ſucceſſiuo, filium dum vi
uit, poſt eius mortem nepotem inſtitue-
re cēſetur. ita eſt cōis opin. ut dixi ſupra,
§.inſtitutio,q.20.

15 Sed quæro, quid ſi filius iuſtè ſit cohæ
redatus, & excluſus a ſucceſſione & que
rela, quia cauſa ingratitudinis eſt proba-
ta, uel a querela expreſsè, uel tacitè per
lapſum temporis excluſus. an nepos poſ
ſit impugnare teſtamētum & dicere nul-
lum? Reſp.gl.l.ſi quis poſthumos, tenet
non poſſe, quam plerique ſequūtur. Sed
contrarium tenet Bartol.l. pater filium,
ff.de inoffic.teſtam.& hanc dicit eſſe ma-
gis communem opinionem Iaſ.l.in ſuis,
ff.de lib. & poſth.nu.45. Alex.d.l.ſi quis
poſthumos,§.ſi filiū, eod. tit. cōem dicit
Gomez. licèt contrariam defendat ua-
riar.reſol.tom.1. c.11. nu.21.

16 Quæro, quid in filio poſthumo, num
quid neceſſario heres inſtituendus ſit, ne
teſtamentum eius præteritione rumpa-
tur? Reſ. q̄ ſic.tex.§.poſthumi, inſt.de ex
hæred.liber. & tenet Bar.l.1. C.de poſt-
hum.hered.inſt.eſtque cōis opin.quę nō
habet dubium, ut teſtatur Vaſqu.de ſuc-
ceſ.creat.§.20.nu.21.quicquid ipſe con-
tra dixerit.

17 Et hæc concluſio procedit, etiā ſi poſt
humus natus uiuus & perfectus, poſtea
ſtatim deceſſerit. tex. in l.quod dicitur,
ff.de lib. & poſth. & ibi Ang. tenet hanc
opinionem pro firmiſſima.

18 Sed quid ſi poſthumus præteritus, ui
uo adhuc teſtatore, decedat, quo caſu im
propriè dicitur poſthumus, ut ſupra.nū
quid teſtamentum illud erit nullum de
iure? Reſp. quod ſic. ſed ex æquitate iuris
prætorii reconualeſcit, & hæres ſcriptus
non ſuccedit de iure ciuili, ſed de iure p̄-
torio habet bonorum poſſeſſionem ſecū
dum tab. & ille eſt unus ex caſib. quibus
hodie neceſſaria eſt adhuc bono.poſſ. ſe-
cundum tab. hanc dicit communem Zuc
char.d.l.poſthumus, C. de poſthu. Dec.
num.19.Clar.q.45. & hanc dicit commu
nem Gomez.tom.1. cap.11. nume.4. Et
dixi ſupra §. bonorum poſſeſſio, q.5.nu
me.6.

19 Quam concluſionem tamen intellige
vt procedat in poſthumo, qui natus eſt
tempore perfecto & legitimo, ita ut cer-
tum ſit tantum naturaliter uiuere poſſe,
ſecus uero ſi natus fuerit tempore illegi
timo, ita ut certum ſit, q̄ uiuere non po-
teſt, ut quia fuit natus in ſexto menſe, nec
tetigit de ſeptimo, qui pro non nato ha-
betur, & caret omni ſucceſſione actiuè
& paſſiuè ita tenet Paul de Caſtr.l.uxo-
ris abortum, C.de poſthum. hæred.inſt.
& hanc dicit Socin.conſ.275.vol.2.& ita
bis iudicatum in ſenatu Neapolitano re-
fert. Matthefil.de Afflict.dec.235. & hāc
tenendam eſſe tanquam ueram, æquam,
& cōiorem Pariſ.conſ.56. num.9. uol.2.
Clar.§.teſtamentum,q.45.verſ.ſed quid
Dixi ſupra.§.fideicommiſſum,q.33.

29 Intellige etiam prædicta, ut nō proce
dant, quando poſthumi quandocunque
nati fuerint, monſtruoſi eſſent partus pe
nitus, ita q̄ non habeāt formam huma-
nam. ita tenet gl.d.l.quod dicitur, & om-
nes conſentiunt locis citat. Gomez. ubi
ſupra. Quia monſtrum non uenit appel
latione filii.

21 Sed quæro, quid ſi in teſtamento in quo poſt
humus eſt præteritus, appoſita eſt clau
ſula codicillaris, numquid poſſit rumpe
re teſtamentum? Reſp. Hæc ardua quæ
ſtio eſt, ſed diſtingue duos caſus. Primus
eſt, quando filius poſthumus præteritus
eſt ſcienter, ut quia ſciuit teſtator uxorē
ſuam prægnantem, & tunc teſtamentum
non rumpitur, ſed ſuſtinetur uirtute di

ſtæ clauſulæ codicillaris, ita tenet Bar. l. filio præterito, num. 8. ff. de iniuſto rupt. teſta. & in hoc inter Doct. nulla eſt dubitatio, ut teſtatur Pariſ. cōſ. 60. uolum. 2. conſ. 1. conſ. 4. eod. uol. Gabr. Roma. com. concl. lib. 6. concl. 7. n. 5. nouiſſimè eruditiſſ. And. Geyl. obſer. li. 2. obſer. 114. Secundus caſus eſt, quando poſthumus eſt ignoranter præteritus, uel teſtator filium viuum ignorauit, & tunc quid operetur circa legata d. clauſula, dixi ſupra. §. Legatum, q. 7. num. 4.

Quod verò ad inſtitutionem, an operetur, vt ad fideicommiſſum trahatur, ita uariant Doct. ut alij alijs quamplurimi ſibi ipſis aduerſentur, & uix quid magis receptum videri poſſit. Affirmatiuam tamen ſententiam tenentes, quòd clauſula codicillaris inducat fideicommiſſum numero fortè præponderant, quando clauſula futurum reſpicit, quam dicit magis communem Mandoſ. ad Roma. conſ. 181. numer. 3. conſ. 121. uerb. cogitur, magis communem Gribal. com. opi. verb. præteritio, & uerb. codicilli, Burſat. conſ. 88. n. 19. ſequ. Et hoc ſine dubio, quando teſtator poſt natiuitatem ſuperuixit, & approbauit ſuū teſtamentū, vel admonitus nō reuocauit, ut omnes prædicti fatētur d. locis, & dixi ſupra. §. Legatum, d. q.

Contrariam tamen partem, ꝙ imò nō obſtante clauſula, poſthumus præteritus quoad inſtitutionem rumpat teſtamentum, tenet Bar. l. 1. ff. de iure codi. & hæc & iuri & æquitati magis conſentanea eſt. hanc dicit communem Corn. conſi. 180. n. 3. vol. 2. & hodie cōem dicunt Moder. Pariſ. ad Alex. conſ. 26. vol. 1. Gabr. d. conclus. 7. nu. 9. & hæc indiſtinctè tenenda, nec ab ea in iudicando recedendum eſt, ut dicit Andr. Geyl. d. obſer. 114. Clar. d. q. 46. uide ſupra d. §. Legatum, d. q. & certè contraria opinio repugnat uoto, & officio paterno.

22 Iuxta prędicta ēt quæro, ſi teſtator ſimpliciter poſthumum inſtituat, & plures vno partu naſcantur, an omnes intelligātur inſtituti, vt non rumpatur teſtamentum? Repon. ꝙ ſic, ēt ex quacunque vxore poſtea naſcatur poſthumus. text. l. placet cū ſeq. ff. de lib. & poſth. & hoc nō habet dubium niſi ad poſthumum ex certa vxore, ſ. q. iā prægnans eſt ſe reſtringat, tunc. n. ex iſto utero nati, ēt ſi duō ſint, inſtituti eē ſentur, ita tenet Bart. d. l. placet.

23 Sed quid ſi ventrem quis vxoris inſtituat, an quemlibet poſthumum ex quacunque vxore natum inſtituiſſe cenſebitur? Reſp. quòd ſic, ita tenet Io. And. add. ad Spec. tit. de teſta. rubr. uerſ. ſi. occurrit alia qō, & hanc ſententiam dicit cōmunē Alex. d. l. placet, nu. 3. & latè defendens Iaſ. ibi nu. 6. & 11. verſ. quid tenēdum, dicit ꝙ hęc opinio in practica ſeruaretur. magis communem dicit Alciat. conſil. 91. nu. 2. li. 9. trac. præſumpt. reg. 3. præſum. 35. nu. 5. quem refert Manc. de coniect. vlt. vol. li. 4. tit. 10. nu. 6. & ita iudicatum dicit Boer. deciſ. 148.

24 Quæro, an monaſterium quod habetur loco poſthumi rumpat teſtamētum factum ante religionis ingreſſum? dixi ſupra q. 34.

25 Iuxta prædicta quæro, ſi pater inſtituat filium qui poſt mortē naſcetur, An uideatur inſtituiſſe poſthumum, qui naſceretur nō poſt mortem ſuā, ſed in uita? Reſpon. ꝙ non. tex l. commodiſsime, ff. de lib. & poſthu. Quod tamē intellige, vt non procedat, qñ teſtator ſe moriturum ſperabat. ita tenet Bar. d. l. Gallus, in pri. & §. & quid ſi tantum, & eſt communis opinio, ut teſtatur ibi Iaſ. nu. 18. Eman. à Coſta 1. 5. pa. in prin.

26 Quæro, tu ſcis ꝙ lex Galli Nepotem poſthumum vult inſtitui ſub duabus cōditionibus, nempe ſi nepos poſt mortē ſuam naſceretur, & in decem menſibus proximis mortis ſuæ, Numquid inſtitutio ualeat, omiſsis illis conditionibus? Reſp. ꝙ ſic, ſiue enim dixerit, filium & nepotem ex eo, qui mihi naſcetur inſtituo, ſiue filium inſtituo, & nepotem ſubſtituo, teſtamētū valet. ita tradit Bar. d. §. quid ſi rectè, nu. 2. uerſ. quartus modus, & eſt cōis opinio, ut teſtatur Alex. ibi n. 5. Vaſq. d. §. 20. nu. 147. Iaſ. nu. 10. Galiaul. nu. 10. Garz. nu. 18. Alcia. nu. 10.

Quæſtio XXXVII.

SVMMARIA.

An ſub conditione filius poſsit exhæredari, diſtinguitur nu. 1. & ſeq.

An ſit cōdō poteſtatiua, mixta, uel caſualis.

Quid in ſimpl conditione, nu. 3.

Quid in negōte nu. 4.

Quæ-

1 QVæro, an ſub conditione filius poſſit inſtitui? Reſp. Scire debes q; aliæ ſunt cõditiones honeſtæ & poſſibiles, & tunc ſiue ſit poteſtatiua faciliſſima, vt ſi voluerit, ſiue non ita facilis, vt ſi Capitolium aſcenderit, vel alia, quæ conſiſtat in faciendo, vel dando, illa conditio reiicitur de filii inſtitutione indiſtinctè. ita tenet glo. l. ſi pater, C. de inſtit. & ſubſtitu. l. ſumus, ff. de hæred. inſti. quas glo. totus mundus ſequitur, eſtq; communis opinio, vt teſtatur Roderic. Suarez l. quoniam in prioribus, Amp. 5. Fernan. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 20. nu. 8. & §. 5. nu. 120. & ſeq. licet ipſe contra ſenſerit.

2 Sin vero conditiones ſint caſuales, vel mixtæ, Articulus eſt dubius, ſunt. n. qui exiſtimarunt hoc caſu filio ſub conditione caſuali vel mixta inſtituto, non dato cohærede, vel in defectum conditionis exhæredato teſtm̃ ipſo iure nullum eſſe, quam ſn̄iam amplexi ſunt omnes Doct. antiqui ante tempora Bar. & Bar. conſulendo ſecutus eſt conſil. 12 incip. ex facto, 2. dubio, & eam dicit veriorem Dec. d. l. ſi pater, nu. 14. Corraſ. Rub nu. 9. C. de impub. & aliis ſubſt. & quod hanc opinionem tenet omnes antiqui, & moderni dicit Barba. in Apoſtil. ad Barto. l. ſuus quoque.

Contrariam vero partem, quod correctum ſit, & imo hodie teſtm̃ nõ ſit nullũ, ſed teſtm̃ valeat, & in reſiduo cõditio expectanda ſit, & ſi non impleat, noceat filio reiecta cõditione vſq; ad legitimã, tenet Paul. de Caſt. d. l. ſuus quoq; & hanc eſſe hodie magis receptam teſtatur Bertran. conſ. 171. lib. 1. Iaſ. d. l. ſi pater, nu. 9. ibi Alex. Iaſ. l. ſi mater, num. 4. ff. de vulg. Port. Imol. reg. 42. limit. 11. Roder. Suarez d. l. quoniam in prioribus, amp. 1. hãc quoque cõem eſſe ſn̄iam teſtatur Hier. Gabi. conſi. 131. nu. 14. Fernan. Vaſqu. d. §. 20 nu. 8. Eman. à Coſta l. Gallus, §. & quid ſi tantum, pag. 112. Iure digeſtorũ vitiari q̃dem, cõem dicit eſſe opi. iure vero nouo non item, ſed reiici de inſtitutione tantum veriſſimam. & magis communem aſſerit, & hanc ſn̄iam maioris frequentiorisq; partis ſuffragio comprobari teſtatur Anton. Cucchus d. Auth. nouiſſima, rub. legitima nullum grauamen admittit, nume. 31. idem aſſerit Franciſc. Mant. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 18. nu. 14. Ratio eſt, quia filius in reliquo patrimonio extra legitimam eſt extraneus; & certum eſt extraneum ſub quacunque cõditione inſtitui poſſe, vt dixi ſup. §. inſtitutio. Hoc tñ notandum eſt, quod ſi cohæredem non habeat filius, non expectato euentu poſſit hæreditatem apprehendere, quia ei etiam non eueniente cõditione totum accreſceret, ergo fruſtra expectaretur conditio, cuius nihil operatur euentus, vt dicunt omnes loc. cit. & dixi ſup. §. bonorum poſſeſſio, q. 29.

Scias etiam talem conditionem appoſitam filij inſtitutioni non reiici, ſi in fauorem & commodum eius fuerit appoſita, vt dixi §. legitima, q. 38.

3 Porro ſi cõditio appoſita ſit turpis, & impoſſibilis a iure reprobat, tam de iure ffõrum, quã Codicis, & nouiſſimo auth. talis conditio non reiicitur, ſed vitiat inſtitutionem. ita tenet gl. l. filius q in poteſtate per illum tex. ff. de cond. inſti. & ſequitur ibi Bar. hãc dicit communem opi. Corn. Alex. & Iaſ. d. l. ſi pater Fer. Vaſq. d. §. 20. nu. 8. licet ipſe cõtrarium teneat, Port. Imol. d. reg. 42. lim. 2.

4 Quæro, quid in nepote primum locũ tenente, patre, ſ. præmortuo, nunquid is poſſit inſtitui ſub conditione caſuali, vel mixta? Reſp. q; non, & hoc procedit tam de iure ffõrum, q̃ nouo, niſi in eius defectum fuerit exhæredatus. ita tenet gl. d. l. ſuus quoq; & hãc dicit eſſe communem Pau. de Caſt. l. ſed etſi conditioni, §. nepotes, ff. de hæred. inſtit. communiorem dicit Roder. Suarez. d. l. quoniam, ampl. 4. Ema. a Coſta d. §. & quid ſi tantum, pag. 101. Alex. d. l. ſi pater, nu. 8. Corne. ibid. col. 3. Dec. col. antepe. Fernan. Vaſq. licet ipſe contra ſentiat de ſucc. creat. §. 10. nu. 22. & hæc tanquam æquior ſequenda eſt, hodie tñ, vt in filio, conditio reiicitur de inſtitutione, ita tenent omnes d. locis.

Quæſtio XXXVIII.

SVMMARIA.

Filius inſtituendus vel exhæredandus eſt, n. 1. & quidem nominatim, nu. 2.

Indefinita exhæredatio an valeat, nu. 3.

Quid ſi uno filio inſtituto cæteri exhæredentur, num. 4.

Quid ſi dicatur oẽs liberos exhæredo, nu. 5.

Dixi

1 DIxi liberos inſtituẽdos aut exhære
dandos eſſe, id eſt hereditate de-
bita eis, uel quaſi priuandos, eſt.enim
hic effectus exhæredationis, ut is qui eſt
legitimè ex hæredatus, excludatur a ſuc
ceſſione, nec admittatur ad partem hanc
dicit eſſe crebriorem interpretum ſentẽ
tiam Beren.l.in quart.ff. ad l.falc. & dixi
ſupra.§.legitima,q.7.
2 Requirit aũt ad hoc ut teſtm̃ ualeat &
non uitiet̃ filio exhæredato,ut exhereda
tio fiat noiatim pure, & a toto gradu,&
cũ legitima inſerta. Noiatim aũt facta dr̃
p expſſionẽ triũ noium, nẽpe nominis
cognominis,ꝑnominis.tex.eſt l.1.ff.de li
ber. & poſth. nec ſufficit unius expſſio,
qđ tamẽ itellige, niſi p expſſionẽ unius
nominis pſona exheredati ſit certa. ita
tenet glo.d.l.1. & hanc eſſe communem
Doc.ſententiam aſſerit Vaſq. ipſe tamen
aliter ſentiens d.§.20.nu.52.& 183.
3 Sed quæro, qđ ſi pr̃ indefinite exhære
det filios ſuos, nũquid valeat exhæreda
tio?Reſp.ꝙ ſic,ſi plures ſint filii,& i plu
rali numero dixerit,filios meos exhære-
do, ẽtſi tres, quatuor uel plures ſint; ſe-
cus ſi plures ſint,& dixerit in ſingulari,fi
lium meũ exhæredo, uel filius meus ex-
hæres eſto,quia tunc vitiat̃ exheradatio.
tex.§.nominatim,inſt.de exhæred. liber.
eſtq; cõis opi.ut teſtatur Iaſ. ibi num.6.
Aret.l.Titius,ff.de lib.poſthu.Fer.Vaſq.
d.§.20. num.52. quamuis contrarium te
4 neat glo. ibid. Quid aũt ſi pater uno fi-
lio inſtituto dixerit cæteros filios meos
exhæredo, nũquid nominatim facta ex-
heredatio dicetur ut ualeat? Reſpõ.ꝙ ſic.
ita tenet Alex.d.l. Titius, & eſt cõis opi.
vt teſtatur Soc. ibi col.2. & hoc quando
exheredatio facta eſt inter cæteros fi-
lios eiuſdem gradus, quia ſatis nomina-
tim videntur exheredati. cũ cæterorũ ap
pellatione oẽs continentur, ſecus uero
quando eſſent commiſti plures gradus
liberorum, ut ſi diceret,cæteros meos li-
beros exhæredo.hanc dicit eſſe commu-
nem opinionem Fernan. Vaſqu.d.§.20.
num.56.
5 Idem eſt,ſi pater dixit oẽs liberos meos
exhæredo, non.n. nominatim facta talis
exhæredatio ur̃, nec ualet exhæredatio,
quaſi inter cæteros gradus facta cenſea-
tur.ita tenet glo.d.l.Titius, quam cõiter
approbatã dicit Vaſq.d.§.20.nu.62. Sin
aũt dixerit,oẽs filios exhæredo,noiatim
facta ur̃ exhæredatio, ſiue ſit unicus filꝰ
ſiue duo vel plures. ita tenet d.glo.l. Ti-
tius.& eſt communis opinio, ut teſtatur
Soc.d.l.2.ff.de lib.& poſthum.col.2. Fer
nand.Vaſq.d.§.20.nu.62.

Quæſt. XXXIX.

SVMMARIA.

Exhæredatio pure fieri debet,nu.1.& 2.
Quid in filio emancipato,nu.3.
Quid in exhæredatione facta ſub cõditione,
quæ tacite ineſt,nu.4.
Quid ſi dixerit,filius hæres eſto, ſi filius me
niuo deceſſerit,Titius hæres eſto,nu.5.

1 DIxi ẽt requiri ad ualiditatem exhæ
redationis, quod fiat pure nõ ſub
conditione. tex.l.pure,ff.de lib. & poſt-
hu. & ibi tenet glo. Quia ex quo liberis
naturaliter debetur hæreditas paren-
rentũ,certo iudicio r mouẽdi ſunt, hãc
dicit communem Iaſ.l.et ſi pepercerit,§.
pure,ff.de lib.& poſthum.
2 Et hoc procedit non tm̃ in filio,ſed ẽt
in reliquis liberis, quia dẽt pure fieri ex
hæredatio, nõ ſub conditione, tex.l.ſub
cõditione.ff.de contratab.hanc dicit com
munẽ op.Iaſ.l.3.§.pure,ff.de lib.& poſt.
Itẽ ꝓcedit in exheredatione liberorum
in poteſtate, ſed quid in filio emancipa-
to? Reſp. Verior, & receptior eſt opinio,
quod etiam emancipatus nõ poteſt ſub
conditione exheredari, niſi prius eſſet
inſtitutus. ita tenẽt Doct.d.§.pure, & re
ceptiorem dicit Vaſq.d.§.20.nu.181.
4 Quid aũt ſi exhæredatio fiat ſub cõdi-
tione quę tacite ineſt; nũquid uitiabitur
Reſp. ꝙ ſic. ita tenet gl.l.3.§. filius,ff.de
lib.& poſthu. & eſt communis opi. ut te
ſtatur Vaſq.d.§.20.n.78. licet ipſe cõtra
rium teneat, & nota ꝙ exhæredatio hẽt
hanc quoq; tacitam cõditionem, ſi hære
ditas adeat̃. ita tenet d.gl.l.3. verb. ſub-
moueri,ut teſtat̃ idẽ Vaſq.ipſe quoq; cõ
trariũ defendẽs d.loc.Quæro, quid ſi pr̃
ita dixerit.filius exheres eſto,ſi filius me
niuo deceſſerit,tũc Titius hæres eſto,nũ
quid exheredatio ualeat? Reſp.quod nõ,
ſed habetur pro præteritione.ita uoluit
Bar.l.Gallus in princip.col.1.ff.de lib.&
poſth.& ſequuntur Doc.communiter,ut
teſtatur Ema. a Coſta ibi.§. & quid ſi tan

tum,

cum,nu.7.& 57.Fer.Vaſq.d.§.20.n.104. Non enim filius exhæredatus eſt quoad tempus quod eſt poſt mortem, ſed ad tẽpus quod eſt in uita, quo tempore filio nihil debetur.

Quæſtio XL.

SVMMARIA.

Exhæredatio debet fieri a toto gradu, nu.1.

An exhæredatio facta intra gradum a toto gradu facta cenſeatur,nu.2.

Quid ſi facta ſit poſt omnes gradus,nu.3.

1 DIcebã quoq; requiri,vt valeat exhę redatio,qđ fiat a toto gradu, nõ a certa ꝑſona inſtitutorũ tex.l. 3. §.filius, ff.de lib.& poſt.&ibi tenet gl.& ſequunͭ Docto. cõmuniter,vt teſtaẽ Iaſ.ibi n.19.

2 Sed quid ſi exhæredatio facta ſit intra gradum,nũquid filius intelligatur exhæredatus a toto illo gradu tantũ? Reſpon. quod ſic.ita dicit eſſe communem opinionem Iaſ.d.§.filius,in prin.

3 Quid aũt ſi exhæredatio facta ſit in fine poſt oẽs gradus,an trahet retro ad omnes gradus præcedẽtes? Reſp.ꝙ ſic.ita tenet gl.l.1.C.de lib. præter. & hanc dicit eſſe communem opinionem Doc. Iaſ. d. §.filius,nu.7.

Quęſtio XLI.

SVMMARIA.

Exhæredatio debet fieri expreſſa cauſa,n.1. alias teſtamentum nullum eſt.

Et hoc procedit,ẽtſi filius legitimam habeat alio quam inſtitutionis tit.nu.2.

Quid ſi cauſa inſerta non tamen probata,nume.3.

Qua actione agendum,quando dubitatur an uera uel falſa ſit cauſa,nu.4.

De exhæredatione poteſt opponi per uiam exceptionis,nu.5.

An ſatis ſit unam cauſam probare pluribus expreſſis,nu.6.

An inſerta cauſa,ea tamẽ nõ probata, ſuſtineatur teſtamentum,ſi filius alio tit.quã inſtit.habeat legitimam,nu.7.

Quid ſi cauſa non inſerta hæredes tamen uolunt cauſam legitimam probare,nu.8.

Quid ſi filius cum cauſa ſit præteritus, nume.9.

An querela habeat locum in teſtamento militis,nu.10.

Quid in filio emancipato,nu.11.

1 DIcebã req̃ri,ne vitioſa eſſet exhæredatio, vt nõ fieret ſimpliciter,ſed cauſa ingratitudinis legitima inſerta. Sed hic conſideranda diuerſa tꝑa & iura. De iure.n.antiquo,ſiue eſſet inſerta cã exhæredationis,ſiue non,valebat teſtamentũ, niſi filius probaret ſe gratũ, adeo quod nõ ſufficiebat ſimpliciter uel aliquo tꝑe probare ſe gratum,ſed continuoſe fuiſſe gratum.ita tenet Bar.l.liberi,C.de inoff. teſt.& ſequuntur Doc.cõiter,vt teſtatur Ant.Gom.var.reſ.Tom.1 c.11.nu.10. De iure vero Codicis pater cogebatur exhæredare,dicendo filium eſſe ingratum, & hæredes ingratitudinem aliquam probare.ita not.gl.l.oĩmodo, C. de inoff. teſt. & ſequuntur communiter Doc.vt Gom. aſſerit d. loco Hodie iure nouiſſimo pr̃ & exhæredare & cauſam iuſtam & legitimã teſtõ inſerere tenetur,eãq; hæres probare,& tũc teſtũ ſemper omnino ualet. Alias uero ſi cã iuſta expreſſã nõ ſit, nec probata, vel ẽt aliæ formæ ſup. traditæ omiſſæ ſint,teſtm̃ penitus erit nullũ hoc iure nouiſſimo, nec opus erit querela, nec agendũ de legitima,ſed res ad cãm inteſtati reducitur.ita tenet gl.l.1.ff. de teſta.& ſequitur ibi Bar.& in d.auth.ex cã, & hãc eſſe cõem opi.aſſerit Corn. conſil. 150.lib.1.n.10.Alc.d.auth.ex cã,nu.4.& in hoc articulo nõ eſſe controuerſiã magnam dicit Cucchus d. auth. nouiſſima, rub.quo titulo,nu.4.hanc quoq; dicit eſſe cõem Doc.ſñiam Ant.Gom.d.cap.11. nu.11.& quod nullum ſit teſtamentum facta exhæredatione,ẽtſi iuſtiſſima ſit cã exhæredationis non expreſſa, dicit omnes communiter tenere. Vaſq. ipſe tamẽ repugnans d.§.20.nu.166.

2 Et hoc quod non inſerta cã exhæredationis teſtm̃ ſit nullũ procedi etiamſi exhæredatus filius legitimam ſuam alio titulo quam inſtitutionis conſecutus ſit in hoc neminẽ diſcrepare dicit Ant. Cucchus d.Rub.Quod tit.ſit relinquenda legitima,nu.9.

3 Sed quid ſi in exhæredatione cã quidẽ ſit expreſſa & forma ſeruata, non tamen probata,nunquid valebit teſtamentum? Reſp.ꝙ ſic,& ſi cã adhuc non ſit probata, quia in forma peccatũ nõ eſt, ſed per querelam inofficioſi teſtamenti reſcinditur.ita declarat glo. Auth.ut cum de appel.

pel.cog.§.aliud quoque, & d. auth.non liter, & hanc communem eſſe opi. teſtatur Alex.d.Auth.ex ca n.2.Ant.Gom.d.c.11.n.10.Ant.Cucchus d.auth. nouiſſima.rub.quo titulo, Iul.Clar.§.teſtin,q.40.Fran.Mant.de coniect.ult.volunt.lib.4.tit.11.nu.35.Gozad.d.l.qui ſe patris, nu.210. Et ita vides ad hoc ut teſtm̃ nõ infirm.ē non ſuffitere cām ingratitudinis inſertam eſſe; ſed inſuper neceſſe. ut probetur ab hærede. Vnde etiam patet, quod ſi

4 ambigatur an vera uel falſa cauſa ſit, per querelam quoq; inofficioſi agitabitur iudicium; ſufficit enim filio ad intentionē ſuā fundandā, qđ aſſerat exhæredatū ſine iuſta, & vera cauſa contra officium pietatis, & petat a iudice, ut teſtamētum reſcindat, ut ſuccedere poſſit ab inteſtato; & tunc ſi hæres ueram cām eſſe probauerit querelans ſuccumbet, ſin minus teſtamentum reſcindetur. & hic eſt caſus id quo hodie locū habet querela, ita cõter ſentiunt Doct. ut teſtat Oldend. in Claſ. 5. par. act. 2. rub. quæ nam hodie.

5 Et nota quod ſi filius eſt in poſſeſſione bonorū, & hæres ſcriptus agat contra eū petitione hæreditatis, poterit quoq; p uiā exceptionis de exhæredatione opponere & obtinere, ſicut ſi principaliter ageret; ita no. gl. l. Papinianus, & ibi tex. §. ſi filius, ff. de inoff. teſt. & ſequuntur cõmuniter Doc. ut teſtatur Gom. d. c. 11. n. 20. Scias tñ, qđ ſi plures exhæredationis

6 cās in filium ingratum pater expreſſerit, ſatis tñ ſemper unam aliquam ex eis exhæredationi idoneam ab hærede probari. hic adductis aliis receptā probat Doc. ſnia Ema. Soar. recept. ſen. Theſau. uerb. exhæredationis cauſæ, nu. 211. & in addi. ad Gom. uar. reſ. Tom. 1. c. 11. nu. 12.

7 Quid aūt ſi inſerta quidē cauſa probari non poſſit, ſed filio tñ legitima alio titu. relicta ſit, licet non inſtitutionis, nūquid ſubſtinebitur teſtamentum? Reſp. qđ non. tex. eſt d. §. aliud quoq; & eſtque communis opi. ut dicit Alc. l. ſi filius, 7. ampl. ff. de lib. & poſth.

8 Quæro item, quid ſi pater vel mater deceſſit cū teſtō, præterito filio vel exhæredato ſine cauſa inſerta, & tūc hæredes uolunt probare cām legitimam, an admittātur, & ea probata filius excludatur? Reſp. Controuerſum eſt. Ang. in auth. de nuptiis, §. ingratitudinē, tenet quod hoc caſu filius excludatur a querela ac ſubdit Aduocatum hæredis cautum eſſe oportet. ut ſemper faciat probari cauſam legitimam, licet non ſit inſerta teſtamento; quia quamuis teſtamentum ſit nullum, tamen filius debet repelli ab inteſtati ſucceſſione. hoc dictum ſequitur, & reputat unicum & non alibi Iaſ. d. Auth. non licet, C. de lib. præteris.

Contrarium vero tenet Aret. d. l. 3. §. filius, nu. 8. & 9. & hanc eſſe cõem Doct. opi. dicit Ioa. Garron. Auth. ex teſto, n. 40. C. de ſecund. nupt. licet dubitet, communem refert quoq; Did. Cou. ſub d. r. q; contrariam manifeſte falſam in c. Raynutius, in prin. n. 7. hanc quoq; ut veriorē ſequitur Ant. Gom. varia. reſ. Tom. 1. c. 11. nu. 10. & ibi Ema. Soar. æquiſſimam & crebriorē ubi placere dixit, magis communem dicit Eman. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 30. num. 170. Crebriorem & ueriorem laudat nouiſſime Fran. Man. de coniect. ult. vol. lib. 4. tit. 11. nu. 37. & hæc tenenda eſt; quia tex. expreſſe in d. §. aliud quoque, duo exigit ad excludendum filium a patris hæreditate cām ſcilicet exhæredationis nominatim poni, & probari, ergo non ſufficit eam probari, niſi ſimul poſita fuerit. Quid autē ſi in teſtamento

9 filius ſit præteritus cum inſertione cauſæ legitimæ, eaq; fuerit probata, numquid cenſebitur exhæredatio & filius excludetur? Dixi infra q. 49. uerſi. ſed quid.

10 Iuxta prædicta quæro, qs ſit effectus, vel vtilitas, an teſtamentum ſit nullum vel rumpatur per querelam inofficioſi teſtamenti? Reſpo. maximus eſt effectus: Primo enim, quando teſtamentum eſt nullum, competit filio ius dicendi nullū infra 30. annos. ita eſt cõmunis opinio, vt teſtatur Gom. d. cap. 11. num. 14. Sin autem filius ſit exhæredatus, & teſtamentum valet querela infra 5. annos, tantum competit. hanc eſſe communem Doctor. ſententiam aſſerit Gom. d. loco. Secundo, filius præteritus, uel quilibet alius etiam inſtitutus poteſt ab inteſtato hæreditatem adire, & agere petitione hæreditatis contra quemlibet poſſeſſorem, ut hæres ab inteſtato. ita tenet glo. l. 1. §. fi. ff. ſi tab. teſtam. nul. ex. & ſequitur Bar. l. fin. & communiter Doctor. ut teſtatur

Ant.

Ant. Gomez. d. loco.

10 Quæro vlterius, nunquid teſtamentũ militis; in quo filius iuſte exhæredatus eſt, rumpatur per querelam tanquam in officioſum? Dixi ſupra q. 7. …

11 Quæro item quid in filio emácipato, ſi is ſine inſertione cauſæ, vel cum cauſa, non tamen probata ſit exhæredatus, nũquid teſtamentum ſubiacebit querelæ? Reſp. q ſic, in hoc tamen quoad querelã differt Emancipatus a ſuo; quod emancipato querela non competit, niſi prævia bonorum poſſeſſione gratia litis agnoſcendæ et de iure nouiſſimo, de qua dixi ſupra §. bonorum poſſeſſio, hanc dicit eſſe eõem Doc. Iaiam Did. Cou. d. c. Raynutius, in prin. nu. 6. Ant. Gom. var. reſ. Tom. 1. c. 11. n. 24. & dicit Gul. de Cun. l. 1. C. de inof. teſt. qđ ex hoc fuit annullatus quidam proceſſus: quia non fuit ſeruata illa forma. Et nota quod hoc caſu etiam hodie eſt neceſſaria illa bonorum poſſeſſio, quæ debet intentari intra annum, & poſtea querela infra quinquẽnium, & ita intelligi debet, quod tradit Ciar. §. teſtamentum, q. 40. cum ex teſtũ cauſa expreſſa maneat adhuc diſcrimen emancipatum & ſuos: Secus vero ſi ſine cauſa: quia tunc etiam facto teſt & nulla eſt inter eos differentia. ita declarat Bal. d. auth. ex ca, nu. 12. & ſequuntur Doct. communiter, vt teſtatur Anto. Gomez. var. reſol. Tom. 1. c. 11. nu. 34. ita intelligi det communis concluſio. quod hodie ſublata ſit differentia emancipationis & patriæ poteſtatis. itaq; hodie de iure nouiſſimo ſi ſit exhæredatus ſine cauſa, teſtamẽtum quoque eſt ipſo iure nullum, quia non eſt ſeruata forma, & competit ius dicendi nullum. ita docet, & declarat Bar. d. auth. ex cauſa, nu. 12. & ſequuntur Doct. communiter, vt teſtatur Gome. d. c. 11. nu. 34. ver. hodie tamen.

Quæſtio XLII.

SVMMARIA.

1. *Cauſæ ingratitudinis, 14. ſunt, nu. 1.*

An ex alijs cauſis non expreſſis filius poſſit exhæredari, nu. 2. & ſeq.

An mater meretrix poſſit filiam meretricem exhæredare, nu. 4.

An filius vel filia abſque conſenſu patris ſponſalia vel nuptias celebrans poſſit exhæredari, nume. 6.

An exhæredatio valeat ſi ubi hæc cauſa, quia … nu. 7.

An propter grauem iniuriam poſſit exhæredari, nu. 8.

Quid ſi filius regis … an poſſit exhæredari, nu. 9.

An exhæredatio propter … nu. 10.

Quid ſi cum patre redierit in gratiam, n. 11.

Quid ſi pater filium exhæredatum emancipaſſet poſtea, nu. 12.

An furioſus poſſit exhæredari, nu. 13.

Quid in poſthumo, nu. 14.

1 QVæro iuxta prædicta, quæ ſint cauſæ ingratitudinis, ex quibus filius a patre iuſte exhæredari poſſit? Reſp. q 14. dinumerantur in §. cauſas, Authẽ. vt cum de appel. cognoſ. & ibi communiter Doct. vt dicit Gomez d. c. 11. q. 14. & pulchre has cauſas explicant Mod. Par. in conſue. Parſ. tit. 1. §. 30. q. 37. Did. Cou. d. c. Rainutius, in prin.

2 Sed quæro, nunquid pater ex alijs cauſis non expreſſis in dic. conſtitutionibus poſſit filios exhæredare? Reſp. Communis & receptior eſt ſententia, quod filii non tantum pp cauſas ingratitudinis in ll. expreſſas, ſed etiam pp alias expreſſas maiores, vel vrgentiores exhæredari poſſint. ita tenet Angel. l. ex Cornelia, ff. de nupt. hanc dicit eſſe communem opin. Did. Cou. d. c. Rainutius in prin. nu. 16. Qui

3 immo non tantum propter grauiores, ſed et ſimiles cauſas. ita tenet Gui. de Cun. d. auth. non licet, & eſt communis opin. vt teſtatur ibi Iaſ. col. 3. Cur. nu. 23. Fra. Rip. l. ſi. q. 4. C. de reuocan. dona. Arius Pinel. Rub. par. 2. nu. 27. C. de bon. mat. Did. Cou. d. c. Rainutius in prin. nu. 25. Eman. à Coſta diligẽtiſſime eam defendens d. §. & quid ſi tantum, par. 3. nume. 175. Anto. Gomez. d. c. 11. nume. 12. Ema. Suarez. add. num. 17. & in recep. ſentent. Theſau. verb. exhæredatio, nu. 290. & ab hac ſententia non eſſe recedẽdum in iudicando & conſulendo dicit Alexand. d. authẽ. non licet, Vigl. §. mater vel auus, nu. 8. de exhæred. lib. §. igitur, num. 6. de inſti. liber. Iul. Ciar. q. 41. d. §. teſtamentum. nouiſſime Vaſqui. de ſucceſſ. progr. 1. §. 17. de ſubſtitu. exemplari, nume. 101 Auctor

101. Auctor Art. Notariat. Tom. 1. c. 4. de
exhæred lib. Sed quæro, ſcis q pater poſſit
4 filiam pp meretricium exheredare, etſi
ipſe pater ſit manifeſtus meretricator,
nunquid idem ſit in matre an ipſa quoq;
ſi meretrix ſit, poſſit filiam meretricem
exhæredare? Reſpon. quod non. ita tenet
Bar. in l. in arenam, nu. 4. C. de inoffi. teſt. &
ſequuntur Doc. communiter, vt teſtatur
Did. Cou. d. c. Raynutius in prin. nu. 15. Vaſq.
de ſucceſ. creat. §. 30. num. 178. Ratio di-
uerſitatis eſt inter patrem & matrem,
quia maior caſtitas requiritur in fœmi-
nis quam in maribus.

5 Sed quid in filio vel filia, nunquid a-
que conſenſu patris, ſponſalia vel nu-
ptias contrahens poſſit exhæredari? Re-
ſpon. Controuerſum eſt, ſed magis obti-
nuit ſententia exiſtimantium non poſſe.
ita tenet Hoſt. c. 1. de deſponſ. impub. &
ibi dicit eam eſſe cõem Abb. & Fel. num.
59. hanc quoq; dicit cõem Dec. c. Eccle-
ſia, num. 39. ext. de conſti. Iaſ. auth. ſed ſi
poſt, col. 2. C. de inoffi. teſt. Abb. conſ. 12.
6 lib. 1. Dida. Cou. Epit. lib. 4. decretal par. 2.
c. 3. §. 8. n. 5. Quę concluſio quidem pro-
cedit ſine dubio ſecundum omnes qn fi-
lia nupſit digno. Sed quid ſi pater voluit
eam condigno, & honeſto in matrimo-
nium tradere: ipſa vero nubat turpi vel
indigno ante 25. ætatis annum, nunquid
poterit exhæredari? Reſp. Cõtrouerſum
eſt, ſed cõis eſt opi. filiam tunc quoq; ex
hęredari non poſſe. ita voluit Ioan. And.
15 Quæro item, an ſi in teſtamento inſtituti ſint legitimi hæredes uenientes ab inteſtato, ſufficiat minor numerus quã ſeptem teſtium? Reſpon. quod quinque ſaltem ſufficiunt. tex. eſt l. hac conſultiſſima, §. ſi quis, & ibi tenet Bal. & communiter alii, ut teſtatur Fernand. Vaſqui. d. §. 22. numer. 1. non tamen ſuſtinetur ut teſtamentum, & ex hoc teſtamento adibunt hæreditatem, ſed ab inteſtato, ut idem Bald. tradit, & communiter teneri dicit Corne. conſil. 172. lib. 2. ex quo

nota

nota cauſam ſpecialem in quo cauſa ante ſtati cauſat & vincit cauſam teſtati contra communem regulam.

16 Sed quæro, numquid talis volútas valeat, ſi non omnes, ſed aliqui tantum ex venientibus ab inteſtato ſint inſtituti, an vero, in eodem gradu ſuccedentes déant inſtitui? Reſp. Aret. l. ſi filius qui in poteſtate, ff. de lib. & poſthum. tenet, ualere tale teſtamẽtum etiamſi non omnes ſint inſtituti, & hanc ueriorem dicit Vaſq. d. §. 22. nu. 1. Sed contraria pars magis communis eſt, quam tenet Raph. Cuma. d. l. ſi filius, & alii. communem firmat Vaſq. d. loco.

17 Quæro præterea, an teſtamentum factum coram principe uel ipſo Imperatore requirat numerum ſeptem teſtiũ? Reſpon. quod non, & ualet tale teſtamentum étſi per ſupplicationé fuerit inſinuatum, & nihil reſcripſerit. tex. eſt l. omniũ C. de teſt. & ibi tradunt communiter Doctó. vt firmat Vaſq. §. 24. nu. 6.

18 Quid autem ſi factum ſit teſtamẽtum coram iudice apud acta, uel perſonis a iudice ad hoc ordinatis? Reſp. quod tale teſtamentum conditum apud acta, uel in præſentia inferioris iudicis valet etiãſi in eo non interuenerint ſeptem teſtes. ita tenet Barto. & reliqui d. l. omnium, & ibi dicit hanc eſſe cõem opi. Ale. num. 4. Hier. Schurſ. conſi. 71. nu. 2. uerſi. poſſet ét, Viu. d. uerb. teſtis, §. a patri, & quod iſta ſit communis omnium opinio dicit Vaſq. d. §. 24. nu. 7.

19 An auté in tali teſtamẽto corã principe vel iudice facto aliqui ſaltẽ teſtes deſcribi oporteat, an vero nulli requirantur, valde dubitatum fuit. namque quod ſaltem duo in tali teſtamento deſcribi debeant tenet Bar. d. l. omnium, quam dicit eſſe communem opi. Rimi. d. l. omniũ verſi. in gl. verb. teſtibus, Kirchon. commun. opi. lib. centu. 4 concl. 74. Hyppol. Riminal. d. §. 1. nu. 358. de donat. Socin. iun. conſi. 118. vol. 1. quem refert ex Dida. Cou. rub. de teſt. par. 2. nu. 2. Clar. §. teſtamentum q. 56. Viu. com. opin. lib. 1. verb. teſtes.

Contrariam partem tenet Pau. de Caſtr. d. omnium, quod ſcilicet nulli teſtes requirantur, dummodo ſaltem conſtet vel probetur oblatio precum, quomodocunque per teſtes vel aliter. hanc longe veriorem dicit Fernand. Vaſqui. d. §. 24. num. 8. & hanc dicit eſſe veritatem Hier. Schurſſ. conſil. 71. numer. 1. centu. 2. Sed priorem tamen magis communem & fulcitam maximis auctoritatib. dicit Schurſſius d. conſil. numer. 4. quæ iudicando & conſulendo ſequenda ſit. Ego tamen exiſtimo, quod in hoc locorum vbi ſũt teſtamenta ſemper attendenda eſt conſuetudo.

20 Quæro quid ſi teſtator cõfiſus de hærede quod non eſſet cõtrouerſiam facturus noluit teſtari ſolenniter, ſicque hæredé ſcripſit non rite forte corã quatuor aut quinque teſtibus, & hæres ſcriptus, confiteatur teſtamentum factum eſſe coram teſtibus, non tamen ſeptem, nũquid ex tali confeſſione ſuſtinebitur? Reſp. gl. l. fi. C. de codicil. tenet quod ſic, & hãc ſententiam ſequitur ibi Bar. & firmat cõem, item dicit cõem Iaſ. nu. 12. Ioan. Fab. §. fi. inſtit. de fideicommiſ. Corn. d. l. fi. numer. 4. Ego tamen eam contra omne ius omnemque rationé eſſe exiſtimo quia nemo facere, uel iubere poteſt, ut legum ſolennitates in ſuo teſtó locum non habeant, & cum teſtium ſolennitas requiratur in teſtamentis non ſolum pro probatione, ſed etiam pro forma, ut ſupra dixi, ille defectus formę per confeſſionem hęredis ſuppleri nequit.

21 Sed quid ſi hæres in teſtamento minus ſolenni promiſit teſtatori ſeruare voluntatem ſuam, numquid ſubſtinebitur? Reſp. quod ſic, non tamen tam in uim ultimæ voluntatis, quam in uim contractus, quia voluntas tranſiuit in cõtractũ imo hoc caſu ſufficiunt duo teſtes ad probationem voluntatis. ita tenet Bar. l. nemo poteſt, ff. de lega. 1. & hanc eſſe communem Doc. opi. dicit ibi Iaſ. in lectur. 1. nu. 18. & lectur. 2. nu. 27. Rip. nu. 29. Crotus nu. 12. Ioan. Bologn. nu. 29. Hãnibald. n. 187. Vnde ſuccedit cautela tradita per Cæpol. cautela 275. & cautela 129.

22 Idem eſt, ſi a principio conuentus a legatario negauit, & poſtea delato ei iuramento, dicat legatum vel fideicommiſſũ relictum fuiſſe in teſtamento minus ſolenni, idque in penam mendacii. ita tenet glo. l. fi. C. de fideicom. quã communiter

ter approbatam dicit Vaſqui. de ſucceſſ. creat. §. 23. numer. 5. Mant. lib. primo titu. 13. n. 4. Didac. c. indicante, n. 1. de teſt.

23 Quęro, nũquid ſtatuto induci poſſit, vt coram minori numero teſtium valeat teſtamentum? Reſpon. quod ſic, etiamſi tale ſtatutum conditum ſit a ciuitate recognoſcente ſuperiorem. ita tenet Bar. l. cunctos populos, C. de ſumma Trinit. & hanc eſſe communem Doct. ſententiam teſtatur ibi Iaſ. num. 37. Fernan. Vaſqui. de ſucceſ. creat. §. 1. num. 20. Viui. comm. opi. lib. 1. ver. ſtatutum, vel conſuetudo. Quod procedit quo ad ſuditos illius loci, forenſes tamen non ligat. ita dicit eſſe magis communem opinionem Iaſ. d. loco. nu. 4. Contrarium vero receptius probat Viui. comm. opi. lib. 1. ver. ſtatutum, amplia. primo.

24 Quinimo valet ẽt tale teſtm̃ vigore ſtatuti quo ad bona extra territoriũ ſtatuẽtiũ ſita, ut teſtat Iaſ. l. cunctos populos, C. de S. S. eccleſ. in lectur. colum. 10. Alexand. conſi. 44. uol. 5. Bru. in tract. quod ſtantibus maſcul. art. 8. 25. q. Pariſ. conſi. 12. uolum. 3. Anto. Gabr. commu. concluſ. lib. 4. de teſtam. concluſ. 4. idem Viu. dic. uerbo ſtatutum. uerſicu. amplia. 2. extra vero territorium confectum coram duobus teſtibus non conſiſtit. ita dicit communiter teneri Viui. ibid.

Sed nunquid hęc remiſſio ſolennitatum habebit locum in donatione cauſa mortis, uel codicillis? Dixi ſupra §. donatio, & §. codicillis.

Quæſtio LVI.

SVMMARIVM.

In teſtamento ſeptem teſtes requiruntur, & an hoc procedit de iure canonico, diſtinguitur, nu. 1. & ſeq.

1 Dictum eſt ſeptem teſtes ad eius validitatem requiri, ſed quæro nunquid utroque iure non tantum ciuili ſed etiam canonico tanta ſolennitas requiratur? Reſp. In hoc difficili articulo diſtinguendi ſunt plures caſus.

2 Primus eſt, quando teſtamentum fit principaliter ad pias cauſas, & tunc ſaltẽ duo teſtes ſufficiunt, ſiue agatur in foro eccleſiaſtico, ſiue ſeculari, ſiue in terris ſubiectis temporali iuriſdictioni eccleſiaſticæ. tex. c. Relatum j. hanc dicit eſſe cõmunem opin. Viu. lib. 1. com. opin. uerb. teſtes ſeptem, nu. 7. Dixi ſupra q.

3 Secundus caſus eſt, quando teſtamentum ſit coram parocho uel ſacerdote & duobus teſtibus in terris Eccleſię ſubiectis, etiã quo ad temporalem iuriſdictionem, & tunc teſtamẽtum ualidum eſt de iure Canonico ſiue ad pias cauſas, ſiue ꝓ ſanas conditum ſit. tex. cap. cum eſſes, de teſtam. 6. & hanc opin. dicit ibi moribus receptam eſſe Ioan. Andr. quem refert Frider. de Sen. conſi. 217. & communem opin. atteſtatur Corn. conſi. 261. uolum. 4. Ruin. conſil. 51. numero 11. uolum. 1. & hanc opin. communiter teneri, & in practica ſeruari dicit quoque Bened. Capr. tract. Reg. cap. 104. nu. 3. magis communem dicit Roland. a ualle conſil. 32. nume. 41. uol. 3. Alex. conſi. 47. uol. 2. Pariſ. conſi. 51. uol. 3. Cephal. conſi. 32. nu. 18. Boer. deciſi. 93. colum. ſecunda Alexan. conſi. 321. uiſo themate, nu. 9. uol. 2. Turzan. opin. 44.

Cæterum extra terras Eccleſiæ in terris imperii, diſpoſitio d. c. cum eſſes, locũ minime habet, ſed eſt ſeruandum ſecundum quod per leges ciuiles diſpoſitum eſt. hanc opinionem dicit conſuetudine roborari, & ſeruandam eſſe Bened. Cap. d. conclu. 104. nu. 6.

4 Tertius caſus eſt, quando nec ad pias cauſas factum eſt teſtamẽtum, nec cum duobus teſtibus parochianus iteruenit, & tunc an minor numerus ſufficiat, an uero ſolennitas iuris ciuilis ſeptem teſtium requiratur, ualde controuerſum fuit, quibuſdam exiſtimantibus regulariter etiam iure canonico eandem ſolennitatem deſiderari, quæ deſideratur de iure ciuili. ita tenet Anchor. d. c. cum eſſes, & dicit communem ibi Imo. Corne. ſibi contrarius conſi. 77. num. 4. & ſeq. Fern. Vaſqui. de ſucceſ. creat. §. 21. nume. primo. Aliis uero cõtra ſentientibus, quod ſcilicet de iure Canonico ſufficiant quatuor teſtes. ita tenet Abb. d. cap. cum eſſes, & eam dicit eſſe communem opinio. Deci. conſi. 284. uiſo puncto, numero 8. Alexand. conſi. 103. uolum. 4. Boer. deci. 38. Ruin. conſi. 51. nume. 11. uolum. 1. Didac. Couar. d. cap. cum eſſes, num 13. Roland. a Valle conſ. 32. numer. 42. uolum. 3. magis communem Clarius quæſt. 53.

Quia

Quia teſtimonium duorum uirorum fortius ẽ vnius,cuiuſcunq; auctoritatis ſit.

Quæſtio LVII.

SVMMARIA.

Teſtes in teſtamento debent eſſe idonei,numero 1.
Fœmina an poſſit teſtis eſſe in teſtamento, nume.2.
Quid de iure canonico,nu.3.
Quid in codicillis,nu.4.
Quid in teſtamento ad pias cauſas, num.5.
Quid inter liberos,nu.6.
Quid in teſtamento militis nu.7.
Quid in teſtamento facto tempore peſtis,nume.8.
An hermophroditus teſtis eſſe poſſit, nu.9.
An ſeruus teſtis eſſe poſſit, num 10.& ſeq.
An cæcus teſtis eſſe poſſit,nu.12.
An hæres ſcriptus,nu.13.
Monachus monaſterio inſtitut o an teſtis eſſe poſſit,ibid.
An filius in teſtamento patris teſtis eſſe poſſit,nu.14.
An legatarius teſtis eſſe poſſit,nu.15.
An notarius poſſit eſſe teſtis,nu.16.
Teſtes inhabiles an ſufficiant, ſi communi opinione idonei, cenſeantur, nu.17.
Teſtes inhabiles vltra numerum non vitiãt teſtamentum,nu.18.

1 Debent etiam teſtes in teſtamento adhibiti eſſe idonei,& omni exceptione maiores,idelt ſine omni ſuſpicione,vt tollatur falſitatis preſumptio,vnde non omnes teſtes eſſe poſſunt. Nanq;
2 primum mulieres teſtes adhiberi in teſtamento non poſſunt. tex.l.qui teſtamẽto hæres.§.mulier. C.de teſta.acced.glo.& omnes Doct.§ teſtes inſt.eo.idque propter animi inconſtantiam.
3 Et hoc quidem de iure ciuili,ſed quid de iure canonico? Reſpon. Controuertitur, nam quod fœmina teſtis eſſe non poſſit commune dicit Dec. c.3.ext.de teſtib.l.2.ff.de reg.iur.n.31. Alexan.i cõſi. 70.lib 2.conſi.77.eod.lib.conſi.177.nu. 5.lib.2.Ioan.Dilect.tit.2.caut.2.num.7. Bru.trac.de form.q.8.vltra laudatos per Iul. Clar.q.55.§.teſtamentum.Viu.ver. teſtes,lib.1.nu.2.

Contrariam ſententiam,quod poſſit, communem dicit Iaſ.l. hac cõſultiſſima, in princip.num.9.C.de teſtam. Crot.tracta.de teſtib.par.1.nu.10.& Did ca. cum eſſes,nu.14.de teſtam.magis veram dicit Vaſq.lib.2.de ſucceſ.crea.§. 12.nu.42.& ſeq.per tex.c.cum eſſem,ſed a prima non eſt recedendum.

4 Sed quæro,nunquid in codicillis fœmina teſtis eſſe poſſit? Reſpond. glo.& Doct.§.mulier, ver.non poterit,d.l.qui teſtamento tenent quod hic idem gloſ.& doct.d.§.teſtes, eſtque communis Viui. verbo.teſtis,lib.1.nu.3. Vaſqu.§.12.nu. 12.licet Dec.ambigat in d.l.2.ff.de regu. iur.per l.hac cõſultiſſima,vbi dicitur,eũdem modum debere obſeruari in codicillis qui præſcribitur in teſtamẽtis. Sed a communi non recedes, namque quod in dict. l.hac conſultiſſima, dicitur non ad teſtium qualitatem referendum, ſed ad tabellarium & ſubſcriptiones cæteraſque quæ ſpacialiter in cæci teſtamẽto vltra vulgarem teſtandi formulam interuenire neceſſe eſt.

5 Quero itẽ,quid in teſtamento ad pias cauſas,an mulier teſtis eſſe poſſit? Dixi ſupra quæſt.18.

6 Quid item in teſtamento inter liberos?Dixi ſupra q.12.

7 Quæro etiam, an in teſtamento militis mulier admittatur?Dixi ſupra q.8.

8 Item quero,quid in teſtamento facto tẽpore peſtis? Reſp. quod admmittitur fœmina, quia hoc tempore iuris ciuilis ſolennitas relaxatur. iſta eſt communis opin.vt dicit Ripa tract.de peſte,vltimo priuilegio,Hannibal.in l.nemo põt,nu. 72.ff. de leg.1.Pariſ.conſi.32.nu.48.lib. 2.quos allegat Vaſq.d.§.12.numero 23. Contrarium tamẽ,quod tempore peſtis mulier teſtis in teſtamento idonea eſſe non poſſit,dicit communem opin.Ruy. conſi.20.volum.5.Anton. Gabr.comm. concluſ.lib.4.de teſtam concluſ.4 num. 5.& hæc verior eſt.

9 Iuxta ſupradicta quæro etiam, nunquid Hermophroditus poſſit in teſtamẽto teſtis eſſe? Reſpon.gloſ.d.§.teſtes,tenet quod ſic,quam ibi communiter Doctores ſequuntur ita firmat Vaſq.d.§.12.n. 12.Quod tamen intellige quando preualet in ſexu virili,ſecus ſi in fœmineo,gl. & communiter Doct.d.locis.

10 Quæro, an ſeruus poſſit teſtis eſſe in teſtamento? Reſpond.quod licet ſeruus iure

iuri communi liber factus non prohibetur teſtimonium dicere eorum, quæ ſeruitute durante viderat, vt gl. & communiter Doct. d. §. teſtes, Vaſqu. §. 11. lib. 2. num. 87. & alibi dicemus, tamen in teſtamento teſtis eſſe nequit d. §. teſtes.

11 Sed quæro, quid ſi ſeruus communi opi. reputabatur liber, numquid teſtes eſſe poſſit? Reſp. Diſtinguendum eſt; aut enim quæritur, an teſtemētum in quo adhibitus eſt ſeruus ille valeat, & dic quod ſic. tex. l. 1. C. de teſtam. & ibi tenent communiter omnes, vt teſtatur ibi Alex. Aut verò quæritur, an teſtamentum in quo talis ſeruus adhibitus eſt poſſit probari per talē teſtem ſeruum, & hoc valde controuerſum eſt, ſed communis & receptior opinio eſt, quod ſic. ita tenet Dyn. & ſequitur Bar. d. l. ad teſtium §. 1. & quod iſta eſt communis teſtatur Iaſ. d. l. 1. Vaſqu. qui eam tenendam eſſe dicit d. §. 12. lib. 2. nu. 88. Quia teſtes in teſtamento pro forma adhibentur, quo caſu inhabilitas poſtea detecta non nocet.

12 Quæro, numquid cęcus in teſtamento teſtis adhiberi poſſit? Reſp. quod non & ſi adhibeatur, ex poſt facto hoc vitium ſuppleri nequit, d. §. teſtes, & eſt cōis opinio, ita tenet Alex. l. ſi non ſpeciali, C. de teſta. & ex communi reſoluit Corn. conſ. 18. nu. 5. lib. 2. quem refert Vaſq. d. §. 11. lib. 2. nu. 78. Quoniam teſtatorem videre nō poteſt, quod regulariter neceſſe eſt vt teſtamentum ualeat, ſecus eſt in actibus inter viuos, in quibus cęcus teſtis eſſe nō prohibetur, ut dixi §.

13 Quæro, an hęres ſcriptus teſtis eſſe poſſit? Reſpond. quod nō. tex. l. qui teſtamento, in princip. ff. de teſta. Sed quid ſi monaſterium ſit inſtitutum, nūquid Monachi eius teſtes eſſe poſſunt? Reſpond. quod ſic. ita dicit communem opinionē Viui. lib. 2. cōmun. opin. uerb. teſtes monachi, nu. 1.

14 Quæro, an filius in teſtamento poſſit eſſe teſtis patri? Reſpō. quod non. ſiue pater teſtetur, ſiue hares inſtituatur. glo. l. qui teſtamento, §. per contrarium, ff. de teſtam. quę a Docto. communiter approbatur, ut dicit Alber. de Roſat. tract. de teſtibus part. 1. primis partis principalis, uerſ. ſed dubitatur.

15 Quæro etiam, numquid legatarius vel fideicommiſſarius teſtis eſſe poſſit? Reſp. ꝙ ſic, tex. l. dictantibus, C. de teſta. Intelli ge ſi teſtamentum ſit ſolēniter confectū: namque tunc ualet, non obſtante ex teſtibus adhibiti ſint legatarii, ut ſi contra teſtamentum qđ moueretur, quia tūc nō agitur principaliter de commodo legatarii, ſed hæredis inſtituti, ſecus ſi probari debet. per teſtes, vt qa uiua uoce teſtatus eſt. ita Pan. ca. in ſuper de teſtibus. Sed ꝙ poſſit pro hęrede indiſtincte communē dicit Curt. iun. conſi. 18. num. 18. Alexā. d. l. dictantibus num. 2. Riminal. num. 2. Bellon. cōſi. 16. num. 7. Io. Dilect. de art. teſtan. tit. 2. caut. 9.

16 Quæro item, numquid tabellio poſſit ī teſtem adduci. & numerari? Reſp. ꝙ ſic, hāc dicit cōem Viui. li. 1. uer. teſtis requiritur, tamē ſi in ſcriptis fiat. ꝙ ſubſcribat & ſignet, & non ſufficit unū, ſine altero. iſte ē cōmunis & ueriſſimus intellectus l. Domitius de teſta. ſecundum Vaſqu. d. §. 13. num. 57.

17 Iuxta prædicta ſcias ēt, quod teſtes ad hoc, ut teſtū valeat, ſaltē idoneos eē cōi opi. t pe teſti ſufficit, quæcunque ſit cauſa teſtimonii impeditiua. ita tenet gl. fi. in ſi. l. cū lege, ff. de teſtam. & ſequitur Bar. & magis communiter Doct. d. l. 1. C. de teſtam. ut teſtatur ibi Riminal. nu. 3.

Notabis etiā, qđ ſi plures, teſtes, quā de iure requirātur adhibeantur, etiam ſi iſti ſupra additi ſint fœminæ, ſurdi, cæci, furioſi, non obeſt. Quia nulla diſpoſitio regulariter uitiatur per interuentum illius rei, q̄ etiam ſi omnino abeſſet, & nō interfuiſſet, nō uitiaretur. ita omnes l. uni. C. de rei uxo. act. gl. communiter probata d. l. qui teſtamento, §. per contrariū, uerb. poſſe, ff. de teſtam. Vaſq. communē. §. 13. num. 25.

Quæſtio LVIII.

SVMMARIA.

Teſtes debent eſſe rogati, nu. 1.
Quid de iure canonico, nu. 2.
Quid in teſtamento ad pias cauſas. nu. 3.
An ſpecialiter rogari debeant, nu. 4.
An ab ipſo teſtatore rogandi, nu. 5.
Rogitus per duos teſtes probatur, nu. 6.

1 REquiritur etiam ad validitatem, ut teſtes teſtamento adhibiti ſint rogati,

gati,

gati.tex.l.hæredes palam,§.in teſtamentis,ff.de teſt.ita tenet Azo & alii in auth. rogati de teſtibus hanc dicit communem Viu.d.ver.teſtes,Clar.q.81.

2 Sed nunquid hoc etiam de iure canonico requiritur? Reſpon.q̃ ſic.ita cõiter teneri dicunt Doctor. allegati,& conſuluit Barb.conſ.32.vbi dicit,q̃ oẽs Scrib. ſine aliqua diſcrepãtia firmant, quod in c. cũ eſſes de iure canonico requirit̃ rogitus teſtium.hanc dicit nouiſſime receptiorem Vaſq. lib.2.§.13.nume.56.hanc opin.dicit Anton. de But.d.c.cum eſſes, col.fin.conſuetudine roboratam allegat Frid.de Senis conſi.23.qui dicit hãc op. ſeruandam in practica,licet.n.ius canonicum deroget in numero teſtium: tamen non quo ad ſolennitatem.Quare ſeruandum hoc tã in foro eccleſiaſtico,q̃ ſeculari,cui ſuffragatur c.relatum.& auth.rogati,quam canonizatam dicit in d.c.ſi debitum.Alb.in d.auth.ita conſuluit Alexan.conſi.7.volum.2.Et no.quod prædicti Doct.omnes volunt,ad hoc vt valeat teſtamẽtum,& inſtitutio requirit, vt rogitus,per inſtitutum articuletur & probetur,& Bar.l.diuus,de teſtam.milit.monet Aduocatos vt ſint cauti in formandis articulis,quia licet teſtes dicant ſe audiuiſſe,& non dicunt ſe adhibitos & rogatos ad hoc, nihil probant, & Paul. de Caſt.conſi.431.vol.2.dicit,q̃ ſi eſſet iudex, daret ſnãam, quod inſtitutio facta etiam in terris eccleſiæ non valeret ſine ſolennitate iuris ciuilis, ſ. quod probetur,quod teſtes eſſent rogati.

3 Sed difficultas eſt, an id ſit in cauſis piis,vt teſtes neceſſario rogãdi ſint Reſp. dixi ſupra q.Viui.verb.teſtes,lib.1.ibi ſequenda tamen Vaſqu.lib.2.§.13.nu.56.

4 Scias etiã q̃ teſtes ſpecialiter ad hoc rogari debẽt,vt teſtamento intereſſe velint,ita eſt vera & cõis ſentẽtia, quam tenet Bar.& Doct.d.l.heredes palam,§.in teſtamento, vt dicit Vaſq.vbi ſupra nu. 75.& Doct.ſupra relati.

5 Item ſcias,q̃ nõ requiritur teſtes rogatos eſſe ab ipſo teſtatore,ſed ſufficit q̃ a Notario qui ſuſtinet vicem teſtatoris, vel alio, ſciente tamẽ & conſentiente teſtatore hoc fiat. ita eſt cõmunis opinio, vt no Iaſ.d.l.hac conſultiſſima,Alex.cõſi.47.nu.4.lib.2.idem d.l.hac conſultiſſima,§.in teſtamentis, ita ab omnibus Italiæ dd.conſultum dicit Socin. ſen.conſi. 219.nu.3.vol.2. quem refert Mant. lib. 2.de coniect.ult.vol.titu.11.nu.4.Vaſq. vbi ſupra nu.71. & ſeq. licet contrarium velit gl.1. ibi Doc.d.auth.rogati,per tex. auth.de teſtibus,§.& licet.

6 Nota quoq; hoc, quod ſi probata eſt voluntas teſtatoris per ſufficientem numerum teſtiũ ſatis eſſe, quod probetur rogitus per duos teſtes hac eſſe communem opi.dicit Io.de Imo.d.c.cũ eſſes,14. col.quem refert Alex. in conſi.47.nu.3. vol.2. Non tñ rogitus in dubio preſumitur.ita tenet Alex.conſi.153.nu.9.lib.2. d.conſil.47.Corn.conſi.308.nu.4.lib.3. Dec.conſi.11.n.9.& 16.Alex.l.ſciendum Bar.& communiter Doct.de verb.ob.cõmunem dicit Vaſq. vbi ſupra nu.70.Vñ ſi Notarius in teſtõ diceret teſtes adhibitos fuiſſe,nec adiiceret eos ad hoc vocatos eſſe, teſtũ eſſet nullum, quia rogitus non præſumeretur p ſupradicta.hãc dicunt communem Doct.in l.ſciendum, Corn. conſi.176.vol.3.Ruin.conſil.154. num.2.uol.2.Bal.conſil.476.nu.6.in fi. uol.1.Alex.conſi.70.nu.20.uol.2.l.ſciendum, nu.40.ff.de uerb.obl.ibi ueram & communem aſſerit Aret. n.13.Boer.dec. 34.n.2.& 4.Mant.de coniec. ult.uol.lib. 2.ti.11.num.7.Viu.uer.teſtes iam in teſtamento,Boer.deciſ.131.n.4.communem dicit,& hanc uerissimam ſequor.

Sed quid ſi teſtes ſe ſubſcripſerunt, nunquid in dubio præſumentur rogati? Reſp. q̃ ſic. ita eſt cõmunis opi.ut tenet Bar.& omnes cõmuniter d.l.ſciendum, Viui.lib.1.ubi ſupra Boer.d.deciſ.

Quæro nnnquid rogitus teſtium requiratur in teſtamento ad pias cauſas.dixi ſupra q.18.

Item quæro,quid in teſtamento inter liberos.dixi ſupra q.11.

Sed an teſtamẽto militis? Reſp.q̃ ſic. Communem dicit Vaſq. de ſucceſ.creat. §.12.nu.44.licet ipſe contra.

Quæro ẽt,an ſicut teſtiũ rogitus,ita & notarij requirat̃? Reſ.q̃ ſic,& omiſſio poſtea ſuppleri nõ põt,nec p̃ſumit̃ rogatus niſi ꝓbetur,uel idipſum in inſtr̃o teſtet̃. ita tenet Inn. & alij c.1. de fid.inſtrum. cõem dicit eſſe opin. Alex.conſi.153. Vr prima cõſideratione,n.9.uol.2.Ale.d.l. ſciendum,

ſciendum, n. 42. Soc. iu. conſi. 178. nu. 3. vol. 2. maxime, quando Notarius mortuus eſt. hanc quoque dicit communem Dec. c. 1. nu. 20. de fid. inſt. Rui. conſ. 8. n. 11. vol. 3. magis cõem cõſ. 144. nu. 2. vol. 4. Soer. deciſ. 34. nu. 17. Gram. deciſ. 106. nu. 24. Rola a Valle conſ. 38. nu. 4. lib. 1. Quod tamen intellige niſi ex verbis neceſſario inferat, vt q̃a ſubſcripſit. ego ſubſcripſi & publicaui, quia neceſſario ſequitur rogatum fuiſſe cum alias inſtrumentum publicum conficere non poſſit.

Quæstio LIX.

SVMMARIA.

Teſtes in teſtamẽto debent eſſe præſentes, n. 1. & 3.

An ſufficiat unam partem teſtamenti probari per ſeptem teſtes, aliam per alios ſeptem, nu. 2.

Teſtes debent teſtatorem uidere, nu. 4.

An in donatione cauſa mortis præſentes eſſe debent, nu. 5.

An ſtatuto uel priuilegio poſſit induci, nu. 6. & 7.

1 Requiritur ẽt ad formam & ſolẽnitatem, vt teſtes oẽs præſentes ſint toti teſtõ, alias ſi nõ manerent donec perfectum teſtm̃ eſſet, illud nullũ cenſeretur l. qui teſtamento, §. veteres, ff. de teſta. & eſt vera & communis opinio, vt aſſerit Pariſ. conſ. 32. nu. 28. lib. 1. Fern. Vaſqu. de ſucce. crea. §. 22. nu. 91.

2 Ex quo infertur, ſi ſeptẽ teſtes de vna parte teſti deponerent dicentes ſe illud ſcire & non plus, & alia pars per alios ſeptẽ teſtes probarent, tales teſtes nihil ꝓbarẽt, q̃a teſtes teſtamẽtarii nihil probant, niſi ex integro probẽt totius teſti tenorẽ, dummodo per obliuionẽ aliquid non ceciderit memoria, cũ integro teſtamẽto depoſuerint ſe inter fuiſſe. iſta eſt vera, & cõis opinio Doc. Bal. Alex. Iaſ. n. 9. d. l. cum antiquitas Rom. conſ. 8. Alex. conſi. 77. lib. 2. & hanc communem eſſe opi. teſtatur Fern. Vaſq. d. §. 22. nu. 91.

3 Hoc tamen, quod teſtes toti teſtõ præſentes eſſe debent, ita accipiendum eſt, niſi neceſſitate aliqua diſiungantur, modo illis poſt neceſſitatem ſtatim redeuntib. teſtamentum proficiatur, aut coram aliis in abſentiũ locum ſubrogatis, quibus tamen oĩa quæ iam facta erant, repetere oportet. ita tradit gl. & cõiter Doc. l. caſus, C. de teſtamentis, verb. remiſſum ꝑ tex. d. cum antiquitas, eo. tit. verſ. ſin aũt, & eſt vera & communis opinio, ut teſtatur. Pau. Pariſ. conſ. 33. nu. 28. li. 2. Quia ex cauſa neceſſitatis etiam forma poteſt relaxari, ut eſt cõmunis opinio, de quo alibi.

4 Scias ẽt, quod requiritur teſtium præſentia, eodem loco & tempore in ipſius teſtatoris conſpectu, adeo vt ſi paries intermedius eſſet inter teſtatorem & teſtes vel cortina licet teſtes notam haberent uocem ipſius teſtatoris, tamen teſtm̃ tũc non ualeret. ita tenet Bar. l. 2. §. idem Labeo, ff. de aqu. plu. & eſt uera & cõmunis ſnĩa, vt teſtatur Alex. l. ſi non ſpeciali, n. 6. Iaſ. nu. 1. 3. & 7. Dec. conſi. 354. Communem dicit Corn. conſi. 18. lib. 2. nu. 4. Pariſ. conſi. 33. nu. 1. li. 1. Imol. & Abb. c. ex literis, extr. de conſuet. ubi oẽs cõiter reprobant glo. d. l. idem Labeo, uerb. audierint, idque ideo ut euitetur fraus & falſitas, quæ de facili potuiſſet committi ſi teſtes ſolum audirẽt, & non viderẽt, cum potuiſſet alius ſuppont qui teſtatoris uocem poſſet ſimulare & fingere. Q̃d tñ ſecus eſt in actibus inter viuos quibus teſtes probant, licet nõ habeãt in conſpectu contrahẽtes, ita eſt gl. d. §. idẽ Labeo, quam in hoc communiter approbatam dicit Iaſ. nu. 9. Alex. nu. 6. d. l. ſi nõ ſpeciali, ut ſuo loco dicemus.

5 Sed quæro, q̃d in donatione cã mortis, an in ea requiratur, ut ſint teſtes præſentes in conſpectu donatoris? Reſp. dixi ſupra §. donatio, q. 11.

6 Quæro, quid ſi adſit ſtatutum tollẽs ſolennitatem, ut teſtes videant teſtatorẽ an tale teſtm̃ ualeat? Reſp. ꝙ ſic. ita ſentire videtur Bar. & cõiter Doct. d. l. ſi non ſpãli, vt dicit Pau. Par. & Fern. Vaſq. lib. 2. de ſucceſ. crea. §. 14. nu. 8.

7 Sed nũq̃d princeps cũ hac ſolẽnitate p̃t diſpenſare? Reſp. ꝙ ſic, ita idẽ Bar. uel le uidetur, & cõiter Doc. d. l. ſi nõ ſpeciali, ut per eundẽ Pariſ. conſi. 33. n. 4. & nota hoc requiſ. ꝙ teſtes videãt teſtatorem eſſe commune omnium teſtamentorum tam nuncupatiui, quam in ſcriptis.

Scias etiam, ꝙ neceſſe ſit, ut teſtes itelligant oĩa in teſtõ contenta, adeo vt quelibet particula teſti innotuiſſe uideatur, non

non tamen neceſſe eſt, vt teſti uerba itel ligant mõ teſtatoris mentẽ rectè percipere poſſunt, noméque heredis a teſtatore exaudiant, ita eſt communis opinio, ut no. Corn. conſ. 304. nu. 20. li. 1. Vaſq. d. §. 14. nu. 36. & hoc procedit in teſtamento nuncupatiuo, in teſtamẽto in ſcriptis illud etiam clauſulam ſubſignare debent vt ſupra dixi q. 10.

Quæſtio LX.

SVMMARIA.

Teſtamentum uno contextu fieri debet, n. 1.

An contractus celebrari poſſint in teſtamento, nu. 2.

1 PRæter teſtium ſolẽnitates, quæ tẽpore non mortis teſtatoris ſed teſtamẽti facti neceſſariæ ſunt in teſtõ. & illud requiritur, vt vno contextu fiat, adeo ut ſi teſtator poſtq̃ cœpit teſtari ad extraneos actus diuerterit, vitiatur teſtm̃ text. l. furioſum. C. qui teſtã. fac. poſ. & ibi tenent cõiter Doc. vt teſtatur Pari. d. conſ. 33. n. 28. Cor. conſ. 238. n. 3. lib. 4. Cõmunẽ & veram dicit Fern. Vaſq. de ſucceſ. creat.

2 Sed quæro, vtrum uẽditio, donatio, vel alii contractus præſentibus teſtibus ad teſtm̃ rogatis celebrari eum contextũ interrumpant? Reſp. Cõi ſñia receptum eſt, quòd non. ita tenet gl. l. hæredes palam, §. fi. ff. de teſt. & quod eam cõis omnium ſententia ſequitur teſtatur Ludu. Rom. conſ. 513. quem allegat Boer. deciſ. 353. nu. 4. & quod omnes ita cõiter d. gl. ſequuntur aſſerit Vaſqu. de ſucc. creat. §. 23. nu Vigl. de teſt. inſt. cum pluribus alleg. per Clar. q. 75. dummodo tamen aliquo modo ad id quod in teſtamento agitur pertineat, alias ſi actus ſiue contractus omnino extranei ſint, ſecus eſſet. Viglius tamen communem omnino reiicit, nec aliquo modo contractum in teſtamẽto fieri poſſe putat. Sed communis tenenda eſt.

Quæſtio LXI.

SVMMARIA.

Teſtamentum poteſt publicari, nu. 1.

Coram quo iudice fiat publicatio, nu. 2.

An fieri poſſit uiuo teſtatore, nu. 3.

An teſtamentum publicatũ faciat fidem abſque originali, nu. 4.

1 DIctum eſt de ſolennitatibus ad validitatem teſti requiſitis; ſcias aũt q̃ ſiue teſtm̃ fuerit factum in ſcriptis ſiue nuncupatiue coram teſtibus ſine ſcriptura, poſtea etiam poteſt redigi in ſcripturam ad perpetuam rei memoriam teſtib. examinatis & publicatis. tex. l. publicati, C. de teſtam. & tenet Bar. l. fin. num. 17. C. de edict. Diui Adr. tol. & ita inoleuit practica, vt teſtatur Lud. Lana conſ. 1. n. 3. quod iunctum eſt reſp. Lud. Zun. magis communem dicit opi. Alex. d. l. publicati, nu. 7. vbi dicit quod principaliter poſſit peti hæc publicatio.

2 Et hæc publicatio peti & fieri dẽt coram iudice ad hoc deſtinato ordinario loci, & ſi laicus fecit teſtamentum, debet fieri apud iudicem ſecularẽ, quamuis clericus ſit hæres inſtitutus. ita tenet Bar. l. teſtamenta. C. de teſtam. vt teſtatur Did. Couar. pract. q. c. 8. nu. 1. item debent citari omnes quorũ intereſt principaliter, ſcilicet venientes ab inteſtato. ita tenent omnes d. l. publicati. alias teſtamentum non facit fidẽ, & ita in contingentiã facti coram ſe obtentum fuiſſe dicit Specu. de inſtr. edi. §. oſtenſo, refert Roland. a Valle. conſi. 36. num. 11. vbi reliqua requiſita declarat.

3 Sed quæro, an hæc publicatio fieri poſſit viuo teſtatore? Reſp. quòd ad petitionẽ ipſius teſtatoris fieri põt, non aũt, ad petitionem hæredis inſtituti. ita tenet Cyn. d. l. publicati, & cum eo tranſeunt communiter Doc. vt teſtatur Alex. ibi. n. 6. quia hæres non debet eſſe ſollicitus de hæreditate viuentis.

4 Numquid autem teſtamentum publicatum faciet fidem abſque productione originalis ſcripturæ dato, quod non probetur deperditum originale? Reſp. quòd ſic. ita tenet Bar. d. l. publicati. & ſequuntur Doc. magis communiter, vt teſtatur ibi Alex. nu. 6.

Quæſtio LXII.

SVMMARIA.

Teſtatoris uoluntas ſeruanda, dummodo cõtra legem non diſponat, nu. 1.

Teſtator non poteſt uti clauſula non obſtãtibus legibus, nu. 2.

Teſtator legãs alieni nõ põt hæredẽ grauare, ut interea donec ſoluat, uſuras pſtet. n. 3.

An

An teſtatoris poſſit prohibere Trebellianicã nume. 4.

Quid in liberis primi gradus, nu. 5. declaratur, nu. 6. & ſeq.

POſtquam de ſolennitatib. teſtamẽtorum egimus: nũc ẽt de teſtatoris diſpoſitione, in qua precipuè voluntas & poteſtas conſideratẽ, pauca ſubiciemus.

1 Primum conſtat teſtatoris voluntatẽ haberi pro lege: diſponat teſtator, & erit lex (vt ait Iuſtinianus) voluiſſe autem & ſenſiſſe teſtatoris, id videtẽ, ꝙ dixit. Ideóque qđ dixit & voluit ſeruãdũ eſt, niſi apertè ſit contra leges, vel nõ iuris ei occurrat. Nemo.n.põt facere, quin leges in ſuo teſtõ locum habeant, veluti ſi in teſtando ſolennia iuris non obſeruauerit: vel teſti fictionem non habuerit: ſi hæres aut legatarius ſit incapax: cum res legata non ſit in commercio hominum, & iuſſerit nihilominus valere: qm̃ ſunt de ſubſtantialibus. teſt. l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. & ibi gl. & ſequuntur communiter Doct. vt teſtatur Bolog. ibi nu. 29.

2 Infertur, ꝙ teſtator nõ põt vti clauſula illa nõ obſtantib. legibus ad tollẽdã formam legis, ita tenet Bal. d. l. nemo, & eã dicit eſſe communem opi. Iaſ. lec. 1. n. 5. Rip. nu. 8. Fern. Vaſq. de ſuc. crea. §. 6. nu. 2. ſiue hoc fiat per modũ directum, ſiue per indirectũ. ita tenet Iaſ. d. l. nemo, & eſt cõis opi. ut teſtatur Fern. Vaſq. d. §. 6. nu. 2. Quod notando, quia ſolent teſtatores in ſuis teſtamẽtis ſubiicere euiſmodi clauſulas quib. prohibent, ne quis impugnet teſtm̃ contra leges factum, & contra facientem prorſus excludunt.

3 Infertur etiã, quod ſi teſtator legauit alicui centum, non poteſt heredem grauare ad ſoluendum annuas vſuras donec legatum ſoluerit, ita tenet Bar. l. 3. §. fin. ff. de an. legat. & l. cum ſtipulati. ff. de ver bo. oblig. ubi inquit hoc quotidianũ, & ſe vidiſſe in practica. eſtque magis communis Doc. ſententia, vt teſtatur Rip. d. l. nemo, nume. 22. Fernand. Vaſq. d. §. 6. nu. 19. & 23. in fi. Alex. conſ. 27. li. 4. Roland. a Valle conſil. 55. num. 20. 22. uol. 2. Anch. conſi. 89.

Cæterum quoad tenorem teſtĩ poteſt teſtator iubere, præcipere, & vetare, ac quaſcunque conditiones dummodo nõ turpes, adiicere, quinimo a munere hæreditatem illi cui dedit, & apponere pœnam priuationis inobedienti ad commodum & beneficium alterius. tex. & ibi notant omnes c. Raynaldus. ext. de teſta. vt teſtatur ibi Couar. numero 7. Rol. a Valle conſi. 70. nu. 6. vol. 3. hoc. n. omne pendet a voluntate teſtatoris tam reſpectu priuationis, ꝙ̃ tranſlationis Ideoq; præceptum teſtatoris qui dixit: ſi heres contraheret matrimonium ſine conſilio conſanguinei, ſit priuatus hæreditate valet, ſecus cum teſtator dixit, ſine voluntate ſeu conſenſu alterius, hoc. n. caſu teſtatoris præceptum, vt probroſum reiicitur, & hæres hæreditate priuatus non intelligitur, vt late & erudite reſoluit ex communi Beneuent. Stracc. addi. ad Crauet. conſi. 1. Couar. d. loco.

Adūerte tamẽ, qđ hoc caſu heres priuatur hæreditate non directo, ſed iure fideicommiſſi retẽta quarta. ita tenet Bal. l. vni. nume. 43. C. de ijs quæ penæ nom. & hanc opi. dicit eſſe communem Crauet. d. conſi. 1. & ibi Strach. nu. 17. Cou. c. Raynal. §. 1. nu. 7.

Sed dubitatum fuit cui in caſum priuationis reſtituenda ſit. Et quidem ſi teſtator conditionem ſeu præceptum fecit ſub priuationis pęna a lege non improbatum, & ſubiunxit ad quem hæreditas perueniret in caſu quo contraueniret, res plana eſt, & ſeruanda teſtatoris voluntas. ſin vero perſona nõ fuit adiecta, & tunc hęreditas peruenire debet ad cohæredes, vel ſubſtitutos, ijs deficientib. ad veniẽtes ab inteſtato. ita communiter teneri dicit Iaſ. l. fi. §. fi. ff. ſi cer. pet. Clar. q. 69. Stracc. d. cõſi. 1. Crauc. nu. 16. & ſeq.

4 Sed quæro, nunquid teſtator poſſit prohibere ne hæres detrahat falcidiam vel Trebellianicam? Reſp. ꝙ quoad falcidiam, quin prohiberi hodie poſſit, nulla eſt dubitatio, licet olim nõ poterat. tex. eſt expreſſus, auth. ſed cum teſtator, & hanc dicit veram & communem opi. Fernand. Vaſq. de ſucc crea. §. 8. nu. 1. Ideoque licet olim hærede repudiante teſtm̃ infirmabatur, tamen hodie ſi hęres repudiat propter prohibitionem falcid. e, teſtamentum non vitiatur, imo hæreditas defertur cæteris in teſtamẽto honoratis pſonis enumeratis in auth. en. de hęred. & falcid. quarum aditione teſtamentum

confirmatur, ac ſi ab ipſo hærede adita fuiſſet. ita tenet Barto.l. nemo poteſt, de leg. 1. eſtque vera & communis opi. vt teſtatur ibi Crot.nu.16. Fernan. Vaſq.d.§. 8.nu.2. Sed an Trebellianica poſſit prohiberi conſiſtit in ancipiti controuerſia, quibuſdam exiſtimantib. prohiberi non poſſe, quod voluit gl.2. in fi.d.auth. ſed cum teſtator, & plerique ſequuntur, cā ſniam veriorem dicit Alex.l. Marcellus, q.3. ff.ad Trebel. Aliis vero contra opinantibus Trebellianicam non ſecus ac falcidiam prohiberi, hāc ſniam tenet gl. §. ſed quia, inſti. de fideic. hære. & ſequitur Bart.d.auth. ſed cum teſtator, & eam magis communem eſſe, & in vſu forenſi recipiendam dicit ibi Cor.col.pen. idem teſtatur Crot. d.l. nemo poteſt, Alciat. contr. tamen probans lib. 5. paradox. ca. 19. Iaſ. dict. l. Marcellus, num. 45. Rip.d. l. nemo, nu. 44. Alexā. conſi. 67. vol. 1. & communiter teneri glo. d. §. ſed quia, dicit ibi Ang. idem dicit Pau. de Caſt. d. authen. ſed cum teſtator, & quod iſta eſt vera & communis dicit Raph. Cum. conſil. 25. Alexan. conſil. 67. volum. 1. Socin. iun. conſi. 136. nu. 6. vol. 1. conſi. 170. nu. 27. eo. volum. 1. Iaſ. conſi. 84. nu. 9. conſ. 89. volum. 1. Dida. Couar. c. Raynaldus, §. 30. nume. 6. Communem dicit Bero. conſi. 137. volum. 2. vbi dicit ab ipſa non eſſe recedendum in iudicando & conſulendo, ex quo opinio hæc eſt canonizata inter Doc. vtriuſque iuris, & frequentiori calamo receptam inquiunt Ægid. Bella. conſi. 48. 2. dubio, Bero. conſi. 93. num. 8. volum. 2. Emil. Ferre. conſi. 127. num. 8. Port. conſi. 92. num. 18. Rolan. a Val. conſi. 5. nu. 1. & ſeq. vol. 4. Communem & veriſſimam dicit Aret. conſil. 37. in fi. Dec. conſ. 81. Communē dicit Matth. l. filium quem, col. pen. C. famil. herciſc. Alex. Imo. d. l. Marcellus, Communem dicit Nicellus in 44. concord. gloſ. magis communem dicit Bertr. conſi. 47. col. pen. volum. 3. Pariſ. conſil. 21. vol. 4. Ruin. conſi. 162. col. 6. volum. 1. Iaſ. cōſi. 99. vol. 4. Bereng. Fernan. l. in quartam, nu. 304. vbi ſubdit, tene ꝙ tenet vſus, & non eris illuſus, in multis. n. inquit iuris articulis, video lios qui in praxi nunquam verſati ſunt quaſdā opiniones defendere, q̄ ſæpenumero ſunt in cā, ꝙ repetentes eorum ſtudio proacto ad practicam conuerſi videantur renouandi, plus que laboris eis ponendum ſit vt deuoceantur, quam vt doceantur. Communem dicit Bolog. d. l. nemo, nu. 118. Ant. Gom. variar. reſol. tom. 1. c. 5. n. 11. Ema. a Coſta c. ſi pater. verb. Treb. de teſta. in 6. Fern. Vaſq. de ſucceſ. creat. d. §. 8. nu. 5. & communem dicit nouiſſimè, & in iudicando ab ea non eſſe recedēdum And. Geyl. pract. obſer. li. 2. obſer. 138. nu. 14. Mouentur omnes, quia lex antiqua æquiparat falcidiam & Trebellianicam, ideoq; lex noua in falcidia ſtatuta ſeruāda quoq; erit in Trebellianica, per regulam communem traditam in gl. l. ſi quis, C. de furt. quæ etiam in correctoriis locum habet, ſecundum communem, vt firmat Rip. d. l. nemo, nu. 48. Clarus plures allegans ea communi teſtantes, q. 61.

Et hæc concluſio procedit primo in teſtamento, ſecus ſi in codicillis quibus Trebellianica prohiberi non poteſt. hāc dicit eſſe communem opin. Curt. conſil. 73. in fin. Gualden. de art. teſtand. titu. de mutat. teſtamen. caut. 8. Anton. Gabr. d. concluſ. 1. nu. 9.

Item concluſio procedit ſiue expreſſè prohibuit teſtator, ſiue tacitè, de quo dixi ſupra §. Trebel.

5 Sed magna difficultas eſt, an prædicta concluſio procedat ēt in filijs primi gradus, vt ſi pr filium inſtituat, & iuſſit vniuerſam hæreditatem reſtituere? In qua difficultate multum inſudarunt maiores noſtri, & vere arduus eſt paſſus, & ſunt authoritates magnæ hinc inde, vt vix poſſit ſecerni q̄ ſit magis communis, & negatiuam ſniam tenet Bald. d. l. iubemus, eamq; ſecutus eſt conſulendo, & cōem dicit Dec. conſi. 81. nu. 3. & habere æquitatem filiis fauorabilem, ideoq; ſequendam Iaſ. d. l. Marcellus, col. 8. Curt. iun. conſi. 160. & magis communem dicit cōſi. 70. in fi. Corn. d. l. iubemus, Crot. d. l. nemo poteſt, nu. 6. Rip. nu. 52. conſ. 13. conſ. 36. nu. 9. conſ. 132. par. 1. Pariſ. conſi. 18. nu. 97. volum. 1. conſi. 53. num. 52. par. 3. Ruin. conſi. 21. num. 8. lib. 3. & ita obtinuiſſe Florentiæ refert Roman. d. l. Marcellus, Guid. Pap. deciſ. 51. Villaſ. tract. com. opin. ver. teſtator, num. 78. & ꝙ ita practicatur in patria iuris ſcripti, &

ſuſtè, quia æquior & vtilior dicit Apoſt. ad Alex. conſi. 165. lib. 5. & quòd hæc vi detur verior, & magis æqua, & communis opi. dicit Alb. conſi. 7. num. 6. veriorem, & magis receptam opinatur, & ſeq tur Did. Couar. c. Rayn. §. 1. nu. 7. verſ. quibus non poſſum, Catel. Cotta in dictione Trebell. Pariſ. conſ. 1. vol. 1. plures ità communé teſtantes refert Pariſ. conſi. 16. vol. 2. idem Periſ. conſi. 86. vol. 2. & magis communem, & veriorem, & æquiorem conſi. 30. vol. 3. col. 3. Mantua, conſi. 103.

Contrariũ verò, q̃ & filijs primi gradus prohiberi poſſit detractio Trebellianicæ pluribus etiam placuit, & quidé Cyn. d. l. iubemus, hanc quoq; plures cõmuné referunt, vt teſtatur Pariſ. d. conſi. 53. n. 51. conſ. 21. n. 43. vol. 3. Paul. a mõte Pic. d. l. in quartam, n. 273. Ant. Corſet. trac. Trebel. §. 1. & de excel. Regis q. 73. Pariſ. conſ. 1. n. 83. vol. 3. Io. Ant. Ale. conſ. 2. col. 4. & conſ. 43. col. 3. conſ. 73. Corn. conſ. 22. vol. 2. Caſſad. deciſ. 4. de teſtam. vbi refert q̃ maior pars Doct. iudicauit in hãc parté. Turzan. com. opi. c. ſi. cõmuné dicit Soc. d. l. Marcellus, Ant. Rub. conſi. 2. n. 16. communem quoq; dicit Bertr. conſ. 152. vol. 1. conſ. 144. vol. 3. Pariſ. conſ. 16. vbi plures de communi atteſtantes allegat conſi. 26. conſi. 1. uolum. 3. conſi. 52. Ruin. conſi. 173. volu. 1. Veriorem, & magis communem dicit idem Ruin. conſi. 115. vol. 5. conſ. 137. vol. 3. & quod hæc opinio ſeruat de cõſuetudine Mediolani dicit Alci. conſi. 335. idem firmat Cotta in memor. dict. verſ. Trebellianica, magis communem & veriorem Crot. l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 41. ff. de verb. oblig. Crauet. conſ. 16. maxime qñ duæ quartæ detrahẽdæ, magis communem dicit Apoſt. ad Rinnald. conſi. 237. in fin. hanc vti veriorem, & communiorem ſequitur, ita fuiſſe iudicatum Franc. Marzar. epit. fideic. q. 49. & probatam, & in Rot. canonizatam, hanc quoque dicit communé Ema. a Coſta d. uerb. Trebell. numer. 13. Fernand. Vaſqu. de ſucc. creat. §. 8. num. 12. vbi dicit ſe ſolitum hanc tenere tam conſulendò, quam iudicando. ex quibus patet dubium admodum eſſe hunc articulum, & rectè inquit Curt. iun. conſ. 134. num. 2. quod indigeret deciſione imperiali, ſed priorem Bald. opi. veriorem, & æquiorem, & magis communem dicit vir ſummæ eruditionis Tiber. Decia. cõſ. 127. num. 27. volum. 3. Neuiz. conſilio 1. Clar. qui dicit eam ſe ſequi velle cõſulendo & iudicando, ſi hæreditas eſſet reſtituenda extraneo, non autem deſcendentibus, quæ diſtinctio etſi prima facie pulchra uidetur, tamen patitur illam difficultatem, quod diſpoſitio d. l. iubemus non habet locum, qñ reſtituenda hæreditas extraneo, ut dixi §. Treb. & hãc magis communé, verioré, & æquiorem, & optimis authoritatibus iuribus & rationibus fulcitã dicit Roland. a Valle cõſi. 12. num. 6. volu. 1. & ſubdit ita in ſenatu Montisferrati iudicatum, & q̃ Pic. dum dicit contrariam magis cõem, videtur errare, Natt. conſilio 145. & 528. numero 35. Cagn. l. Papinianus, §. meminiſſe, nu. 11. de inoff. teſtam. dicens magis æquam & veriorem. Ceph. conſ. 188. Port. cõſi. 55. nu. 47. conſ. 92. nu. 56. ubi ſubiũgit, ita nuper iudicatum Ferrariæ & in ciuitate Regii, hãc uti magis communé ſequitur Ant. Gabr. com. conclu. li. 4. ad Treb. concl. 1. num. 4. Rolan. a Valle conſ. 5. n. 20. ubi facta dinumeratione Doctorum hanc magis communem affirmat, & in fine conſilii dicit, quod huic opinioni tãquam ueriori, æquiori, & frequentiori calamo receptæ, etiam ſecundum quam ſæpiſſime iudicatũ fuit, omnino ſit inhærendum, tanquam Bononienſes ratiocio. hanc quoque magis communé Creſcent. deciſ. Rotæ 129. Benuenut. Strach. addit. ad conſi. Crauet. conſi. 16. numero 5. Veriorem & magis communem Gribald. ſuis comm. uerb. Trebell. & alios adducens ex magis communi ob eius æquitatem, & fauorem filiorum Mandoſ. ad Roma. conſi. 206. nu. 6. uerb. non poſſit.

6 Quid dicendum? equidem inuenio Tob. Non. conſi. 90. numer. 21. & ſeq. dicere, quod ſi rectè non tantum dinumerentur, ſed ponderentur dicta ſingulorum in hac quæſtione, apparebit procul dubio, quòd affirmatiua non ſolum eſt verior, uerum etiam a Doct. magis communiter recepta, cum & habeat plures, & grauiores, & qui diſſerẽdo & ſe reſol-

Gg 2 uendo

uendo eam ſequuntur, ſiquidem quam plures qui allegantur pro negatiua tenent contrarium: nonnulli nihil ad rem faciunt, plures uerò ſunt dubii, atq; potius loquuntur relatiue, quàm affirmatiuè ut latè oſtendit in d. conſ. Sed contraria tamẽ, quicquid ille, uidetur magis cõmuuis, à qua non facilè recedendum.

7 Et hæc concluſio negatiua procedit, ẽt quando duæ quartæ deducũtur, ut eſt quando filius grauatur reſtituere hæreditatem ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit. ita tenet Bar. l. quod de bonis, §. quod auus, ff. ad l. falc. ubi Alexand. dicit quod in practica durum eſſet contrariũ obtinere pp authoritatem Bart. hanc eſſe cõem opi. tradit Gozad. ſibi cõtrarius conſ. 8. magis cõem dicit Rip. l. fideicommiſſariam, nu. 30. ff. ad Treb. Gui. Pap. deciſ. 52. ubi inquit hanc conclu. ſeruari in curia Delphinali, & quod ita ẽt practicatur & ſeruat totus mũdus, ueriorẽ dicit Pariſ. conſ. 1. nu. 98. uolu 2. Rolan. a Valle conſ. 12. n. 8. uol. 1. conſi. 5. uol. 4. nu. 33. uerſ. penul. Communem dicit Bero. conſi. 137. n. 15. conſ. 138. nu. 7. uolum. 2.

Scias ẽt quod prædicta concluſio negatiua procedit, qñ fideicommiſsũ eſſet particulariter relictum a filio, ſecus ſi eſſet relictũ imperſonaliter, ut quia dixit teſtator: & ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, uolo ut hæreditas Titio reſtituatur, nec expreſſit pſonã a qua ſit reſtitutio facienda, qa tunc ualebit prohibitio Trebellianicæ, cũ non filius cẽſeatur fideicommiſſo grauatus, ſed hæres ſecundum magis communem, de qua dixi §. fideicommiſſum, q. 9.

Quæſtio LXIII.

SVMMARIVM.

An teſtator poſſit prohibere filio legitimæ ſuæ detractionem.

1 QVæro, numquid teſtator poſſit prohibere filio legitimæ ſuæ detractionem? dixi ſupra §. fideicommiſſum q. 6. & §. legitima, q. 38.

Quæſtio LXIIII.

SVMMARIVM.

An teſtator poſſit prohibere ius accreſcendi

QVæro, an teſtator poſſit prohibere ius accreſcendi? Dixi ſupra §. ius accreſcendi, q. ult.

Quæſtio LXV.

SVMMARIVM.

An teſtator poſſit prohibere inſinuationem teſtamenti.

QVæro, an teſtator poſſit renunciare inſinuationi teſtamenti ex ſtatuti diſpoſitione uel cõſuetudine requiſite? Reſp. Bar. l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. tenet quod non. & hanc ſñiam dicit eſſe cõem Alex. n. 12. Crot. nu. 21. Io. Hannibal. n. 415. Rip. n. 56. Iaſ. n. 27. lect. 1. & n. 41. lect. 2. Cõem dicit Ant. de Cana. trac. de inſinuat. inſtr. q. 62. Clar. q. 65 Fern. Vaſq. de ſucc. crea. §. 9. n. 1. Quia teſtator non poteſt immutare ea quæ pro ſolennitate teſtã requiruntur, quod nota ꝑ conſuetudine in hac ciuitate Roſtochio ſecundum quam pro ſolennitate ad euitandas falſitates requiritur, ut teſtamentum ab ipſo teſtatore per duos Senatores eorum inſinuetur.

Quæſtio LXVI.

SVMMARIVM.

An teſtator poſſit diſponere quod bona eius non ſint hypothecata pro legatis.

QVæro, an teſtator poſſit diſponere, quod eius bona non ſint pro legatis hypothecata? Reſp. qđ ſic, ita tenet Bart. d. l. nemo, n. 9. & eſt cõis opinio, ut teſtať Ale. ibi n. 13. Iaſ. lec. 1. n. 32. & n. 44. lec. 2. Rip. n. 59. Soc. iu. nu. 30. Crot. n. 25. Io. Hannibal. nu. 503. magis cõem dicit Neguſan. tract. de pignor. par. 2. memb. 4. n. 161. Clar. q. 70. Vaſq. d. §. 9. nu. 8. & dixi ſupra §. legatũ, q. 76. Rõ eſt, quia quod bona ſunt obligata reſpicit tenorẽ teſti, & iõ a l. hypothecario introducta ut uoluntas teſtatoris plenius ſortiatur effectum, quem contra uoluntatem ſarciri debere iniquum eſt.

Quæſt. LXVII.

SVMMARIVM.

An teſtator poſſit dare licẽtiam legatario capiendi propria authoritate rem legatum.

Quæ-

QVæro an teſtator poſſit dare licentiam legatario capiendi rem legatam propria auctoritate? Reſp. quod ſic: ita tenet glo. l. Titio cum teſtamento §. Lucius, ff. de leg. 2. & ſequitur Bart. d. l. nemo, eſtque vera & communis ſententia, vt teſtatur Crot. nu. 62. Hannibal. num. 54. Rip. nu. 61. Fernan. Vaſq. d. §. 9. nu. 16. An autem reſiſtente hærede per vim poſſit auferre, de hoc vide quæ dixi ſup. §. fideicommiſſum, q. 43.

Quæſtio LXVIII.

SVMMARIA.

An teſtator vſufructuario conſeßionem inuentarij poßit remittere, nu. 1. declaratur nu. 2. & 3. an hæres poßit remittere, numero 4.

Quæſit vſufructuarij nolẽtis præſtare cautionem, ſi de facto remiſſa ſit, numt. 5.

1 QVæro an teſtator poſſit remittere in teſtamento vſufructuario cautioné de vtendo, fruendo arbitrio boni viri, quam præſtare tenetur, vt dixi alibi. Reſpon. quòd non. ita tex. eſt apertus, licet durum ſit, C. de vſufruct. ideoque licet remiſſa ſit tñ peti nihilominus poteſt. ita tenet Bar d. l. nemo pôt, & eſt vera, & cõmunis opinio, vt teſtatur Maria. Socin. iun. conſi. 115. nu. 118. Iaſ. conſi. 40. vol. 1. Gualden. de arte teſtand. caut. 1. tit. de variis teſta. præcep. & quod omnes conueniunt in hoc aſſerit Ari. Pine. de bonis matern. l. 1. par. 2. num. 76. Communem dicit Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 7. num 22. Gabriel. Roma. com. concluſio. lib 5. de vſufru. concluſ. 2. num. 28. Ratio eſt, ne vſufructuarius inuitetur ad delinquendum. ita tenet gloſ. l. pen. C. vt in poſſeſ. legat. quam communiter approbatam dicit Vaſqui. d. loco, nu. 22. And. Geil. d. loco, num. 3.

2 Quæ cõcluſio quidem procedit, & locum habet in vſufructu proprio, ſ. in his quæ vſu non conſumuntur, ſed quid in vſufructu improprio, qualis eſt earum rerum quæ vſu conſumuntur? Reſpon. Quicquid Cy. & Pet. d. l. 1. C. de vſufruc. dixerint, tñ verior, & receptior eſt opinio, teſtatorem non poſſe remittere, vt teſtatur Dec. conſi. 565. num. 5. Soc. ſen. conſi. 131. num. 14. volum. 1. Pic. §. Titia cum nuberet, nu. 141. Iaſ. conſi. 40. num. 1. li. 1. verius & receptius dicit Ari. Pin. d. l. 1. par. 1. nu. 75. Fern. Vaſq. d. §. 7. nu. 24. And. Geil. pract. obſer. lib. 2. obſ. 145. nu. 1. & hęc tenenda, quia tex. expreſſe d. l. 1. in pecunia loquitur, & d. l. pen. generaliter, & indiſtincte, vnde indiſtincte intelligi debet.

3 Item ſcias quod iſta concluſio procedat in teſtatore remittente cautionem: ſecus vero eſt in conſtituente vſufructum inter viuos, is, n. non prohibetur cautionem remittere. ita tenet Bar. nu. 13. d. l. j. & eſt communis opi. vt teſtatur Vaſq. d. §. 7. n. 74. licet Io. Hanni. d. l. nemo pôt, nu. 269 aſſerat ſe contrarium de facto in q. obtinuiſſe, a communi tñ non eſt recedendum, quia iura in teſtatore loquẽtia & exorbitantia non debent extendi.

4 Quid aũt in hærede, nunquid poterit cautioné vſufructuario remittere? poſtquam ſucceſſit? Reſp Cõtrouerſum eſt, ſed obtinuit poſſe hæredem cautionem de vtendo fruendo arbitrio boni viri remittere. hanc ſententiam tenet glo. d. l. 1. & ſequitur Bar. nu. 11. & oẽs tenere dicit Bal. ibi nu. 12. & tanquam receptiſſimã tradit Aret. in prin. inſt. de vſufruc. hanc quoq; receptiſſimã dicit Rip. d. l. nemo pôt, nu. 41. Crot. nu. 14. Hanib. nu. 252. & pluribus de communi atteſtãtib. probat Ari. Pinel. d. l. 1. par. 2. nu. 75. Cõmunem & indubitatam & veriorem aſſerit, & ſequitur Vaſq. d. § 7. nu. 23.

5 Hoc etiam nota, quod ſi teſtator de facto cautionem remiſerit & hærede petẽte eã vſufructuarius præſtare noluerit, pœna eſt, quod fructus ſuos non facit, licet alias regulariter ante ſatiſdationem fructus lucretur. ita tenet glo. l. ſi cuius, ff. vſufrũc. & ſequitur Bar. l. vxoris, ff. de vſufru. legat. Sed contrarium, quod imo fructus ſuos faciat ſi modo poſſideat, tenet glo. d. l. vxoris, & hęc opinio receptior eſt, vt teſtatur Alex. conſi. 120. nu. 5. lib. 6. magis communem aſſerit Ari. Pinel. d. par. 2. nu. 77. Vaſq. d. §. 7. nu. 35.

Quæſtio LXVIIII.

SVMMARIVM.

An teſtator poßit liberationem a reddendis rationibus legare.

QVæro, an teſtator poſſit legare tutori liberationem a ratione reddenda? Dixi ſupra §.legatum, q.40.

Quæſtio LXX.

SVMMARIVM.

An poſſit iubere,ne hæredes vtantur exceptione non numeratæ pecuniæ.

QVæro, an teſtator q in ultima uoluntate uel inter uiuos confeſſus fuit,ſe pecuniam mutuam recepiſſe poſſit prohibere hæredibus ſuis ne vtantur exceptione non numeratæ pecuniæ? Reſp. q ſic,imo ſi in vltima voluntate confeſſus fuit,nec vltra proceſſit prohibendo,hęredes adhuc de non numerata pecunia excipere non poſſunt. ita tenet glo.l.1., verb.errore,C.de falſa cauſa adiec.leg.& eſt communis opinio vt teſtatur Fel.c.ſi cautio, nu.51.ex.de fide inſtr.& q d.gl. Doc. communiter ſequunt aſſerit Vaſq. de ſucceſ.creat.§.9.nu.29. Quia teſtator confeſſus in mortis cogitatione non pręſumitur ſpe numerationis futuræ,ſed ca exonerandæ cõſcientię.Quinimo ſi pecunia quam confeſſus eſt teſtator ſe recepiſſe, reuera indebita eſſet, tunc ea confeſſio habet vim fideicommiſſi. ita tenet Aret.l.hæredes palam, §.§.ff.de teſta.& hanc eſſe communem opinionem teſtatur Fern.Vaſq.d.§.9.num.30.

Quæſtio LXXI.

SVMMARIA.

An tutori poſſit teſtator remittere cõfectionē inuentarij,n.1.declaratur n.2.& ſeq. an hæredi poſſit remittere, nu.4.

1 QVæro,an teſtator poſſit tutori remittere inuentarii confectionem? Reſpon.q ſic,tex.eſt l.fi.§.illo,C.arbit.tutel. & eſt cõis opinio, vt teſtatur Iaſ. l.nemo pót, lec.1.nu.51.de leg.1.& lec.2.nu.65.Franc.Rip.nu.80.Io.Annibal.nu.565. Rolan.a Val.tract.de inuentar.c.2.nu.8. Mant.tract.inuent.in prin.nu.36.Iul.Clar.§.teſtamentum,q.65.Fern.Vaſq.de ſucceſ.crea.§.10.num.67.Ratio eſt, qa forte intereſt pupilli ne vires patrimonii perdantur.

2 Quæ concluſio declaratur vt procedat, ſi teſtator expreſsè vetuit fieri inuẽtarium.Sed dubium eſt,ſi ſimpliciter tãtum remiſit :receptior tamen eſt opinio idem eſſe ſiue expreſsè prohibeatur,ſiue ſimpliciter remittat, hanc dicit eſſe magis communem opinionem Rip.d.l.nemo poteſt,nu.85.& plures allegat Clar. d.q.65. Quia paria ſunt dicere remitto, vel veto inuentarium facere.

3 Intellige tamen prædicta ſi cõſtat pupillo expedire,ne fiat inuentarium , vel dubium eſt. Secus vero ſi expedire rerũ adminiſtrationi magis viſum fuerit iudici,vt inuentarium fiat: Nam tunc iudex poteſt cogere tutorem vt inuentarium conficiat,ita tenet Barto.l.nemo poteſt, nume.12.de lega. 1. quem communiter probatum dicit Dida. Couar. variar.reſol.lib.2.ca.14,num.4. & hanc communem eſſe Doct.ſententiam aſſerit Fernã. Vaſq.d.§.10.nu.67.

4 Sed quæro quid in hærede, numquid ei teſtator poſſit prohibere ne inuentariũ faciat? Reſp.In hac quæſtione diſtinguendum eſt: Aut remiſit quoad legatarios ; vel in præiudicium legatariorum, aut quoad creditores , aut quoad ipſum hæredem.Primo caſu poteſt teſtator remittere confectionem inuentarii. ita tenet Pau.de Caſt.l.nemo pót,ff.de leg.1. & ibi Alex. dicit hanc eſſe cõem Doctoſniam Aim. Crau.conſi.174.Did.Couar. c.1.de teſtam.nu.17.Pariſ.conſi.21.lib.2. Mant.tract.de inuen.in prin.nu.35.Vaſ. late defendens d.§.10.nu.70.nihil igitur quoad legatarios hæres non conficiens inuentarium ꝑſtabit, & euitabit pęnas. Sicut.n.teſtator potuit non relinquere, aut etiam relictum adimere,ita & confectionem inuentarii vetare non prohibetur.Secundo caſu in præiudicium creditorum teſtator remittere inuentarii cõfectionẽ nõ pót,quib.ipſe teſtator ꝑciſe ſatisfacere tenetur, nec eis pót præiudicium inferre,itaque hæres creditoribus, cum quibus ſine inuentario hæreditatẽ adeundo quaſi contrahit,vltra vires hęreditarias ſatisfacere ſicut defunctus tenebatur,ita tenent omnes in præcedenti caſu allegati,eſtq; communis opi.vt teſtantur præfati Doct. & quod ita tenent communiter Doc. dicit Io. Hannibal.d. l.nemo poteſt, n.432. Tertio caſu diuerſæ ſunt Doc.ſniæ:Quibuſdã exiſtimantibus remiſſionem in præiudicium hære-

d.s

dis non valere, quod voluiſſe videtur gl. l. ſcire, C. vt in poſſeſſ. legat. quam pleri que ſequuntur, aliis vero contra opinantibus, quorum ſententia verior, & communiter recepta eſt, vt fatentur Barto. & communiter omnes ſupra allegati.

Quæſtio LXXII.

SVMMARIA.

An teſtator poſſit iubere, ut hæredes perpetuo ſtent in communione, num. 1. declaratur, num. 2.

1 QVæro, an teſtator poſſit iubere ut hæredes perpetuo ſtent in communione, & ne fiat diuiſio bonorum? Reſpon. quòd non, ita tenet Rip. dicens cõmunem eſſe opin. d. l. nemo pót. nu. 29. Crot. nu. 55. Vaſq. de ſucc. crea. §. 7. nu. 1.

2 Quod tñ procedit, qñ teſtator iuſſit, vt in perpetua communione manerent, ſecus ſi ad tempus, quod fieri poteſt. ita tenet Pau. de Caſt. d. l. nemo, & communẽ eſſe Doctor. ſententiam aſſerit Iaſ. l. ſi nó ſortem, §. ſi centum, ff. de cond. indeb. Vaſq. d. §. 7. numer. 3. vbi ſubdit hanc vſu forenſi receptiſſimam eſſe.

3 Scias ẽt, quod diuiſio adeo ꝑpetuo ꝓhiberi nó poſſit, vt ẽt ſi filij iuraſſent ſeruare, quoad hoc diſpoſitionem patris tamen ipſi mutuo conſenſu diuidere non prohibeantur. ita tenet Oldr. conſ. 242. & hanc opinionem fatetur veram & cõmunem Vaſq. d. §. 7. nu. 4.

Quæſtio. LXXIII.

SVMMARIA.

An teſtator poſſit diſponere de rebus hæredis, num. 1.

An poſſit expreſſe obligare, remiſſiue, nu. 2.

An poſſit prohibere alienationem rerum ipſius hæredis, nu. 3.

1 QVæro, an teſtator poſſit diſponere de rebus hæredis? Reſpond. quod poteſt diſponere de bonis hæredis, ſicut ille de propriis. hanc dicit eſſe communem Doc. opinionẽ Pet. Benint. deciſ. 98. num. 10. id tamen intellige, ita fieri, quod hæres adeundo obligat ſe ad ſeruandã eius uoluntatem, ideoque ſi res hæredis legata fuerit, dominium rei legatæ, non ſtatim tranſit in legatarium, ſed demum adita hæditate. ita communiter tenent Doc. ut teſtatur Alex. l. ſi hæredes, nu. 2. ff. de leg. 1.

2 Sed an bona hæredis expreſſe poterit obligare? Dixi. §. q.

3 Quæro item, nunquid teſtator poſſit prohibere alienationem bonorum ipſius hæredis? Reſpond. quod non. ita tenet Bar. l. filius famil. §. Diui, ff. de leg. 1. & cum eo concordant communiter Doctor. ut teſtatur ibi Rip. numer. 33. Socin. iun. num. 118. qui ſubdit numer. 124. ab ea iudicando in dubio non eſſe recedendum. licet enim teſtator poſſit legare, itã rem hæredis ſicut propriam, ut dixi. § legatum, q. 14. non tamen in legatarium ſtatim tranſit dominium, unde cum hæres maneat dominus, non poteſt impediri alienatio. Quod tamen intellige quantum ad translationem dominij, ſed bene ualet quantum adhoc, ut prohibitus teneatur redimere, uel iuſtam æſtimationem præſtare, ita tenet gloſ. l. hæredis primus, ff. de leg. 1. quæ communiter approbata eſt, ut teſtatur Soc. iun. d. §. diui, nu. 117. verſ. quare gloſ.

Quæſt. LXXIIII.

SVMMARIVM.

An teſtator poſſit facere, vt breuiore tempore actiones finiantur.

QVæro, nũquid teſtator poſſit iubere vel efficere, ut breuiore vel citeriore tempore actiones vel allegationes finiantur, quàm lege definitum eſt? Reſpond. quod non. ita tenet Bart. d. l. nemo, nu. 17. & 23. & eſt communis opinio, vt teſtatur Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 7. num. 6. Intellige tamen vt procedat in iure quęſito. ſecus in quærendo, quod coarctari poteſt per teſtatorem in tempore, vt licet ius adeundi regulariter perpetuum ſit, tamen hæres teneatur breuiore tempore adire, alias non admittẽtur. hanc ſententiam probant, & ita declarat omnes, & communem ac receptam fatetur Iaſ. licet contrarium ſibi contrarius teneat d. l. nemo, 2. lect. num. 16. Vaſqu. d. §. 7. nu. 7.

Quæſt. LXXV.

SVMMARIVM.

An poſſit mandare, ut ualeant legata hæreditate non adita.

1 QVæro an teſtator poſſit mandare ut ualeant legata etiam hæreditate nõ adita? Reſp. Variatum fuit, ſed obtinuit exiſtimantium ſententia, teſtatorem præcipere non poſſe, ut non adita hæreditate ex teſtamento legata debeantur. Sin autẽ iuſſerit ſimpliciter ut non adita hæreditate debeantur, uel ab inteſtato expreſſim tale præceptum ualere. ita tenet Bar. l. cũ patrem, §. filius matrem, ff. de leg. 2. & ſequuntur Docto. communiter, ut teſtatur Vaſq. d. §. 7. nu. 11.

Quæſt. LXXVI.

SVMMARIA.

Voluntas teſtatoris primũ locũ obtinet, num. 1. ſiue ſit expreſſa, ſiue tacita, nu. 2. dummodo nõ fuerit expreſſa per uerba inepta, nu. 3. declaratur, nu. 4.

Quando expreſſe de uoluntate non conſtat, tacite colligitur ex eo quod ueriſimile eſt nume. 5.

In coniecturis ordo præciſe ſeruandus eſt, nume. 6.

Conſuetudo teſtatoris imprimis inſpicitur in coniecturanda uoluntate teſtatoris, nu. 7. & ſeq.

Teſtator ſi conſueuit nepotem appellare filiũ an nepos contineatur, nu. 9.

Ex conſuetudine regionis cõiectura ſumitur nu. 10. & ſeq.

Si pater inſtituit filios, et filias in eo in quo ſuccedere debent, an cenſeantur æqualib. partibus inſtitutæ ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarũ, nu. 13. amplitudo, & dignitas perſonarum inſpicitur interpretandũ uoluntate, nu. 14. & ſeq.

Teſtator non præſumitur uoluiſſe alienã ſucceſſionem propriæ anteponere, numer. 16. item ut minus dilectus magis dilecto præferatur.

Vna pars teſtamenti declarat aliam, num. 21.

Coniectura capitur ex natura actus, numero 24.

Teſtator in dubio præſumitur ſe conformare diſpoſitioni iuris communis, num. 25. 26. & ſequ.

1 DIxi de poteſtate teſtatoris, nunc igitur de voluntate & interpretatione, quæ legit ime fieri poſſit in teſtamentis, ſi qua in his, uel obſcuritas, vel ambiguitas exiſtat agendum eſſet, ſed quoniam ſupra ſuo loco in ſingulis §§. huius materiæ maximam partem abſoluimus, & integer nunc extet tractatus Mãticæ. in quo nihil fere, omiſſum eſt breuiter generales quaſdã regulas hic ſubiiciam. Imprimis autem ſcire debes, quod voluntas teſtatoris in ultimis uoluntatibus ante omnia dominet & inſpici dẽat, & magis quam verba, dummodo omnino non repũgnent, & hoc tritum & vulgatum eſt, hanc concluſionẽ ab omnibus receptam dicit Rol. a Valle. conſi. 82. nu. 24. uolum. 3. Et procedit non tantum in expreſſa, ſed etiam tacita uoluntate coniecturis collecta, de quibus uidendum quæ latius ſupra §. fideicommiſſum, q. 4. & §. ſubſtitutio, quæſt. ultima.

3 Intellige tamen hãc ſñiam, ut procedat. niſi uoluntas fuerit expreſſa per uerba inepta, & penitus incongrua, ita tenet gl. l. ſi quis in fundi uocabulo, de leg. 1. q̃ cõiter approbatam dicit Iaſ. l. cum quid, 2. lect. nu. 22. ff. ſi cer. pet. Fran. Man. lib. 3. tit. 3. nume. 17. Sin tñ mens teſtatoris ex præcedenti diſpoſitione teſtatoris appareat, illa ſpectanda eſt, licet per uerba inepta poſtea fuerit expreſſa. hanc eſſe cõem õpi. teſtatur Soc. l. in ambiguo, nu. 7. ff. de reb. dub. Item intellige prædictam concluſionẽ, ut uoluntas ſpectanda ſit, dummodo uerba improprie ſaltẽ hoc oſtendãt, ut dixi d. §. fideicõmiſſum, q. 4. n. 6. & ſeq. 4
Sin aũt uoluntas teſtatoris ſit contra leges ſeruanda non eſt, ut dixi ſupra q. 62.

5 Si de uoluntate teſtatoris aperte non conſtat, & verba uel res obſcuræ ſunt, aut quandoque quod omiſſum eſt, tunc ne diſpoſitio concidat, ſed ut ſuſtineatur ad id quod ueriſimile eſt recurrimus, & tacite ex eo teſtatoris uoluntatem conücimus, tex. ca. in ſpicimus, de Regu. iur. & regula iuris apud conſulentes eſt frequentiſſima, & hoc dupliciter, uel quod teſtator ita ueriſimiliter ſenſerit, uel quod ſi cogitaſſet, ueriſimiliter ita diſpoſuiſſet. Eſt enim regula certa, quod diſpoſitio teſtatoris porrigitur ad caſum de quo ipſe ſi cogitaſſet, uel interrogatus fuiſſet, ueriſimiliter diſpoſuiſſet. hanc regulam communiter receptam, dicit Soc. iun. conſil. 91. nu. 44.

91.nu.44.in fi.vol.3.conſi. 78.num.31. Fern.Vaſq.de Reſol.§.9.n.29.Mant.lib. 3.tit.19.nu.4.

6 Cæterum quia omnis coniectura uoluntatis deducitur à veriſimili certa regula de eo quod ueriſimile,dicatur,dari nõ poteſt. Imprimis autem a Iuriſc. colligũtur in l.ſeruus plurium,§.vlt.ff. de lega.1.quorum ordo in teſtamentis & diſpoſitionibus teſtatorum ad inueſtigandam voluntatem formaliter & præciſe attendi & ſeruari debet,ita vt prima coniectura præferatur ſecundæ, & ſic ſucceſſiue, & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Iaſ.ibi num.2.& notandum eſſe dicit Iul.Clar.lib.3.ſentent.§.teſtamentũ, q.76.verſic.ſecunda Reg.Franci. Mant. lib.12.tit. ultim. numero uigeſimoſexto & ſequ.

7 Primo & ante omnia inſpicitur conſuetudo teſtatoris,deinde & ſecundo regionis mos,& cõſuetudo.3.Qualitas ſeu dignitas perſonarum quibus relinquitur.4.Dilectio.5.Neceſſitudo,id eſt conſanguinitas.6.Vicinitas ſcripturarum,id eſt quod ex præcedentibus & ſubſequentibus coniicitur.

8 Dixi conſuetudinem patrisfamilias inſpiciendam eſſe,& hoc non habet dubiũ. Veriſimile enim eſt teſtatorem teſtando locutum eſſe ſecundum morem ſuum loquẽdi.ita docet Bar.l Labeo,ff.de ſuppel.leg.& tenent communiter Doc.ut teſtatur Man.lib.3.tit.8.nu.2.

9 Hinc infertur quod licet filiis ſubſtitutis per fideicommiſſum non intelligãtur ſubſtituti nepotes,de quo dixi ſupra §.fideic. q. 10. tñ ſi teſtator in rebus humanis nepotem ſuum uocabat filiũ,tunc ex coniectura uoluntatis, quæ ſumitur ex conſuetudine loquendi ipſius teſtatoris,nepos continetur, & ſubſtitutus intelligitur,ut dixi d.q.10.

10 Secundo exquirenda eſt conſuetudo regionis, & quidem conſuetudo originis magis,quam eius loci, in quo teſtamentum fecit. hanc dicit cõem opinionem Roma.l.ſi non ſpeciali.nu.6.in fi.C. de teſt.& dicit nota tu dignum Mant.lib. 6.tit.8.num.13.cõis enim uſus loquendi derogat proprietati uerborum, & ab hac

11 nemo diſcrepat, ut fatetur Aretin.l.ex facto numero 11.ff. de vulga. & teſtator præſumitur ſequi morem regionis, & ſe conformare ſtatutis patriæ.ita not.Bart. d.l. hæredes mei, §.cum ita, ad treb. & hanc eſſe communem opin. dicit Socin. conſi.51.nu.33.volum.4. Rip. d. §.cum num. 75. & quod Bar. magis communiter Docto. ſequuntur fatetur etiam Socin.iun.conſi.168.num.65.vol.2.Franc. Mant.lib.6.tit.7.num.4.& lib.11.tit.14. num.15.

12 Quinimo quando voluntas defuncti proprie loquendo põt referri ad ius cõmune,& ad ius municipale,in dubio debet referri magis ad municipale,etiam ſi loquatur ab inteſtato.ita uoluit Bar.d.§. cum ita,& plerique alii communiter ſequuntur,ut prædicti teſtantur,& late ex magis communi Mant.nu. 7. & Gemi.c. 1.nu.6.not.dicit quod fatuus eſſet, qui crederet teſtatorem potius voluiſſe ſeq. ius commune Romanum quam ius propriæ ciuitatis qua ſemper uſus eſt, quod que ſibi notiſſimum fuit.

13 Ex quo infertur, quod ſi pater inſtituat filios,& filias in eo quo de iure ſuccedere debent, nõ intelligit inſtitutas in æqualibus partibus, ſtante ſtatuto quod filiæ dotibus ſint contentæ. hanc opinionem dicit magis communem Socin. d. conſi.51.nu.18.& nu.33.uol.1.Man.lib. 4.tit.9.nu.13.

Infertur etiam,quod ſi teſtator inſtituit filium,& ſi deceſſerit ſine filiis,ſubſtituit alium filium,filio grauato defuncto ſine maſculis,ſuperſtite filia non dicitur defeciſſe conditio, ſtante ſtatuto, quod fœminæ non ſuccedant. hanc dicit eſſe communem concluſionem Pari.conſi.48.nu.9.uol.2.

14 Tertio loco inſpicienda qualitas ſeu dignitas & amplitudo perſonarum d.l.ſi ſeruus plurium.

15 Hinc ex dignitate teſtatoris coniicit, an in fideicommiſſo ſub conditione,ſi ſine liberis deceſſerit, ſenſiſſe intelligatur de naturalibus tantum, ut dixi §.fideicõmiſſum,q.37.

16 Similiter teſtator non præſumitur uoluiſſe alienã ſucceſſionẽ propriis liberis anteponere,& voluntas ſecundum naturalẽ charitatẽ interpretanda eſt. Ideoque ſi filius fuerit ſimpliciter grauatus reſtituere hæreditẽ, intelligitur ſi ſine liberis

ris deceſſerit, vt dixi ſupra.§.fideicom. q.21.

17 Hinc coniectura ſumitur, ut minus dilectus non præferatur magis dilectio, eo que a proprietate verborum receditur. ita tenet Alex.d.§.cum ita, nu.15. & nu. 7. dicit hanc eſſe communem doc. ſententiam, ex quo infertur, q̄ ſi teſtator filio decedente ſine filiis ſubſtituat Titium, & hæredes Titii, licet appellatione hæredum proprie extranei veniant, tamẽ hoc caſu reſtringitur ad deſcendentes Titii filios tantum, ne hæredes Titii extranei minus dilecti ſint melioris conditionis, quàm hæredes extranei ipſius filii, qui non ſunt tacite uocati, nec in conditione poſiti, imò quemadmodum teſtator intelligitur magis dilexiſſe inſtitutum filium, quam ſubſtitutum, ita etiam magis hæredes filii, quam hæredes ſubſtituti, ita tenet Bar.l.quidam relegatus, §.fi. ff.de reg.dub.quem communiter approbatum eſſe teſtatur Ruin.conſi, 150. nu. 8. volum. 2.

18 Infertur eodem modo, quod ſi teſtator habens quatuor filios, inſtituit eos uniuerſaliter, & filiam in certa quantitate: & ſi alter ex filiis deceſſerit ſine filiis, ſubſtituit ſuperſtites, id intelligitur de maſculis, & filia non continetur, quia ſicut teſtator prædilexit & prætullit maſculos in inſtitutione, illos quoque uidetur p̄ferre voluiſſe in fideicommiſſo. ita tenet Bartol.l.fin.ff.ad Treb. hanc dicit communem opinionem Curt. iunior conſilio 11. colum.penult.in fin. quem refert Roland.a Valle conſil.82.num.33.uolum.3.

19 Sic etiam, ſi filiæ ſint inſtitutæ ex certis rebus, filii uero maſculi uniuerſaliter inſtituti, & poſtea teſtator dixerit, omnes filios meos inuicem ſubſtituo, filiæ cum maſculis ſubſtitutæ non intelliguntur, ita ſcribit Bar.l.Lucius, col.pen. verſ.ſed quæro circa hoc, ff.de vulga. & ſequunẽ Doc.communiter, ut teſtatur Roland. a Valle d. loco.

20 Eodem modo ex coniunctione perſonarum interpretamur uoluntatem teſtatoris in legatis, ut ualeat legatum rei alienæ ignoranti factum, quia præſumitur, quod etiamſi ſciuiſſet, nihilominus legaſſet, ut dixi §.legatum, q.14. Et legatum clerico factum potius intuitu perſonæ, quam Eccleſiæ factum intelligitur, vt dixi ſupra q.34.

21 Quinto conſideranda eſt in coniecturanda uoluntate teſtatoris uicinitas ſcripturam. Eſt enim tritum & per uulgatũ, quod una pars teſtamenti, alteram declarat, ut fatetur Roman.conſi.438. nu.14. Vnde uerbum multiplicem habens ſenſum & intellectum debet intelligi ſecundum eam ſignificationem, ſecundũ quã reperitur in alia parte teſtamenti. ita docet Bar.l.Centurio num.27.ff.de vulga. hanc dicit communem opinionem Pariſ. conſi.73.nu.48.& conſi.80.nu.20. conſi.86.num.55.& ſeq.uol.2. Soc.iun. conſi.65.num.10.uol.4.& conſi.51. num.1. volum.4.conſi.90.num.19.uol.1.ubi doctrinam Bart.ſuprad. quod uerba ſic debent accipi, quemadmodum teſtator in eodem teſtamento accepit, communiter approbatam & receptam, aſſerit Franciſcus Mant.lib.3.tit.9.nu.3.lib.11.tit.14. nu.22.

22 Et hæc quidem concluſio, quod una pars teſtamenti declaret aliam, de plano procedit, ita ut uerbũ ambiguum in una parte poſitum recipiat interpretationem ab eodem verbo in alia parte explicite declarato, & ita loquitur d.l.filiibus. Sed intelligendo quod qualitas in una parte poſita, cenſeatur repetita in alia, hæc concluſio valde dubia eſt, ut ſi teſtator in una parte fecit mentionem de filiis maſculis, poſtea in alia de filiis ſimpliciter loquens, an de maſculis erit intelligendus, de quo dixi ſupra §. fideicommiſſũ, q.10. Et quidem uarii uarie reſponderũt circa hanc regulam, ſed ex mente Docto. declaratur ut procedat quando ſumus in eadem clauſula & diſpoſitione, quoniã tunc qualitas expreſſa in una parte teſtamenti cenſetur repetita in alia; Secus uero cum ſumus in diuerſa diſpoſitione, & ſic in diuerſa parte teſtamenti multo magis in diuerſis teſtamentis vel teſtamẽto & codicillis. hanc diſtinctionem dicit uideri communiter receptam Sfort. Odd. tract.compend.par.6.Art.4.concl.4. Pariſ.conſil. 35. numer.19. uolum.3. hanc quoque dicit communem Pariſ.conſ.87. num.49.uol.2.conſi.83.num.24. & ſeq. uol.2.

Item

23 Item declaratur prædicta regula, ut procedat, quando ex coniecturis de uoluntate teſtatoris apparet, vel eadem eſt ratio, ita ex omnium mente dicit Socin. iun. conſ. 158. nu. 48. vol. 2. Ex natura rei
24 uel actus cóiectura ſumitur. Hęc enim eſt vera & propria regula interpretandi teſtantium & aliorum diſpoſitiones, ut iuxta naturam rei, materiam ſubiectam & regulas iuris intelligantur, ut aſſerit Did. pract. d. cap. 38. num. 12. ideoque licet legatum relictum conſanguineo Epiſcopo, præſumitur relictum intuitu perſonæ non eccleſiæ: ſi tamen calicem uel tintinabulum legauerit, præſumitur legatum eccleſiæ. hanc dicit magis communem Didac. Coua. c. requiſiſti, dixi ſupra quæſtio, 34.
25 Teſtator quilibet præſumitur ſe in dubio conformare cum diſpoſitione iuris communis, nec voluiſſe contra leges diſponere. ita tenet Bart. d. §. cum ita, nu. 4. & hanc dicit communem opinionem Socin. iun. conſi. 168. nu. 63. volu. 2. magis communem Socin. ſen. conſi. 51. numer. 33. vol. 4. Communem dicit Rolan. a Valle. conſ. vltim. num. 11. uol. 1. & hác dicit veram & propriam regulam interpretandi teſtantium voluntatem, vt ſecundum regu. iuris intelligantur Did. d. cap. 38. Cur. iun. conſi. 125. conſi. 108. numero 8.
26 Hinc in fideicómiſſis, pluribus vocatis per nomen collectiuum intelligitur teſtator vocaſſe ordine ſucceſſiuo, prout de iure ſucceditur. hanc dicit communé opi. Cur. iun. d. conſ. 128. nu. 8. Dixi late ſupra §. fideicommiſſum, q. 15. & ſeq. Ad
27 uerte tamen quod hæc coniectura non eſt perpetua, ſed ſæpe ab ea receditur, vnde declaranda eſt, vt procedat quando diſpoſitio teſtatoris tendit ad conſeruandum teſtamentum ne rumpatur, & tunc ſinedubio præſumitur voluiſſe ſuam voluntatem intelligi prout de neceſſitate debet, ne rumpatur teſtamentum, ſecundum diſpoſitionem iuris. ita tenent glo. omnes l. Gallus, §. quidam recte, ff. de liber. & poſthum.
28 Secundo declaratur quando nulla eſt neceſſitas conſeruandi teſtamentum, & verba teſtamenti non violantur capiendo ea ſecundum diſpoſitionem iuris, ita tenet Alex. d. §. cum ita. nu. 11. eſt q; hoc ex communi doctorum ſententia, vt fatetur Mantic. d. lib. 8. ti. 6. nu. 8. Secus vero ſi verba teſtamenti violantur, quoniá tunc potius ſtandum eſt verbis teſtamenti, tex. c. Rainutius, & c. Rinaldus, de teſtam. & ita tenet Bar. & communiter omnes d. §. quidam recte, vt aſſerit Manti. d. loco. ideoq; ſi teſtator inſtituat Titium, & filios eius, non cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo, & ſic ſecúdum legis diſpoſitionem, ſed ſimul, niſi coniectura alia charitatis & neceſſitatis acceſſerit, vt dixi §. inſtitutio, q. 20. & hęc notanda dicit Alex. d. §. cum ita, quia ſunt quotidiana & vtilia.

Quando de mente, & voluntate teſtatoris nec expreſſe nec quidem tacite, vt dictum eſt, apparet, túc in omni ſcripto ac dicto verborum proprietati inhęrendum eſt, licet in mente vel aliter á teſtatore quid actú ſit. tex. l. ſi alij, ff. de vſufr. leg. hanc dicit magis communem Doct. ſententiam Soc. iun. d. §. cum ita, numer. 34. in fi. Cur. iun. conſi. 169. nu. 1. & infra Clar. q. 76. reg. 2. Fran. Mant. lib. 3. ti. 4. num. 6.

Quæſtio LXXVII.

SVMMARIVM.

An per legitimationem filii rumpatur teſtamentum.

Reſtat vt etiam de reſolutione teſtamentorum agamus. Et qdem queádmodú præteritione annulletur, & infirmetur, dixi ſupra q. 36. item poſthumi agnatione ſupra q. 36. per ingreſſum religionis, q.

Sed quero, nunquid per filij legitimationem teſtm̃ patris rumpatur? Reſpó. q ſic, licet enim filius naturalis teſtamétum patris impugnare non poſſit, tamé ſi legitimatus fuerit, & præteritus reperiatur, vitiatur teſtamentum, ſiquidem legitimatus á legitimo filio non differt hac dicit eſſe communem opi. Soc. rubr. ff. de lib. & poſthum. Alciat. ibi, Fernan. Vaſq. de ſucc. reſol. §. 6. nu. 3. dixi ſupra q. 36. & vide §. inſtitutio, q. 7.

Quæſtio

Quæſt. LXXVIII.

SVMMARIVM.

An per capitis ſententiam rumpatur.

QVæro, an per capitis ſententiam poſtea ſecutam infirmetur teſtamentum? Reſp. ꝙ ſic, etiamſi mors non fuerit ſubſecuta, ita tradit ex communi Guliel. Bened. c. Rayn. par. 2. nu. 120. vt teſtatur Fernan. Vaſq. de ſucceſ. reſol. §. 6. nu. 18. dixi ſupra q. 26.

Quæſtio LXXIX.

SVMMARIVM.

An infirmetur teſtamentum per pænitentiam filij exhæredati.

QVæro, nunquid teſtamētum, in quo filius iuſta cã legitime exhæredatus eſt, quia forte uiolentas patris manus intulit per pœnitentiam filii poſtea infirmetur? Reſpõ. ꝙ ſic hanc dicit eſſe communem opi. Iaſ. l. in arenam, nu. 6. Ema. à Coſta l. Gallus, §. & quid ſi tantum, par. 3. nu. 189. ff. de liber. & poſthum. Caſtellia. Cotta in memora incip. filiusfam. vt dixi ſupra q. 42.

Quæſtio LXXX.

SVMMARIVM.

An rumpatur teſtamentum teſtium contradictione.

QVæro, nunquid teſtamentum ſolenne per teſtium in eo contentorum contradictionem rumpatur? Reſp. quòd ſic. ita tenet Alex. l. 1. C. de teſtam. & ex communi reſoluit Corn. conſil. 232. nu. 1. vol. 1. & idem teſtatur Fernan. Vaſq. de ſucceſ. reſol. §. 9. nu. 1.

Quæſt. LXXXI.

SVMMARIVM.

An mortuis teſtibus tempore aperturæ rumpatur teſtamentum.

QVæro, nunquid infirmetur teſtamentum, ſi teſtes tempore teſtamenti aperiundi mortui ſint? Reſpon. quòd ſic, quia coguntur ſuas ſubſcriptiones recognoſcere, vt dixi ſupra q. 10. eſtque communis opin. vt teſtatur Boer. deciſ. 118. Vaſq. §. 9. num 108.

Quæſtio LXXXII.

SVMMARIVM.

An rumpatur teſtamentum, ſi hæres teſtatorem occidat.

QVæro, nunquid teſtamentum ab initio validum euaneſcat, ſi teſtatorem hæres occidat? Reſp. quòd ſic. tex. l. Lucius, ff. de iure fiſci, & fiſcus aufert hęreditatem tanquam ab indigno, licet onera legatorum, & fideicommiſſorum ſubire cogat; ita ex communi reſoluit Alex. l. recuſare, §. fiſco, ff. ad Treb. vt teſtatur Fernan. Vaſq. de reſol. ſuc. §. 9. nu. 121. & ſeq. Quod procedit quidem, quando ob culpam ſuam eum occidit, ſed quid ſi culpa teſtatoris eum occiderit? Reſp. Bart. l. ſi ab hoſtibus, §. fi. ff. ſolu. mat. tenet hoc caſu eum non priuari hæreditate, quam ſniam veriorem dicit Iaſ. ibi, ſed cõem eſſe contra Bar. quòd talis hæres tanquã indignus priuandus ſit hæreditate, etſi ob culpam teſtatoris eam occideret.

Quæſtio LXXXIII.

SVMMARIA.

An teſtamentum metu factum ſit nullum, nu. 1. & quæ ſit pæna prohibentis, num. 2. an in teſtamento nuncupatiuo locum habeat num. 3.

1 QVæro, nunquid teſtamentum per metum conditum ſit ipſo iure nullum? Reſp. quòd nõ ſit ipſo iure nullũ, ſed valet mero iure, licet ſcriptis hæredib. auferatur tanquam indignis, & fiſco applicetur. ita tenet gl. rub. ff. ſi quis aliquem teſtari prohib. & ibi ſequitur Bar. hanc dicit communem Pau. de Caſt. l. 2. eod. titu. Vaſq. de ſucceſ. crea. §. 17. num. 5. licet ipſe contrariam ſententiam tueatur, Aret. l. 1. col. 2. Æmil. Ferret. colum.
2 2. ff. eod. Menoch. de arb. iu. q. caſu 395. nume. 7. Is tamen qui prohibet teſtari, ſcriptus hęres, falſi crimen incidit, & arbitrio iudicis punitur Boſ. in prac. crim. tit. de ijs qui prohibent aliquem teſtari, quod procedit quando ſolo metu quis aliquem ad teſtandum compulit, ſin autem violenter cogit, vel pœna legis Iul. de vi priuata ſi ſine armis, punitur. hanc dicit eſſe communem Doct. ſententiam Iac. de S. Georg. d. l. 1. num. 4. Clar. §. vlt.

pract.

practi.cri.q.80.verſ.compellens.Requiri tur tñ,ut probetur liquido teſtatorē teſtari uoluiſſe,& alium impedimento fuiſſe,cōem nūcupat Soc.iu.conſ.148.lib.2.

3 Quid ſi teſtū in ſcriptis factū,& tabelio coactus,& non rogatus ſcripſit, nunquid valebit? Reſ.qđ non,ſed erit ipſo iure nullum, hanc dicit communis opi. Vaſq.de ſucc.progr.§.30.nu.16.

Queſtio LXXXIIII.

SVMMARIA.

Teſtamentum rite factum tollitur per contrariam uoluntatem,nu. 1.

Si teſtator dixerit,nolle teſtamentum ſuum ualere,an ſufficiat.n.2.niſi decennium effluxerit,n.3.et ſeqq. quid ſi dixerit, ſe uelle ab inteſtato decedere,nu.5.

1 EXpeditum eſt,per contrariā uoluntatem vel pœnitentiam teſtatoris teſtm̄ ritè & rectè factum infirmari, ultima.n. uoluntas tollit præcedentem, & hæc regula eſt indubitata, & nunquam fallit,ut teſtatur Cuma.l.ſi quis,in prin. ff.de leg.3.Et intelligēda eſt,ſi poſterius teſtm̄ ſit firmū, quia.ſ. hæreditas ex eo adiri poſſit,licèt poſtea quāuis rōne adita non fuerit.ita tenent omnes d.l.ſancimus,& hanc eſſe communem Doc. ſententiam atteſtatur Did.Cou.rub.de teſt. par.2.ſub nu.21.verſ.7.& ſeq.

2 Sed quæro,nunquid ſufficiat ad reuocationem teſti,ſi teſtator ſimpliciter dixerit coram 7.teſtibus ſe nolle valere teſtamentum?Reſp.Magna eſt apud interpretes diſputatio,namque teſtamentum illud non eſſe reuocatum,ſed nihilominus ſubſiſtere,uoluit Bar l.ſi iure, ff.de le.3.& hanc ſententiam dicit eſſe cōem Dec.conſ.582.nu.1.Rui. conſi. 6. nu. 1. uol.2.Soc.iun.conſ.62.n.1.uol.3.Io. Di lec.de art.teſt.tit.de mut.teſt.cau.3.nu.1. Cōem dicit.Soc.iun.l.ſi quis,ff.de leg.3. nu.48.Did.Cou.rub.de teſt.par.2. n.21. verſ.7.concl.Alex.conſ.37.uol.1. conſi. 104.uol.2.Natt auth.hoc inter,nu. 1.C. de teſtam.ubi allegat Ale.d.l.ſancimus, C.de teſt.Soc.iu.d.l.ſi quis, nu. 20. ff.de le.3.Man.de cōiec.vlt.vol.li.2.ti.15. nu. An hoc enim ut primum teſtamentū reuocetur,requiritur,ut ex ſecundo hæreditas adiri poſſit,ut omnes prædicti fatētur frequētiſſimè. Contrariam tamen partem plures alii ſummæ authoritatis uiri amplexi ſunt, ſicuti Bal.d.l. ſancimus,num.2.& eam optimis rōnibus eſſe fundatā,& pluribus,& magni ponderis auctoritatibus confirmatā aſſerit Soc.iu. conſi.145.n.9.& ſeq.vol. 2. & ſubdit eā quadrare cuilibet ſenſato & rationabili intellectui, & quemlibet iudicem poſſe ab opinione Bar.recedere, & uidetur hæc opinio verior eſſe, quoniam teſtator, ſi uoluit teſtamentum non ualere, intelligitur tacite legitimos heredes ab inteſtato uocare, unde iniquum eſſet contra expreſſam teſtatoris voluntatem & ſolennem,teſtamentum eius uelle ſuſtinere.

3 Sed retenta communi, intellige eam procedere,niſi decennium effluxerit, & teſtator ſuperuixerit namque ſi tantum per tres teſtes conſtet, quod medio iſto tempore mutauit voluntatē, & uoluit prius ſtare teſtamento, teſtamentum illud reuocatum eſſe dicitur tex. dict. l. ſancimus. & fatētur omnes prædicti, & qđ in hoc nullus ſcribentiū contradicit aſſerit Fern.Vaſq.de ſucceſſ. creat.§.17. nu.73.

4 Nota tamen,quod requiritur, vt decēniū iſtud effluxerit ante reuocatā uoluntatem, alias non ualebit reuocatio, ita uī uelle gl.d.l.ſancimus,uerb.fuerit, & hanc eſſe cōem opi. teſtatur ibi Iaſ.nu. 15.Ruin.conſ.6.nu.2.lib.2. quos refert Tom.Non.conſ.23.n.12.Clar.q.91. uer. ſed numquid.

Sed aduerte,licèt Rui.dicat prædictā opi.eſſe communem, tamē gl. & Doc.ſi eorum dicta rectè penſentur, hoc non uolūt cōmuniter, quod decenniū iſtud oporteat eſſe elapſum,ante reuocationē uoluntatis factam, ſed ſimpliciter dicūt quod decennium incipiat a tpe conditi teſtamenti,& ita loquitur Iaſ.quē Clar. allegat dicens hanc eſſe magis communem opi.d.l.ſancimus,nu. 15.Tom. Nonius d. conſi.23.num. 16. ſufficit itaque quod medio tempore teſtator uoluntatem ſuam declarauerit.

5 Sed quæro,quid ſi teſtator dixerit coram legitimo teſtium numero, ſe nolle teſta-

teſtamentum valere,& illud annullauerit expreſſa hac cã,quod velit ab inteſtato decedere, numquid teſtamentum renocetur? Reſp.ꝙ ſic, quia per hoc uidetur tacite uocare legitimos hæredes ab inteſtato,quorum aditione ademptio hæreditatis confirmatur:ita tenet Bart. d. l.ſi iure, ff.de lag.3.hanc dicit eſſe communem opi.Cor.cõſ.30.vol,2.Soc. in.d.l,ſi quis nu.49.Alex.d.l.ſancimus,magis cõmunem atteſtatur idem conſ. 30. nu. 3. vol.3.Communem quoq; dicit Soc. iu. conſi.62.num. 1, vol,3.& in rub.de acq, poſ.nu.136.& nu.147.Cou, d. rubr.Iul. Clar.q.92.Fran.Man.de coniect,vlt. volun.lib.2.d.tit.15.nu.18.

Quæſtio LXXXV.

SVMMARIA.

An per cancellationem infirmetur nu. 1.& quid in teſtamento nuncupatiuo nu. 2.

An rupto teſtamento hoc caſu fiſco uel hæredibus hæreditas deferatur,nu,3.

1 QVæro itẽ,numquid ſufficiat ad teſtĩ reuocationẽ, ſi facto teſtator ſaltẽ voluntatis mutationẽ declarauerit, ut ſi teſtũ fuerit cancellatum? Reſp.ꝙ ſic,dũmodo cancellatio vel inciſio facta fuerit circa formã totius teſti.tex.l. noſtrã, C. de teſt.& eſt non ſolum cõis,ſed ẽt indubitata concluſio,ut teſtatur Nat.d.auth. hoc inter,nu,14.C.de teſt.Fern,Vaſq.de ſucc.crea.§,17,n.58.Intellige tamẽ hoc, per talem cancellationem non uitiari teſtũ ipſo iure,ſed ope exceptionis. ita tenet gl.l.1.ff. de his quæ delentur in teſt. cum qua Bar.& communiter Doc. tranſeunt vt teſtatur Vaſq.de ſucc.reſol.§.8. nu.35.

2 Scias etiam, quòd prædicta procedũt non tantum in teſtõ in ſcriptis confecto ſed ẽt ſi de teſtõ nuncupatiuo factũ eſt inſtrumentum,idque teſtator cãcellauit ita egregiè tradit Pa.de Caſt,l.fi.ff. de iis quæ in teſt.delent.& hæc verior & humanior eſt opinio,quicquid dixerit Cla. d.q.93. licet enim inſtrumentum illud ad teſti ſubſtantiam factũ nõ ſit,nec neceſſarium,itaque inutile vr̃ cũ teſtibus probari poſſit,tamen ex eo arguitur voluntas agentis,quod reuocare voluerit.

3 Sed dubium eſt, cui per talem inciſionem , uel cancellationem hæreditas ueniat applicanda,fiſcone, an vero hæredibus ab inteſtato? Reſp,gl.d,l.noſtra , tenet quod hæreditas fiſco applicat , quaſi teſtator reputauerit indignos hæredes inſtitutos ; ſed contrarium tenet Dyn; quem ſequuntur communiter Doct. ut teſtatur Riminal.d.l.noſtram,Clar. d.q. 93.& hoc procedit in dubio,quando totum teſtamentum cancellauit non expſſa cã, quia nemo indignus pſumitur , & cancellatio cenſetur. potius facta fauore venientium ab inteſtato , q̃ odio hæredum.ita omnes tenere dicit Mant.lib.12. tit.1.nu.13.Secus ſi non totum teſtũ cãcellauit,ſed tñ nomina hæredum incidit,quia tunc colligitur teſtatorẽ voluiſſe,quod legata præſtentur,quod ab inteſtato fieri nequit ex hæreditate ex teſtõ non adita,fiſco tamen applicatur cũ onere præſtãdi legata,& hæredes ſcripti ab adeundo hoc caſu non repellũtur.ita loquuntur Doc.dictis locis.

Quæſtio. LXXXVI.

SVMMARIA.

Primum teſtamẽtum tollitur per ſecundum etiamſi de primo non fiat mentio,num.1, etiamſi in primo teſtamento ſint 20. teſtes,nu.2.

Per ſecundum inualidum non tollitur primum,nu.3.

Declara niſi in primo ſint inſtituti extranei in ſecundo uenientes ab inteſtato coram quinque teſtibus,nu.4.

Quid in teſtamento inter liberos,n.5. declaratur nu.6,& ſeq.

Quid ſi in teſtamento inter liberos expreſſe adiecta eſt clauſula derogatoria,nu.9.

Quid in teſtamento inter liberos nuncupatiuo,nu.10.

Teſtamentum inter liberos ſecundum quãdo habeat clauſulam derogatoriam.nu.11.

STat ex prædictis concluſiõ, ꝙ teſtãmẽtum ritè conditum non aliter ritè reuocabitur,quàm ſi teſtator aliud ſo-
1 lenne condiderit.Et quòd primum teſtamẽtum,per ſecundum tollatur , licet de primo

primo nulla ſit facta mentio in ſecundo tex.d.l.ſancimus,§.poſteriore,inſtit.qb. mod.teſt.infir.& omnes côueniunt, quia vltima uolūtas defuncti, & non prima valet,quia ambulatoria eſt,& hæc regula trita eſt,vt dicit Turzia.regul.33. hâc firmiſſimam receptiſſimamq; Doc. concluſ.eſſe dicit Lud.Zun.reſp.pro vxore.
2 num.589.Et hoc procedit etiamſi in primo teſtamento ſint 20.teſtes, & in ſecūdo tantum ſeptem.ita tenet Bar.l. hæredes palam,§.ſi quid,num.3.ff.de hæred. inſt.& ſequuntur omnes cõiter Doct. vt fatetur Did.d.par.2.nu.1. Fern. Vaſq.de ſucceſ.reſol §.1.ſub nu.6.Lud. Zunt.d. reſp.nu.591.
3 Infertur ex prædictis primū teſtamētum non tolli per ſecundum inualidum quo ad hæredis inſtitutioné,ex quo hæreditas adiri nequeat, ſiue ſit inualidum ſecundū,quia deficit hæredis inſt.tutio, ſiue teſtium numeris.ita tenet Bar.l.ſi iure.ff.de leg.3. quem communiter receptum aſſerit Did. Coua.d.rub.par.2.ſub nu. 21. verſi. aduertendum igitur eſt.Si tamen clauſula codicillaris appoſita in teſtamento ſolenni,quod ex cauſa præteritionis rumpitur, ſecundum iure fideicommiſſi ſuſtinetur.ita communiter receptum refert Soci.iun. conſ.106.nu. 37.vol.1.Achil.Perſon.trac.adipiſ. poſ. num.587.
4 Scias tamen caſum eſſe mirabilem, & ſingularem, in quo primum teſtamentū reuocatur per ſecundum imperfectum, ſ. quando in primo ſunt inſtituti extranei,& in ſecundo veniētes ab inteſtato, qui nō ſunt de liberis coram 5. teſtibus, & ita trib. illis concurrentibus. text. eſt clarus & apertus l.hac cõſultiſſima, §.ſi quis, C.de teſt.& hæc concluſio firmiſſima ac receptiſſima eſt, vt teſtatur Bertr. conſi.25.vol.3.par.2.Alex.conſi.146.ante nu.12.ver.poſtremo,vol.2.Guliel.Benedic.c.Raynu.verb.teſtamentum 1.ſub nu.216.ver.mouentur, Fran. Mar.dec. 319.nu.10.par.1. receptiſſimam nuncupat Lud. Zunt.d.reſp.pro vxore,n.619. nu.703.& nu.728.Si tamen aliquis ex liberis eſſet prætеritus diſpoſitio d. §. ſi quis,non haberet locum. ita tenet Bart. ibi,& cum eo tranſeunt Doc.vt teſtatur Rimin.nume.5.verſic.extra glo.Clar.q. 97.verſicul.ſcias tamen.
5 Sed quæro, nunquid hæc concluſio quod primum teſtamētum tollatur per ſecundum habeat locum in teſtamento inter liberos, ita vt tollatur per aliud ſimpliciter confectum? Reſp.ꝙ non,niſi duobus concurrentibus, q.ſ.ſecundum teſtamentum ſit ſolenne coram 7. teſtibus, & ꝙ cõtineat clauſulam ſpecialem derogatoriam, ita vt teſtator declaret ſe nolle illud prius teſtamentum valere, & generalis clauſula non obſtante quocunque teſtamento non ſuffi cit,tex.d.auth. hoc inter liberos, & hæc eſt communis Doc.opinio, vt refert Chr.iun.cōſi.169. 8
nume.8. & ſeq. Socin.iun.conſilio 183. num.35.lib.2.Crauet.conſi.143.num.7. Achil. Perſon.tract.de pet.hæred.num. 576.Clar.q.98.
6 Intellige tñ, vt procedat quoad tollēdum primum teſtamentum inter liberos conditum,per ſecūdum inter extraneos confectum, eo enim caſu loquitur d.auth.hoc inter liberos,ſecundum receptiſſimam omnium Doc.ſententiam, vt teſtatur Lud.Zunt.d.reſp.nume.625.& n.726.vbi dicit omnes ita tradere Doct. nemine excepto.
7 Sed quid ſi primum & ſecundum teſtamentum inter liberos conditum ſit? Reſp.Diſtinguendum eſt, aut primum teſtamentum omnibus filiis magis fauorabile eſt,quia in eo æqualitas inter liberos ſeruata eſt,in ſecundo vero eſt inæqualitas, & non reperit in ſecundo clauſula ſpecialis derogatoria, & nulla cauſa mutandi primum teſtamentum ſuperuenit,& tunc primum teſtamentum erit ſecūdo præferendum.ita tenet Bal. d.auth. hoc inter num.4.& hanc dicit eſſe communem opi. Doc.Corn.conſ.31. num.19.vol.2.& ꝙ iſta opinio eſt magis æqua & cõior aſſerit Rimin.conſil.331. nu.11.in fi.& ſeq.li.1.Achil.Perſ.d.trac. de peti.hæred.nu.578. vbi in fi.addit.ꝙ hæc opinio eſt multum æqua & naturalis ad hoc vt æqualitas inter liberos ſeruetur,& num.615.dicit eam crebriorem eſſe, à qua in iudicando,& conſulendo non ſit recedendum.

Aut vere ſecundum teſtamētum omnib.filijs eſt magis fauorabile,& tūc primum cēſet reuocatum abſq; ſpāli clauſula

ſula derogatoria. ita tradit gloſ.d.auth. hoc inter, eſtque communis opi. vt teſtatur Socin.iun.conſi.144.nu.57.verſic.& maxime, lib.2.Pari.conſi.35.nu.23.vol.2.Iaſ.d.auth.hoc inter,ſub num.1.Natt.q.1.ſub,num.3. Pariſ.conſi.34.num.46.lib.3.Soc.iun.conſi.127.nu.10.vol.1.Guliel. Bened.c. Rayn. verb.teſtamentum, nu.10.Did. Couar. rub.de teſta.par.2.ſub nu.19.ver.6.deducitur. Anton.Trigona ſing.106. Ann. Crauet.conſil.143.ſub num.7.Moder.Pariſ.ad Alex.conſil.163.nume.8. lib.7.Lud.Zunt.reſp.numero 748.

8 Et hoc quidem procedit, quando primum teſtamentum inter liberos eſt validum tantum de iure ſpeciali, puta coram duobus teſtibus factum,ſecundum vero perfectum de iure communi coram ſeptem teſtibus confectum. Sed quid econtra ſi teſtamentum primum eſt pfectum de iure communi, ſecundum tantum de iure ſpeciali, quia filii tantum inſtituti ſunt coram duobus teſtibus, nunquid per ſecundum fauorabile reuocabitur primum? Reſp. Magna eſt controuerſia apud interpretes,ſed obtinuit tale teſtamentum minus ſolenne reuocare primum teſtamentum ſolenne, factum inter liberos coram 7. teſtibus. ita tenet Grat.conſi.90.lib.2.cum pluribus alleg. per Gabr Roma.lib.4.tit.de teſtam.concluſ.7.& hanc eſſe veram & communem ſententiam teſtatur Pariſ.conſ.34.n.46.& conſ.35.nu.11.23.& 31 & conſi 144.num.57.uerſi.& maxime,uol.2.Crauet.conſ.152.nu.11.Achil.Perſon.d. trac.de petit.hæred.num.579.Fernan.Vaſqu.de ſucc.crea.§.22.num.17.& hanc eſſe ueriſſimam atque receptiſſimam iuris cõcluſionem aſſerit eruditiſſimus Lud.Zant. d.reſpon.pro uxore,nu.509.& plurib. ſeq.ubi num.625.& ſeq.adductis auctoritatibus hoc ipſum comprobat, & oſtẽdit omnes pro cõtraria ſententia a Gab. & Port.allegatos uel reprobatos fuiſſe, vel nõ probare,vel inconſtantes eſſe,itaque ab hac opinione iudicando & conſulendo non eſt recedendum,& nu.693.dicit hanc ſententiam tanquam ueriſſimã, æquiſſimam,& receptiſſimam,abſq; ulla prorſus hæſitatione eſſe amplectendum atque ferendam.

9 Quid autem ſi in primo teſtamento inter liberos expreſſim adiecta ſit ſpiritualis clauſula derogatoria? Reſp.quòd non tollitur per primum, etiamſi adiecta ſit generalis clauſula non obſtante quocunque teſtamẽto inter liberos, ſed neceſſe eſt,vt ſpiritualiter primæ derogationis fiat mentio.ita tenet Pau. de Caſt. & alii d.auth.hoc inter, hanc dicit communem opin.Ruber.conſi.24.Couar.d. 2.par.nu 19.ver.hinc ſcribit, Mantic.li. 6.tit.vlt.num.12.

10 Quæro præterea,nunquid d.auth.inter liberos, habeat locum in teſtamento inter liberos nuncupatiuo, an ſaltem in ſcriptis manu patris cõfecto? Reſp. Ang. d.auth. hoc inter, voluit diſpoſitionem eius locum habere ſaltem cum teſtamentum primum inter liberos conditum ex teſtatoris manu ſit ſcriptum. Sed contrarium. q imò ſiue in ſcriptis,ſiue nuncupatiuè ſit conditum inter liberos,primũ ſemper intelligitur habere clauſulam derogatoriam ad ſequentia,ideoq; ſpecialis derogatoria clauſula requiritur in ſecundo,& alias ſine iſta clauſula primum reuocatum non cẽſetur. ita tenent communiter omnes, vt ipſe Ang.ibi fatetur & Alex.nu.2.ibi in fi.dicit,quod pp auctoritatem Doct.contrarium tenentium huic opinioni contra Ang. oportet acquieſcere,& omnes Doc. contra Ang.tenere aſſerit ibi Iaſ.nu.2.& quod Ang.ſic communiter reprobat, dicit Ruminald. conſi.110.nu.16.in fi.lib.1.idem firmat Achil. Perſonal.d.trac.nu.585.ver.quæ opinio, & ſubdit aliea in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum.

11 Prædictá tamẽ intellige,niſi ex coniecturis,& veriſimilitudinib. appareat,teſtatorem pœnituiſſe prioris voluntatis, puta ex ſuperuenientibus inimicitiis inter ipſum teſtatorem, & ſcriptos hæredes, vel ex morte alicuius ex inſtitutis, vel ex alia cauſa, nam tunc teſtamentum ſecundum inter liberos cenſetur habere clauſulam derogatoriam non tantũ ad ſequẽtia,ſed etiam ad præcedentia inter liberos cõdita; imò ipſis liberis fauorabiliora,& adhuc clauſulam derogatoriam ad præcedentia expreſſe habentia, idque non facta prioris clauſulæ derogatoriæ ſpeciali mentione.ita tenet gl. § & ſiqui-

ſi quidẽ, auth. de teſt. imperf. & hæc oĩa frequentiſſimis calculis recepta teſtatur Soc. iu. cõſ. 124. n 31. 32. 33. & n. 51. uer. ſed ulterius uſq; ad n. 57. uol. 1. Coua. d. rub par. 2. ſub n. 19. uerſ. 6. & indubitatũ dicit Fern. Vaſ. de ſucc. progreſ. §. 30. ſub nu. 45. Lud. Zun. d. reſp. nu. 848. & ſeq.

Quæſtio LXXXVII.

SVMMARIA.

Primũ teſtamentum iuramento firmatum an per ſecundum tollatur, nu. 1.

An teſtator mutans teſtamentum fiat periurus, nu. 2.

An iuramentum habeat uim ſaltem derogatoria clauſula, nu. 3. & ſeq.

1 DIxi teſtm̃ primum tolli ꝑ ſecundũ, quæro quid ſi iurauit ſe non uelle mutare teſtm̃, nũquid cenſeatur reuocare? Reſp. Variè locuti ſunt interpretes, ſed receptior eſt ſnĩa, quod ſecundum teſtm̃ valeat & præferatur primo, nõ obſtãte iuraméto. ita tenet Bar. d. l. ſi quis, ff. de leg. 3. & ibi hanc eſſe communẽ opi. dicit Soc. iu. Ale. l. ſtipulatio hoc modo ff. de verb. obl. l. 1 5 nu. 3. C. de pact. & q́d ita tenent oẽs Legiſtæ dicit Cyn. l. 1. col. fi. C. de S. S. eccl. Cõem dicit Soc. iu. con ſi. 44. nu. 25. vol. 2. Corn. conſi. 294. uol. 4. & quod omnes reprehendunt Speculatorem contrariam tenenté dicit Natt. d. auth. hoc inter liberos, n. 82. Ema. Soarez. ſen. theſau. ver. teſtm̃, n. 67. Iul. Clar. §. teſtm̃, q. 94. Ant. Gab. Rom. com. cõcl. lib. 2. tit. de iureiur. n. 8. Nemo enim ſibi poteſt auferre liberam teſtandi facultaté.

2 Sed numquid teſtator mutans teſtm̃ periurus erit? Reſp. Bar. d. l. ſi quis, tenet non fieri periurũ, quia iuramétum eſt interpoſitum ſuper eo, quod eſt cõtra bonos mores, & temerariũ, ex quo iurauit melius non facere, & ita cõiter tenere Legiſtas dicit Cyn. d. l. 1. Ang. Aret. tract. de teſtaméris, uer. & iurauerit nõ reuocare.

Contrariam vero frequẽtius receptũ eſt, quod ſit periurus, ut teſtatur Ale. d. l. ſtipulatio, & l. pactum, C. de pact. Phili. prob. c. ſi. de procurat. in 6. Mane. l. quam diu, de reg. iur. Did. Cou. d. rub. 2. par. n. 15. verſic. tertia igitur opinio, Clar. d. q. Anton. Gabriel. dict. concluſ. 1. nume. 8.

3 Quæro item, an iuramentum appoſitum in teſtamento habeat vim ſaltẽ clauſulæ derogatoriæ ad ſequentia? Reſp. q́d ſic. ita tenet Bart. d. l. ſi quis, & hæc concluſio per Doc. cõiter recipiẽ, ut teſtatur Ale. & Iaſ. l. ſancimus, C. de teſt. quos refert Soc. iu. d. l. ſi qs, n. 72. Em. Soarez d. verb. teſtm̃, nu. 67 Iul. Clar. plures referens de cõi teſtantes d. q. 94. Sed dubiũ eſt, an requiratur quod in ſecundo teſtõ fiat ſpecialiter iuraméti inuocatio, q' voluiſſe videtur Bar. d. l. ſi qs, ut eũ quidem allegant, & cõiter receptũ oſtendit Clar. d. q. hãc opinionem fortè ueriorem dicit Soc. iu. d. l. ſi q̃s n. 75. ver. & forte, & ualde notãdũ, q̃a frequenter cõtingere põt.

Contrarium uero, quod ſufficiat dicere non obſtante teſtõ clauſulã derogatoriam habente uel ceſſans omne aliud &c. & quod habeat clauſulam derogatoriam abſq; mentione iuramenti alii ſentiunt, ſed primam tene.

4 Sed numquid iuramentũ ſicut habet uim derogatoriæ clauſulæ ad ſequentia, ita quoq; ſi in ſecundo apponatur, habebit illam efficaciã reſpectu primi, ut ſecũdi ex tollat clauſulã derogatoriã in primo poſitam? Reſp. quod ſic. ita tenet Bal. d. l. ſancimus, & hanc dicit eſſe com. opi. Soc. d. l. ſi mihi & tibi, §. in legatis, uer. ſexto infertur, ff. de le. 1. quem refertur Soc. iu. d. l. ſi quis, nu. 77.

Quæſtio LXXXVIII.

SVMMARIVM.

An teſtamẽtum poſſit reuocari, ſi teſtator dixerit, hanc eſſe uolo meam uoluntatem quam me non reuocaturum promitto.

QVæro, numquid teſtm̃ poſſit reuocari, ſi teſtator dixerit, hãc eſſe uolo meam uoluntatem, quam me non reuocaturum promitto, & ſic contigerit illã me reuocare, uel aliud contrarium facere teſtm̃, ex nunc dono tibi hæredi inſtituto oĩa bona mea? Reſp. q́d ſic, q̃a talis clauſula non ualet quaſi auferens liberam teſtandi facultatem. ita tenet Bar. d. l. ſi quis, eſtq; cõis opi. ſi eundẽ Corn. conſi. 60 lib. 2. Cur. iun. l. fin. num. 57. C.

de pact. Paul.de Caſt.cõſi.82. in fi.lib.2. Cagn.d.l.ſi.n.220.Iac.de S.Georg.n.37. Curt.iun.cõſi.25.Crauet.conſ.139.Iul. Clar.q.95. & hanc frequentius receptã dicit Fern. Vaſq.de ſucc.prog.§.1.n.103. & quod hæc cõcluſio ſit verã, & cõis qc quid dixerit Dyn.aſſerit Socin.iun.d.l.ſi quis,n.65. Ema.Soarez.theſ.recep.ſent. verb.teſtamentum,nu.69.

Quæſtio LXXXIX.

SVMMARIA.

An primum teſtamentum habens clauſulam derogatoriam reuocetur per ſecundum,n. 1.declaratur nu.2.& ſeq.

Quibus uerbis, & qualiter derogatio fieri debeat nu.4.

An requiratur ſpecialis reuocatio, quando unum teſtamentum tantum proceſſit.nu.5.

Primum teſtamentũ reuocatur per ſecundũ abſque mentione clauſulæ derogatoriæ ſi ex uerbis,uel coniecturis de uoluntate cõſtet.nu.6.& quatuor ſeq.

1 IVxta ſupradictã concluſionẽ,quæ habet prius teſtm̃ p poſterius reuocari, ẽtſi prioris non fiat mentio, quæro, ſi in primo teſtõ appoſita ſit clauſula derogatoria,numquid per ſecundum,non facta mentione primi reuocetur primum? Reſpon.q nõ, ſed requiritur expreſſa reuocatio primi teſtamenti,vel clauſulę derogatoriæ.ita tenet gl.ſi mihi & tibi,§.in legatis,ff. de leg.1. quam communiter approbatam dicit Iaſ.l. noiatim, n.10.ff.de lib.& poſthu.& quod in hoc oẽs conſentiunt dicit Soc.iun.d.l.ſi quis,n.21.communem dicit Natt.d.§. hoc inter liberos nu.26.Fern. Vaſq.de ſucceſ.crea. Quod

2 procedit in clauſula derogatoria volũtatis,vt ſi dixerit teſtator,ſi aliud teſtamentũ fęcero, nolo illud valere,vel nolo valere niſi aliqua ſolennitas interuenerit, vt quod ſcribat oratio Dominica, vel ſimile.Secus vero ſi adiecta ſit clauſula derogatoria ſolennitatis,vt ſi dixerit,nolo quòd in teſtamẽto, quod fecero interueniant 10.teſtes,vel quid ſimile,nãque valebit ſecundum teſtamentum ſimpliciter factum,dummodo cum debita iuris ſolẽnitate fiat. ita tenet Bar.d.l.ſi quis, num. 23.& tranſeunt communiter Doct. vt teſtatur Soc.iun.ibi nu.23.

3 Idẽ eſt, ſi clauſula derogatoria ſit ptãtis, vt ſi dixerit teſtator, nolo in futurũ poſſe teſtari, vel qd ſimile, nãq; tũc ſimpliciter teſtm̃ poſtea factũ valebit,& primũ tollit licet de eo facta non ſit mẽtio. ita tenet Bar.d.l.ſi quis,& ibi Soc.iun.n. 33.dicit hãc eẽ cõem opin.hanc quoque cõem dicit Iaſ.d.§.in legatis,1.lec.& Soc. ſen.col.2.Cõem dicit Cor.cõſ.86.uol.3. Couar.d.par.2.nu.19.uerſ.2.concl.

4 Sed magna eſt dubitatio per quæ verba dẽat fieri reuocatio teſti habentis clauſulam derogatoriã uoluntatis ad ſequentiæ Reſp.ſciendum eſt, q reuocatio fieri dr̃ tribus modis,generaliter, ſpecialiter, & ſingulariter.Generaliter dr̃ fieri,quãdo ĩ primo dixerit velle,id ualere,& eſſe derogatoriũ cæteris ſequẽtibus,uel nolle aliud ualere niſi certa ſolẽnitate interueniente,ſi deinde in ſecũdo dixerit, uel le illud ualere non obſtante quocunque teſtamento, vel caſſans & irritans omne aliud teſtamentum.

In ſpecie reuocatur, ſi dixerit teſtator non obſtante quacunque clauſula derogatoria.In indiuiduo, quando dixit non obſtante quacunque clauſula derogatoria ſub tali forma deſcripta.

His præmiſſis, dico nõ nullo eſſe qui exiſtimẽt,qñ prius teſtm̃ habet clauſulã derogatoriam,ſufficere ad hoc ut reuocetur, clauſulã nõ obſtãte alio teſtamento per me cora F.Notario cõfecto,uel caſſans, & irritans omne aliud teſtamentũ. Sed illorum ſentẽtia communiter reprobata eſt, & frequentius receptum, quod fiat ſpecialis clauſulæ derogatoriæ reuocatio,non tamẽ indiuidua. ita tenet Bar. d.l.ſi quis, quem cæteri communiter ſequuntur,ut teſtatur Socin.iun.ibi num. 24.& hanc eſſe communem opinionem dicit Soc.conſi.163. nu.7. uerſ. ſecundo præmitto,lib.2. Parıſ.conſil.24. num.9. uolũ.2.Caſtellin.l.ſi mihi. & tibi,§.in legatis,ff.de leg.quem refert Burſat conſi. 47.nume.1.uolum.1.magis communem dicit Gribal. com. opin. uerb. teſtamẽtũ Tobias Non.cõſi.22. plures allegans,n. 5.& ſeq. & quod contrarium tenẽtium ſententia communiter ſit reprobata dicit Natt.d.Auth.hoc inter liberos,num. 31.Clar.q.99.licet ipſe aliter diſtinguat, Did. Cou. pulchre declarans cũ multis de communi teſtantibus d.rubr. par.2. nu.

nu.19.ver.3.cōclusio. Quid autem ſit in teſtamento inter liberos dixi ſup. q.86.

5 Et hoc quidem procedit quando plura teſtamenta extarent, ſin vero vnum tantum teſtamentum pcedat controuerſia eſt, namque Bar.d.l.ſi quis in prin.n.9.voluit quod eo in caſu ſufficiat clauſula generalis derogatoria, caſſans, & irritans, quem plerique alii ſequuntur.

Sed communiter Doc. contrarium tenent, qđ imo requiratur derogatio prioris teſtamenti; licet vnicum tantum teſtamentum pcedat, vt teſtatur Iaſ.l.Sancimus, ſub nu.14.ver.iſta limitatio eſt falſa, hāc quoq; dicit communem eſſe Docto.opi.Riminal.conſi.12.nu.29.& ſeq. lib.1.& quod hęc ſi magis communis opin. quæ in practica ſeruatur dicit Alex. conſil.25.nu.4.vol.3.Cur.iun.conſi.26. col. 2. hanc quoque magis communem proba.& Bar.opi.communiter reprehendi aſſerit Tobias Nonius d. conſi.22.nu. 2.& ſubdit eam in practica ſeruari, & p quemlibet iudicem ita pronunciandum eſſe, And. Tiraquel.de leg.connub.gl.7. num.131. Rui.conſi.10.in fi.lib.2.hanc etiam magis communē profitetur Achi. Perſonal.tract.de pet.hæred.nu.586.dicens ab ea in iudicando & conſulendo non eſſe recedendum.

6 Quero item, quid ſi in ſecundo teſtamento non fiat reuocatio expreſſa clauſulæ derogatoriæ, an poſſit fieri ſi de mēte per verba, vel actus appareat? Reſp.q ſic, ex quibuſcunq; enim coniecturis iudici conſtare poſſit, teſtatorem voluiſſe ſecundum teſtamentum præualere, tollitur primum licet ſecundum qdem ſit ſimpliciter factum. hanc concluſionem dicit eſſe manifeſte de mente omnium Doctorum Soc.l.ſi mihi, §.fin.num.15. de lega.primo. Ludo.Zunt.d.Reſpond. pro vxore, nume.941.Clar.d.quæſt.90. verſicu.cæterum, & hoc non tantum de mente omnium Doctorum, ſed eſſe ēt dictum indubitatum dicit Socin.iun.conſil.143.nume.ſecundo lib.ſecundo hanc dicit eſſe communem opinionem Pariſi. conſil.24.num.32.volum.2.Socin.conſi.2.nume.12.verſic.præterea, volum.3. & plures de communi teſtantes refert Burſat.d.conſi.47.nu.20. Anchor.ſantiſta.q.7.nar.2.nu.7. Quod autem iudicis arbitrio relinquit, quibus ex cauſis mutata cenſeatur volūtas teſtatoris, & clauſula derogatoria intelligatur dicit omnium Doctor. communem eſſe opinionem Pariſ.conſi.34.nu.57.lib.2.& Lud. Zun.d.Reſp.nu.857.& nu.906.

7 Ex prædictis videtur inferri, ſi in ſecundo teſtamēto dixerit teſtator, ſe velle ſecundum teſtamentum omnino valere ſecūdum pualere primo abſq; alia expreſſa derogatione, & hoc volunt Bal. conſil.280.vol.4.& pleriq; alii ſequuntur. Sed eorum opinio communiter damnata, & eſt contra cōmunes traditiones, vt tradit Nat.d. Auth.hoc inter liberos, nu.39.Tobias Nonius d.conſ.22.nu.15. Quia nullum eſt ſignum mutatæ a teſtatore voluntatis, quia etiamſi hoc non fuiſſe dictum, quod vellet omnino valere, illud ineſſet, tamen de iure, attento quod ſecundum præualet.

8 Secunda coniectura ſumi poteſt, ſi teſtator in ſecūdo iurauit, illud eſſe ſuum vltimum teſtamentum, & illud velle valere qa per hoc videtur derogatum priori, etiamſi non fiat reuocatio primi ēt generalis. ita tenet Baldus d.l.ſancimus, C. de teſtamen. hanc dicit eſſe communem Doctorum opinionem Iaſ. d. §. in legatis, lectu. 2.licet ipſe contra ſentiat. Socin.ibi licet dubitet, dicit a communi non eſſe recedendum. Didac.Couar.dic. Rub. par.2. ſub num.19.verſic.prima, & quod Bal.moderni ſequuntur dicit Ant. Gab.lib.2.de iureiur.nu.2.

9 Tertia coniectura ſumitur, ſi ſecundū teſtamentum inter liberos factum ſit, nā que tunc ex præſumpta teſtatoris mēte primum teſtamentum ſpecialem habens clauſulam derogatoriam, tollitur per ſecundum, etiam non facta mentione clauſulę derogatorię, vt dixi ſupra q.86.verſi.prædicta, & communem dicit Mādoſ. ad Roma.conſil.179.nu.20.verb.requiritur, quem refert Burſa.d.conſi.47.nu. 12.vol.1.

10 Quarta coniectura ſumi poteſt, ſi in ſecundo teſtamento dicatur, quod teſtator illud facit omni meliori modo, & q vult contenta in eo ſortiri effectum omnino, & quod executioni mandetur, qđ ex eo ſatis conſtet de enixa teſtatoris volūtate, licet ſpecialiter de clauſula derogatoria

gatoria primi non fiat mentio. ita tenet Bald. conſ. 489. vol. 3. & hanc cōem eſſe Doct. ſentētiam atteſtatur Socin. iun. d. l. ſi quis, nu. 25. ff. de leg. 3. Franciſ. Burſat. d. conſil. 47. nume. 21. cum pluribus per eum allegatis, & num. 24. verſi. præterea, dicit contrarium quod aſſerit Neuiz. conſi. 63. falſum eſſe, non tamen caret dubio, licet in practica non facile ab ea recedendum ſit.

Quinta coniectura ſumitur ex clauſula codicillari in ſecundo teſtamento adiecta, vt plerique voluerunt. Sed illorum ſententia communiter reprobata eſt & receptum, quod imo ſi in ſecundo teſtamento, non fiat mentio in ſpecie derogatoriæ clauſulæ, primum non cenſetur reuocatum. hanc dicit communem Docto. opinionem Socin. l. ſi mihi, §. in legatis, nu. 6. ff. de lega. 1. quem refert late hunc articulum explicando Achil. Perſo. tracta. de pet. hered. nu. 587. & 591. cū multis ſeq. hanc quoq; crebriorem dicit opinionem Socin. iun. conſi. 29. nu. 9. vol. 3. Quod intellige, ſi teſtator fuit homo illiteratus, itemque notarius, & de reuocatione primi teſtamenti nihil fuiſſet dictum. ita loquuntur, & vnanimiter omnes cōueniūt, vt teſtatur Achil. Perſon. d. tracta. num. 612.

Sexta cōiectura ſumitur, quādo poſt primum teſtamentum elapſum eſt decēnium, namque tunc validum eſt ſecundū, etiamſi in eo non fuerit ſpecialis mētio clauſulę derogatoriæ. ita dicit eſſe cōmunem Doctor. opinionem Pariſ. conſ. 10. num. 17. vol. 3. Ruin. conſi. 11. nu. 10. lib. 2. Clar. §. teſtamentum, q. 99. verſic. ſcias etiam Achil. Perſonal. d. tract. de petit. hæred. num. 629. verſic. 2.

Quæſtio. XC.

SVMMARIA.

Teſtamenta plura fieri poſſunt in vna charta, nu. 1.

An alter poſſit reuocare, num. 2.

TV ſcis quod plures in vna atque eadem charta teſtamentum condere
1 non prohibetur. quam ſententiam communem dicit Bellon. conſi. 85. num. 9. & indubitatum æque inter coniuges hodie in frequentiſſimo vſu eſſe dicit Suar. l. quoniam in prioribus, limit. 5. ad. L. reg. nu. 11. Pech. de teſtam. coniug. libr. 1. cap. 17. nouiſſime Andr. Geil. pract. obſer. li. 2. obſ. 117. nume. 1. Sed dubium eſt, vtrū
2 alter hoc caſu diſpoſitioné reuocare poſſit poſt mortem alterius, & quicquid dixerint aliqui, verior & receptior eſt ſententia, poſſe. ita tenet Oldra. conſil. 174. & indubitatum dicit Saurez. d. loco. Pech. d. lib. 1. c. 18. & ita in Camera Imperiali iudicatū refert And. Geil. d. obſer. num. 3. & ita hic pronunciatum memini in collegio Iuriſconſultorum.

Quæſtio XCI.

SVMMARIVM.

Si producatur duo teſtamenta eodem die facta, vtrum prævaleat.

QVæro; Si reperiantur duo teſtamēta eodem die confecta, vtrum ſit pręferendum? Reſpon. quod ſi conſtet de poſteriore, illud pręfertur, ſin incertum ſit neutrum valet. ita ex communi refert Alfonſ. Aluarez. Spec. Rom. Pont. c. 20. nu. 9. Burſat. conſ. 39. nu. 1. li. 1. vbi plures de cōi teſtātes allegat Clar. §. teſtam. q. vlt. & hæc pro dote huius §. ſufficiant.

§. Succeſſio ab inteſtato.

DICTVM eſt §. præcedenti de ſucceſsione ex teſtamento, quæ tanquā nobilior præfertur cauſæ inteſtati, vt ibi dixi in prin. Nunc igitur de ſucceſsione ab inteſtato agemus: Cuius materia vtilis, quotidiana, & omnium frequentiſsima eſt.

Quæſtio I.

SVMMARIA.

Quis dicatur inteſtatus decedere, nu. 1. 3. & ſeq. quis inteſtabilis dicatur, ibid.

Quis dicatur inteſtatus ſtante ſtatuto, nu. 2

1 IMprimis quęro, quis dicatur inteſtatus decedere? Reſpód. communis eſt Doct.

Doc.concluſio, quod inteſtatus proprie dicitur, qui cum poſſet teſtari non fecit teſtamentum, aut non iure fecit, aut qđ fecit ruptum irritum ve factum eſt, vel ex cuius teſtamento hæreditas adita non eſt. tex. l. 1. C. de ſuis & legit. hered. l. inteſtatus, ff. de verb. ſig. quia ex ſola aditionis cauſa teſtatus vel inteſtatus cẽſetur. Inteſtabilis vero qui non hẽt teſtamenti factionem, vt prodigus, furioſus. hanc eſſe communem opin. teſtatur Cagnol. l. emancipatos, nu. 61. C. de collat.

2 Hinc dubitatio oritur, an tales qui teſtamenti factionem non habent, inteſtati dici poſſint, ac comprehẽdi in ſtatuto loquente de inteſtato decedẽte, vt quod filio inteſtato, mater non ſuccedat, qua de re varie multumque diſputatum eſt. Sunt enim q exiſtimarũt, inteſtatos hoc caſu non dici, itaque ſtatutum locum nõ habere huius opinionis author eſt Cy. & hanc magis communem dicit Alexã. l. generaliter, nu. 3. C. de inſt. & ſubſt. communem dicit Bal. conſi. 475. par. 3. Alex. conſi. 158. nu. 3. vol. 6. conſi. 153. n. 4. vol. 7. Soc. iun. conſi. 23. vol. 2. Pariſ. conſ. 73. n. 32. vol. 1. magis communem & veriorẽ dicit Io. Crot. l. omnes populi, ver. quæritur ẽt, ff. de iuſti. & iur. magis communem Bru. de ſtat. quod ſtantibus maſculis, art. 8. q. 12. Veram & communem dicit Bologn. addit. ad Mattheſ. tract. ſucceſ. 1. Art. memb. 3. nu. 5. communem eſſe opinionem aſſerit Gozadin. conſi. 35. num. 8. & 9. Cagn. d. l. emancipatos, nu. 61. cum tales pro inteſtatis ſaltẽ accipiãtur, vt dicit Iuriſcon. d. l. 1. Ergo nõ ſunt proprie, ac ſecundum largam ſignificationem, & ita non poſſunt intelligi ſub ſtatuto comprehendi.

Contrarium vero, quod ſtatutum locum habeat etiam in his perſonis, tenet Bart. d. l. 1. de ſuis & legit. hæred. & hanc dicit eſſe communem Doct. opinionem Guliel. Bened. c. Rainu. verb. & vxorem nomine Adelaſiam. Corn. conſil. 75. nu. 17. & ſeq. vol. 1. Communem dicit Deciſ. d. l. generaliter, magis communem atteſtatur Imol. cap. cæterum, col. penult. ext. de reſcrip. Dec. conſi. 563. nu. ſecundo communem dicit Boer. in conſuetu. Bituri. rub. des coſtumes concernens, §. quarto. & veriorem licet cõtraria ſit magis communis aſſerit Bru. trac. quod ſtãtibus maſculis artic. octauo. quæſt. 12. & communem dicit Oliuer. Textor. tracta. ſucceſ. ab inteſtat. in princip. num. 8. Barba. conſi. 67. vol. 3. colum. 3. Ruin. conſil. 50. num. 6. vol. 3. Pariſ. conſi. 22. num. 15. & ſeq. & conſil. 23. num. 32. volum. 2. Soc. conſil. 81. in fi. verſicu. ſolum reſtat vnus ſcrupulus, volum. 4. Soc. iun. conſ. 3. num. 25. vol. 1. & hæc ſententia videtur verior, a qua ſi caſus cõtingeret iudicando, & conſulendo non recederem, quia ſtatutum hoc fauorem, & conſeruationem familiæ, & agnationis introductum eſt, & in ſtatutis & iuribus municipalibus mens & propoſitum inſpici & conſiderari debet.

3 Sed retenta priori quæ magis communis eſt, hæc quidem procedit, quãdo ſtatutum loquitur per verbum inteſtatus, ſed quid ſi loquatur ab inteſtato? Reſp. Controuerſum eſt, quibuſdam exiſtimãtibus comprehẽdi quoque pupillum in ſtatuto loquẽte decedente ab inteſtato, quia licet inteſtabiles inteſtati proprie non dicantur, ab inteſta. tamen proprie dici poſſunt, cum vere & proprie loquẽdo duobus modis tantum ſuccedatur, ex teſtamẽto, & ab inteſtato, qui ſecundus modus vere proprieque comprehendit pupillum. & hanc opinionem dicit communem Cagnol. dic. l. emancipatos. Bru. dic. tract. de ſtatuto, &c. Goza. conſi. 35. Aliis vero contra ſentientibus, nimirum indiſtincte non comprehendi præfatos inteſtabiles. ita communiter teneri dicit Dec. conſil. 496. numero quinto. Gozadin. conſi. 35. verſicu. ad ſeptimum, Soc. iun. conſil. 23. numero 18. verſicu. tertio loco dico, volum. prima Anto. Gabriel. commun. concluſ. lib. 6. de ſtatur. concluſ. 1. nu. 4.

4 Idem eſt, ſi verbum ab inteſtato referatur ad morientem ſiue ad ſuccedentem. ita communiter teneri dicit Pariſi. conſi. 22. num. 81. conſi. 23. numero 35. volum. 2.

5 Aduerte tamen, quod omnes qui communem tuentur intelligunt eam, non probato communi vſu loquendi, ſi vero probetur communem vſum in loco ſtatuti extare, quod etiam inteſtati pro inteſtabilibus acciperentur, &

inteſtabiles ab inteſtato decedere dicerentur, ſtatuto quoque comprehēdentur.ita tradit Bal.conſi.12. in fi.vol.3.& ita communiter teneri dicit Viui. commu.opin.lib.2.verb. ſtatutum in partib.

Quæſtio II.

SVMMARIA.

Filij naturales & legitimi primi gradus æqualiter admittuntur, n.1.adeo vt filius præferatur auo, nu.2.

Emancipati filij an ſuccedant, nu.3. differētia emancipationis & patriæ poteſtatis quatenus ſublata.ibidem.

Poſthumi an & quando ſuccedant, nu.4.

Si mulier ſtatim mortuo primo marito accepit ſecundum, & in nono menſe peperit cui ſuccedat, nu.5.

Nepotes præmortuorum filiorum cum auunculo & patruo auo ſuccedunt in ſtirpes, nu.6.tam maſculi quam fœminæ, ibid.

An repræſentatio locum habeat in ſucceſſione legali, nu.7.

Quid in nepotibus ex filia per renunciationem excluſa, nu.8.

An repræſentatio locum habeat in ſucceßione ſtatutaria, nu.9.

An ſtante ſtatuto vel cōſuetudine quod primogenitus ſuccedat filius primogeniti præferatur patruo, nu.10.& ſeq.

An repræſentatio habeat locum in ſucceſſione legali, nu.12.an repræſentatio extendatur in infinitum, nu.13.

Si ſoli nepotes ſuperſint, qualiter ſuccedāt, nu.14.& ſeq. declaratur ſi ſint nati vel concepti in vita aſcendentis, alias ſecus, quod iterū declaratur, nu.16.17.& 18.

1 SVcceſſionis ab inteſtato tres ſunt ordines, primus eſt deſcendentium, ſecundus eſt aſcendentium, tertius eſt collateralium.tex. Auth.de hæred.ab inteſta. Imprimis igitur mortuo aliquo ab
2 inteſtato filii eius ſuccedunt æqualiter, omnibus aliis excluſis d.Authen.de hæred.ab inteſta.vrſic.ſi quis igitur.Quoniam in eos dicitur continuari rerum paternarum dominium poſt mortem parētis, vt dixi ſupra §.Suitas, quæſt.7.& eis ex voto parentum,& iure naturali debēt hæreditas.text.l.cum ratio, ff.de bonor. dam.idque adeo verum eſt, vt filius mortuo patre præferatur auo, ideſt patri ſui patris, licet in pari gradu ſit vterq;, ſ.filius in primo gradu lineæ deſcendentis, auus in 1. gradu lineæ aſcendentis. text. Auth.defuncto, C.ad Tert.& ibi tenent Communiter Doct.

3 Et hæc concluſio procedit non tm̄ in his q ſunt in patris ptāte vt ſunt ſui, de quibus d. §. Suitas, ſed ēt in emācipatis d.auth.de hæred.ab inteſt.ver.licet.n.q̄uis ſecus fuerīt de iure antiquo;hodie.n. ſublata eſt dr̄ia emancipationis,& patriæ ptātis ab inteſtato ita dicit cōiter tenere Doc. Sapia.rub. C.qui admitti num.21. Garz.l. Galus §.& quid ſi tm̄ nu.208.ff. de li.& poſth.Ant.Gomez.variar.reſol. Tom.1.c.1.nu.3. Qđ tn̄ intellige quoad ſuccedendi, non quoad modum, non.n. emancipatus ſuccedit vt ſuus, ſed vt extraneus, vt dixi ſupra §.ſuitas, q.4.ideoque non tranſmittit hæreditatem non aditam ex potētia ſuitatis, vt infra §.fi.q.

4 Item procedit nō tm̄ in filiis natis in vita patris, ſed ēt poſthumis, id eſt natis poſt mortem patris, namq; ſuccedunt ab inteſtato æque, ac ſi nati eſſent in vita patris. tex.l.1.ff.de lib.& poſth.& ibi tenēt cōiter Doc.vt teſtatur Gomez.d.c.1.nu. 7. & talis poſthumus hēt oīa priuilegia quæ hēt ſuus hæres, vt dixi ſupra §.ſuitas.q.4.Intellige tn̄ hoc procedere dummodo poſthumus totus viuus ſit natus & legitimo tēpore, & legitimus partus dici poſſit, vt dixi ſupra §.teſtamentum.

5 Sed quæro, quid ſi mulier ſtatim poſt mortem primi mariti accepit ſecundum virum, deinde peperit in nono mēſe, an ille partus ſit primi, vel ſecūdi mariti, & cui ſuccedere debent? Reſpon.Docto.varie loquuntur, quidam exiſtimant teſtimonio matris ſtandum eſſe, ſed eorum ſententia communiter improbatur, vt teſtatur Galiau.l.Gallus, in princip.num. 41.Bartol.l.Gallus, in princip.num.13. diſtinguit, aut apparent ſigna conceptionis, & illa conſideranda, & ſequēda ſunt. Aut non apparent ſigna, & tūc ſtandum erit conſuetudini mulieris in quanto tēpore conſueuit parere, ſin autem id non conſtat, medicorum vel obſtetricū iudicio relinquetur. his etiam deficientibus quod frequentius accipit accipiendum

eſt.

eſt. hanc diſtinctionem ſequuntur Doct. communiter, vt teſtatur Iaſ. ibi Alcia. & Galiau. quos refert Vaſq. de ſucceſ. crea. §. 20. num. 113. Imol. tamen exiſtimat in dubio ſecundi mariti filium præſumi, quam videri æquiorẽ & veriorem dicit Galiau. ibi num. 41.

6 Quæro item, quid ſi vna cum filio ſuper ſunt nepotes ex alio filio ſuperſtite numquid vna cum patruo auo defuncto ſuccedãt? Reſp. quod ſic, filius. n. intrat locum patris, & bona defuncti in ſtirpes ſpectabunt ad eos. tex. authen ceſſante. C. de legit. hæred. & in hoc conueniunt cõmuniter omnes Doctores vt teſtatur Benintend. deciſ. 88. nu. 1. Ioſeph. Lud. deciſ. peruſ. 11. n. hanc communem & indubitatam aſſerit Bur. conſi. 71. Et ſi plures ſunt nepotes, nõ in capita, ſed in ſtirpes admittuntur, quia multi vnum tantum patrẽ repreſentãt, & dicitur vnius per repreſentationẽ ſucceſſio, licet plures filii ſuccedunt. hanc dicit communẽ opi. Ruin. conſi. 8. in fi. vol. 1. Franc. Burſat. conſi. 67. num. 10. Et hoc procedit indifferenter non habita differentia ſexus, & agnationis, itaque neptis ex fratre ita intrat i locũ patris, ſicut nepos ipſe maſculus. ita tradũt paſſim Doctores, & hãc dicunt eſſe communem & receptiſſimã opinionẽ vt teſtatur Ioſeph. Ludo. d. deciſ. 11. nu. 3. Ratio eſt, quia pater vna eademque perſona eſſe cẽſentur, ut dixi ſupra §. iuſtas, q. 7. Vnde cum nepos perſonam patris ſuſtineat, in eius locũ, & gradũ merito ſuccedit, & not. quod ipſe nepos ex propria perſona non etiam patris ſuccedit, in gradu tamen patris, ſicque in eodem gradu cũ patruo exiſtit, ita a Doctor. crebrius receptum dicit Burſ. conſi. 67. numero 24. vol. 2.

7 Item procedit prædicta cõcluſio in diſpoſitione legali ab inteſtato Sed quid in diſpoſitione hominis, utputa fideicõmiſſo, vbi teſtatoris mẽs conſideranda uenit numquid nepos in locũ patris intrabit. Dixi ſupra §. fidei com. q. 21.

8 Sed quęro, quid ſi filia renunciauit hęreditati paternæ cum iuramento, quæ renũciatio ualet numquid nepotes ex d. filia cum patruis admittũtur, & habeat locum repræſentatio Reſp. Dixi infra.

9 Quæro item, an prædicta repreſentatio, quod nepos cum patruo ad ſucceſſionem aui admittatur, habeat locum in ſucceſſione ſtatutaria. Pone enim, ꝙ ſtatuto vocati ſint proximiores, uel ſtatibus maſculis fœmina excludatur. numquid ſi filius deceſſit uiuo patre, nepos ex alio filio admittatur cum patruo Reſpõ. Quæſtio hæc cõtrouerſa eſt, ſed receptius eſt nepotem patris perſonam repræſentare. ita tenet Bal. l. 3. C. de ſecun. nup. hãc ſententiam dicit indubitatam Moder. Pari. addi ad Alexand. conſi. 26. lit. E, uolu. 3. & communi interpretum aſſenſu. cõprobatam fatetur Valent. Forſter. tract. ſucceſſ. rubr. de ſucceſſ. liber. concluſ. 3. caſu 2. Statutũ enim interpretandum eſt ſecũdum ius commune, itaque recte tanquã aſperius exploſum eſt ius Lubecenſe hactenus obſeruatũ, quod nepotes excludit.

10 Sed iuxta prædicta occurrit dubitabilis quæſtio, an ſtante ſtatuto, uel conſuetudine, quod primogenitus ſuccedat, & cõcurrat filius primogeniti cum patruo, quis præferatur? Reſpond. In hac q̃ſtione mirifice variarunt interpretes, namque quod patruus vocetur, & ſic ſecundo genitus præferatur tenet Cyn. in l. ſi viua matre, Cod. de bon. mater. & ſequitur Bartol. & pleriq; alii. l. poſt fratres, Codic de legat. hæredi, & iſtam opinionem eſſe præſtantiorem de ueritate iuris Oldrà. conſil. 94. in fin. & magis communem opinionem, & melioribus fundatã rationibus fatetur Alexand. conſil. 4. uolum. 4. nu. Communem dicit Io. Anto. Alexand. conſil. 149. magis communem Deciſ. conſil. 443. colum. penul. Lofred. conſil. 14. Zaſ. conſil. octauo. numer. 12. uolum. prima, & pro hac parte iudicaſſe Papam Bonifaciũ in fauorem Regis Roberti, itaque ab ea recedere nefas & temerarium fore dicit Bald. l. in antiquioribus, C. de iure deliber. communem dicit Ioan. Dilect. de art. teſtan. tit. de liber inſt. caut. 18.

Contrariam partem, quod nepos excludat patruum, tenet Oldra. dict. conſi. 124. & refert. ita fuiſſe iudicatum & hãc dicit eſſe communem Barbat. conſil. 10. uolu. 2. Deciſ. Tholoſ. deciſ. 433. ibi Apoſtil. æquiorem & magis cõem dicit Io. de monte Bon. in promptuario iuris uerbo primogenitus, hanc quoque communẽ

dicit Tiraq.glo.conſuet. Butrig. gl. conſuet. Turon. ſed etiam partem de cõſuetudine ſeruari.hanc quoque dicit magis communem Are.conſi.164. & ita iudicatum per Regẽ Angliæ refert Bal.l.liberti, C.de ope.liber.& q̃ auctoritates pro iſta parte prævalent auctoritatibus alterius partis dicit Soc.conſi.152.vol.3.hãc veriorem & communiorẽ atteſtat Fran. Burſ.conſi.67.n.25. & pro iſta parte fuiſſe iudicatum in conſilio regio dicit Gra. deciſ.1.nu.16.

21 Et hæc ſententia communis procedit, quando pater nepotis primogenitus decedit viuo auo, ſecus ſi poſt mortem aui, quoniã patruus tunc præferri debet.hãc partem æquiorem & magis communem dicit Gualden d.caut.8.tit.de lib.inſtitu. Nicol.de Vbal.de ſucc.ab inteſta. nu.55. Ant.Gabri.lib.4.com.concl.tit.de ſucce. ab inteſt.concl.2.nu.6.Burſ. d.conſi.97. nu.25.

22 Præterea quæro,an prædicta repreſẽtatio habeat etiam locum in ſucceſſione bonorum feudalium?Reſpond.quod ſic. tex.cap.1.§.is vero,de grad.ſucceſ. in feudis,eſtq; communis opin.ita eſt glo.ca.1. de nat.ſucceſ.feud. & hanc inquit communem eſſe opi.Pariſ.conſi.16. vol. prima Roland.a Valle conſi. 68.nu. 29.uolum. 1.

23 Quæro item,an iſta repreſentatio extẽdatur ultra nepotes in infinitum in ſucceſſ.aſcendentium?Reſpond. Controuerſum fuit,quibuſdam exiſtimãtib. repræſentationem in ſucceſſione aſcendentiũ non habere locum vltra pronepotes incluſiue,ut ſi Titius relicto filio ex filia p̃mortua reliquit pronepotem. ea enim cum filia ſuccedat.ita tenet Barto. l. 1. §. ſed ſi quis.ff.de ſuis,& legit.hære.Sed cõtrarium,quod etiam ultra nepotes inter deſcendentes detur repreſentatio, tenet gl.§.multis,ver:b.vſque ad quintum gradum,inſtit.de ſucceſ.liber.quam cõmuniter approbatã dicit Chri. Porc. & Iaſ. Pariſ.conſi.30.nu.43.vol.2. Ant. Gabr. de ſucceſ.ab inteſtat.concl.1.nu. 18.ideoque ſi aliquis deceſſerit relicto filio,& ex nepote mortuo pronepotibus, iſti nepotes & pronepotes ſuccedunt proauo vna cum filio, & ſic cum patruo magno. Similiter ſi ex aliquo pronepote eſſet abnepos,uel alius deſcendẽs, non excluditur quo minus ab auo cum filio nepote uel pronepote ſuccedat.

14 Quæro,quid ſi ſoli ſuperſint nepotes num puid iſti quoque ſuccedant in capita vel ſtirpes? Reſp.Diſtinguendum eſt, aut nepotes,vel pronepotes nati ſunt ex vnico filio vel nepote, & ſic procedunt in capita,& hoc planũ eſt.Aut ſunt plures nepotes ex pluribus,& diuerſis filiis præmortuis, tunc maior eſt dubitatio.

Sed communis opinio eſt, quod omnes ſuccedunt auo in ſtirpes, ſed non in capita,ſiue in linea æquali,ſiue inæquali fuerint.ſemper ſeruato iure repræſentationis,ut ſi auus deceſſerit relictis nepotibus ex uno filio tribus, ex altero ſex, vel ex nepote pronepotibus quatuor, oẽs locum patrum ſuorũ aſſumẽtes in cã hæreditatis partem quam patres aſſecuti fuiſſent ſuccedunt.ita tenet gl & Bart. & hanc dicit eſſe communem Doct opi. Bal.tit.de natur.ſucc.feud.c.1.& in iudicando dicit eſſe ſeruandam Guid.Pap.q. 134. communem quoque dicit Oliuer. Textor tract.ſucc.ab inteſt.rub. qualiter naturales & legitimi,nu.22.

15 Sed quid ſi filius mortuo patre cũ nepotibus i poteſtate ſupereſt, & repudiat hæreditatem, numquid nepotes eius cũ nepotibus ex altero filio mortuo in vita patris,admittentur,Dixi §.fi.q.

16 Prædicta de nepotibus procedunt, ſi nepotes ſunt nati, uel cõcepti in uita aui, vel proaui, vel aſcendentis illius de cuius hæreditate agitur ſecus vero ſi ſint nati & concepti poſt mortem aui vel deſcẽdentis,quia tunc in locum patris non ſurrogantur.ita eſt tex.§.cum autẽ. uerſi.plane,inſtit. de hæred.ab inteſtat.& ibi tenẽt communiter Doct. ut teſtatur Anton.Gomez.var.reſol.Tom. 1. c.1.n.8.& ita omnes tenere dicit Salicet. l. fin.ff. ad Orfic.Forſter trac.ſucc.lib. 2. rub. quib. cap.liberi a ſucceſ. parent.articu.Ex quo enim tempore mortis eius, de cuius ſucceſſione non poteſt habere qualitatem ſuitatis agnationis, uel cognationis, ex qua defertur hæreditas, vñ oportet hoc caſu aduocatũ eſſe cautum articulando, quòd iſte nepos, vel deſcẽdẽs ſit natus, vel cõceptus in vita eius de cuius ſucceſſione agit.alias cum ſit facti non p̃ſumit.

17 Intellige hanc concluſionem, vt procedat, quando nepos, vel deſcendés vult ſuccedere ex propria perſona iure repræſentationis, ſicut ſi natus & conceptus viuo auo, ſecus ſi vult ſuccedere ex perſona patris ſui, iure tranſmiſſionis ſuitatis ſanguinis, vel deliberandi. tex. l. ſi quis ſi filium, C. de inoffi. teſt. & tenet ita Bar. l. fin. ad Orfic. & ſequuntur communiter Doc. ut teſtatur Ant. Gom. dict. capit. primo nu. 11. Effectus maximus eſt, quia ſi pater nepotis repudiaſſet hæreditatem patris ſui nepotes ex ſua perſona nó ſuccederét auo. & ita iudicatum eſſe Floréntiæ dicit Anton. de Roſe. tracta. ſucc. ab inteſtat. in princ. nu. 58. Sed ſi pater eorum fuiſſet mortuus hæreditate non agnita, non tamen repudiata, tunc iſti nepotes ſuccedant auo ex iure tranſmiſſionis.

18 Item intellige, ut non procedat in fideicommiſſis, quando filius, uel deſcendens eſt grauatus reſtituere hæreditatem alteri (caſu iſto quo poteſt) ſub expreſſa conditione, vel quæ ſub intelligitur, ut dixi ſupra §. fideicommiſſum, namque tali caſu in fideicommiſſo ſuccedunt tales nepotes, licèt poſt mortem aui nati & cóncepti, ut dixi dict. §. fideicommiſſum, q. 11.

Tertio hæc concluſio intelligenda eſt vt non procedat quoad honores & dignitates aliaque iura, quæ præter ſucceſſionem hæreditatis nobis obueniunt namque tranſeunt ad nepotes etiam nato & conceptos poſt mortem aui. tex. eſt le. Paulus 2. ff. de don. liber. & ibi no. Bart. & ſequuntur Doctores cómuniter vt aſſerit idem Gom. d. ca. 1. nu. 11. & hanc eſſe communem opi. dicit Forſter. d. rub. caſu primo.

Quæſtio III.

SVMMARIA.

Statuto excludun tur fœminæ a ſucceſſione nu. 1.
An ſtatuto excludatur fœmina religionem profitentes nu. 2.
An nepos ex filia excludatur. nu. 3.
Quid ſi unus maſculis ſuperſit, nu. 4.
An ex filio nepos fœminas excludat, nu. 5.
An nepos ex filio neptē ex filio excludat nu. 6.
An maſculis poſtea deficientibus filia admittatur, nu. 7. 8. & ſeq.
An filius clericus excludat filiam. nu. 10.
Quid in filio adoptiuo, nu. 11.
Quid ſi ſit naturalis, nu. 12.
Quid ſi incapax ſit, nu. 13.
Quid ſi non ſuccedat, nu. 14.
Quid ſi porpter factum teſtatoris non ſuccedat nu. 15. numquid a legitima excludat nu. 16.

1 DIxi maſculos & fęminas deſcédétes æqualiter ad hæreditatem aſcédétium admitti, idq; dubitáter de iure communi procedit, ſecus vero exiſtente ſtatuto vel conſuetudine, quam fęminæ maſculis extantibus hæreditate pelluntur, & arcétur, quod ſtatutum ualet, & licitum eſt, & non habet locum ſucceſſio ꝓ conſeruationē familiæ. Hanc cómunē dicit opi. Bru. trac. de ſtat. exclu. fęm. Cur. iun. conſi. 81. nu. 5. Gab. de ſtat. concl. 6. li. 6. ita cómuniter teneri dicit Viu. com. opin. lib. 1. verb. ſtatutum excludés

2 ſeminas, nu. 13. Sed quæro, numquid dicto ſtatuto excludantur fęminæ religionem profitéte? Reſpon. quod ſic ita tenet Ab. c. quod clericis ext. de for. compet. & hanc dicit eſſe communé opi. Bru. d. ſtatuto exclud. fęminas, 6. art. princ. 2. q. Fran. Rip. Reſpon. 6. n. 11. tit. de long. conſue. magis communé profitetur Dec. l. filiæ doté, C. de colla. magis cóem dicit Burſ. conſ. 93. nu. 28. uol. 1. Mandoſ. ad Lupū alleg. 101. nu. 15. vbi dicit Matheſi. not. 110. Cóiter reprobari, magis veram & cōem appellat Soc. iu. cóſ. 25. n. 13. vol. 3.

3 Quid ſi non extat filia fęmina, ſed nepos ex ea; an excludetur a filio maſculo? Reſp. quod ſic, ita tenet Bar. l. 2. §. ſed uidendum, ff. ad Trebel. & iſta eſt uera & indubitata concluſio, vt teſtatur Commu. opin. lib. primo verb. ſtatutum excludés nu. 13. Et hoc quidem de plano procedit qñ ſtatutum ſimpliciter excludit. ita cómuniter teneri dicit Ceph. conſi. 5. num. 18. Sed dubium eſt, qñ filia dotata excludit tur magis tñ obtinuit, nepotes non admitti, ita tenet Cyn. l. 1. nu. 5. C. quæ ſit longa conſuet. & hác dicit in practica ſeruari Cor. l. maximū vitiū, n. 19. 20. C. de lib. ꝑter. & cóem eſſe proculdubio atq; in

practica

practica receptā appellat Bec.conſi.108. nume.3.Ceph.d.conſi.5.num.13. & ſeq. & generalis ac receptiſſima eſt cōcluſio, quod excluſa matre a ſucceſſione, videntur excluſi omnes filii ab ea deſcēdentes vt teſtatur idem Bec.d.conſi.nu.2. Ratio omnium eſt, quia fructus procedētes ab infecta radice, perinde reiici debēt atque radix ipſa.

4 Quæro, quid ſi vnus tantum ſuperſit maſculus, numquid filiæ fœminæ a ſucceſſione excludātur? Reſpond. quod ſic. hanc dicit eſſe communem opi. Viu dict. verb. ſtatutū, nu.12. & dicit Soc.c.ſuper ea de cond.appoſ.quod contrarium conſuluerunt quidam magni Docto.ſed ipſe requiſitus de ſubſcriptiōe,noluit ſubſcribere, quia vidit ſemper ſeruari cōtrariū, vt refert Soc.iun.l.hæredes, §.cum ita,n. 28.ad Treb.dicens hanc opi.veriſſimam.

5 Quid ſi ex filio nepos ſuperſit, an is quoq; filiā a ſucceſſione arcebit. Reſpō. quod ſic.ita tenet Bart.l.liberorum,ff.de verb.ſig. hanc dicit eſſe communem Docto.opin.Cur.iun.conſi.125.nu.2.& cōſi.128.nu.8.Viu.com.opi.li.1.verb.ſtatutum,nu.4.& ſeq. Dec.l.2. C.de in ius vocand. Iaſ.l.de quibus,ff.de legib Ant. Gabri.com.concl.lib.6.tit. de verb.ſig.cōcl. 1.num.19.veriorem,& communem dicit opi Soc.cōſ.252.n.8.& ſeq.vol.2. Andr. Geil.lib.2.obſer.148.nu.8.

6 Quero item,numquid vigore dicti ſtatuti nepos maſculus excludat neptem ex filio.Reſp.quod ſic;hanc dicit communē opin.Brun.tract. quod ſtantibus maſculis.art.12.q.16.

7 Quid item ſi filia ſemel fuit excluſa a ſucceſſione, eo quod tempore mortis patris extabat maſculus, numquid poſtea maſculis deficientibus admittatur filia. Reſp. quod non, ſed ſemel excluſa ſemper manet excluſa. ita tenet Bar.l. fin.§. quando,ff. ad Tertul.q.1. & hanc dicit eſſe communem opin.Soc. iun.conſi.104. uolum.2.Anto.Gabr. de ſtatut.concluſ. 4. numer.1. hanc ab omnibus approbatam dicit Alciat. conſil.107. Mantioſ. ad Rom.conſi.1.nu.3. cum pluribus Burſa. conſi.80.nu.9.vol.1.

8 Intellige tamen prædicta,vt procedēt quando ſtatutum ſimpliciter diceret ſtantibus maſculis fœminam non ſuccedere, ſecus vero ſi ſtatutum diceret. quod filia excludat donec,vel quouſque filius ſuperuiuat.namque,tūc filiis deficiētibus, & mortuis recuperat locum, & admittitur ad patris ſucceſſionem, perinde ac ſi numquam excluſa fuiſſet ita tradit Bart. d.l.fi.§.quādo, Communem dicit opin. Aret.conſi.143. Soc.conſi.92.magis cōmunem in conſi.63.volum.1.Dec.conſi. 607.Io.Dilec.ti.de libe.inſti. cau.5. cau. 7.ti.de acq.her.Bru.de ſtatut.quod ſtāt. maſc.art.10.q.5. verſ.alio ſecundo caſu, communem quoque dicit Pariſ. cōſ.85. nu.32. volum.2. Villal.comm.opin. collect.lit.F.num.139.Alex.conſi.53.num. 4.volum.6.& Bar.communiter approbatum dicit Pariſ. conſi.24. nu.22. volu.2. Zaſ.tract.feu.p.8.n.59.Andr.Geil.lib.2. obſer.148.nu.4.Ideoque ſi pater filia pterita in ſuo teſtamento, filiū inſtituat hæredem,eo deficiente vel mortuo,corruit teſtamentum & filia admittitur ad dicendum nullum,vt ſua,ac ſi numquā fuiſſet excluſa,vt dixi.§.teſtametum,q.36.

Intellige etiā prædicta, ut procedāt, niſi maſculus excludēs ſtatim moriatur, ita tenet gl.c.1.§.quin etiam, tit epiſco. uel Abba. & ibi not.omnes, & hanc eſſe communem opi.teſtaturCur.trac.feu.3. par.prin.reg.1.q.27.uerſ. retenta igitur, Frider Schenc d.§. quin etiam,n.2. Ant. Gabr.d.concl.4.nu.vlt.

9 Quid ſi filius maſculus q ſupereſt clericus ſit.dixi infra q.8.

10 Quid ſi filio adoptiuo. dixi iſra.q.21.

11 Quid ſi filius naturalis ſit.dixi iſ.q.16.

12 Quid ſi filius extet,ſed non ſuccedat? Reſpō: quod tunc filia per ſtatutum nō excluditur.ita tenet Bar.l.2.§.ſed ſi,ff.ad Tert & eſt cōmunis opi. ut teſtatur Soc. conſi.34.nu.16.vol.4. quē refert Bec.d. conſil.107.nu.22.quia opus eſt,vt filius cum effectu ſit hæres. Quod quidem pcedit, ſi talis maſculus non vult ſuccedere,& repudiauit hereditatem,vel alias eſſet incapax. Sed quid ſi filius decedat maſculus mortuo patre non adita, nec repudiata hæreditate: pone enim quod ſtante ſtatuto deceſſit aliquis relicta filia & filio,qui nulla immixtione facta mox deceſſit relicta filia ſeu nepte, quæ omnia bona vendicat ex ſtatuto contra amitā? Reſp. Variatū fuit. quibuſdam exiſtimātibus

tibus tale ius excludendi non tranſmitti in filiam vel hæredem ſuum, itaq; filiam admitti, quam ſniam plerique ſequuntur, aliis tamen contra opinantibus; qđ imo tranſmittat filius in ſuum hæredem ius excludendi filiam, ét non adita hereditate nec repudiata, quod voluit Cy. l. 1. C. de adult. & hanc ſniam indiſtincte veram eſſe dñt Mod. Pariſ. addi ad Alex. conſ. 20. vol. 1. & communem dicit Viu. verb. ſtatutum, magis communem dicit Gab. lib. 6. de ſtatut. conclu. 4. nu. 28.

15 Quid autem ſi filius non poſſit ſuccedere propter factum teſtatoris alium inſtituentis dixi ſupra §. teſtamen. q. 36.

16 Quæro, nunquid ſtante dicto ſtatuto filia excludatur legitima. dixi §. legi. q. 3.

Sed nunquid etiam excludet filiam a ſucceſſione quo ad bona extra territorium ſtatuẽtium ſita? Reſp. ꝙ non. hanc dicit communem opin. Dec. conſil. 275. in cauſa quæ Lucæ, quem refert Gribal. com. opi. verb. ſtatutum filia, Burſ. conſil. 93. nu. 11. volum. 1. Alex. conſi. 128. vol. 1. Ruin. conſil. 48. nu. 1. vol. 3. Rol. a Valle de lucro dotis, q. 20. nu. 14. Cach. deciſ. Pedem. 100. in fi.

Preterea quęro, nunquid ſtatuto ſtãte, quo filia exiſtẽtibus maſculis excluditur a ſucceſſione, intelligatur excludi in totum, an vero a ſucceſſione dotantis tãtum? Reſp. gl. fi. in l. 1. C. de legit. hæred. voluit excludi a ſucceſſione dotãtis tm̃, quam ſentẽtiam ſequitur ibi Bal. & dicit communem eſſe, Dec. conſi. 346. num. 3. Cur. iun. conſi. 65. nu. 1. Viu. com. opi. li. 1. ſtatut. rubr. ibi corroborant ſimiliter Ant. Gab. de ſtatutus, concluſ. 5. num. 1. Ideoque filia dotata, per ſtatutum excluſa. nõ excluditur a ſucceſſione fratris habentis bona patris. hanc dicit communẽ opi. Iaſ. l. poſſeſſio appellata. num. 20. ff. de acqu. poſ. Quia hæreditas non dicitur amplius hæreditas poſtquam adita eſt, ſed patrimonium fratris.

Intellige tamen hanc concluſionem, vt nõ procedat quando ſtatutum procedit exprimẽdo perſonas, vt ſi diceret, ꝙ fœmina dotata a patre, matre, fratre, patruo, excludatur a ſucceſſione patris, matris, fratris, & patrui, namq; tunc nominatis plurib. pſonis, a cuius ſucceſſione excluditur, intelligitur excluſa nõ ſolũ a ſucceſſione dotantis, ſed etiam aliorum omnium. ita tenet 1 al. conſi. 71. vol. 1. & hanc dicit veram, & cõem opi. Cur. iun. conſil. 10. nu. 6. & d. conſi. 65. nu. 2. Ant. Gab. d. concl. 5. nu. 2. & procedit ſine dubio, qn̄ verba ſtatuti ſunt multum clara, vt ſi diceret filiam non ſuccedere a quacunq; pſona eſſet dotata, vel excluderet a ſucceſſione tã dotantis, ꝗ non dantis.

Quęſt. IIII.

SVMMARIA.

Fœmina in feudis non ſuccedit, nu. 1.

An ſemel excluſa perpetuo ſit excluſa, n. 2. declaratur, nu. 3.

Quid ſi ſemel admiſſa ſit, & poſt ea maſculi ſuperueniant, nu. 4.

IVxta prædicta ſcias, fęminas quoque in feudis non ſuccedere. tex. §. & quia 1 tit. qui feu. dare poſ. & eſt communis conclu. vt aſſerit Dec. cõſ. 339. verſ. ſed tamẽ quod procedit etiam quando feudum cõceſſum eſt pro maſculis & fęminis. namque ſi filii maſcu. i extant, filię nõ admittuntur, ſed demũ iis nõ extãtib. hanc dicit cõem opi. Rol. a Valle conſ. 68. n. 40. vol. 1. conſi. 42. n. 4. uol. 2. conſ. 58. n. 67. vol. 3. ut dixi §. feudum, q.

2 Sed quæro, nunquid filia ſtãte dicto pacto inueſtituræ, ꝙ filii, & filiæ ſuccedãt ſemel a feudi ſucceſſione excluſa, intelligatur ꝑpetuo excluſa, ita ut ſi pater relicto filio decedat, poſtea filius quoq; ſiue maſculis moriatur, filia ſit excluſa. Reſp. ꝙ ſic, & feudum ad dominium reuertitur. ita tenet Iſern. c. 1. §. 1. Epiſ. uel Ab. & hanc dicit eſſe communẽ opi. Cur. iun. tract. feud. 3. par. prin. reg. 1. q. 22. magis communem Ant. Gabr. de ſtat. concl. 4. nu. 3. Ceph. conſi. 30. nu. 28. plures de communi teſtantes refert Burſ. conſi. 80. nu. 9. vol. 1. conſi. 63. nu. 17. Quod intellige, quando ſimpliciter pro filiis & filiabus conceſſum eſt feudum, ſecus ſi cum illa dictione, donec maſculi deficiãt, q̃a tunc uidetur ſuſpenſa ſaltẽ ſucceſſio ad vitam filiorum, hãc dicit communẽ opi. Soc. iun. conſ. 75. nu. 213. vol. 1. Brun. d. tract. quod ſtantib. maſcu. 10. art. q. 5. verſic. alio ſecundo caſu, Ant. Gab. d. concl. 4. nu. 5. Sed quid ſi fęmina ſemel admiſſa ſit

ſit ad ſucceſſionem, & poſtea maſculi ſuperueniant, nunquid poſtea iterum excludetur? Reſp. quod non, ita tenet Aluarot.c.1.nu.5.de eo qui ſibi & hęred.& hanc dicit eſſe communem opin. Iacob. tract.de feud.ver.& fęminis,nu.17. Ant. Gabriel.d.concluſ.4.nu.8.

Quæſtio. V.

SVMMARIA.

Filij, quorum parentes crimine læſæ maieſtatis damnati ſunt non ſuccedunt, nu. 1. quid in naturalibus. nu. 2. & quid in liberis ante cogitatum perpetratumque crimen natis, nu. 3 declarantur prædicta, ut locum habeant, quando contra imperatorem delinquitur, nu. 4.

1 QVæro, nunquid filii, quorum parentes crimine læſæ maieſtatis damnati ſunt, parētibus ſuccedere poſſint? Reſp. quod nō, quia eorum bona poſt condemnationem ſtatim fiſco applicantur tex. l. quiſquis, ff.ad l. Iul. maieſt. ita tenet Bar. l. Imperator, ff. de iur. fiſci, hāc dicit communem opi. Boſſius tit. de ſent. num. 48. & quod ita tradunt omnes d. l. quiſquis, dicit Bologn. addit. ad Matheſilau. art. 3. prin. nu. 38. Quod tamen intelligi debet de filiis, non autem filiabus, ad eas enim extēdi non debet in duriſſima & acerbiſſima hac pęna. ita dicit eſſe communem opin. Gig. in tract. de crim. leſ. maieſta. q. 14. nume. 15. & quod hæc ſit communis & magis recepta ſententia, a qua in iudicando, & conſulendo non eſt recedendum aſſerit Fran. Bec. conſ. 8. n. 17. Odia enim ſunt reſtringenda, fauores amplian di. Sed quæro, numquid hoc habebit lo-
2 cum in filiis naturalibus tantum? Reſp. quod ſic. ita tenet Cyn. d. l. quiſquis, & eſt cōis opi. ut teſtatur Aug. Arimi. addi. ad Ang. de Maleſi. verb. hai tradito, nu. 5.
3 Sed nūquid prædicta procedūt in libris qui ante cogitatum perpetratumq; crimē læſæ maieſtatis nati ſunt. Dixi §. lib.
4 Aduerte tamē iuxta prædicta, hāc concluſionem, quod filii a parentum, qui ob crimen læſæ maieſtatis damnati ſunt, ſucceſſione arceantur, locum demum habere hiſce tantum caſibus, quando tale crimē committitur contra Imperatoris, uel Pōtificis Romani, uel regis perſonā, aut rēpublicam liberā, quę ſuperiorē nō agno ſcit, ad alios vero caſus non extendi. ita tradit glo. l. pen. uerb. meminiſſe, C. ad l. Iulia. maieſt. hanc dicit eſſe communem opinionem Gig. d. tract. q. 22. nu. 9. Forſter. tractat. de ſucc. ab inteſt. lib. 2. rubr. quibus caſibus liberi parentum ſucceſſ. pelluntur, caſu. 2.

Quæſtio VI.

SVMMARIVM.

Deportatus non ſuccedit. 1

QVæro, nūquid filius deportatus poſſit ſuccedere? Reſp. quod non eſt enim incapax omnis ſucceſſionis, & eſt cōmunis opinio vt teſtat. Ale. l. 1. n. 2. C. de hære. inſti. & ſuccedunt alii, vel inſtituti, uel uenientes ab inteſtato. hanc dicit magis communem Doc. opi. Alex. conſi. 26. in princ. uol. 2.

Quæſtio VII.

SVMMARIA.

Bannitus filius an ſuccedat, n. 1. declaratur ut procedat in bannitis ciuitatis, ſecus in perii, nu. 2.

1 QVæro, ſi filius ſit bannitus, an priuetur hodie ſucceſſione? Reſp. In hoc paſſu multum variant Doc. magis tamen cōis & receptior eſt opinio, ꝙ bannitus ēt cū hoc, ꝙ poſſit impune offendi amittit tātummodo beneficia ciuitatis, a qua bannitus eſt, non aūt beneficia conceſſa a iure cōi, & ideo non eſt capax earū ſucceſſionum, q̄ in loco illo ei deferunt ex forma ſtatutorū ciuitatis. ſecus ſi deferūtur iure cōi, tam quoad bona ſita in loco vel territorio bannientium, q̄ extra, & hanc dicit magis cōem, a qua in iudicando recedere non licet, Alex. conſi. 26. n. 2. vol. 1. & conſi. 75. n. 2. Veram, & cōmunem dicit Bolog. add. ad Matheſ. trac. ſucceſ. 3. art. prin. nu. 37. quicquid de cōmuniori in contrarium dixerit Lud. dec. 12. nu. 8. & ſeq. dixi late §. legatum. q. 8.
2 Et prædicta uera ſunt in bannito alicuius ciuitatis. ſecus uero in bannito imperii Romani, quem deportatis æquiparari non dubiū eſt, ex ipſa conſtitutione pacis publicæ, quoniā amittit ea, q̄ ſunt

iuris ciuilis, quia cõis omnium hoſtis eſt, & ex numero ciuium Romanorum dele tus, quam ſententiam dicit cõem Zaſ. in Apologia contra Echium, & refert declarans eruditiſſimus And. Geil. de conſtit. pac. publ. lib. 2. c. 12.

Queſt. VIII.

SVMMARIA.

Liberi religionẽ ingreſſi an ab inteſtato ſuccedant, diſtinguitur, nu 1. 2. & 3.

Clericus an excludat fœminam ſtan te ſtatuto, quod fœminæ non ſuccedant, nu. 4.

QVæro, numquid liberi religionẽ ingreſſi ab inteſtato poſſint ſuccedere? Reſp. Diſtinguẽdum eſt, aut enim liberi ingreſſi ſunt religionẽ bonorum incapacẽ, ut ſunt mendicantes ex ſua regula, fratres, ſ. minores, & tales oĩno ſunt incapaces ad ſuccedendum ab inteſtato. tex. expreſſus c. exiui, §. qa vero, de ver. ſig. lib. 6. & hæreditas ꝑtinet ad alios ſuccedẽtes ab inteſt. hanc dicit cõẽm Roma. conſ. 296. Mandoſ. ad Roma. conſi. 267. verb. ſecularis, quẽ refert Burſ. conſi. 63. nu. 26. vol. 1. Fely. cap. in præſentia, verſ. 7. quæro. de prob. Aret. l. 1. ff. de teſt.

Qnimmo monaſterium non põt capere bona ingredientium ad effectum vendendi, ita tradit Bar. trac. minor. hanc dicit communem Roma. d. conſi.

2 Aut uero loquimur de mẽdicantibus non eſt regula, ſed ex conſtitutionib. confirmatis a ſede Apoſt. & iuratis, vt fratres prædicatores, qui ex regula ſua nõ ſunt mẽdicantes, qm̃ regula Aug. concedit immobilia, & tales ſunt capaces rerum immobilium ad finẽ, ut vẽdant & conuertant ad ſuas neceſſitates, gl. c. 1. uerb. domum. de reliq. domib. in 6. hanc dicit eſſe cõem opi. Alc. conſ. 88. vol. 2. Nic. de Vbal. trac. ſucc. ab inteſt. cler. nu. 50. Dec. c. in pñtia nu. 70. de prob. & in conſ. 559. Bolog. add. ad Mattheſ. de ſucc. ab inteſt. art. 3. prin. nu. 42. & bona iſta applicantur monaſterio, vt prædicti fatentur, Deci. d. c. in præſent.

Auth. ex teſtamēto, & hāc eſſe cōmunē
opinionem teſtatur Rip. d. l. fœminæ, q.
23. n. 46. Ioan. Nicol. d. l. generaliter, So-
cin. cōſ. 42. vol. 4. Ioan. de Garro. d. auth.
ex teſtamento, nu. 55. & ſeq. Gra. conſil.
35. vol. 1. Anto. Gabr. com. cōcluſ. lib. 3.
de ſecund. nupt. cōcluſ. 1. num. 15. Fran.
Burſat. conſ. 12. nu. 6. & hoc dicit uerius
& cōis Boer. deciſ. 185. n. 7. Dec. cōſ. 260.
& cōſ 577. n. 13. Nāque filiis acquirit pro
prietas cum tranſit ad ſecunda vota.

6 Sed quæro, quid ſi mater cū cōſenſu
prioris mariti nuptias ſecundas cōtraxe-
rit. Numquid tunc etiam prædicta à ma
rito acquiſita filiis iſtius matrimonii re-
ſeruentur? Reſp. ꝙ non, ſed poteſt liberè
diſponere, & ad omnes hęredes ab iteſta
to pertinent tam primi quàm ſecūdi ma
trimonii, ita tenet gl. §. dato, ver. ſiue ui
ri, Auth. de nupt. hanc dicit eſſe commu-
nem opinionem Dec. d. c. Eccleſia S. Ma
riæ nu. 35. Corraſ. Miſcel. lib. 3. c. 1. n. 12
Ant. Gabr. lib. 3. de ſecund. nup. concluſ.
1. nu. 29. Quod intellige, dummodo nu
bat poſt annum luctus. Secus ſi intra an
num, quia tunc teſtatoris diſpoſitio nul
lius momenti eſt, ita dicit communiter
diſtingui Corraſ. d. c. 1. nu. 11.

Idem dic, ſi filii prioris matrimonii
conſenſerunt. Namque tunc dictis fi-
liis lucra illa non ſunt præcipua. Ac-
curſ. d. §. 1. uerb. non copulantur, Auth.
de non elig. hanc dicit communem DD.
ſententiam Viu. lib. 1. verb. mulier ad ſe-
cundas, num. 9. Corraſ. d. c. 1. num. 14. &
procedit planè, ſi filii iſti lucro poſt cō-
tractas

tractas ſecundas nuptias expreſſè renũciaſſent,ſecus ſi renunciaſſent ſucceſſioni matris poſt eius mortem generaliter. Namque tunc in tali renunciatione lucra illa a primo marito, non comprehenduntur.ita tenet Ange. conſi.369.& ꝙ in hoc omnes DD.conueniunt dicit Boer.d.deciſ.185.num 24.& ſubdit ita iudicatum.Maius dubium eſt,quando filii in ſecundi matrimonii contractu conſẽtiunt,cõi tñ eſt opinio,talem conſẽſum expreſſum uel tacitum filiis præiudicare,& lucra a patre eorum accepta nõ eſſe pręcipua,ſed permiſſum etiam uxori de iis pro libitu diſponere, dummodo dictis liberis debita portio reſeruet. hanc dicit cõem opinionem Pariſ.conſ.29.nu. 28.vol.3.& de tacito conſenſu,dicit nullam hoc habere difficultatem Gra. conſ. 83.n 17.& ſeq.vol.2.& hoc DD.approbare dicit Fern.Ser.li.10.ſelect.ſent.c.4. in prin.Fran.Burſ.conſi.12.nu.41.

8 Quæro, numquid ſupradicta procedant mortuis filiis primi matrimonii, in nepotibus, ut iis pręcipua ſint lucra ab auo prouenientia? Reſp. quod ſic,hãc dicit communem DD.ſententiam Viu.lib. 1.verb.mulier ad ſecun.nu.2.

9 Præterea quæro: An prædicta procedãt in viro,ſ.vt lucra primi matrimonii vxore præmoriẽte reſeruentur,& præcipua ſint iſtius matrimonii filiis? Reſp.ꝙ ſic,ita tenet Old.cõſi.33. in 20. dubio, hanc dicit eſſe cõem Ioan.Nicol.d.l.general.nu.8.Pariſ.conſi. 19. nu.77.vol.3. Rip.d.l.fœminæ,§.illud,numero 1.Rolan.a Valle conſil.95.nu.8. vol.1. Gabr. Roma.d.concl.1.nu.2.Fran.Burſ.conſi. 12.nu.1. Quod procedit etiam in lucro dotis ex ſtatuto proueniente, ita dicit communem opinionẽ Io.Nic.d.l.generaliter,nu.38.Rip.d.l.feminæ,nu.47.

Quinimo locum habent ẽt in iis,quæ ex unius filii ex primo matrimonio ſucceſſione habent.Namq;ad cæteros iſtius matrimonii filios pertinent, hanc dicit communẽ Io.Nico.d.l.gñaliter,num.9.

Quæſtio XVIII.

SVMMARIA.

Liberi naturales an patri ſuccedant diſtinguitur,an ſuperſint quoque naturales,et legitimi,nu.1.& 2.

Quid in nepotibus ex filio naturali, nu.3. declaratur item nu.4.

An ſtatutum ualeat, quod naturales ſuccedant,nu.5.

An ex teſtamento naturales capere poſſint, nu.6.

An matri ſuccedant,nu.7.

An nepotes auiæ,nu.8.

Prædicta de liberorũ ſucceſſione habẽt locum in filiis legitimis, & na-
1 turalibus.Sed quid in filiis naturalib.tãtum? Nũquid patri eorum ſuccedere poſſunt? Reſp.Expeditum eſt, naturales filios tantum patri ab inteſtato ſuccedere non poſſe.tex.auth.licet, C.de natura.liber.& ita tenet Salic.l.humanitatis, ver. vt licet,& conueniunt DD.cõiter, vt aſſerit Fer.Vaſqu. de ſucc.creat.§.20.part.
2 4.n.193.Quod intellige, exiſtentib.liberis aliis legitimis & naturalibus,uel exiſtente legitima vxore. Sin vẽro tempore mortis,nec liberi tales, nec uxor legitima ſuperſit, naturales ſuccedunt patrĩ ab inteſtato in duabus vnciis,& ſic in ſexta parte totius hęreditatis, dummodo tamen mater iſtorum filiorum, tanquam concubina,& indubitato affecto retenta fuerit,& habitauerit ſimul in domo propria:his namque tribus ſupradictis deficientibus,dato ꝙ naturalis verus fuiſſet non per hoc ad ſuccedendum ab inteſtato admitti dẽt.tex.d.auth.licet,& hoc ꝓcedit non tñ de iure ciuili, ſed etiam Canonico.ita volunt omnes cõiter in c. lator,ꝙ filii ſint leg ut teſtaẽ Rod.Suarez l.1.tit.de Tode.Monte,n.10. & 12. hanc dicit cõem omnium doctrinã Cacciolu. l.ſi qua illuſtris,n.54.Pariſ.conſ.14.nu. 26.vol.2.Burſ.conſ.62.n.8.vol.1.Benu. Stracha add.ad Gom. conſ.166. num. 5.
3 Item intellige,ut procedant prędicta non tantum in filiis, ſed & in nepotibus, ut auo non ſuccedant in duab. unciis, niſi legitimis filiis, & uxore legitima non exiſtẽtibus, etiamſi nepotes ſint legitimi & naturales,ita tenet Bald. d. l. ſi.de natural.liber.& hanc dicit eſſe communem opinionem Iaſ.l.hæreditas, nu. 8. C. quib. vt indig. & ꝙ hæc opinio eſt æquior & humanior dicit Salic. l. fin.C. de nat. liber. quem refert Suarez.in l. 1. d.tit

d.tit. de Tode. & ab hac opinione iudicando & conſulendo non eſſe recedendum dicit Io.Bap.Caccialu.l.ſi qua illuſtris;C.ad Orfic.quem refert & ſequitur Did.Couar.de ſponſa.par.2.c.8. §.4.nu. 10.& hæc tenenda quicquid alii pleriq; dixerint.

4 Item ſcias quod hæc concluſio procedit in natis ex libero & libera. Secus uerò ex libero & ancilla, retenta in domo eadem,& indubitato affectu, quia manēt ſerui & ſuccedere non poſſunt, niſi ſint manumiſſi, quo caſu patri ſuccedunt in ſolidum cum aliis legitimis & naturalibus,& in hoc differt a naturali ex libero & libera:uel etiam ſi ex ſeruo & libera, quoniam manent ſerui niſi manumittantur, vel ſi ex ſeruo & ſerua naſcantur, text. inſtit.de ſer.cog.& tenet ita Ang. §. fin. Auth. quib. mod. natu. & ex communi probat Ioſeph. Ludo.deciſ.18.23. & ſeq.

5 Sed quid ſtante ſtatuto,quod tales liberi patri ſuccedant?Reſp. Controuerſū fuit,ſed nec hoc caſu naturales ſuccedere poſſe,communiter receptum eſt,ut teſtatur Io.Bap.l.omnes populi,ff.de iuſti. & iur.Viu.com.opi.lib.1.opi. 298. Ema. Suarez Recep.ſent.Theſau.verb. naturales,nume.8.Viu.lib.1.verb.ſtatutum diſponens,opin.298.Burſ.conſi.98.numero 13.

9 Porro ex teſtamento an capere poſſit naturalis,dixi ſupra §.inſtitutio, q.7.

Nota quoq; ꝙ naturales,licet nō ſuccedunt ſtantib.legitimis,tamē alēdi ſunt per quoſcunq; hæredes patris ſui, nō ſolum filios hæredes, ſed etiam per hęredes extraneos,vt dixi d.q.7.

7 Prædicta in ſucceſſione parentum maſculorum locum habent.Sed quæro, nū quid matri poſſit naturalis filius ſuccedere ab inteſtato? Reſp.ꝙ filius naturalis vna cum legitimis,& naturalib. æqualiter ad materna bona uenit.tex. l. ſi qua illuſtris,C.ad Orfic.& ibi tenet gl.& ſequuntur DD.cōiter,ut teſtatur Viu. lib. 1.verb.filii naturales,Did. Couar. lib.4. Decret.par.2 c.8.§.4.num.15. Fernand. Vaſq.de ſucceſ.creat.§.10.num. 494. Et hoc adeo uerum eſt, ut naturales præteriti a matre teſtamentum eius impugnare poſſint,ita tenet gloſ.d. l. ſi qua illuſtris.& ſequitur Salic. & communiter interpretes,ut teſtatur Forſter.tract. ſucc. de natur.ſucc.concluſ.2.quamuis diuerſum ſit in patre naturali, ut dixi §. teſtamentum,q.36.

8 Sed quid in bonis auiæ maternæ, uel alterius aſcendentis:Numquid admittetur filius naturalis?Reſp.quòd ſic,tex.l. Modeſtinus,C.vnde cogna. & tenet Ange.§.nouiſſimè,ad Orfi.& eſt communis opinio,ut teſtatur Matheſi.tract. ſucc.ab inteſt.quem refert Vaſqu.d.§. 10.numero 494.

Quæſtio XIX.

SVMMARIA.

Filij naturales legitimati per ſubſequēs matrimonium ſuccedunt parentibus, nu.1. & fit patri ſuus hæres,nu.2.& rumpunt teſtamentum,nu.3.& procedunt iſta,ſiue filij ſiue nati ex eadem matre,ſiue ex alia nu.4.item etiamſi matrimonium fuit intermedium, n.5.item nō tantū in diſpoſitione legali,ſed etiam ſtatutaria,num.6. item conſuetudinaria,& in feudo,nu.7.

Sed quid in maioratu,ſtante conſuetudine, quod primogenitus ſuccedat,nu.8.

An legitimati per reſcriptum principis ſuccedant,diſtinguitur,n.9.& ſeq.& quid ſtante ſtatuto,quod extantib.maſculis fœminæ non ſuccedant, nu.12.declarantur prædicta,nu.13.

Si dictum fuit abſque præiudicio uenientium ab inteſtato,an ſuccedant legitimati,nu.14.

An legitimatus per reſcriptū in feudis ſuccedat,nu.15.

Legitimati per oblationem Curiæ qualiter ſuccedant,nu.16.

IVxta prædicta quæro. Quid ſi naturales fuerint legitimati. Nūquid patri ab inteſtato ſuccedan?Reſp. Diſtinguendi ſunt tres caſus:Primus eſt, quando naturales ſunt legitimati per ſubſequens matrimonium,& tales filii legitimati ſūt quoad omnia perinde, ac ſi ab initio ex legitimo matrimonio concepti forent. ita tenet gloſſ. d.ca. tanta, & eam omnes ſequuntur, ut teſtatur Couar.d.§.2.nu. 21.atque parentibus una cum filiis legitimis

timis & naturalibus ſuccedunt, tex.§.ſi vero, Auth.quib.mod.natu.eff.ſui, hoc pro indubitato aſſerit Bart. & poſt eum pleriq; omnes,l.ex facto,de vul.& pup. Bar.l.cum quis, C.de natur.libe. Tiraq. l.ſi vnquam,verb.donatione,num.275.

2 Et hoc adeo verum eſt, vt naturalis legitimatus ſuus etiam patri fiat hæres,vt dixi ſupra §.ſuita,sitem excludit ſubſtitutum,vt dixi §.fideicómiſſum,q.38.Quinimo tales filii legitimati etiam poſt te-

3 ſtamentum, rumpunt patris teſtamentum ad ſimilitudinem filii præteriti. hác dicit communem opinionem Dec.l.poſthumo, C.de bono.poſ.contra tab.Pariſ.conſi.7.num. 2. vol.2. Gabr.delegit. concluſ.1.nu.40.Alex.Rub.C.de libe.& poſth.Zucchard.d.l.poſthumo, nu.17.

4 Et prędicta procedũt indiſtincte,ſiue filii poſtea naſcantur ex eadem matre, ex qua legitimati,ſiue alia.ita tenet Fulgo.conſi.15.& ſequuntur fere omnes,vt teſtatur Tiraq.d.ver donatione, n.276.

5 Item procedit hoc, etiamſi matrimonium ſit intermedium, hanc dicit eſſe cõmunem opinionem Anto. de Roſel. tra. de legi.lib.1.c.de cauſa materiali,nume. 44.Ludo.de Sard.de natur. liber. cap.de legit.per verum matr.nu.6.Pet.à Duen. de Reg.num.10. Dida.Couar.d.c.8.§.2. nu.15.Ant.Gab.de legi.conclu.1.

6 Item procedit non tantum in diſpoſitione legali, ſed etiam ſtante ſtatuto, ꝙ ſtantib.maſculis fęminæ non ſuccedant. Nam filius legitimatus fœminas quoq; excludit. ita tenet & dicit communem DD. opinionem & indubitanter veram eſſe, Abb.c.tanta, qui filii ſint legitimi, idem firmat Ant.de But.& Imo.c.innotuit,ext.de elect.Crot.l. Gallus,§.& qd ſi tantum, num.169. Communem dicit Burſa.conſi.98.nu.20.volum.1.& quod Pau. de Caſt.l.fi. C.de his qui veni.æta. contrarium aſſerat contra omnium opinionem dicit Tiraqu.l.ſi vnquam, verb. ſuſceperit,num.98.

7 Idem dic in conſuetudinaria diſpoſitione,vtputa feudali: Namq; talis filius naturalis per ſubſequens matrimonium ſuccedit,ita tenet Iaco.de Belui.§.naturales, titu.ſi de feud.defunct.ſue. contr. inter dom. & agna. eſtque hæc communis opinio,vt teſtatur Nico.de Vbal.tra. ſucceſ. ab inteſta. par. 1.nume.65.& ſeq. eamque æquiorem fatetur Pariſ. conſil. 13.nume. 43.volum.2. Grib.concluſ.de legit.conclu.13.Iaſ.l.cum autem,nume. 10.C.de inſti.& ſubſti.Soci.conſil.3.nu. 11.volu.3.Pet.à Duen.Reg.tracta.Reg. 350.nu.6. Communem dicit Bal. conſi. 129. vol.3. Abb.d.c.tanta,Ant.Gab.lib. 6.com. conclu.11.de legi. conclu. 1.num. 22.Alex.l.ex facto.§.ſi quis rogatus,nu. 18.ad Trebel. Dec. conſi.155. Couar.d. par.2.c.8.§.2.num.27.& 30.Burſ.conſi. 10.nu.2.vol 1.

Quod procedit etiamſi dictum ſit in inueſtitura, pro ſe & filiis ſuis legitime natis,vel deſcẽdentibus,hæc eſt communis & æquior concluſio, vt teſtatur Nicol.de Vbal.d.loco, nu. 66. & ſubdit ab ea æquitate non eſſe recedendum.Communem dicit Cur.trac. feud.3.par.q.17. nu.11.Pet.à Duen.d.Reg.350.nu.6.idem atteſtatur Did.Cou.d.§.2.nu.30.& ſubdit eã probabiliorẽ eſſe Io.Sneidevvein. de ſucc.ab inteſt.par.1.de ſucc.legit.n.11.

8 Hinc etiam ſtante cõſuetudine,quod primogenitus ſuccedit in maioratu. Qõnis eſt: An primogenitus legitimatus ꝓferatur ſecundo genito,qui legitime natus fuit,& ſunt qui exiſtimant,quod ſecundo genitus, qui legitime natus eſt, ei præferatur. ita tenet Paul. de Caſtr. l. Pomponius, §.quæſitum, ff.de acq.poſ. & ibi hanc dicit eſſe communem opinionem. Contrarium vero,quod legitimatus præferatur, tenet & dicit eſſe cõem opinionem Io. And Reg.ſine culpa, dę reg.iur.6.Boer.deci.19.Alc.de verb.ſig. li.3.Axiom.2. Communem dicit quoq; Matth.de Affl.c.1.§.naturalis, ſi de feu. fuer.cont. inter dom.& agna. Coua.c.8. §.2.Pariſ.conſi.13.nu.33.lib.2.hanc receptiorem,& veriorẽ Vaſq.de ſuc.prog. §.2.nu.89. Burſ.conſi.18. nu.14.& quãuis qõ valde dubia, tamen in hanc partem inclino.

9 Secundus caſus eſt,quando naturales filii legitimantur per reſcriptum principis,& tunc quidem ſi nulli extent liberi naturales & legitimi, naturalis legitimatus ſimpliciter ab inteſtato patri ſuccedit,etiãſi non citatis agnatis, vel cognatis fuerit legitimatus,ita tenet Bar.l.Gallus,§.& quid ſi tãtum,ff.de lib.& poſth. hanc

hanc dicit eſſe communem opinionem Dec.conſi.55.& Bar. communiter receptum dicit Couar.d.c.8.§.9.nu.7.

10 Sed an vna cum filiis naturalibus, & legitimis tales legitimati vocētur, & ſuccedunt,res admodum difficilis eſt. Sed diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus eſt, quando naturales & legitimi naſcuntur poſt legitimationem, reſcripto principis, vel alterius poteſtatem habentis factam, & tunc diuerſæ ſunt interpretum ſententiæ. Quidam exiſtimant hoc caſu reuocari legitimationem, ita voluit originaliter Dy. l.ex facto, ff.de vulg.& plerique alii ſequuntur. Sed contrarium, q imo legitimati ſuccedant cum filiis legitimis poſtea natis, voluit Rainu.& poſt eum Bart. d.l.ex facto, nume.3. & hanc opinionem eſſe communem & veriorē in pūcto iuris & in practica, dicit Iaſ.ibi Dec.conſi.258. Zaſ.nu.23.Rolan.à Valle conſi.89.nu 12.vol.1.Soc. Iun.conſi. 142.num.30.vol.1. Pet.Duen.Reg.350. Amp.12.Hier.Verius d.l.ex facto,num. 175. Pariſ.conſi.7.nu.1.vol.2.& humaniorem hanc partem nuncupat Anton. Roſel.in tracta.legitima, q.vltim.lib.2. hanc quoque communem dicit, licet in contrariam inclinet, Tiraq.l.ſi vnquam, de reuocand.donat.verb.donatione largitus,nu.281.And. Geil.obſer.142.nume.4.lib.2.

11 Secundus caſus eſt, quando extant liberi naturales & legitimi tēpore legitimationis, & tunc, ſi facta eſt in legitimatione illorum mentio, cum clauſula nō obſtante lege, valet legitimatio, & tales filii legitimati vna cum cæteris in ſucceſſione locum habent. ita tenet Bar. d.§.& quid ſi tantum,& ibi dicit hanc eſſe communem opinionem Iaſ.verſ.pro limitatione,num.96.Ant.Gabr.lib.6. de legit. concl.6.nu.6.Valent. Forſter.de ſucceſ. ab inteſt.de legit. per reſcrip.prin.6.effectu, in fi.vbi dicit Bar.communiter receptū eſſe, And. Geil.d.obſer.n.7.Rip.l.ſi vnquam,q.23.de reuo.dona.Burſ conſ. 76.nu.23.vol.1. Ceterum ſi legitimorū, & naturalium factā non eſt mentio, tūc legitimatio non valet,nec fit præiudiciū legitimis liberis, hanc dicit communem Iaſ.d.§.& quid ſi tantum, Ante.Gab.d. titu.concluſ.7.in princip.Gribal.in conclu.de legit. conclu.4. Pariſ.conſi.1.nume.27.volum.2.

12 Sed quæro, nūquid hoc etiam habeat locum ſtante ſtatuto, quod exiſtentibus maſculis feminę non ſuccedant, vt legitimatus per principem feminam excludatur? Reſp. Ardua qō eſt, in qua mirificè variarunt interpretes. Namq; exiſtimant multi, q hoc caſu quoq; legitimati excludunt fœminas, ita tenet Bal.l.fi. ver.fuit quæſitum, C.de fideic.hāc dicit magis communem opinionem Cur. cōſ. 153.& ita iudicatum refert Iaſ.l.cū acutiſſimis, C. de fideic. Communem dicit Vāſq.de ſucc.progreſ.§.2.nu.78.ex magis communi Mandoſ.ad Rom.cōſ.194. verb.diſſimentes, Franc.Burſ.conſi.85. num.12.vol.1.

Contrariam opinionem, qđ imo ſtante dicto ſtatuto legitimati nō excludant fœminas, tenet Ant.de But.c.venerabilem, qui filii ſint legit. & hanc dicit eſſe communem Curt.Sen.conſil.16.nu.13. Dec.conſi.275.Crot.l.Gallus,§.& quid ſi tantum, num.85.ff.de lib.& poſth.magis communem dicit Dec. conſil.52.nu. 3.conſil.276.num.8.& partem affirmatiuam eſſe falſam,negatiuam aūt veram,& communem,& quod tali caſu legitimatus ſuccedat cum filia æqualiter, nec habeat prærogatiuam, aſſerit communem & veram Moder. Pariſ.addit.ad Alexan. conſil.2.num.10.vol.1. Alber.Bru.q.4. art.12.Dida. Couar.d.c.8.§.8.num.3.& quod plures ac frequentiores qui vt numero vincunt,& ita & ratione, hanc partem amplectuntur, fatetur Tiraq.de ver. ſuſceperit liberos, nu.98. hanc quoque magis communem atque æquitati & iuri naturali conſentaneam, & in Camera Imperiali receptam dicit And.Geil. obſeru.lib.2.obſer.149. numero 5. & hæc tenenda eſt, Gribald.concluſ.de legiti. concluſ.8.Bologn.addit.ad conſi. Ana. conſi.27.

13 Prædicta intellige, ut procedat in uera,& plena legitimatione, ſecus in diſpēſatione, quando legitimatur naturalis non uniuerſaliter, ſed particulariter, puta,q non ſuccedat niſi in certa parte, extantibus legitimis & naturalibus, prout patri uidebitur. Namq; talis filius ab inteſtato non ſuccedit. hanc dicit communē opinio-

opinionem Pariſ. conſil. 7. nume. 5. & 7. volum. 2.

14 Sed quid ſi in legitimatione fuit dictum, quod poſſit ſuccedere ex teſtã, & ab inteſtato, deinde adijciatur: abſque præiudicio venientium ab inteſtato, vel abſque præiudicio illorum, qui ab inteſtato ſuccedere poſſunt. Numquid ab inteſtato ſuccedere poterit, vna cum alijs filiis legitimis & naturalibus? Reſpond. Variatum fuit, quibuſdam exiſtimantibus admitti legitimatos vna cum legitimis & naturalibus, ita tamen, vt eis non auferatur ſucceſſio ante legitimationẽ delata. ita voluit Alexan. conſil. 188. volum. 5. Sed eius opinio communiter reprobatur, vt teſtatur Couar. d. c. 8. §. 10. nu. 1. Alij cenſuerunt legitimatum cum clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato, non poſſe ſuccedere ab inteſtato. Sed ea tantum capere, quæ in teſtamento ei relinquuntur. ita voluit Paul. de Caſt. l. Gallus, §. quid ſi tantum, ff. de lib. & poſth. hanc dicit eſſe communem opinionem Dec. conſ. 338. nu. 4. & conſ. 393. Pariſ. conſil. 14. nu. 44. vol. 2. Ruin. conſi. 72. num. 15. volu. 3. Gozad. conſil. 29. nu. 27. Communem quoq; dicit Io. Dilect. de arte teſtam. de libe. inſtit. caut. 18. num. 2. Anton. Gab. com. conclu. lib. 6. de legitimatione, conclu. vlt. nume. 3. Quod quidem ſecundũ oẽs de plano procedit, vt excludatur a filiis legitimis, & naturalibus, vt teſtatur Fernan. Vaſque de ſucceſ. prog. §. 2. nu. 91. Sed an ab agnatis tranſuerſalib. excludatur, controuerſia eſt, quibuſdã exiſtimãtibus, filium legitimatum excludi a tranſuerſalib. vſq; ad quartum gradum: cæteros vero fiſcũ ipſum filiũ excludere, ita tenet Aret. d. §. & quid ſi tantum, nu. 26. & hanc dicit eſſe cõem opinionem Dec. d. conſil. 338. & conſi. 393. Pariſ. d. conſi. 14. Soci. conſil. 95. volum. 4. conſi. 212. ver. præterea, vol. 2. Mandel. conſi. 7. nume. 1. Soc. d. §. & quid ſi tantum, nu. 21. quos refert Didac. Couar. lib. 4. decretal. par. 2. cap. 8. §. 10. num. 1 & magis communem dicit Socin. Iun. conſi. 120. num. 21. vol. 2. Ruin. conſil. 72. col. fi. vol. 3. Io. Dilect. d. caut. 18. num. 1. Gabrie. Rom. d. concl. vlt. nu. 7. hanc receptiorem & veriorum nuncupat Vaſq. d. §. 2. num. 91. Alijs vero contra opinantibus, nimirum, legitimatum cum prædicta clauſula, non excludi a trãſuerſalibus. ita tradit Anch. cõſi. 153. vbi dicit hanc opinionem eſſe veriorem, eã dicit magis communem, & æquiorem Hier. Grat. conſi. 63. colum. pen. volum. 1. licet poſtea dubitet, refert Couar. d. §. 10. num. 1. magis communem dicit Gallia. d. §. & quid ſi tantum, num. 88. & vti magis communem ſequitur Gab. Rom. d. concluſ. vlti. nu. 7. Intellige tamen hãc concluſionem, vt procedat, niſi in dicta clauſula diceret, ſine præiudicio venientium ab inteſtato. vſque ad quartum gradum, hanc dicit eſſe communem opinionem Soc. d. §. & quid ſi tantum, num. 21.

5 Quæro item iuxta prædicta. An legitimatus per reſcriptum, in feudis ſuccedat? Reſp. quod non. tex. d. c. 1. §. naturales, & omnes communiter ſentiũt, vt teſtatur Cur. Iun. cõſi. 136. nu. 1. Forſter. de ſucceſ. ab inteſt. 9. effect. legit. per reſcrip. Rube. d. §. & quid ſi tantum, num. 160. Didac. Couar. d. par. 2. §. 2. num. 27. & §. 8. num. 6. Ema. Soarez recep. ſentẽ. theſau. verb. legitimatus, nu. 115. Quod quidem procedit, quando ſimpliciter facta eſt legitimatio. Sed quid ſi expreſse ad feuda ſit legitimatus? Nunquid admittetur? Reſpond. ꝙ talis legitimatus poteſt ſuccedere. ita tenet glo. d. §. naturalis, eſtque communis opinio, vt teſtatur Ruin. conſi. 36. num. 18. lib. 1. Communiorem atteſtatur Neuiza. conſi. 99. nu. 21. Cur. Iun. conſi. 157. num. 5. & 24. receptiorem nuncupat Barthol. Socin. conſi. 3. col. 3. lib. 3. Boer. deciſ. 123. num. 6. Fran. Burſ. magis communem probat conſi. 85. num. 19. vol. 1. Mandoſ. ad Roma. conſi. 212. verb. validum, nu. 4. magis cõem, æquiorem, & benigniorem dicit Fernan. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 2. nu. 52. Clar. §. feudum, q. 82. & ꝙ talis legitimatus admittatur ad feudum honorificum dicit magis communem eſſe opinionem Silua. conſi. 3. nu. 49. Curt. tracta. de feud. 3. par. q. 17. Pariſ. conſilio 13. num. 44. vol. 2. cum pluribus relatis per Burſ. cõſ. 85. n. 17. hãc dicit cõem & indubitatam cõcluſionẽ Forſter. d. 9. effectu. Item hẽt locum hæc concluſio, non tantum in legitimato ab Imperatore, ſed ẽt ab alio habente poteſtatem ſpecialem

ad

ad feuda legitimandi, & hęc eſt communis opinio, vt teſtatur Alex.conſi.2.vol.1.ibi Mod. Pariſ.conſi.139.vol.1 Curt. iun.conſi.195.num.10.& 258. Burſ. cum relatis conſil.10.nu.2.idq; adeo verum eſt, vt procedat etiam non citatis agnatis, vel domino feudi in legitimatione, quando in priuilegio ponitur clauſula non obſtante capitulo naturales, ita ex communi referunt Moder. Pariſ. conſuetu. Pariſ.§.8.gl.1.numero 38.& ſeq. quem refert Burſat. d.conſilio 10.num. 3. Forſter.dict.eff.9. verſic.poteſt igitur Princeps.

Tertius caſus eſt, quando legitimatus eſt per oblationem Curiæ, & talis legitimatus oblatus a patre, eius conſenſu Principis curiæ, fit legitimus ipſi offerenti, etiam ſi legitimos & naturales filios habeat, vel etiam ſi ipſe mortuo patre ſe offerat, non extantib.legitimis & naturalibus; non autem agnatis vel cognatis abſque eorum conſenſu.tex. Auth.quib. mod.naturales effi.ſui, §.filium, & quod ita diſtinguunt omnes inter legitimationem hanc, & quæ Principis fit reſcripto teſtatur Dida.d.c.8.§.10.num.2. Sed hæc legitimatio ab vſu receſſit, vt teſtatur Ange.conſi.17. Ant.de Roſel.de ſucceſ. ab inteſt.Did.d.c.2.§.7.numero 4.

Queſtio XX.

SVMMARIA.

Spurius an ſuccedat patri diſting. nume. 1. & 2.

An ſtatutum valeat, quo permittitur teſtamenti factio inter patrem & filium, numero 3.

An matri ſuccedat ſpurius, nu.4.

1 QVæro, nunquid etiam ſpurij vulgo ſcilicet concepti ex meretrice, quæ vulgo corpus ſuum libidini proſtituit, patri uel aliis aſcendentibus ſuccedat? Reſpon. Pro clara huius quæſtionis veritate, diſtingue inter ſpurios natos ex coitu non damnabili, & eos qui ex coitu punibili & damnato nati ſunt. Primo caſu filii ſeu ſpurii nati ex coitu non punibili, vt q̄a nulla lege pro dicto coitu pęna imponitur, quales ſunt ex meretrice, patri nullo modo poſſunt ſuccedere, minus aſcendentibus vel coniunctis per lineam paternam, ita tenet glo.§.nouiſſime, inſti.ad Orſic.ita ex communi refert Ioſeph. Lud.Deciſ.Peruſ.18.nu.18.pulchre Beneuenut. Stracha addit.ad Crau. conſi.166.nu.5.

2 Secundo caſu, quando ſpurius natus eſt ex damnato & punibili coitu, vt ex adulterio, ex inceſtu, & ſimili, & is patri non ſuccedit, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato.tex.§.pe. auth. quib.mod.naturales effic.ſui, & ſequitur Bar.l.fi.de his quib. vt indig. hanc dicit eſſe communē opinionem Oliu. Texton tracta.ſucceſſ. rub.an liberi ex coitu damnato, Puteus inter conſilia Calcan.conſilio 60.in fine quem refert Ioan. Ceph.conſi.84.num. 25. Alciat.conſil.52.in fi.vol.5. Ioſeph. Ludo.deciſ.Peruſ.18.num.18.vbi ſubdit ſe non credere, quod hæc opinio habeat contradictorem, quoad bona paterna, quia tales liberi ſunt indigni omni legum auxilio.

3 Quinimo ſtatuta permittētia teſtamēti factionem inter patrem, & ſpurium reprobata ſunt, ita communi Iuris prudentium ſuffragio receptum dicit Dec. ca.in præſentia,nu.124.de proba.Forſte.Rub. de ſucceſ.ſpuriorum, ſextenſ.Dixi.§.in

4 ſtitutio,q.7.pręducta procedūt in patre, ſed quid in matre? Reſpon.q̄ filius ſpurius natus ex damnato coitu, matri inteſtatæ non ſuccedit, nec ex teſtamento, et ſi mater non ſit illuſtris: ex coitu autem non damnabili, matri non illuſtri ſuccedit ſimul cum legitimis, & naturalibus. tex.l.ſi qua illuſtris,C.ad Orſic.& ibi tenet glo. atque id ab omnibus receptum dicit Dida. Couar.lib.4.decre.par.2.c.8. §.5.nu.15. & omnium communem opinionem dicit Roder. Suarez.l.1. titu.de Tode.Home.num.27.

Queſtio XXI.

SVMMARIA.

Filij adoptiui an ſuccedant adoptanti diſtinguitur, nu.1.

Stante ſtatuto quod maſculi excludant fœminas, an adoptiui excludant, num.2.

An ſuccedant in feudo, nu.3.

Quæro,

1 QVæro, nunquid filii adoptiui ſuccedant patri adoptanti? Reſpond. Diſtinguendum eſt inter filios adoptiuos & arrogatos. Primo caſu communis traditio eſt, ut conſideretur, an ab extraneo adoptatus quis ſit, an uero ab aſcendente. Sin igitur pater naturalis dedit filium in adoptionem aſcendentibus, qui alias non habent in poteſtate, ut auo uel pro auo materno, quando pater naturalis fuit ab auo emancipatus, & tunc ſuccedunt ab inteſtato & ex teſtó, & hoc non habere dubium dicit Nicol. de. Vbal. tra. ſuc. ab inteſt. par. 1. nu. 55. Matheſi. mēb. 1. art. 1. princ. nu. 3. & ſi fuerint præteriti, rumpunt teſtamentum, ut dixi §. teſtamentum, q. 36. num. 11. Adoptati uero ab extraneo ſuccedunt adoptanti eo modo quo alii naturales, & legitimi, licet teſtamentum non rumpant, ut dixi d. q6. 36. hanc dicit ueriorem ſententiam Montan. Auth. de ſucceſ. ab inteſta. Reg. 5. & ita communiter diſtingui dici Forſte. d. tract. de ſucceſ. legitimorum. Secundo caſu, is qui ſe arrogādum dedit, ſuccedit cum naturalibus, & legitimis, & ſi ſine cauſa exhæredatus uel præteritus ſit, habet quartam partem eius, quod habiturus eſſet, ſi pater ab inteſtato deceſſiſſet. hanc dicit eſſe communem opinionem Segur. l. 1. §. ſi uir, nu. 69. ff. de acquiren. poſſeſſ. & talis quarta hodie non eſt aucta, ſicut quarta deſcendentium & aſcendentium. ita dicit eſſe communem opinionem Docto. Iaſ. l. ſi arrogator, nu. 52. ff. de adopt. & quod prædicta de adoptiuis & arrogatis hodie non ſint correctā dicit communiter teneri Ant. de Roſel. tract. ſucc. ab inteſt. nu. 67.

2 Sed quæro, numquid ſtāte ſtatuto excludente fœminas extantibus maſculis, ſi hi adoptiui excludant fœminas? Reſpon. quod non. ita tenet Iaſ. l. cum filiofam. nu. 165. ff. de leg. 1. hanc dicit. communē opinionem Viu. lib. 1. verb. ſtatutum nu. 22. & nu. 14. Forſter. ſucceſ. libe. legitimatorum rubr. quibus caſib. ſuperentur a filiis iuſt. caſ. 3. Sed numquid in feu-

3 dis ſuccedent adoptiui? Dixi §. feudum, quæſt.

Quæſtio XXII.

SVMMARIA.

Pater ſi ſolus ſuperſtes ſuccedit filio, ſi pater & mater æqualiter admittuntur, nu. 1. quid ſi cum matre & patre ſuperſit auus paternus, nu. 2.

Si ſuperſit mater quæ a ſtatuto excluſa eſt, an auus ſuccedat, nu. 3.

Aſcendentes diuerſæ lineæ, æquales in gradu qualiter ſuccedant, nu. 4. & ſeq.

An inter aſcendentes habeat locum repræſentatio, nu. 6. & ſeq.

DIxi de primo ordine ſucceſſionis ab inteſtato, ſ. deſcēdentium, nunc de ſecundo, qui eſt aſcendentium, uidendum eſt: & ſcias quod ſi deſcendenti non
1 ſuperſint filii, neque ſorores, neque mater, ſed ſolus pater ille ſuccedit, omnib. alii remotioribus excluſis. tex. eſt in authen. defuncto, C. ad Tertul. & hæc concluſio adeo uera eſt, ut nefas ſit eā in cōtrouerſiā mittere, ut teſtatur Cou. tract. ſuc. ab inteſt. concl. 1. Sin uero defunctus patrem & matrē ſimul relinquat, æqualiter ſuccedunt. & hoc non habet dubium
2 Sed quid ſi cum matre & patre ſuperſit auus paternus, nūmquid æqualiter admittentur? Reſp. quod ſic, licet iure ueteri auus paternus, matrem excluderet. ita no. Ang. d. l. 2. & ſequuntur Doct. cōmuniter, ut teſtatur Cou. d. tract. ſuc. ab inteſ. nu. 2. uer. ſecunda concluſio & hāc dicit ueram, & communem ſententiam Bolog. add. ad Matheſi. art. 2. nu. 6. & quod hanc opin. tenent communiter omnes Doc. dicit Roder. Suarez l. quoniam in priorib. ampl. 16. nu. 6. in fi.
3 Quid autem ſi mater ſuperſit, q̄ ſtatuto agnatis ſtantibus ab hereditate filii excluſa eſt, numquid auus ſuccedet? Reſp. quòd non. hanc dicit communem Ioan. Nicol. l. generaliter, nu. 59. C. de ſecund.
4 nup. Quæro, quid ſi ſint plures parētes diuerſæ lineæ, æquales tamen in gradu, ſed diſpares numero, qualiter ſuccedāt? Reſp. quod diſtributio fieri debet in ſtirpes, & non in capita. hoc eſt, unus text. vna linea, tantum capere debet, quantū duo ex altera, ut puta ſi fuerit auus paternus,

ternus, & auus & auia materna, auus paternus tantum conſequetur, quantum iſti duo ex altero latere. tex. d. Auth. defuncto, quem ita communiter intelligũt Doct. ut teſtatur Did. Couar. dict. tract. numero 4. concluſ. 5. Matheſil. tracta. de ſucc. ab inteſtat. articu. 2. princ. numero 2.

5 Sed difficultas eſt, utrum hoc caſu, indiſtincte debeat fieri bonorum diſtributio vndecunq; veniẽtium, an vero diſtinctio bonorum facienda ſit, & pater ſiue parentes paterni in bonis, quæ a patre, vel linea paterna prouenerunt, ſuccedãt & econtra parentes lineæ maternæ in bonis a ſua linea acquiſitis præferri debeant? Reſpon. ardua quæſtio eſt, in qua interpretes multum variãt: quidã enim exiſtimant, parentes per lineam paternã acquirere bona inteſtati paterna quæ, ſ. a patre obtigerunt & profecta ſunt: in maternis ſiue a linea materna profectis aſcendentes eiuſdem lineæ præferri. huius opinionis author eſt Bart. l. quod ſcitis, §. 1. C. de bon. quæ liber. & eam pluri mi magnæ auctoritatis viri amplexi ſũt. Communem quoque dicit Alex. conſil. 150. volu. 2. Communem, & veriorem appellat idem conſi. 168. volum. 7. Ioan. Anto. Rub. conſi. 79. Boer. deci. 102. Cõmunem quoq; dicit Valent. Forſter. licèt ipſe contrariam ſequatur, tract. ſucceſ. ab inteſt. de ſuc. aſcend concluſ. 4. caſu 1. & magis æquam & rationi conſentaneam Gerar. Muller. addit. ad Roland. trac. ſucceſ. nu. 11. & hanc opi. apud Gallos receptam eſſe dicit Tiraq. de retrac. lig. §. 14. nu. 12. Veriorẽ dicit Monta. auth. de hæred. ab inteſt. de ſucceſ. aſcend. reg. 12. & freqnentius receptam nuncupat Couar. d. tract. ſuc. ab inteſt. licet contrarium probet, concl. 2. magis communem Gabriel. Roma. com. concluſ. lib. 4. de ſucceſ. ab in inteſt. concluſ. 5. Bologn. addit. ad Corne. conſi. 47. lib. 1. Benuen. Stracha add. ad Crauet. conſ. 176. æquiorem, & communiorem dicit nouiſſimè Ioan. Schneidevvin inſti. titu. de hæred. ab inteſtat. rubr. de ſuc. aſcend. num. 12. Contrariam partem, quod imo aſcendẽtes ſuccedant æqualiter in omnia bona, ſiue a patre, ſiue a matre ad filium peruenerint, tenet Bald. d. l. quod ſcitis, & eam dicit ipſe communem, in conſi. 31. volum. 2. & plures Doct. numero & maiores auctoritate tenere contra Bar. aſſerit Corn. conſi. 94. quod eſt Bened. de Bened. in ſubſcrip. col. 2. vol. 1. & in conſil. 265. eo. vol. conſi. 7. vol. 3. Communem dicit Corn. auth. defuncto, & d. l. quoad ſcitis, hãc ueriorem dicit & ſequitur Bolog. add. ad Matheſil. loco citato, Forſt. vbi ſupra, & quod iſta ſit uerior, & uſu ſeruet, altera reiecta, affirmat VVeſenb. add. ad Schneidevvin ſupra d. loco. hanc quoq; cõem dicit & hodie tenendam, quicquid dixerint oẽs pro contraria opinione adducti Fern. Vaſq. de ſucc. reſol. §. 13. nu. 11. hanc etiam magis communẽ & veriorem nuncupat Phanut. de Phanut. tract. de inuentario, part. 2. in princ. cui quidem opinioni adhærendum eſſe cenſeo.

6 Quæro præterea, quid ſi ſunt plures aſcendentes in gradu diſpares, nũquid, habeat locũ repreſentatio, an vero proximior remotiorem excludat? Reſp. Diuerſæ ſunt Doct. ſententiæ, Iacob. Burrig. d. auth. defuncto, ut refert ibi Bal. voluit repræſentationi locum eſſe, ſicut in ordine deſcendentium, verum contraria ſententia & apta Iuſtiniani cõſtitutione deciſa ĩ d. Auth. defuncto, & frequẽtiori Doc. calculo comprobata eſt, quod, ſ. in ordine aſcẽdentium, qui propriore gradu defunctum attingit, remotiorem excludat, ita tenet gl. d. auth. defuncto, & eam dicit eſſe communẽ Bolog. d. tract. art. 2. princip. nu. 6. Did. Couar. d. tract. concluſ. 3. Valent. Forſter. trac. ſucceſ. rubr. de ſucceſ. aſcend. caſu. 1. concl. 5. & d. gl. approbatam dicit Io. Schneidevvin. d. rubr. de ſucc. parẽtum naturalium, & legi. nu. 21. & ueriorem & communiorem reprobata Butrigarii opinione. Ratio diuerſitatis inter deſcendentẽs & aſcendentes eſt, quia hæreditas debetur liberis iure naturæ, & parentum voto, vnde cum ordine naturæ parentes citius moriantur eadem requirit, ut liberi in mortuorum locum ſuccedant: ſecus eſt in aſcendentibus, ideoque cum lex naturam imitetur, repreſentationis ius in aſcendentium ordine uoluit concedere.

7 Et prædicta locum habent indiſtinctè, ſiue ſuperſit pater & auus paternus, ſiue

ſiue maternus, uel mater & auus maternus ſiue paternus, namque pater etiã in aui poteſtate exiſtens præfertur auo paterno, & mater auo materno. hanc dicit communem Didac. Cou. d. tract. concluſ. 4. & econtra pater prælertus auo materno, & mater auo paterno, etiam quoad bona quæſita a patre, uel linea paterna. tex. eſt d. l. quod ſcitis, & ibi tradit gloſſ. quam communiter Doctores ſequuntur vt aſſerit ibi Salicet, & Corne. gl. d. auth. defuncto, quã dicit ſequi Doctores Oliuer. Textor tract. ſucceſ. ab inteſt. nu. 72. cum pluribus per eum laudatis.

Quæſtio XXIII.

SVMMARIA.

Sorores & fratres utrinque coniuncti ſuccedunt defuncto cum eius patre, & matre, nu. 1.
Quid ſi cum fratribus, & ſororibus ſuperſit auus uel auia, nu. 2.
Quid ſi cum aſcendentibus ſuperſint fratres & ſorores & fratrum filij, nu. 3.
Quid item in nepotibus & pro nepotibus, numero. 4.
An fratres & ſorores ſuccedãt cum aſcẽdentibus in ſtirpes uel capita, nu. 5.

1 QVæro ſucceſſiue, ſi una cum patre, uel matre ſuperſint alii defuncti fratres & ſorores, numquid pater & mater cum iis ſuccedant filio ſine liberis defuncto? Reſp. ꝙ ſic. text. d. auth. defuncto, & hęc concluſio eſt clara. & d. auth. practicatur, ut dicit Bar. ibi, quem refert Boer. deciſ. 285. num. 1. Sed quid ſi cum fratribus
2 utrinque coniunctis ſuperſint aues uel auia, nũquid fratres excludant auum uel auiam? Reſp. Hoc paſſu diſſidentes ſunt ſententiæ, namque Accurſ. d. auth. defuncto, opinatur, quod frater uel ſoror vtrinque coniuncta, cum patre quidem & matre admittantur: auum uero auiã ve excludant, pro qua plures ſed falſo allegat Caſſan. in conſuet. Burg. rub. 7. nu. 6. Sed neglecta hac opinione Accurſi. cõtraria ſententia quod imo fratres, & ſorores non excludant auum uel auiam, frequentiori Doc. calculo recepta eſt eam tenet gloſſ. d. §. conſequẽs, uerb. proximis, & tutatus eſt Bar. d. auth. defuncto, & communem dicit eſſe opi. Bald. ibi. & conſ. 168. vol. 4. & d. gl. communiter teneri a Doct. aſſerit Mattheſ. d. tract. ſuc. par. 2. nu. 9. in h. hãc quoque ſententiam dicit communem Gerard. Mullert. add. ad Roland. Paſſag. tract. ſucc. ab inteſt. num. 19. Oliuer. Textor tract. ſucc. ab inteſtat. numer. 77 verſ. ampliatur, Ant. de Roſel. tract. ſuc. num. 87.

3 Quid autem ſi ſuperſint cum aſcendentibus fratres ſorore ſue. & fratrum filii, numquid illi ſuccedent una cum patre & matre, auo & auia, & ſic deinceps ſicut eorum parens? Reſp. Communis, & uera eſt ſententia, quod admittantur, nõ tamen in capita, ſed in ſtirpes, ita ut patris ſui portionem ſolummodo cõſequatur. ita tenet glo. d. Auth. defuncto, quam dicit communiter approbatam Cou. d. tract. ſucceſ. ab inteſtat. nu. 5. uerſ. tertio eſt notandum.

4 Quæro, numquid prædicta procedant in nepotibus, uel pronepotibus, vt admittantur vna cum aſcendentibus fratribus ſororibusve defuncti? Reſp. quòd nõ, ſed illi excluduntur: priuilegium enim illud ſolos fratrum filios complectitur, nec eorum perſonam egreditur. text. eſt auth. poſt fratres, C. de leg. hæred. & ibi tenet gloſ. quæ communiter approbata eſt, ut teſtatur Couar. d. tract. ſucc. ab inteſt. conc. 6. uerſicul. tertio eſt notandum, num. 5.

5 Quæro ulterius, an hoc caſu, quando cum aſcendentibus concurrunt fratres ſororesve utrinque coniunctæ ſuccedant in ſtirpes uel in capita? Reſp. quòd ſuccedunt in capita, ut ſi defunctus reliquit ſuperſtites auum auiamque paternoſ: & ſolam auiam maternam. & fratrem aut ſororem, hæreditas in quatuor partes diuiditur. ita tenet gloſ. d. Auth. defuncto, quam communiter approbatam aſſerit Cou. d. tract. ſuc. ab inteſtat. q. 6. Veram & communem dicit opinionem Ioan. Schneidevvein inſtit. de hæred. ab inteſt. rubr. de ſuc. aſcend. nu. 25. Secus uero eſt, ſi filii fratrum ſuperſint ii enim cum parentibus ipſius patris defuncti in ſtirpem admittuntur. ita tradit d. glo. verb. proximis, & communiter teneri prædicti Doc. fatentur.

Quæſtio XXIIII.

SVMMARIVM.

Frater ex uno latere tantum an admittatur cum aſcendentibus.

SVcceſſiue quæro, numquid prædicta de ſucceſſione fratrum, & ſororum cum aſcendentibus, habeant locum etiam in fratre ex vno latere tantum defuncto coniuncto, vt vna cum aſcendentibus ſuccedat? Reſpon. quòd fratres, & ſorores ex vno latere tantum, ut ex patre tantum, ſi conſanguinei, vel ex matre tantum, uterini dicti, vel filii eorum, hodie nullo modo ſuccedunt ab inteſtato ſimul cum patre, uel matre, aut cum aliquo de aſcendētibus per lineam paternam vel maternā, licet ſecus fuerit olim, ueluti ſi Petrus habuit vxorem, & ex ea filiam: eaq; defuncta ſecundam duxit, ex qua filium genuit patre filioque defunctis, mater in ſucceſſione filii præfertur filiæ ex primo matrimonio, & ſorori conſanguineæ fratris ex ſecundo matrimonio. tex. d. Auth. defuncto & ibi tenet Bal. & receptā hanc ſententiam nuncupat Did. Cou. d. tract. de ſucceſ. ab inteſt. conclu. 6. & hoc non habere dubium dicit Pau. de Caſt. d. auth. defuncto, & ſic iudicatum refert Boe. deci. 185. nu. 2. idq; tunc verum & de plano procedit, quando frater erat ex latere patris cū matre, qui non attinet matri, uel contra pater & frater ex latere matris, ſed ſi extet mater, & frater ex latere materno, maius dubium eſt, namque Bald. d. auth. non admitti fratrem exiſtimauit, ſed contrariū voluit Paul. de Caſtr. ibi verſi. circa ſecundam partem, prior tamen uerior & receptior eſt.

Quæſtio XXV.

SVMMARIA.

Parentes conuolantes ad ſecundas nuptias à filiorum ſucceſſione repelluntur, n. 1. declaratur, nu. 2. 3. & ſeq.

Si extent filii uel filiæ per ſtatutum excluſæ an pleno iure defuncto filio ſuccedant parentes, nu. 6.

Quid ſi per renunciationem excluſa. num. 7.

Quid ſi filius matrem inſtituat, nu. 9. & ſeq.

Quid ſi parens conſenſu filiorum iterauit nuptias, nu. 10.

Quid ſi conſenſu prioris mariti, nu. 11.

1 DIxi qualiter aſcendentes ſuccedant filio, deficiētib. liberis & fratribus, vel etiam fratres vna cum ipſis aſcendentibus, & hæc quidem generaliter procedunt, niſi adſit qualitas excludens eos a ſucceſſionē, imprimis autē quando ad ſecundas nuptias non conuolant, ubi autē nuptias iterant parentes, a filiorum ſucceſſione repelluntur. tex. l. fœminæ, C. de ſecund. nupt. & quidem in matre non habet dubium. hanc dicit eſſe communem opi. Dec. c. Eccleſiæ S. Mariæ. n. 35. ext. de conſt. & oēs conſentiunt pęnas ſecundo nubentiū in fauorē filiorum introductas non eſſe ſublatas, ut aſſerit Abb. c. fi. de ſecund. nup. & ita tenendum iudicando & cōſulendo dicit Rip. l. fi. de ſecund. nupt. Io. Delect. de arte teſtand. tit. 6. cau. 18. Ant. Gabr. li. 3. de ſecun. nupt. conclu. 6. Sed quæſtio eſt, nunquid pęna dicta in patre locū habeat? Reſp. Cōmunis & recepta eſt opinio, quod pęna hæc ad patrē quoq; produci & extendi debeat. ita tenet glo. d. l. fœminæ, §. illud, C. de ſecun. nup. & ſequitur Bar. ibi. Cōēm dicit opinionem Capra conſi. 46. Rol. a Valle conſi. 95. num. 8. uol. 1. Gabr. de ſecund. nupt. concl. 3. nu. 1. Guid. Pap. q. 228. Ruminal. conſi. 251. in fi. lib. 2. Fran. Burſat. conſil. 12. nu. 1. uol. 1. Valent. Forſter. tracta. de ſucceſ. ab inteſt. rub. Caſus in quibus parentes a ſucceſ. lib. arceantur, caſu 1. verſi. an pęna hæc habeat locum in patre. In-

2 telligę tamen hanc generalem concluſionem hodie, vt parentes amittant hæreditatem filiorum quoad proprietatem non uſumfructum, quia vocātur ad ſucceſſionem cum filii fratribus, ita tamen ut ſolummodo habeant vſum in bonis filiorū vita functorum, in proprietate autem ab inteſtato non ſuccedunt. tex. eſt apertus auth. de nup. §. hinc nos alia, verſ. ſi tamē, & conſentiunt cōiter Doc. ſed hodie nō ſeruari nec ſeruandum eſſe dicit Veſenb. add. ad Io. Sneidevvein d. loco, num. 32. quod verum eſt, neq; enim vnquam in his partibus obſeruatū vidi, quod nota.

3 Et hoc quidem de iure communi plane proce-

ſic procedit, quando ſuperſunt alij filij fratris defuncti, ſecus vero ſi vnicus tantum eſt filius defunctus, vel quia omnes alij filij eiuſdem fratris mortui eſſent, tunc.n. pater uel mater aut ambo ſuccedūt defuncto filio pleno iure etiam quoad proprietatem, ſiue viuo filio ad ſecundas migrauerint nuptias, ſiue. poſt. ita tenet Bart.d.auth. ex teſtõ, C.de ſec.nup. & hanc dicit eſſe communem opinionem ibi Io. de Garro.num.46. & ſequ. Veriorem & communiorem dicit Boer. deciſ. 185.nu.17. & magis communem appellat Ant. Gabr. com. cócl.li.3. de ſec.nup. concluſ.2. num 29. quamuis contrarium uoluerit glo.d. Auth. ex teſtõ, uerb. filij, cuius ſententiam dicit communem. Io. de Ana. conſi.73. incip. ex his quæ in facto, ſed prior tenenda & magis communis eſt, & d.gl. communiter damnari dicit Alex.conſi.58.vol.4.

4 Item prędicta procedunt in bonis, quę prouenerunt ex ſubſtantia alterius parentis, in quibus ſolū habet uſumfructum, in cæteris autem aliūde quæſitis pleno iure ſuccedunt ambo, d.§.hinc nos, eſtq; communis opi. ut teſtatur Viu.com. opi. lib.1. verb.mulier ad ſecundas, num.10. Rip.d.l. fœminæ, n.52. Grat. conſil.35. nu.10. vol.1. Franciſ. Burſ.conſi.12.nu. 2.vol.1. ideoq; mater non priuatur proprietate in bonis quęſitis filio non a primo marito, ſed ab eius patre, & ita quoad ea, quę peruenerunt ad nepotem ex bonis aui. ita ſentit Bar.d.Auth.ex teſtamento, & ibi dicit hanc eſſe communem opi. Ioā. de Garro. num.28. Sed quæro,

5 quid ſi ſuperſint tātum filii, uel filię per ſtatutum excluſæ a ſucceſſione, nūquid a tali lucro quoque ſint excluſæ, & parētes ad ſecunda uota tranſeuntes bona filiorum defunctorum pleno iure conſequantur? Reſpon. ꝙ talia lucra ad filios pertineant, excluſis parentibus. ita tenet Salic.l. generaliter,§. illud. C.de ſecund. nupt. & hęc eſt communis opinio, ut aſſerit Socin.conſi.305.vol.1.conſi.263.uol. 2.Pariſ.conſi.29.nu.78, uolum.3. Ceph. conſi.288.primo dubio, uol.2. Ratio eſt, quia applicantur, ut filiabus non ut hęredibus, nec ut portio hæreditatis, ſed, ut ęs alienum.

6 Quæro item, quid ſi filius matrem in ſtituat in ſuo teſtõ uel aliis diſpoſuerit numquid mater ſuccedet etiam in proprietate? Reſp. quòd ſic. tex. eſt Authen. ex teſtamento, C.de ſecund. nupt. & hoc adeo procedit, ut ſtante uoluntate filii mater ſuccedat non modo in bonis aliunde quęſitis, ſed etiam a patre acquiſitis. ita tenet Bald.l. mater, C.ad Tertull. & hanc eſſe ueritatem, & omnes Doct. tenere dicit Ioan. de Garro.d. Auth. ex teſtamento, num.4.

7 Sed numquid hoc uerum eſt, ſi diſpoſitio filii facta fuerit antequam mater tranſeat ad ſecunda uota? Reſpon. quòd ſic. ita tenet Fulg.d.l. ſi mater, & ibi Corn. dicit. ita Doct. communiter tenere, idem teſtatur Ioan. de Garro.d. Auth. ex teſtamento, numer.4. uerſ. ſi uero nondum.

8 Quid autem ſi parens tranſeat ad ſecundas nuptias conſenſu filiorum primi mariti, nūquid priuabitur proprietate bonorum filii? Reſpond. quòd non. ita tenet glo.§.1.uerb. copulantur auth. de nō elig. ſecund. nubent & ſequitur Ang. ibi dicens ſingularem, & hoc dictum eſſe uerissimum, & indubitatum ſecundum omnes Doct. dicit Ioā. de Garr. rubr. de ſec. nup. nu.116.

9 Quid ſi cum conſenſu mariti prædefuncti nuptias iterauerit, an tunc etiam proprietate bonorum filii priuabitur, an uero partem cum reliquis liberis conſequetur? Reſp. Hac in quæſtionę in diuerſas itum eſt ſententias, ſed obtinuit hoc caſu non priuari. ita tenet Bald. rub. de ſecund. nupt. & ibi Dec. hanc indubitanter ueram aſſerit, & communem eſſe teſtatur Dec. c. Eccleſia S. Mariæ, nu.35. Rip.d.l. fœminę, num. 25. Ioan. Corraſ. Miſcel. lib.3. cap.1. nu.12. & ab hac non eſt recedendum.

Quaestio XXVI.

SVMMARIVM.

Parentes luxurioſe viuentes a ſucceſſione liberorum arcentur.

IVxta prædicta, numquid parentes luxurioſe viuētes ab hæreditate filiorū repellantur? Reſp. quòd ſic, ita tenet Accur. Auth. eiſdem penis, C. de ſecund.

nupt.& hanc ſententiam frequentius approbare Docto.teſtatur Bal.ibi, Salic.& Io.Fab.Alex.l.liberorum,§.notantur,ff. de his qui not.infam. hanc quoque dicit communem Io.Nicol.d.l. generaliter,n. 15.Villal.com.opi.col.lec.lit.B.n.21.Valent.Forſter.de ſucceſ.aſcend.Rubr. Caſus quibus parentes a ſucceſ.liber.arcent. caſu 1.limit. 3. vbi ſubiicit eam magis de æquitate obtinere quam iuris rigore defendi poſſe.

Queſtio XXVII.

SVMMARIA.

Mater non petens tutorem filio impuberi priuatur ſucceſſione,nu.1.
An hoc procedit in minore 25.annis,nu.2.
Quid ſi fuerit effecta maior,nu.3.
Quid ſi mater ipſa tutelam ſuſceperit,& poſtea ad ſecundas nuptias conuolauit,nu. 4.declaratur nu.5.& 6.

ALius caſus eſt,quo mater a filij ſucceſſione repellitur,nimirum quando filio impuberi in pupillari ætate non petiit tutorem,tex.§.fi.inſt.ad Tertul.Pariſ.conſi.84.vol.2.communem dicit. Secus ſi intra annum fuerit mortuus quia tunc excuſatur, licet contrarium uoluerit Bard.2.§ cõſeſtim.ff.ad Tert.cuius dictum in practica non ſeruari dicit Ang.l. ſciãt cuncti,C.de legit.hæred. n.2. & contra eum eſt magis communis opi.ut teſtatur Quinct.ad Pau.de Caſt.conſi.33.par. 3.& hanc dicit communem opinionem Capra conſi.9.Franc.de Eccleſ. conſi.10. volum.2.conſi.feud. quos refert Franciſ. Burſ.conſi.8.nu.40.vol.1.& quod ita tenent communiter Docto. aſſerit Cachen. deciſ.pedem.58.nu.6.Et hoc caſu aſſerẽti,intra annum petitum non eſſe tutorẽ incumbit probatio.hãc dicit eſſe communem opin.Alex.conſi.185.nu.10.vol.6. Ant.Gab.com.conclu.lib.6.de tutel.conclu 1.num.32.Prædicta concluſio pro-
2 cedit in matre, quæ fuit maior, ſed quid ſi fuit minor 25 annis, numquid etiam priuabitur hæreditate filij? Reſpond. quod non,ſed admittitur ad filii ſucceſſionem. ita tenet Bald.d.l.matrem, & hanc eſſe cõmunem opin.teſtatur Viu.commu.opin. lib.1.uerb.mulier ad ſecundas,nu.3. Sed quid ſi mater ætate minor effecta fuerit
3 maior,& intra annum non petierit tutorem,numquid tunc priuabitur hæreditate? Reſpond.quod non,ſed adhuc admittitur ad filii ſucceſſionem.ita tenet Salic. d.l.ſciant cuncti,& hanc dicit eſſe communem opi.Bal.l.precibus,colum. 4. C. de impub.& aliis ſubſt.Porcus,§ fi.ad Tertul.Mandoſ.ad Roma.conſ.279. verb.effecta,Fran.Burſ.conſ.8.nu. 40.vol.1.Gabriel.d.concl.1.nu.53.

4 Quid autem ſi ipſa mater tutelam ſuſceperit quod facere poteſt, vt dixi §. tutela,& ſuſcepta tutela filii, conuolauerit ad ſecũdas nuptias nõ petito tutore filio impuberi,numquid tunc etiam priuabitur ſucceſſione?Reſp.quod ſic, etiã poſt annum luctus,ita tenent cõmuniter Docto.omnes indiſferẽter, vt teſtatur Io.de Garro.d.auth.eiſdem,C.de ſecund.nuptiis quia tunc non punitur propter ſecũdas nuptias,ſed ex facto ſuo culpoſo qđ contra ſuam promiſſionem de non nubendo, niſi petito tutore & redditis rationibus nuptias iterauit, nec ſufficit hoc caſu ad hoc ne mater tutrix priuetur filiæ intra pupillares annos decedentis ſucceſſione,ſola tutoris petitio,ſed etiã copulatiue interuenire debent petitio tutoris, redditio rationũ, adminiſtrationis, & reliquorũ reſtitutio.text. l.omnes, Cod.ad Tertu.& ibi tenet Alber.& ſequũtur Doctor.communiter vt teſtatur Nonius cõſi.75.numero quinto: & hæc notãda ſũt & utile,ut mater faciat ſibi fieri quietationes.

5 Et hoc quidem procedit de plano, quã mater,quæ iurauit,tranſit ad ſecũdas nuptias,ſed quid mulier non iurauit de non tranſeundo ad ſecundas nuptias, numquid priuabitur hæreditate ſi non petito tutore ad ea tranſierit?Reſp.quod ſic, quia etiam hodie dicta pœna locum habet, cũ non teneatur iurare.ita tenet Io.gloſſ.d. Auth.eiſdem pœnis,& ſequitur Bart. & Doctor.eſt que communis opin. ut teſtatur Soc.conſi.36.Viſis & inſpectis, num. 14.Ioan.de Garro.d.auth.eiſdem pœnis, nu.27.Corne. conſi. 132. vol.2.& quod hæc eſt communis & recepta ſcribẽtium opinio & veriſſima aſſerit Tob. Nonius conſi.75.nu.6.

6 Quæro item, numquid prædicta concluſio procedat, ſi mater ſit data tutrix in teſtã a marito, ut teneatur tutorẽ petere, ne priuetur ſucceſſione? Reſp. ꝙ ſic ita tenet gl. d. l. omnem, dum concludit, quod per tranſitum ad ſecundas nuptias mater deſinat ipſo iure eſſe tutrix, quam ſequitur ibi Cyn. in add. & dicit Alberi. quod hanc opin. uidit ſeruari in iudicio, & Corn. quod illa opinio eſt tenenda tã quam ab omnibus approbata, hanc opi. dicit communem, & uulgatam Ioan. Ferra. form. libel. quo agitur ad redd. ration. tut. & quod iſta ſeruatur in practica dicit Ang. Are. §. actionum 2. col. Magis cõmuné dicit Io. de Garro. d. auth. eiſdem pęnis, nu. 40. & ſeruari dicit Gabr. de ſecun. nup. concl. 9. nu. 6. lib. 3. & licet gl. ſup. uideatur uelle, quod mater non teneatur renũciare accepta tutela ſecundis nuptiis; tamen cõtrariũ tenet ibi Bar. & eſt magis communis opinio Doc. vt teſtatur Io. de Carro. d. auth. eiſdẽ, nu. 40.

Quæſtio XXVIII.

SVMMARIA.

An auia non petens tutorem nepotibus priuetur ſucceſſione, nu. 1.

Quid ſi mater & auia ſuperſint, & mater fuit negligens, nu. 2.

1 QVæro, numquid etiam auia, ſi non petiit nepotibus prouideri de tutore legitimo, ueniat priuanda totali ſucceſſione nepotis vel neptis morientis in pupillari ętate? Reſ. ꝙ ſic, ſiue ſit auia paterna uel materna. tex. eſt l. 2. uerſiculo, quid ſi nepotibus, ff. ad Tertu. quem adhoc adducit Bar. l. 2. in princ. uerſi. ulterius quero, ff. de uulgar. quem communiter ab omnibus approbatam aſſerit Pa-
2 riſ. conſi. 84. nu. 22. uolum. 2. Quod quidem non habet dubium, ſi auia ſola ſupereſt, ſed quid ſtante matre & auia? ſi quid ſi mater quæ præcedit auiam in gradu, fuerit negligens in petendo tutore, & ad ſecundas nuptias tranſierit, oberit auiæ? Reſpon. ꝙ non, ſed ſtante matre & auia, mater ſola excluditur a ſucceſſione, & nõ auia, licet uteraque fuerit in negligentia non petendo tutorem, eſt glo. l. nepotibus C. qui per. tut. & tradit Bal. l. precibus verſic. quid ſi impubes, C. de impub. & hanc aſſerit eſſe communem opinionem Capra conſi. 14. cum uiſo, col. 2. & ſeq. & conſi. 59. Pariſ. d. conſ. 84. num. 29. idque procedit etiam, quod ipſa auia fuiſſet negligens per annum poſt negligentiam matris, quicquid dixerit Bart. d. l. nepotibus, contra quem eſt cõmunis opinio, ut teſtatur Pariſ. d. conſil. 84. nu. 29.

Quæſtio XXIX.

SVMMARIVM.

An parentes ſuccedant filiis illegitimis.

PRædicta de ſucceſſione aſcendẽtiũ, locum habent in parentibus legitimis, & naturalibus, ſed quæro, an parentes ſuccedant liberis illegitimis? Reſpõ. quod filiis illegitimis de uncti s inteſtato, tunc parentes ſuccedunt, quando ipſi illegitimi non ſuperſtitibus legitimis & naturalibus, uel aliis parenti ſuccedunt, & qua ratione liberi parentibus ſuccedunt, eadem parentes ad liberorum ſucceſſionem uocantur. tex. eſt qui probat, §. filium, Auth. quibus mod. naturales effic. ſui, & tenet Azo dum loquitur de ſpurio in ſum. C. de leg. hæred. & hęc eſt frequentiſſima omnium interpretum ſententia, vt teſtatur Couar. de ſucc. ab inteſt. concl. 12. nu. 13. magis cõmunem opinionem nuncupat Anton. Gabr. com. concluſ. lib. 6. de legib. concluſ. 3. nu. 25.

Quæſtio XXX.

SVMMARIA.

Non relictis deſcendentib. neque aſcendentibus, fratres, et ſorores utrinque coniunctæ excluſis aliis collateralibus in capita ſuccedunt, nu. 1.

Quid ſi cum fratribus ſint aſcendentes, nume. 2.

Quid ſi cum fratribus ex altero fratre, uel ſorore nepotes ſint, nu. 3.

Plurium fratrum, uel ſororum filij ſoli an ſuccedant in capita. uel ſtirpes q. arduæ, nu. 4.

1 Reſtat vt de tertio ordine ſucceſſionis, ſ. tranſuerſalium dicamus. Deficientibus itaq; deſcendẽtibus, & aſcendentibus defuncto ſuccedunt fratres, & ſorores vtrinque coniuncti coniunctę, vel æqualiter, text. §. reliquum, Auth. de hæred. ab inteſta. & hoc non habet dubium.

2 Sed quid ſi cum fratribus ſuperſint aſcendetes? Dixi ſupra q. 23.

3 Quid aũt ſi cum fratrib. & ſororib. ſuperſint ex altero fratre, vel ſorore filii: Numquid cum patruis ſimul admittentur ad defuncti hęreditatem? Reſpon. quod ſic, non tamen in capita, ſed in ſtirpes, ita vt ſi ſint tres, vel quatuor nepotes ex fratre pręmortuo, tantum capiant omnes quantum accepturus eorum pater, ſi viueret, tex. auth. ceſſante, C. de ſuis & leg. hæred. & hoc de iure communi abſque controuerſia receptum eſt, vt teſtatur Coua. de ſucce. ab inteſt. num. 7. concl. 8. & hanc planiſſimam concluſionem, & quod in hoc nemo controuerſiam facit affirmat Bec. conſi. 16. num. 1. Sed quid ſtante ſtatuto, quòd ſuccedant agnati maſculi, prout in gradu ſunt proximiores, vel concurrentes vſque ad quartum gradum, numquid filii fratrum admittẽtur cum patruis? Reſpon. quod ſic. tex. l. cum ita, §. in fideic. ff. de leg. 2. & ibi tenet glo. verb. proximo, quam magis communiter ibi approbant DD. vt aſſerit Bolog. add. ad Matheſ. art. 3. princ. nu. 3. de qua gl. dixi ſupra, §. fideic. q. 11.

4 Sed ingens certamen occurrit, ſi quis deceſſerit non relictis deſcendentibus nec aſcendentibus, nec fratribus, ſed tantum nepotibus ex diuerſis fratribus, qualiter iſti admittantur ad defuncti patrui ſucceſſionem, in ſtirpes, an in capita? Reſpond. Hæc quæ cimmeriis prope tenebris obſcurior eſt, & probabiliter in vtrãque partem diſputata, Azo nepotes in capita ſuccedere tradidit, quam ſententiam plures alii non leuis auctoritatis viri amplexi ſunt, & eam magis conſonã literæ, & naturæ, licet contrariam in cõſulendo ſecutus ſit, aſſerit Bald. d. auth. ceſſante, & fortiorib. rationibus fundatã dicit Salic. ibi, & cõmuniter teneri dicit Capra conſi. 21. vol. vlt. & veriorem de iure tradit Ang. Aret. §. cum filius, inſti. de hæred. quę ab inteſt. quamuis ſi caſus cõtingeret vereretur diſcedere ab opinione glo. Barto. & Bald. propter immẽſam illorum auctoritatem, & hanc ſententiã omnes quotquot fuerunt ante Accurſiũ ſecutos fuiſſe ſcribit Bald. ca. 1. de natura ſuc. feud. & in Germania ſeruari, & à Carolo V. Imperatore conſtitutione roboratam in comitiis Imperii affirmat Zaſ. tract. feud. par. 8. d. conclu. Ferrar. Manṫa, inſt. de hęre. quæ ab inteſt. verb. non in capita. vbi dicit eam conſtitutionem editam an. 1529. qua Caro. V. Imp. vindicata & aſſerta iuris ciuilis aperta definitione, ſanxit filios fratrũ ſolos in defuncti patrui hæreditatem in capita ſuccedere, & viriles portiones conſequi hanc veriſſimam eſſe arreſto Centum uiralis curia Pariſ. comprobauit, nec erubuit reſcindere aliud arreſtũ ante pronunciatum.

Contrariam partem, vt ſcilicet ii ſuccedant in ſtirpes, tenet Accurſ. ſibi contrarius d. auth. ceſſante. & ibi Ang. dicit opinionem Azon. de iure antiquo ſecuriorem eſſe, ſed hanc de iure nouo procedere, & in praxi obſeruari. hãc dicit communiter teneri Florian. Clement. plures de iure patrona. Bald. d. §. hoc etiam Ioſ. Fab. §. cæterum, inſtitu. de legit. agna. ſucceſ. hanc quoque communem & in deciſionibus tenendam eſſe dicit Corn. dic. auth. ceſſante. Matheſil. tracta. ſucceſ. ab inteſtat. ter. art. princ. verſ. ſecundo dubitatur, & verſi. quando autem ſuccedunt. Alex. conſi. 29. perſpectis his, volu. 4. & ab ea iudicando non eſſe recedẽdum, & conſi. 55. num. 4. hanc quoque communem aſſerit Dec. l. nepotib. C. vnd. legit. Nicol de Vbald. tract. ſucce. ab inteſta. 3. part. verſ. ſed circa hoc quæro. Carol. Ruin. conſ. 8. incip. propoſita, vol. 1. Stepha. Bertrand. l. hac, edictali, nu. 4. C. de ſecund. nupt. conſ. 2. incip. Viſo conſultationis themate 2. dubio, vol. 4. vbi ſubdit eam potiorib. fulcitam fundamentis, nec eſſe tutum ab ea recedere in iudicando, nec conſulendo. Barba. conſi. 55. ſtatim, num. 9. & ſeq. eandem dicit communem, & ab ea non eſſe diſcedendum. Cur. trac. feud. par. 3. verſ. circa iſtam materiã. eandem dicit communẽ Port. d. §. cæterũ eamque in iudicando & conſulendo eſſe ſequendã, huic opinioni adhæret & dicit

dit communem & ab ea non eſſe recedẽdũ in iudicando Iaſ.conſ.173. circa primum dubiũ,n.2.vol.4. Cõem & ſecũdũ eã iudicatum refert Guid.Pap.deciſ.134. ſed qualiter communẽ pariter, & ab eã non eſſe recedẽdum in iudicando & con ſulendo dicit Pariſ.conſ.25.uidi,num.9. vol.2.Boer.conſ.2.Soc.iu.conſ.104.ut in præſenti,nu.29.lib.1. & hanc opinio item multo plures ſequi,quam contrariam affirmat Tiraq.de vtroq; retractu, par.1.§.x.gl.12 nu.5.Mod.Pariſ.addit. ad Alex.d.conſil.55.nu.4.dicunt ꝙ hæc opinio manſit inconcuſſa vſq; ad tẽpora Fort.Gartz.& Vdal.Z.ſii, ſed ipſe com munem ſequitur.hanc quoq; ipſe Fort. & Zaſ.communem aſſerunt. Apoſt. ad Bar.l.poſt conſang.ff.de ſuis & leg.hanc item receptiſſimam cum multis aliis firmat.Franc.Becius d.conſi.16.n.5.& ſeq. & nephas eſſe eam deſerere, quandoqui dem vti communis & receptiſſima quaſi per manus a maioribus noſtris tradita eſt.Did.Cou.tract.de ſucc.ab inteſt.con cl.8.nu.8.licet ipſe quoque contrariam probet.Maturin.Montan.Auth.de hær. ab inteſt.uenien.Rub.de ſucc. tranſuerſ. Reg.19.& quamuis hæc opinio maximè de æquitate ſuſtineri poſſit; tamen cum Azonis ſententia noua Imperatoris cõ ſtitutione comprobata ſit,ab ea recedendum non eſt,quam etiam nouiſſimè cõmunem & tutiorem dicit Fern.Vaſq. de ſucc.reſol.§.13.nu.13.

Et hoc procedit quidem in allodialibus.Sed nunquid in feudis idem dicendum? Reſp.quamuis magis cõis opinio ſupra relata, ꝙ in ſtirpes ſuccedant, ad feuda quoque extenditur,cum in conſuetudinibus feudorum,aliter expreſſe diſpoſitum non reperiatur: tamen Azonis ſententia Imperatoris conſtitutione comprobata hodie quoque obtinet, atque ita in ſupremo iudicio pronunciatum fuiſſe refert Minſing.in obſer. cent. 2.obſ.94.

Quæſtio XXXI.

SVMMARIA.

Fratres utrinque coniuncti eorumq; filij excludunt fratres & ſorores ex uno latere tantum,nu.1.

Quid ſtante ſtatuto excludente mulieres & lineam maternam,nu.2.

Quid in ſucceſſione feudorum,nu.3.

1 PRædicta procedunt in fratrib.eorũ que liberis utrinque cõiunctis. Sed quæro, quid ſi concurrat ad hæreditatẽ defuncti frater coniunctus ex utroq; latere,uel filius ei⁹,& alter frater cõiũctus ex uno latere tm̃ ſiue materno ſiue paterno? Nunquid æqualiter admittantur ad defuncti hæreditatem? Reſp.ꝙ non, ſed pfertur frater vtrinq; cõiunctus, vel filii,vel ſoror vtrinq; coniuncta in oĩbus bonis vndecunq; quæſitis & prouẽtis, & fratres ex uno parente tm̃ coniuncti, hoc eſt,vel conſanguinei uel uterini excluduntur tex.§.itaq; C.com.de ſucc.& ibi gl.fi.& omnes DD. ibi hoc tenet, ut dicit Pariſ.conſi.84.nu.2.vol.2.

2 Quæro item, quid ſtãte ſtatuto excludente mulieres, & lineã maternã a ſucceſſione, & uocante agnatos maſculos, utrum frater utrinq; coniunctus excludat conſanguineum, uel filii conſanguinei tantum admittãtur ſimul cũ filiis alterius fratris vtrinq; coniuncti? Reſpon. quod admittendi ſunt æqualiter omnes, ſiue ſint vtrinq; coniuncti,ſiue ſint conſanguinei tm̃.tex.qui probat l.1.C.de legit.hęred.per quẽ oẽs concludunt communiter,ꝙ quotieſcũq; in aliqua diſpo ſitione fit dr̃ia inter agnatos & cognatos,quia vocantur agnati,& iis ſtãtibus, excluduntur cognati, tunc frater utrinque coniunctus non excludit conſanguineum tantum ita tradit Iaſ.l.re coniuncti,num.13.ff.de lega.2.hanc dicit veriorem, & magis communem opinionem Iac.Mandell.conſi.81.nu.4.& quod omnes recentiores ita tenent dicit Forſter. tract.ſucce.Ratio eſt,quia quod utrinq; coniunctus excludit conſanguineum tãtum, procedit eo, quod ita ſuccedunt agnati ſicut cognati, & vtrinq; habet duo vincula,ſcilicet agnationis & cognationis,quæ aliquid plus debent operari ſimul iuncta. Sed quando cognatio excluditur, tunc alterum uinculum, ſ.cognationis,eſt penitus impertinẽs.& quẽ admodũ per ſe nihil operatur, ita etiam iunctum cum alio nihil debet operari.

3 Quęro itẽ, quid in feudis, vtrum frater vtrinque coniunctus excludat fratrem cõſanguineum & ſic ex vno latere coniunctum. An vero pariter admittantur? Reſpõ. ꝙ frater conſanguineus vna cum fratre vtrinq; coniuncto ad fratris defuncti feudum admittitur. tex. c. 1. de ſuc. feud. & ibi ita tenet Bal. & hanc dicit eſſe communem & veram opinionem idem Bal. conſi. 104. incip. donatio, in fi. lib. 2. Cur. 3. par. tract. feud. vltim. memb. v ei ſ. Sexto quęro, & ita in Camera Imperiali iudicatum refert And. Geil. lib. 2. pract. obſer. 151. Ex communi n. DD. ſentẽtia vinculi duplicitas in feudis non conſideratur. In vterino autẽ fratre ſecus eſt, qa in feudis iure cognationis nõ ſuccedi tur, vt prædicti DD. fatentur.

Scias ẽt, quod prædicta omnia procedunt in fratribus & filiis fratrum in eis conſideratur vinculorum duplicitas, nõ aũt in aliis vlterioribus. ita eſt gloſ. dict. Auth. poſt fratres, vt dixi infra quſtę.

Quæſtio XXXII.

SVMMARIA.

Conſanguinei & vterini ſimul quomodo & in quibus bonis vocentur, num. 1. & quo modo fratrum filij, nu 2.

1 QVæro, ſi defunctus deceſſit ſine deſcendentibus, & ſine fratrib. germanis, hoc eſt, vtrinque coniunctis: ſed tãtum ſuperſtitib. ſibi duob. fratrib. vno veterino & alio conſanguineo: quomodo vocabuntur ij ad ſucceſſionem? Rñ. qđ frater cõſanguineo, hoc eſt, ex paterna linea coniunctus, ſuccedit in ijs. quæ a patre vel eius linea defunctus acquiſiuit: in maternis vero quæ ſcilicet a matre proueniunt, vterinus tñ admittitur: In cæteris vero bonis aliunde acquiſitis æqualiter vocantur. ita tenet gl. d. auth. poſt fratres, gl. itaque. quam magis communiter ſequi DD. dicit Bologn. add. ad Matheſ. art. 3. num. 18. Corn. d. auth. itaque, & d. auth. poſt fratres Cõem ẽt dicit opinionem idem Corn. conſi. 266. & cõſi. 47. vol. 2. Gribal. com. opi. ver. fratres, Ant. Rube. conſ. 76. Iaſ. l. poſt dotem, ff. ſoluto matrimonio Couar. tract. ſucceſ. ab inteſta. conclu. 8. num. 8. verſic. tertio.

2 Et hæc prædicta procedunt etiam in fratrum filijs. Namque filii fratris vterini cum patruo in ſtirpes admittuntur & præferuntur conſanguineis in bonis maternis. In nepotibus vero ex vno latere coniunctis tantum, hæc locum non habent, ſed iſti æqualiter admittuntur. ita tenet Pet. de Bellapert. d. auth. itaque, & non habere dubium dicit Bolog. addi. ad Matheſil. d. ar. 3. nu. 18. & hanc concluſionem verum dicit, nu. 28. & communiter, ita ſentire DD. aſſerit Couar. d. trac. conclu. 8. ver. hæc vero communis opinio. Eſt enim regula hæc notabilis & quotidiana, quod dicta in filiis fratrum vtrinque coniunctorum inter ſe habent etiam locum in filiis fratrum ex vno latere tantum inter ſe: Namque filius fratris vterini præfertur filio fratris conſanguinei in bonis maternis, & econtra. Sed prædictam diſtinctionem hodie nõ ſeruari, ſed ſine bonorum diſtinctione æqualiter fratres conſanguineos & vterinos, eorumque filios ſuccedere aſſerit Veſemb. de ſucceſ. frat. ex vno latere tantum, in add. ad Sneid.

Quæſtio XXXIII.

SVMMARIA.

Trãſuerſales poſt fratres, & fratrum filios quomodo ſuccedant, nu. 1. quid ſi concurrat patruus ex vtroque latere, & ex vno latere tantum, nu. 2 ad quem vſque gradum collaterales ſuccedant, num. 3.

1 DIxi de fratribus & fratrum filiis. Quid autem ſi neque fratres, neq; fratrum filii ſed vlteriores tranſuerſales ſint, an ne dicta de fratribus & filiis fratrum, in iis quoque locum habebunt? Reſp. ꝙ non, ſed vocantur agnati, & cognati in gradu ꝓximiores, & ſi ſint plures, pares ĩ gradu pariter vocant̃, & ſucceſſio fit in capita, ideſt ſecundum numerũ perſonarũ, nõ aũt in ſtirpes oĩ ſublata ſexus differentia, & ſola cognatio conſideratur a filiis & fratrũ filiis: Ideoque ſi quis ab inteſtato deceſſit, relictis vno patruo & fratrib. auunculis, oẽs in viriles partes ſuccedunt. text. d. authen. poſt

fratres,

fratres, & firmant etiam ſcribentes nemine diſcrepante, & in hoc non eſt difficultas, vt teſtatur Matheſ trac. ſucceſ. 3. par. prin. nu. 29. ver. iſta concluſio.

2 Pone, moritur vnus, duobus relictis proximioribus patruis, fratribus patris ſui, quorum vnus erat vtrinque coniunctus, alter erat frater patris conſanguineus tantum, quis iſtorum ſuccedet, an vero ambo concurrẽt? Reſpon. quod admittuntur patrui ſimul, & æqualiter nõ habita diſtinctione bonorum ad hæreditatem, nec cõſideratur in alio duplicitas vinculi, ſed ſola cognatio & paritas gradus & proximitas, ita tenet Bar. l. poſt cõſanguineos, §. legitima, ff. de ſuis & legi. hæred. cuius opinionem dicit veriorem Corn. d. auth. poſt fratres colum. 2. C. de legit. hære. Bolog. add. ad Mattheſ. tract. ſuc. par. 3. nu. 10. Communem dicit Rub. conſi. 102. Cur. iu. conſi. 46. col. 2. Coua. d. loco, nu. 9. quicquid nonnulli contradixerint: Quę enim de duplicitate vinculorum dicta ſunt, item bonorum diſtinctione inter conſanguineos, & vterinos, vltra fratres & eorum filios non extẽduntur, vt prædicti fatentur, & caſum eſſe ſingularem ſecundum omnes in §. exceptis, l. de emancipatis, C. de legit. hær. aſſerit VVrumſe. pract. obſer. lib. 2. Rub. de ſucceſ. obſer. 3.

3 Sed quæro vſque ad quẽ gradum vocentur collaterales ad ſucceſſionem? Reſpon. quòd ad decimum gradum vocantur, indifferenter, & agnati, & cognati, licet cognati olim ad ſeptimum gradum vſque admitterentur, ita tenet gl. Auth. in ſucceſſione, C. de ſuis, & legit. liber. hanc dicit eſſe communem opinionem gl. & DD. dicit Matheſ. d. tract. ſucceſ. n. 91. Did. Couar. concl. 11. num. 11. Ioan. Sneidevvein inſt. de ſuc. cogna. §. fi. & de hæred. quę ab inteſt. deſer. de ſucce. collate. concl. 13. nu. 38. Sed Apoſtillator ibi dicit hodie ſine vlla limitatione in infinitum tam in allodialib. quã feudalibus collaterales, qui proximitatem gradus probare poſſunt, admitti.

Prædicta communis concluſio procedit etiam in clericis ſecularibus, vt in bonis eorum patrimonialibus ſuccedant agnati & cognati ad decimum gradum. ita frequẽtius receptum eſſe aſſerit Mathe. d. tract. ſucc. art. 3. prin. num. 33.

Quæſt. XXXIIII.

SVMMARIVM.

Collateralles an ſuccedãt inuicẽ illegitimis.

PRædicta de ſucceſſione collateraliũ habent locum in legitimis, & naturalibus. Quæro quid in illegitimis, nunquid collaterales ſibi inuicem ſuccedãt? Reſp. Diſtinguẽdum eſt inter naturales, vel ſpurios coniunctos ſibi ex parte patris, & coniunctos ex parte matris: Primo caſu, fratres, vel alii collaterales naturalas, & ſpurii inteſtatis inuicem minime ſuccedunt. hãc dicit receptam ab omnibus opinionem Cou. epit. 4. decr. par. 2. c 8. §. 5. nu. 19. Quia nulla inter eos agnatio, vel cognatio de iure ſuccedit. Secundo caſu, fratres vterini, vel alii collaterales, ex linea materna geniti inteſtatis ſibi inuicem ſuccedunt, tex. l. ſpurius, ff. vnd. cognati, & hoc planum eſt, in ſpuriis natis ex coitu licito, vt dicit Ange. §. vulgo quæſitos, & procedit et in natis ex coitu damnato. hanc communem dicit opinionem Cor. conſi. 21, vol. 1. Cur. iun. conſi. 123. Dida. Cou. d. §. 5. nu. 19. quicquid dixerit de contraria cõi Io. Schneidevvein. inſt. de hęre. ab int. de ſucceſ. frat. incæſt. & ſimilium.

Queſtio. XXXV.

SVMMARIA.

Deportatus, an ſuccedat n. 1. An Bãnitus, n. 2. An Monachus, n. 3. An in hæreticorum ſucceſſione, n. 4. An homicida priuetur ſucceſſione eius quem occidit, nu. 6.

VIdendum de caſibus, quibus ſuccedentes ab inteſtato hęreditarię ſucceſſionis incapaces reperiũtur, quorum nõnullos retuli ſupra, & ibi dicta in collateralibus quoque locum habent.

1 Primus eſt in deportato, de quo dixi ſupra, q. 6.

2 Secundus eſt in bãnito, de quo ſ. q. 7.

3 Tertius eſt in Monacho, de quo dixi ſupra, q. 8.

4 Quartus eſt in Renunciante, de quo ſupra, q. 10.

5 Quintus eſt in ſucceſſione hæreticorum. Nam filii priuantur ſucceſſione paren-

parentum damnatorum de hæreſi. & legitima eis debita de iure naturæ, tam in terris Imperii quàm Eccleſiæ, tex. c. vergẽtis de hæret. quem in utroque foro communiter intelligunt, ut teſtatur Rol. a Val. conſ. 8. nu. 45. uol. 3. Item agnati excluduntur, hanc dicit communem opinionem Carrer. in tract. heret. nu. 140. Rol. à Valle d. conſi. Clar. lib. 5. §. Hæreſis, nu. 14.

6 Sextus caſus eſt in eo qui defunctum occidit. Namque homicida priuatur ſucceſſione eius quem interfecit, ubi ex teſtamento vel ab inteſtato talis ſucceſſio ad eum peruenit, hanc communem eſſe DD. opinionem teſtatur Boer. deciſ. 25. nu. 8. Hipp. de Marſi. conſ. 93. nu. 8. non tamen omnino eſt incapax, ſed hæreditas aufertur tanquam ab indigno, hanc dicit communem Butr. conſil. 63. & hoc non habet difficultatẽ, ut fiſcus præferatur in ſucceſſione quando nulli extant filii occiſoris. Magis dubium, an ipſis filiis occiſoris etiam præferatur? & magis communiter receptum eſt, fiſcũ his quoque præferri, ita atteſtatur Boer. d. deciſ. 25. nu. 8. & 17. & ita iudicatũ in parlam. Pariſien. refert Io. Gallus, q. 146. Aufre. q. 130. ... par. de Arreſt.

Quæſtio XXXVII.

SVMMARIA.

Succeſſio uiri, & uxoris eſt de iure prætorio n. 1. in qua imprimis pacta dotalia, et ſtatuta locorum inſpicienda ſunt.

An ſtatuta domicilij mariti, uel uxoris inſpicienda ſint, nu. 2 declaratur, nu. 3. 4. & ſeq.

1 EXplicuimus tres ordines ſucceſſionis ab inteſtato. Et hi quidem locũ habebant ſaltem de iure communi tandem acceſſit ex pretoris beneficio quartus uiri ſcilicet & vxoris. In hac ſucceſſione imprimis inſpicienda ſunt pact. dotalia, quæ plerumque inter coniuges fieri ſolent, de quibus dixi ſupra, q. 9. & 15.

Secundò conſideranda ſunt ſtatuta loci, quia plerumque nũc in ciuitatibus ſunt ſtatuta ſuper hac uiri & vxoris ſucceſſione, de quib. ſtatutis dixi lib. §. hic tantum duas quæſtiones breuiter attingam.

2 Quæro itaque imprimis, cuius loci ſtatuta inſpici debeant & attendi circa ſucceſſionem uiri & vxoris? Reſp. quòd ſtatutum ciuitatis uel loci, ubi maritus habet domicilium, inſpiciendum ſit. ita docet Bar. l. exigere dotem, ff. de iudiciis, hanc dicit eſſe communem opinionem Cum. conſi. 109. Fulgoſ. conſi. 93. Alex. cõſ. 100. vol. 3 Pariſ. cõſ. 34. uol. 3. Crot. l. omnes populi, uerſicu. quæritur etiam ſtatutum, & quod hæreticum eſſet a dicta communi opinione diſcedere in iudicando & conſulendo dicit Socin. Iun. conſilio 14. volum. 4. magis communem dicit Rol. à Valle tract. de lucro dotis, q. 13. Phanut. de Phanut. tractat. de lucro dotis, glo. 9. verbor. medietatem, numero 1.

3 Quod procedit ſiue domicilium habeat in loco originis uel extra. ita no. Bar. d. l. exigere, & ibi dicit ita communiter teneri Cagn. & quod in hoc non inuenit contradictorem dicit Phan. d. trac. gl. 9. nu. 24.

4 Item procedit etiam ſi mulier tempore contractus ignorabat tale ſtatutum eſſe in domicilio uiri. hanc dicit receptiorem DD. ſñiam Cagn. d. l. exigere dotẽ, verſ. ſeptima limitatio, Rol. a Vall. dict. tract. q. 14. nu. 13.

5 Sed quid ſi cauſa uel lis reſtituendæ dotis ageretur in alio loco quam domicilio mariti. Numquid inſpicietur domicilium viri? Reſp. quòd ſic. ita uoluit Bald. conſilio 471. quæritur utrum, lib. 1. hanc concluſionem DD. probare dicit Cag. d. l. exigere, numero 8. verſ. ſecundo amplia. quem refert Phanut. d. tract. glo. 9. num. 10.

6 Quæro, quid ſi ex poſt mutaſſet domicilium, vel cum moritur, mulier alibi hẽt domicilium? Reſp. Controuerſum eſt, & dicit Iaco. Mandel. d. l. exigere, nõ ſatis conſtare quę ſit communis opinio. Sed certè receptius eſt primum domicilium uiri inſpiciẽdum eſſe. ita tenet Fel. cap. 1. uerſic. concluſio, de ſponſal. hanc opinionem dicit iuſtiſſimam Socin. cap. dilecti, de foro compet. & receptiorem dicit Cag. d. l. exigere dotem, uerſ. tertio ampliа-

ampliatur. Rolan. à Valle d. tract. q. 21. num. 3. Phanut. d. tract. gloſ. 9. ubi dicit quod in terminis noſtris nemo contradicit.

7 Quid autem ſi maritus tranſit de domicilio ad uxorem. Numquid inſpiciet domiciliũ uiri? Reſp. quod nõ, ſed vxoris, dummodo animo permanendi tranſierit. ita tenet Bal. l. fin. C. ſi a non compet. iud. & hoc eſſe notandũ Marſil. ſingul. 267. & hãc eſſe communem opinionem atteſtatur Purpurat. l. cũctos populos nu. 12. C. de ſum. trin. Rola. a Val. d. tract. q. 16. ſubditque ab ea iudicando non eſſe recedendum, & quod hoc ſit de mente omnium ſcribentium in hac materia dicit Phanut. d. tract. gloſſ. 9. numero 32.

8 Quæro, quid ſi maritus prõmiſit reſtituere dotem uxori tam in loco contractus, quam alibi, & ubicũque locorum: Numquid quoad lucrum dotis inſpiciẽdum ſtatutum loci mariti an uxoris? Reſpond. quod inſpicitur domicilium uiri quoad ipſum lucrum, licet alibi poſſit conueniri. ita tenet Bart. d. l. exigere, & hanc opinionem communiter receptam & ab ea in iudicãdo & conſulendo nõ eſſe recedẽdum dicit Rol. a Val. q. 19. nu. 7. & q. 21. in fin. Intellige tamen, niſi in cõtractu actum eſſet, ut reſtitueret in loco uxoris. hanc dicit communem opinionem Purpur. d. l. cunctos, n. 129. Cag. d. l. exigere, uerſ. ſeptima limitatio. Rol. d. q. 19. nu. 8.

9 Quæro, item, quid ſi dos uel hæreditas quam lucrari debet ex forma ſtatuti conſiſtit in bonis immobilibus, exiſtentibus in loco celebrari contractus, An tunc quoq; attendatur domicilium viri uel cõtractus? Reſp. Queſtio dubia eſt: Quidam exiſtimant domicilium mariti & ſtatuta eius loci inſpiciẽda ita uoluit Iaſ. d. l. cunctos poſt alios, & ibi Caccialup. dicit hoc eſſe de mente Doc. communiter, & Ruin. conſ. 163. nu. 4. vol. 4. & veriorem dicit Phanut. d. gl. 9. n. 34. Alii contrarium cenſuerunt, nimirum ſtatuta contractus attendi debere, ubi ſunt bona hanc ſententiam tenet Bald. d. l. cunctos. & communem dicit Cag. d. l. exigere, nu. 24. Veriorem & magis receptam nuncupat & tenendam dicit Rol. q. 20. nu. 15. & quamuis hæc magis communis ſit, prima opi. uerior videt̃, & ſequenda.

Quæſtio XXXVII.

SVMMARIA.

Stante ſtatuto quod maritus lucratur dotem an præiudicetur filiis primi matrimonij, nu. 1. 3. & ſeq.

An ſtatutum expreſſe poſſit derogare diſpoſitioni l. hac edictali, nu. 2.

1 TVſcis, quod maritus lucratur dotẽ in præiudiciũ prioris matrimonii modo non conſequatur plus quã unus ex liberis, iuxta diſpoſitionem l. hac edictali, C. de ſecund. nupt. Quæro nũquid ſtante ſtatuto quod maritus præmoriente uxore ſine filiis, lucretur dotem, an præiudicetur filiis prioris matrimonii? Reſp. in hac quæſtione duo caſus principales conſiderandi ſunt. Primus an ſta-
2 tutum expreſſe poſſit derogare diſpoſitioni d. l. hac edictali, & quicquid nõnulli dixerint, communis & recepta eſt opi. quod tale ſtatutum valeat. ita tenet Bal. l. 1. verſic. 3. quæro, C. de inoſ. dotib. & hanc eſſe communem opini. atteſtatur Soc. conſi. 52. uolu. 3. Pariſ. conſi. 91. volu. 3. Aug. Bero. q. 118. Rol. q. 24. Phan. d. trac. gl. 5. num. 33. Secundus caſus eſt,
3 ſi expreſſe non fuit per ſtatutum derogatum diſpoſitioni d. l. hac edictali, an tũc eo ipſo quod marito ſimpliciter cõcedit lucrum dotis vxore ſine filiis moriente videatur tacite derogaſſe? Reſpon. Variatum fuit, ſed obtinuit non derogatũ cenſeri. ita tradit. Bar. d. l. hac edictali, & ita communiter teneri dicit Soci. conſi. 35. vlum. 4. Iaſ. Dec. auth præterea, C. unde vir. & ux. Pau. de Caſt. conſi. 237. Alex. conſi. 114. Ber. d. q. ueriorem & communiorem dicit Fran. Burſ. conſ. 12. nume. 10. volu. 1. Ceph. conſi. 229. & ſeq. Ber. d. q. 118. cum plurib. Rol. q. 26. Phan. d. gl. 5. ubi ſubdit, quod nulla ſit dubitatio quin iſta opinio preualeatur authoritate & ſit tenenda in iudicando & cõſulẽdo, & idem nu. 42. Intellige tamẽ hanc con-
4 cluſionẽ, niſi ex uerbis ſtatuti mens ſtatuentium aliter poſſet colligi. ita tenet Salic. d. l. hac edictali, 6. q. & hãc eſſe cõmunem

munem opi. dicit Pariſ.d. conſil.90. vel 119.nu.18.Rol.a Val.d.tr.q.25.vt ſi ſtatutum diſponat,quod vxore præmoriente ſine filiis, maritus lucretur dotem in omni caſu, ita tenet Roma. conſil.44.& hanc dicit a Doct. magis receptam Rolan.q.26. quamuis plerique alii contrariũ ſentiant, quod verius videtur. Idem
5 eſt, ſi ſtatutum diſponat quod muliere præcedẽte, maritus nihil teneatur de dote reſtituere. ita tenet Deci.l. omnia,ff.ſi cer.pet.hanc dicit communem & ſequẽdam Rol.q.31.in fin.

6 Alia coniectura eſt, ſi ſtatutum diſponat, quod nõ extantibus liberis communibus maritus lucretur dotem, hãc dicit veriorem & magis receptam Rol.q.32. num.5.

7 Vnum nota, quod prædictis caſibus quando ſtante ſtatuto reſeruetur beneficium d.l.hac edictali, filiis primi matrimonii, tunc primo loco filii iſti deducũt eorum legitimam,reliqua diuiduntur inter ipſos & uitricum æqualiter,hanc dicit magis communem Cuma.conſi. 109 & pluribus cõprobat Rolan.q.27. & ita magis communiter ſentire Doct.d. icit Bero.d.q.118.nu.5.

Quæſtio XXXVIII.

SVMMARIA.

Deficientibus liberis aſcendentibus & collateralibus ſuccedit vir & uxor, n.1.quid in ſocero, numero 2. quid in ſponſo & ſponſa, numero 3.quid ſi coniunx coniugem interfecit,numero 4.quid facta ſeparatione,numero.5.

1 NOn exiſtẽte pacto dotali vel ſtatuto loci certa eſt cõcluſio,deficientibus deſcendentibus, aſcendentibus, & collateralibus defuncti coniugis, maritum & uxorem ſibi inuicem ſuccedere, & fiſcum excludere per bonorum poſſeſſionẽ,vnde vir & vxor, & hic eſt vnus caſus, in quo hodie adhuc locum habet bonorũ poſſeſſio, vt dixi ſupra §.bon.poſ-
2 ſeſ.q.5.ſed quæro,numquid hæc concluſio procedat etiam in ſocero,vt non exiſtente vxore,is prædicto caſu marito ſuccedat? Reſpõ.quòd non.ita communiter teneri dicit contra Bald.Forſte.d.tract.li. 5.de ſucceſ. viri & vxo.concl.1. hãc quoque dicit communem Oliuer.Textor.de ſucceſ.ab inteſta.num.96.Quero quid in
3 ſponſo & ſponſa, numquid deficiẽtibus parentibus inuicem ſuccedant? Reſpõd. quòd non,ita tenet Bald.l.1.C.vnd.vir. & vx.& eſt communis opi. vt teſtat Oli. Tex.d.tr.num.97.intellige tamen in ſpõſo vel ſpõſa de futuro, ſecus de præſenti. namque licet nondum ſit traducta ad domum mariti, tamen ſuccedit. hanc dicit communem opin. in fortioribus tamen terminis Viu.lib.1.verb.ſtatutum,num. 12. hanc quoque communem dicit Cornel. non ſine, C. de bonis quæ liber. quicquid de contraria communi alii dixerint.

4 Quid ſi maritus uxorem ſuam interfecit, vel econtra uxor maritum ueneno vel alia machinatione ſuſtulit, numquid inuicem datur ſucceſſio? Reſpond. quod non,ſed occidens perdit mero iure ius ei ſuccedẽdi.ita tenet Bal.d.l.1.C.unde vir. & ux.quem ſequuntur cõmuniter Doct. vt teſtatur.Rol.à Valle tract.de lucro dotis,q.61. nu.11. faciunt quæ dixi ſuprà q.35. Quod procedit etiã in lucro,quod uir ex forma ſtatuti lucratur. ita tenet Bart.l.ſi ab hoſtibus,§.ſi uir,ff.ſolut.matr. & eum ſequuntur omnes Doc. communiter, ut firmat idem Rolan.d.q.61. num.13. & tenere ita Doc. communiter teſtatur Ioan. de Amic.conſil.9.Boer.deciſ.241. Quinimo etiam ſi maritus iuſta de cauſa uxorem perimat,quo caſu ad hęredes uxoris tranſit. ita dicit communiter teneri Rui.cõſil.11.lib.5. Rol.dict. q.61.

5 Sed numquid hæc ſucceſſio uiri, & uxoris locum habebit,ſi tempore mortis facta eſt ſeparatio? Reſpond.quod nõ.ita tamen,vt is,qui præbuit cauſam ſeparationis,non ſuccedat quidem, ei vero ſuccedatur ita tenet Cyn.d.l.1.& omnes cõſentiunt, dummodo tamen authoritate iudicis facta fuerit ſeparatio. Alias uerò ſi de facto vxor receſſerit, uel uir eam expulit,ſecus eſt, niſi adulterium commiſerit, quia tunc etiam ſuam dotem,& paraphernalia amittit,ut dixi lib.§.

Quæſtio XXXIX.

SVMMARIA.

Quando ſuperſunt liberi vel aſcendentes, & vxor locuplex, non habet locum ſucceſſio inter virum & vxorem, nu. 1.

Si vxor ſit inops ſine dote, ſuccedit cum liberis nu. 2. & quarta tam ex teſtamento quam ab inteſtato, nu. 3.

Quid ſi dos ſit parua, nu. 4. & ſeq. an quarta debeatur iure hæreditario cum onere æris alieni nu. 7.

An diſpoſitio auth. præterea, habeat locum in vtroque coniuge, num. 8.

PRædicta procedunt, quando defuncti coniugis deficit omnis parentela. Sed quid ſi liberi vel alii de parentela ſuperſint? Reſp. Diſtinguendi ſunt caſus.

1 Primus caſus eſt, quando ſuperſunt vel aſcendẽtes, uel deſcendentes, vel collaterales, & vxor eſt locuplex, vel habet dotem, & tunc non ſuccedit. Viui. lib. 1. com. opi. verb. ſtatutum ſimpliciter, n. 1. & hęc cõcluſio non habet dubium ſi dos tanta ſit, vt honeſtę ſe inde ſuſtentare & alere poſſit, an verò idem ſit in parua & per exigua dote, Dic infra nu. 4.

2 Secundus caſus eſt, quando vxor eſt inops & egena, nullam habens dotem, & extant liberi, tunc ſiue ſint communes, ſiue prioris matrimonii, & tres aut pauciores in quarta parte totius hæreditatis ſuccedit: Sin aũt plures, in virili, pro numero perſonarum, tex. Auth. præterea, C. vnd. uir & uxor, & hoc firmant cõiter Doct. vt teſtatur Bolog. add. ad Matheſ. tract. ſucceſ. ar t. 4. prin. nu. 12. Viui. lib. 1. verb. uxor, ſeu mulier, nu. 2. & ſeq. Villa. com. opi. lit. M. nu. 137. Hoc intereſt, q̃d ſi liberi ſint communes ex eiuſdẽ matrimonii, liberis proprietas reſeruatur, mater uero uſum fructum tantum habet, & in hoc nemo ſcribentium diſcrepat, ut firmat Bolo. d. loco, nu. 15. Et prędicta cõ-

3 cluſio adeo uera eſt, ut procedat non tantum ab inteſtato, ſed etiam ex teſtamẽto & contra teſtamẽtum, ut ſi prædecedens prohibuiſſet ſuperſtitem aliquid petere, nihilominus admittatur uxor indiſtincte ſiue filii ſiue extranei ſint inſtituti. ita tenet Bald. Authẽ. præterea, & hoc eſſe de mente Doct. magis communiter teſtatur Iaſ. nu. 18. Fab. de Pep. ibi nu. 36. & ſeq. Valent. Forſt. d. par. 4. concl. 2. Ampl. 3. Io. Sneid. inſti. de ſuc. uiri & ux. nu. 17. Viui. lib. 1. uerb. uxor num. 7. Cæterum tamẽ, ſi maritus uxori legatum reliquerit, illud in quartam imputatur, ut prædicti omnes fatentur.

4 Quæro, nunquid diſpoſitio d. auth. præterea, habeat locum in dote parua, & perexigua? Reſp. quòd ſic, ita tenet Bald. ibi, & ſequũtur Doc. cõiter, ut atteſtatur ibi Dec. nu. 4. Fab. de Pepis n. 10. & quod ſcribentes expreſſe comprobent hoc dicit Bolognet. ad Methaſ. d. tract. par. 4. n. 22. Debet tñ illa parua dos ei in quartã imputari. ita magis cõiter teneri dicit Fabi. de Pep. d. auth. pręterea, nu. 20. licet ille contrarium uelit, communem & ueriorem dñt Mod. Par. ad Dec. ibi lit. E. Et dr parua dos, quæ non ſufficit pro alimentis. ita tenet Bald. d. auth. præterea quem communiter probari dicit ibi Dec. nu. 5.

5 Quid autem ſi coniunx ſuperſtes eſt quidem ſine dote, ſed habet partem diuitem, an admittetur ad quartam? Reſp. q̃ non ita tenet Alex. d. auth. præterea, dicens hanc eſſe communem opin. firmat Dec. ibi nu. 19. in fi. & ſeq. licet contrariũ teneat, magis communem dicit Fab. de Pep. nu. 22. Iacob. Doming. deciſ. 40. nu. 15. ubi tamen ſubdit collegium contrarium pronunciaſſe, quod uerius eſt, per tex. expreſſum, l. precia rerum, ad l. falci.

6 Quæro præterea, quid ſi ſit dos, ſed tamen ex forma ſtatuti non peruenit ad coniugem ſuperſtitem, an habeat locum diſpoſitio ad auth. ſi præcedat uxor locuples & ſuperſtes ſit pauper, præſuppoſito, quod d. Auth. locum hẽat in utroq; coniugum? Reſp. quod ſic, ita tenet Bal. ibi, & eſt magis communis opi. ut teſtatur Fab. de Pep. nu. 26. & 28.

7 Quæro item, an mulier ſuperſtes debeat habere quartam ex d. auth. iure hæreditario, & ita cum onere æris alieni? Reſp. q̃ non, ſed ex prouidentia principis iure ſucceſſionis. ita dicit uideri communem eſſe opi. ibi Fabia. de Pep. n. 112. licet contrarium ſentiat.

8 Sed nunquid diſpoſitio d. auth. habebit locum in utroq; coniugum? Reſpon. quod ſic, poteſt. n. maritus quoque hanc quartam,

quartam petere, ſi recepta dote nullam fecit donationem propter nuptias. ita tenet gl.ibi, & ſequuntur Doct. communiter, vt teſtatur ibi Alex. & Dec. nu.2 Fab. Pep.nu.10.& ſeq.Viu.ver.uxor, nu.7.

Quæſtio XL.

SVMMARIVM.

An diſpoſitio auth. præterea, habeat locum ſuperſtitibus aſcendentibus.

QVero, an diſpoſitio d. Auth.præterea, habeat locum ſi non ſint liberi, ſed ſoli aſcendentes? Reſp. q ſic, ita tenet Accur. ibi, & ſequitur Bart, & communiter Doctores, vt teſtatur ibi Dec. n.17. Alex. nu.9.& Fab.Pep. nu.87. magis communem aſſerit Paul.Piccus, nu.26. Bologn. tract. ſucceſ.4.part.nu.19.Valent. Forſter.d.tracta.lib.4.concluſ.3.

Sed dubium eſt, ſi aſcendentes ſint plures quam tres, an tunc mulier habeat virilem, an uero quartam? Reſpon. quod habet vxor virilem, quia idem eſt quod in deſcendentibus. ita tenet glo. d. auth. & ſequitur Bar.communiter Doct. vt teſtatur ibi Paul.Picus nu.27. licet ipſe contrarium teneat.

Quæſtio XLI.

SVMMARIVM.

An diſpoſitio d. Authen. habeat locum ſolis tranſuerſalibus ſuperſtitibus.

QVæro, quid ſi ſoli ſuperſint tranſuerſales, an in quartam ſuccedat inops coniunx? Reſpond. quod ſic, ita tenet gl.d.auth. & ſequuntur Doct.communiter, vt teſtatur ibi Alex.num.10. Fabi. de Pep.nu.93.Picus nu.26 Forſter. d. loco, concl.4.& hoc indiſtincte procedit, ſecundum opinionem Placent. quam dicit eſſe communam Fab.Pep.d.nu.93.Paul.Picus num.28.

Quæſtio XLII.

SVMMARIVM.

An mulier negligens ex bonis primi mariti petere poſſit ex bonis ſecundi petere.

IVxta prædicta quæro: Si mulier inops, quæ dotem nullam habuit, ſecundo nubat, & quartam vel uirilem ex bonis prioris mariti petere neglexit, an poſtea bonis ſecundi mariti conſequi poſſit? Reſp. quòd non. hanc dicit eſſe communem Doct.opinionem Valen.Forſt.d.trac.ſuc. lib.4.concl.4.

Quæſtio XLIII.

SVMMARIVM.

An bonis mariti publicatis vxor quartam detrahat.

QVæro, quid ſi bona mariti publicata, & confiſcata ſint: An uxor quartam detrahat? Reſp.quod ſic. ita communiter omnium aſſenſu receptum atteſtatur Valent.Froſt. r.q. vltim qui tamen reſtringit in crimine læſæ maieſtatis. Et hæc quoque de his.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EM.

§. Finalem, cùm primum ocium erit, Auctor ſeorſim editurum promittit.

528

Digitized by Google

Digitized by Google

A. PANDIMIGLIO - ROMA - LEGATORIA
1971

Digitized by Google

Digitized by Google